IOBI LVDOLFI
alias Leutholf dicti
AD SUAM
HISTORIAM ÆTHIOPICAM
ANTEHAC EDITAM
COMMENTARIVS
In quo
Multa breviter dicta fusius narrantur:
contraria refelluntur:
Atque hac occasione præter res Æthiopicas multa
Autorum, quædam etiam S. Scripturæ loca declarantur:
Aliaque plurima
GEOGRAPHICA, HISTORICA ET CRITICA,
Inprimis verò
ANTIQVITATEM ECCLESIASTICAM ILLVSTRANTIA,
alibi haud facilè obvia, exponuntur,
VT
VARIARVM OBSERVATIONVM
LOCO HABERI POSSIT
Cum Tabula Capitum, Figuris, & variis Indicibus locupletissimis.
Summam Operis habes initio Libri.

FRANCOFVRTI AD MOENVM,
Sumptibus JOHANNIS DAVID ZVNNERI.
Typis MARTINI JACQVETI.
Anno Christi cIↃ IↃc XCI.

PRÆFATIO AUTORIS AD *Lectorem benevolum.*

Ommentarium ad Historiam
noſtram Æthiopicam hîc vides, amice Le-
ctor! qui perfectus nondum erat, cum illam
1 Anno CIↃIↃCLXXXI. publicaremus. Editio-
nem tamen operis noſtri propterea differre
nolebamus, quia hiſtoria ipſa etiam ſine illo
ſatis ſibi conſtabat. Ratio autem conſilii no-
ſtri (quam plerique amicorum probaverunt) in eo tunc poſita
erat; *ut uno tenore exhiberemus rerum ſeriem, nullis diſputationi-
bus, nec autorum allegationibus, aut documentis interruptam; ne*
2 *lectores ex iſtorum prolixitate tædium caperent.* Nunc verò &
noſtras & aliorum opiniones, nec non integra autorum loca,
quoad neceſſe eſt, vel ſententiæ noſtræ confirmandæ: vel alie-
næ refellendæ proferimus. Non enim in primo opere conſul-
tum videbatur, referendis refutandisque aliorum pravè dictis
ſcriptisve lectorem morari. Jam autem id facere cogimur,
quòd multis veritas incerta videatur, niſi falſa diſcutiantur, &
3 dubia tollantur (a). Id quod mihi ipſi accidit. Etenim *in
notis ad Confeßionem Fidei Claudii Regis Æthiopiæ* (b) diſertis ver-
bis ſcripſeram: *Æthiopes Concilium Chalcedonenſe, non admit-
tere.* Quia verò *Tzaga-zaabum* (c) ambiguè de eo loquentem
nominatim non refutaveram, Vir doctus *Diſſertationem de Ec-
cleſia Æthiopica* ſcribens, (d) putavit, *plurimos ideò hoc credidiſſe,*
[me ſcil. intelligens] *quòd Claudius iſtius concilii nullam mentionem fe-
ciſſet.* Sic male prætulit inepti illius hominis autoritatem aſſer-
tioni meæ benè fundatæ. Nolumus tamen obſcuris aut fabu-
loſis autoribus, veluti *Lud. Urreta, Baratto*, & ſimilibus diu in-
hærere, nec omnes eorum tricas & apinas refellere, ſed iis planè
rejectis, aut omiſſis, ſi quà à claris ſcriptoribus erratum fuerit, mo-
deſtè monebimus, parem æquanimitatem à noſtris monitoribus
expectantes. *Quis enim in tanta rerum copia, & tot ſcriptorum
varietate, cuncta ſine ulla reprehenſione pertractaverit? Quis
omnia tam rara, nec paßim obvia memoriâ continere potuerit?*

)(Igi-

(a) *N. Godignus de Abaſſin. rebus*, in præf. ad Lect. ex Seneca. *Rem falſam & inanem, niſi coarguatur, habere nonnunquam fidem multosque eſſe homines judicii parum firmi, qui nihil audiant, legantve, quod non credant, niſi refutatum ſciant.* (b) Londini An. 1661. cum Grammatica mea edit. in n. 4. (c) De quo in Procem. l. §. 20. (d) Joh. Ulricus Wildius SS. Th. D. An. 1664. cùm diſſertationem illam Argentorati ederet, Magiſter & juvenis adhuc. Cap. 6. pag. 28.

Igitur hîc denuo lectorem obtestamur, (e) ut communis naturæ fragilitatis memor, si quæ vel parùm exactè tradita: vel à sua opinione aliena repererit, ea æqui boniq; consulat: aut ubi opus fuerit, amicè nos moneat, quod grata semper mente agnoscemus (f). 5

Præterea *Epistolas, ac mandata Regum Æthiopiæ: Summi Pontificis Romani:* & *Regum Hispaniæ responsiones: Patrum Societatis Jesu, eorumque Patriarchæ in Æthiopia orationes : & cum Habessinis disputationes*, quæ documentorum loco sunt, & acta ipsa repræsentant; nec non *Relationes & epistolas Patrum ad Socios in Europa scriptas* aliaque tália pro uberiori Historiæ nostræ confirmatione hîc tradimus; Lectoribus eruditis, taliumq; curiosis legenda & perpendenda: cæteris verò, qui simplicem Historiæ narrationem malunt, prætermittenda. 6

Sæpius etiam occasione data evagamur, ac præter historiam Æthiopicam observationes nostras, de variis aliis rebus, exponimus. Sicubi prolixiores sumus, ùt *de tempore transfretationis Habessinorum ex Arabia in Africam: de locustis: Pygmæis: de sarcophago arcuato: & similibus causis*; cogitet amicus Lector oppositiones acres nobis ab amicis factas, quibus respondendum fuit, & præveniendum, ne argumenta contraria, à nobis non prolatâ, obstare nobis videantur, ac ob id similes παρεκβάσεις nobis condonet. 7

Interdum etiam novas conjecturas admiscemus, autores antiquos, ubi possumus, emendamus, declaramus, & conciliamus (g): nonnunquam Lectores ad eos, qui ex professo de hac vel illa materia agunt, ablegamus. 8

Inprimis in rebus exoticis naturæ admirandam vim, à creatore inditam, nec unquam satis cognitam considerantes, non statim fabulis accensemus, quæ ipsi non vidimus: nec experti sumus; quin potius ab infamia fabulositatis liberare satagimus, quæ antiquâ famâ, à variis autoribus inter varias gentes sparsâ, quasi per manus tradita ad nos pervenere (h). Secus ac alii, qui omnia quæ ipsi non spectaverunt præfractè negant, nisi per Notarium & testes probentur. Sic aliquando Philosophum, qui navigationes non legerat, *pisces volatiles* pro cathedra fortiter negantem adolescens audivi; qui idem *serpentes & lacertas volatiles* πὺξ καὶ λὰξ negaturus fuisset. 9

Versio-

(e) Id primò factum in præfatione, Historiæ Æthiopicæ præmissa. (f) Cicero: *æquo animo me moneri passus sum, & gratias habeo iis, qui me docuerunt.* (g) ex. gr. de salubritate, vel insalubritate locustarum: vel etiam aquæ Niloticæ. (h) Ex. gr. de Pygmæis, eorumq; pugna cum gruibus. De incredibilis magnitudinis serpentibus, vespertilionibus, formicis, & similibus, quæ omnia Straboni suspectæ sunt fidei.

10 Versiones linguarum peregrinarum plerumque addimus, & quidem ad verbum, quod genus interpretandi, adjecta è regione lingua primâ, tutissimum putamus, & mediocriter doctis gratissimum. Si verò illæ tritæ aut familiariores sint, ut hodie est *Gallica & Italica lingua*, nec non vernacula nostra *Germanica*, earum plerumque sensum tantùm reddimus.

11 In *Arabicis*, si fortè impegerimus, sciat benevolus Lector, id etiam doctissimis istius linguæ professoribus nonnunquam contingere, ob difficillimam illius cognitionem, & multiplicem vocabulorum significationem.

12 Quod ad *dispositionem* hujus *commentationis* spectat, numeros sequimur in ipso Historiæ nostræ textu positos; nisi quòd statim in principio, ubi *de Scriptoribus rerum Æthiopicarum* tractamus, narrationis cursum, quàm ordinem numerorum sequi maluimus; quod tamen loco congruo indicamus, & lectorem

13 quò oportet remittimus, sicuti res ipsa docebit. Cùm igitur opus hoc nullâ methodo conscribi potuerit, quia secundarium est, principalis quædam velut appendix, ut, ubi quis aliquid legerit, locum facilè retinere non possit; ideò *septem indices rerum & vocabulorum*, haut exiguo amanuensis mei labore, confici curavi, quorum ope quilibet, quæ semel legit, aut aliàs quæsiturus est, facilè reperire poterit.

14 De stylo hujus operis non adeò soliciti fuimus, eum critici mixtum & varium pro varietate rerum & materiarum reperient. Ubi de rebus Ecclesiasticis agimus, dictione quoque Ecclesiasticâ, quâ scriptores Christiani utuntur, & nos uti volumus, & sic de aliis aliter.

15 Autores nostros ubique laudamus; nec eos silemus, nisi vel tritissimæ res fuerint, omnibusque notæ: vel festinatio intervenerit. Quippe maximè probamus sententiam illorum, qui id ab accuratis scriptoribus requirunt.

[*Iac. Gothofredus* in Prolegom. in Philostorgium p. m. 55. *In Historia illud nosse plurimum interest, unde quidque promptum & à quo proditum sit; ut ita de fide dictorum certiùs meliusque constare possit.* Accuratissimè omnium *Ger. Joan. Vossius* in tractatu de Theologia gentili Lib. III. c. 84. *Rhodiginum* culpans, sic scribit: *Mos fontes, unde quidque hauserint, dissimulandi, summis aliquot viris seculo nostro est perfamiliaris, vel si quos advocent testes eos laudant qui deperierint, non apposito illius nomine, qui ea apud illos olim legisset. Quasi nefas sit de fide ipsorum, qui sic scribunt, dubitare: ac non sæpe contingat, ut vel memoria eos fefellerit, vel corruptis sint usi codicibus, vel mentem scriptorum non satis sint assecuti; sive culpâ suapte, sive vitiosos sequendo interpretes.* Mox objectioni magni cujusdam viri egregiè respondet: *Distinctionem faciendam esse inter ea quæ ratione, quæque testimonio suffulta sint. Nam cùm rationibus certatur, non videndum quis, sed quid dixerit: at in narratione rerum gestarum semper dispiciendum esse, quanta sit fides narrantis.* Addiderim ego, *si quis alterius cujusdam rationibus utatur, ut etiam autorem suum prodat, ni plagiarius audire velit*; quamvis non statim plagiarius vocandus sit, qui similia dicit & scribit quæ alius; nec quicquam obstat, quò minùs diversi easdem rationes mente concipere possint, ut in Proœmio diximus §. 49.]

Nihil

Nihil enim gloriæ boni ingenii decedit, si autores suos nominet, sed potius fidem conciliat. Quin & si quis fortè alienâ fide lapsus fuerit, excusationem meretur.

Sed inolevit vulgò pravus mos autores suos reticendi, idque 16
non semper *arrogantiæ*, sed vel *diffidentiæ*, vel, si mollius accipias *negligentiæ* tribuendum. *Arrogantiæ* vitium est, & plagii nomen meretur, cum quis videri vult ea reperisse & composuisse quæ ex alio desumsit: *Diffidentiæ*, cum autori meo non satis fido: (i) vel allegatione non satis dignum æstimo. *Negligentiæ*, cum per incuriam vel oblivionem autores omittuntur, vel id non necessarium putatur. Veteres certè suos autores rarissimè citant 17
Strabo ex *Diodoro Siculo*: *Plinius* integras periodos *ex Aristotele* (k) exscribit, illo non nominato, quamvis in Epistola ad Vespasianum Lib. i p m 8 fateatur *benignum esse & plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris, & sese deprehendisse aliquos transscriptos ad verbum neque nominatos.* Scilicet sufficere putavit semel atque iterum nominasse autores suos, nec in omnibus historiæ suæ articulis eorum meminisse voluit.

Porro candorem meum etiam ex eo cognosci velim, quòd 18
liberè profitear ubi hallucinatus fuerim, & monitores meos cum
gratiarum actione nominem. (l) Quin & ea, in quibus senten- 19
tiam meam mutavi separatim congessi, & nullatenus dissimulavi.
Qui enim *μέγα πνέοντες*, secus faciunt, næ illi *ἀναμάρτητοι* infalli-
biles haberi volunt, quam arrogantiam fœdam ego procul habeo. 20
Denique quod ad *sacrorum causam* attinet, Historici vice fungor, neminem secus sentientem obtrecto, multò minùs odi. Aliorum dicta & facta candidè propono, nullam sequelam pro mea aut Ecclesiæ meæ sententia inde traho, quod à Gallis nonnullis iniquè mihi imputatum, at nullo exemplo demonstratum fuit.

Potissima verò causa quæ me ad tantum tamq; tædiosum laborem tantâ constantiâ tolerandum, impulit, Lib. I. N°. XCVIII per tot.
reperitur. Animus quidem mihi erat, statim post editum opus 21
principale hunc laborem subire; Verùm ad *colloquium stabiliendæ pacis causâ cum Gallis anno* 1682. frustra habitum, inter alios Imperii nostri deputatos à *Serenissima Domo Saxonica Vinariensi* delectus, illum seponere coactus fui; mox alia impedimenta atq; itinera varia supervenerunt; Quam ob causam benevolus Lector moram excusare, mihique favere non dedignabitur.

(i) Id mihi contigit, cùm juvenis adhuc cum J. M. Dilherro, *Confessionem Fidei Claudii* communicassem, quam ille Germanicè reddidit & impressit in libro das Leben Christi und seiner Apostel/ me non nominato; Nec me nominavit Hottingerus *in dissertatione de libro Henochi in Topographia Ecclesiæ*; cùm tamen à me juvene acceperit ea omnia, quæ ibi nova de Æthiopibus habet. (k) Vide modo *Aristotelem* L. V. *Hist. Animal.* & *Plinium* L. XI. c. 26. *de Achetis* & alibi passim. (l) Comment. I. 96. 65. & 3. 17. 7.

IOBVS LVDOLFVS SAC. CÆS. MAIEST. NEC NON SEREN. SAXONIÆ DVC. CONSILIARIVS.

ABBA GREGORIUS AETHIOPS AMHARENSIS. AET: LII.

IMAGO. REGIS. HABESSINORUM.
FICTA. SINE. NOMINE. SINE. AUTORE. LUTETIÆ.
PARISIORUM. EXCUSA. MULTISQUE. FALSIS. TITULIS. ONUSTA.
nunc denuo ad ostendendam falsitatem ejus recusa
Francofurti ad Moenum Æ cIↄIↄcxci.

Pro Bibliopegis, Für die Buchbinder.

De imaginibus, wegen der Bilder.

TABULA CAPITUM TOTIUS OPERIS

Summam repræſentans, ſecundum numeros in ipſo textu Hiſtoriæ Æthiopicæ poſitos.

IN Præfatione referuntur hujus Commentarii cauſæ, ejuſque ſcopus atque methodus.

In Commentario ad Proœmium Hiſtoria Æthiopicæ.

Num. 1. Exponuntur cauſæ tam corruptæ hiſtoriæ Habeſſinorum.

Primus literarum Æthiopicarum in Europa *autor* fuit *Johannes* Potkn / Germanus Præpoſitus Colonienſis.

Damianus à Goez relationes edidit *Matthæi Armenii*, & *Tzaga-Zaabi* Confeſſionem Fidei. Uterq; perſtringitur, & falſa vel vana illorum narrata oſtenduntur.

Franciſcus Alvarezius verax, ſed paulò ſimplicior, in nonnullis falſus.

Johannes Bermudes Alexandriæ & Æthiopiæ Patriarcha, homo ſimpliciſſimus.

Ludovicus Urreta nugator.

Nicolaus Godignus Urretæ cenſor juſtiſſimus.

Johann Balthaſar non ſatis ſanus.

Autor libelli *Les eſtranges evenements du Voyage de Tzaga Chriſt* mendax.

Jacobus Baratti fabulator. Qui omnes recenſentur & perſtringuntur.

P. Balthaſar Tellezius laudatur, cum epicriſi quâdam ob nonnulla loca ambigua.

Alii Scriptores rerum Æthiopicarum, quorum ſcripta ad autorem non pervenerunt: Veluti *Petrus Pays, Alphonſus Mendez, Hieron. Lupus* & alii minus notabiles.

Muhammedes Abdel-Bakides Arabs Mſ. in Bibliotheca Oxonienſi.

Sequuntur alii autores qui obiter rerum Æthiopicarum mentionem fecerunt, veluti Hiſtorici, qui res Luſitanorum in India geſtas memoriæ prodiderunt.

Paulus Jovius notatur ob multa falſa & inepta de Habeſſinis.

Alii, qui partem aliquam Hiſtoriæ Habeſſinicæ tradiderunt, ut qui de Eccleſia Æthiopica ſcripſerunt, quamvis ſæpè neſcirent, ubi terrarum ſita eſſet.

Scaliger de Computo Eccleſiæ Æthiopicæ laudatur, tametſi multùm hallucinatus.

Brerewood Anglus. *Urſinus. Alexander Roſs. Hottingerus* & alii.

D. Joh. Ulric. Wildius laudatur. *Seldenus* in uxore Hebr. notatur, ut & *Cornelius Hazart Belga.*

Hiſtoriæ Univerſalis Scriptores.

Oldenburgerus in Theſauro Rerumpubl. permixtè & confusè de Habeſſinis loquitur.

Boterus in relationibus Univerſalibus Italicè ſcriptis: Mendoſum *Tigia* & *Tigiana*, quod ille habet, exponitur.

Menda plurima in *Athanaſio Kirchero.*

Geographi varii examinantur.

Tabula Chorographica vulgares carpuntur;

M. Paulus Venetus. Leo Africanus & alii.

Nova Africæ deſcriptio *Dapperi.*

De Geographo Nubienſi, atq; in eo repertis regionum atq; urbium nominibus hodiè ignotis. Differitur de variatione ac mutatione nominum, cùm ob gentium migrationes, tùm Dialectorum differentias.

Num. 2. *De maleferiatis & fabuloſis Scriptoribus. De menſa Solis* in Æthiopia ab Herodoto memorata, hinc origo **des Schlauer Affen Lands.** Origo jocularium hiſtoriarum vulgo *Romans.* Ital. *Romanzi.* Ubi de *Xenophonte. Heliodoro*; & noviſſimè *Adamo Contzen* Pat. Soc. J. agitur.

Num. 3. De *Ludovico Urreta* remiſſivè.

Num. 4. De *Jacobo Barratto* breviter & remiſſivè.

Num. 5. *De peregrinationum ſcriptoribus*, ut plurimum vanis & falſis. *Leonhard* **Rauchwolff:** *Volaterranus* & alii taxantur. De vocabulo orientali خان *Chan* Summus Princeps, quod Itali pronunciationis ignari ſcribunt *Cane*, *Paeſe del grand Cane*, ridiculè Germanicus Interpres reddidit **des groſſen Hunds Land**; *Regio Magni Canis. Eugenius Roger. Benjamin Tudelenſis* Judæus. *Vincentius Le Blanc*, & alii notantur. *Thevenotis* Itinerarium declaratur.

Num. 6. *Matthæus Armenius.*

Num. 7. *Tzaga za-abus*, vulgò *Zagazabo.*

Num. 8. *Franciſcus Alvarezius.*

Num. 9. *Johannes Bermudes*, de quibus omnibus ſupra actum.

Num. 10. Annuæ *Patrum Societatis Jeſu* relationes laudantur.

Num. 11. P. *Balthaſar Tellezius*; de quo jam antea fusè actum.

Num. 12. Autor noſter laudat, i. e. nominat ſuos autores, quos ipſe ſequitur.

Num. 13. De *Gregorio Habeſſino*; cujus perſona deſcribitur, quo modo autor in notitiam ejus pervenerit, ubi de cauſa itineris Romani. Acta ejus in aula

Gotanâ apud *Ernestum Saxoniæ Ducem*; quid de popularium suorum rebus retulerit, & vicissim de nostris judicaverit; quòd in itinere obierit. *Epistola* ejus *Æthiopica* ad autorem, *prima* quæ in Europa visa. Alia ad *Johannem Ernestum dicti Ducis Ernesti filium* natu-maximum. Lamentatio super obitum ejus cum Lesso.

Alphonsi Patriarchæ Pontificii in Æthiopia Epistola Lusitanica ad Gregorium, ne in Patriam revertatur.

Gregorii Epistola Æthiopica *ad Ernestum Saxoniæ Ducem* more & stylo Æthiopico conscripta.

De *versionibus* Historiæ Æthiopicæ Ludolfi in *Anglia, Gallia & Belgio*, nec non in *Moscoviâ* factis.

Ad Historiæ Æthiopicæ Lib. I. Cap. I.

NUm. 14. De genuina scriptura & pronunciatione vocis *Habesh*, & nomine *Habessinorum*. Nec non de vocis istius origine & significatione.

Num. 15. Cur *Habessini* ita appellati fuerint. Aliæ pravæ derivationes refelluntur; Inprimis ea, quæ ab Ægyptiaca voce Ἄυασις *Auasis* vel *Oasis* desumitur; ubi declaratur, quid hoc propriè sit, & quòd Habassiæ minimè conveniat. Vanæ Jurisconsultorum quorundam Glossæ ad l. 7. §. 5. *ff. de Interd. & releg.* verbo: In Oasin. &c. exploduntur. Num hodiè adhuc *Oases* dentur.

Num. 16. Quòd Æthiopes nostri olim noluerint appellari Habessini. Quòd vocabulum speciale حبشة *Habesh Habessinus* sensim degeneraverit in generale, dum in versione Bibliorum Arabica, & alibi passim pro *Æthiope* generatim accipitur. Versio illa notatur. Arabicum سودان *Sudan* non reddendum *Nigrita*, sed *Nigri*.

Num. 17. De latissima *Æthiopiæ* significatione, & istius vocabuli apud veteres & recentiores usu. Æthiopes antiqui propriè dicti olim optimæ fuerunt famæ. Cur *Æthiopes* in Europâ vocentur *Mauri* Ital. *Mori*. Mohren. Judæis כושים *Cusai*, de quibus remissivè. Cautelæ in acceptione istius vocis. De *nigredine Æthiopum* brevis dissertatio.

Num. 18. De radice Æthiopica ገዐዘ : *Geeza*, quæ convenit cum Arabico جاز *Giaza*. *Digressus est*; unde አግዓዝያን : *Ag-aziân* dicti fuerunt *Habessini* nostri.

Num. 19. De *Francis* Rhenum transeuntibus, unde sic dicti. De *Habessinorum* in Africam *transfretatione*, eorumque origine ex *Arabia felice* è gente *Sabæorum*. Quo tempore facta fuerit disquisitio. *Scaligeri* sententia, qui transitum Habessinorum ad tempora Justiniani retrahit, consistere non potest. Rationes plurimæ afferuntur. *Cedreni & Nicephori* historia de *Adado Axumitarum Rege* falsitatis arguitur. Longè antiquissimum esse Habessinorum transitum *Conringius* censuit, cui autor assentitur, & rationes pro hac sententia plurimas addit. Contraria argumenta refelluntur, inprimis ea, quæ à Græcorum autorum silentio desumta sunt.

Irruptio Habessinorum in Arabiam felicem tempore Justini facta; certissimû contra Scaligerum argumentum est, Habessinos illius tempore jam tum in Africa valentes fuisse. Locus Eusebii de *Æthiopibus ab Indo flumine consurgentibus*, hucusq; non intellectus de Habessinis exponitur, nam de *Indis propriè dictis* intelligi non posse demonstratur, & contraria discutiuntur. *Philostratus* falsus declaratur.

Ipsa *Eusebii* verba sublata æquivocatione ad literam exponuntur. Tempus speciale transfretationis Habessinorum indicatur.

Num. 20. De *Sabæis*, qui & *Homeritæ*, ab aliis Indi: ab aliis Æthiopes vocati fuerunt. *Saba & Mariaba* non duo nomina unius Urbis, ut *Bochartus* putavit, sed duæ diversæ Regiæ fuerunt. Arabicum حمير legendum esse *Homer*. Non *Hemair*, nec *Hamyar* nec *Himyar* sicuti الأيمن ejusdem formæ vocabulum *Amen* non *Amyan* nec *Imyan* efferendum, ita & nomen propr. Areta &c. contra Arabes ipsos & nonnullos claros viros, qui illis fidunt; ubi de malâ punctatione nominum propriorum à *Masorethis* talium ignaris, factâ. In pronunciatione credendum est iis, qui linguas mortuas & populos extinctos loquentes audiverunt. *Numerosissimi* fuerunt *Sabæi*, hinc emigrationis causa. *Homeritarum* Regnum in Arabia à *Calebo* seu *Elesbaa* deletum. De *Sabis* urbe Africæ.

Additio *de nummo Severi* erroneo, ex Sententia P. Johannis *Harduini*, non de Abassenis, sed de Καβαείταις accipiendo.

Num. 21. De *Axumitis*, unde dicti, & de nummo *Elagabalis* incerto.

Num. 22. *De confusione Habessinorum cum Homeritis & Nubæis*. Scaliger *Procopio* malè imputat errorem. *Theophanes Byzantius* declaratur. De *Nubæis*, quænam gens vel regio sit; Et quod nomen istud ad varias & remotissimas Regiones extendatur. Hesychius *Pygmæos Nobas* vocat; hinc digressio ad *Pygmæos*, de quibus latè; Vetustissima fama recentiore experientiâ confirmatur ab αὐτόπταις veluti *Nonnoso*, & in novissimis Africæ descriptionibus *Vossii*, qui parvos homines ibi non negat, sed *Nanos* esse asserit, idq; refellitur. *Rabbinorum* sententia *de matrimonio Nanorum*. *Dapperus* in Africa. *Thevenot* in Itinerario, & alii. De loco habitationis eorum. *Geographus Nubiensis* notatur. De vera *Pygmæorum magnitudine*. Digressio de *Gigantibus* qui vel quales fuerint. Quid de *Geranomachia Pygmæorum* sentiendum. Non mirum, incredibilem videri pugnam hominum cum gruibus: cum æquè incredibile futurum esset: boves gestare turres & quinque vel sex viros de illis pugnare, si Elephantos nesciremus. De loco Ezechielis, ubi vox *Gammadim* in Vulgata redditur *Pygmæi*. Unde hoc venerit. Variæ autorum sententiæ super hoc loco. *Fullerus* malè corrigit autores pro *Gamaleis Gamadæos* faciens. *Gamala* urbs valida in Palæstina, & fortassis sic olim lectum. Habessini olim à nonnullis *Nubiani* dicti.

Num. 23. Habessini olim *Indi* dicti, & lingua eorum

eorum malè *Indica*. De *India* nomine latissimo nec non usu & abusu, ejusque confusione cum Æthiopiâ. Scriptores Historiæ Ecclesiasticæ de *Æthiopibus* & *Indis* confusissimè loquentes explicantur. *Ruffinus* speciatim Geographiæ imperitissimus notatur. *Marcus Paulus* & alii tot Indias faciunt, quot Zonæ torridæ ignotæ sunt regiones. Non tamen provincias citra tropicum Cancri sitas ad Indiam retulerunt Veteres, nisi fortè paucissimi, errore eorum privato, sive in regionibus sive in rebus. An & quales Indi fuerint, de quibus *Plinius*, *Florus* & alii autores. *Profectio Apostolorum* ad Indos & Æthiopes, explicatu difficilis Baronio visa, elucidatur.

Ad Lib. I. Cap. II.

NUm. 24. Appellatio *Æthiopia sub Ægypto*, ut inepta & perversa exploditur; unde fortassis originem habuerit.

Num. 25. Unde in Tabulis Geographicis tam *enormis extensio Habassia* ultra lineam æquinoctialem; Primus *Joh. Barrius* insignis Historicus Lusitanus eam restrinxit. Num *Polus antarcticus* in Habassia conspiciatur.

Num. 26. *Mare rubrum* à Græcis malè sic vocari, cùm *Edomæum* à littore simpliciter dicendum fuisset, prout dicimus *Mare Hispanicum*, *Indicum*, & similiter. Iidem reprehenduntur, quod nomina propria aliarum gentium significativa plerumq; mutaverint, & Græcè exposuerint. Mari rubro idem contigisse, quod aliis appellationibus regionum, ut notiores ad remotiores ignotas extendantur. Hinc Mare rubrum in Indiam usque à Veteribus dilatatum. *Q. Curtii* de eo error. Accedunt alia de hoc mari scitu digna; quòd navigatu sit periculosissimum, & altius terrâ Ægypti.

Ad Lib. I. Cap. III.

NUm. 27. An *Habassia* contineat *sexaginta duo Regna*? Mendum in nota numerica subesse putatur.

Num. 28. De *Mendis numerorum* ob facilem in notis numericis lapsum. In profanis autoribus res est in confesso, duobus exemplis è Plinio confirmatur; At sacris Scriptoribus assertio est longè difficilior, verùm 1. Maccab. 6; 37. de *XXXII. viris in uno Elephanto* res est clarissima. Discrepantia tamen aliqua numerorum etiam in *Libris Canonicis* reperitur. Hinc certamina doctorum virorum acria, quæ moderanda suadet autor. *De ætate Salomonis & Roboami* difficultates. *Interpres Bibliorum Germanicus* numeros quosdam suspectos habuit. Asseveratio autoris de integritate Scripturæ.

Num. 29. *Enumeratio Regnorum* Habassiæ ex relatione Godigni cum censurâ & emendationibus Autoris; ut & nonnullarum provinciarum.

Num. 30. De *Insula Meroë, quòd non sit provincia* Æthiopiæ *Gojama*; quomodo hoc vocabulum rectè sit legendum. *Tellezius* & nonnulli recentiores illum secum refelluntur. Hiatus in *Baudrandi Lexico Geographico*, Insula illa latè describitur ex *Herodoto, Diodoro Siculo, Strabone, Ptolemæo, Plinio, Solino* & aliis, ita ut minimè fabulosa sit, attamen ad *Gojamam* minimè quadret. Rationes contrariæ referuntur, iisque respondetur. Urgetur potissima ratio, quod Meroë Veteribus fuerit notissima: Nili fontes verò, qui in Gojama sunt, ignotissimi fuerint. An & ubi insula illa hodie adhuc extet, ubi quærenda sit, & quomodo vocetur. Fortassis locorum illorum facies hodiè mutata.

Num. 31. De Provincia *Medra Baher*, i. e. *Terra maris* ejusque Præfecto *Bahr-nagash*. Eodem sensu *Aremorica* Galliæ provincia vocatur ac *Pomerania*; regio Germaniæ ad mare. Mar ſe Schote scribendum, non An See Stadte.

Num. 32. De *Axuma*, quæ malè *Caxumo* vel *Cassumo*; unde istud venerit. Hoc errore decepti *Scaliger & Bochartus* Arabicum خشوم *Chashum* idem esse putaverunt. Minimè verò omnium huc quadrare, quæ Golius habet de Regia Habessinorum *Germe* vel *Gurmê*.

Num. 33. De voce *China*; quam soli Hispani, Lusitani & Angli rectè pronunciant. Necessitas *Alphabeti* cujusdam ex Latinis literis pro peregrinis vocibus formandi ostenditur.

Ad Lib. I. Cap. IV.

NUm. 34. Consilium de construendo quodam *Alphabeto universali* literis merè Latinis, ad exprimendas & ab omnibus nationibus uniformiter legendas voces peregrinas proponitur; Specimen illius dedit insignis vir *Franc. Mesgnien Meninskius* in præclaro suo opere Lingg. Orientalium.

Num. 35. *Tabulæ vulgares Habessiniæ* in Atlante majore & alibi notantur; *Vossii* rectissimum de iis judicium. De tabula majore *Francisci Æschinardi*. De Africæ nova tabula.

Ad Lib. I. Cap. V.

NUm. 36. De incredibili *Zonæ torridæ æstu*; exempla admiranda è diversis autoribus afferuntur, falsa tamen est Philosophorum quorundam veterum opinio, quòd inhabitabilis sit. Contrarium ex *Tellezio* & *Thevenotio* probatur.

Num. 37. *Philosophi* de cœlo & sideribus auda-

ter nimis differentos verbis Senecæ perstringuntur. Interdum non turpe esse ignorantiam suam fateri, ex Augustino.

Num. 38. De *aeris natura*, quem *Aristoteles* absurdè calidum & humidissimum facit, cùm tamen has qualitates habeat ex accidente. *Peripateticorum* argumenta afferuntur, & simul refutantur. Vanam esse divisionem aeris in certas regiones. *Aerem per se frigidissimum esse Elementum*, Stoici jam pridem sapienter asseruerunt, idque rationibus confirmatur. *Le Sr. Petit* laudatur.

Num. 39. De *nive sub Zona torrida* rarissima; *Gregorius* eam, priusquam in Germaniam venisset, non viderat, igitur per jocum *farinam* vocabat.

Num. 40. De *pluviis sub Zona torrida* planè stupendis; causæ *Ath. Kircheri* lectori non satisfaciunt, qui propterea notatur, Error Æthiopis cujusdam de pluviis, quem Kircherus allegat.

Num. 41. *Periæcos* non ubiq; terrarum eandem æstatem & hyemem habere contra *Aristotelem*, nisi id de Zona temperata accipere velis, nam in Zona torrida fallit, idque demonstratur exemplis.

Num. 42. *Fucos apum servos esse*, *Germ.* **Wasserbienen/Thränen.** Malè **Hummeln.** Varro confundere videtur cum *apibus prædonibus* **Raubbienen.** Habessini benè norunt curare apes.

Num. 43. De *Turbinibus sævissimis* in Æthiopia, ubi docetur, quid propriè sit *Prester* Veterum; illius vix accurata descriptio. De Venatorum *Bessa bova*.

Num. 44. De *Typhone* horribili vento, qui obvia quævis rapit & frangit. De vento *Orcan* periculosissimo, ejusque causis & effectu.

Num. 45. Exemplum *venti terribilis in Illyrico* ex relationibus publicis. *De turbine Indici maris* ipsas naves vacuas in *aerem* raptante.

Ad Lib. I. Cap. VI.

NUm. 46. *Montis* Habassiæ stupendi, *Lamalmon* dicti, descriptio ex Tellezio.

Num. 47. De nonnullis Habassiæ *rupibus mirabilibus*.

Ad Lib. I. Cap. VII.

NUm. 48. De *auro* Æthiopiæ in *Enarea*, *Damota*, & aliis Africæ regionibus. Obiter de *ſpe-ctu metallorum in Germania*, nec non in *Lapponia*.

Num. 49. De *metallis* & *mineralibus* Æthiopiæ sat uberibus. De ferro crudo in agris legi solito **Leseſtein.**

Num. 50. De *sale* Æthiopico *minerali* in fodinis laterum formâ exciso. De diversis salis speciebus. Describitur Æthiopicus ex Mendezii Patriarchæ relatione.

Num. 51. De *Stibio* seu *Antimonio* orientalibus *Cohol*, *Alcohol* Hispanis cum articulo Arabico. Ejus descriptio. Apud Medicos *Ophthalmica* medicamenta ingreditur. Prisca Hebræa lingua est פוך *Fucus*, quo *Jesabel* se pinxit. Loca Scripturæ de hoc minerali. Non aliam gemmam vel lapidem esse apud Esaiam c. 54, 11. rationibus ostenditur. Apud Orientales est in frequenti usu. Græcum *Collyrium*, quasi *Cohollyrium* dictum. Aliæ derivationes spernuntur.

Ad Lib. I. Cap. VIII.

NUm. 52. De *fontium origine*. Eos (si paucissimos excipias) ex sola aquâ pluviâ provenire contra Aristotelem ejusq; sequaces defenditur. Locus Ecclesiastæ cap. 1. v. 7. de *circulo aquæ profluentis* contra vulgarem opinionem secundum literam & rei naturam, non tamen de aquâ marina in suâ substantia, exponitur. Sententia contraria exploditur, & obstantia gravissima dubia proponuntur.

Num. 53. De *Nili præstantia*. Ejus *magnitudo* & *longinquitas*. *Moles aquæ*. *Ostia* hodiè pauciora ac olim ex relationibus recentioribus. *Aquæ* ejus *dulcedo* & *salubritas*, de qua *Velschius* parum distinctè loquitur. *Pestem* etiam in Ægypto dari contra *Aristidem* & *Kircherum*. De *fœcunditate Nili* & vana Gematria vocis ΝΕΙΛΟΣ. *Nilum auræ* carere negatur.

Num. 54. Nomen *Nili* Æthiopicum *Abavvi* pessimè plerumque scribitur. An exponi possit? *Velschius* rursus notatur.

Num. 55. An ullum *flumen in Nilum* influat?

Num. 56. *Geon* vel *Gihon* non esse Nilum, secus ac Patres quidam crediderunt. Erroris istius origo à LXX. Interpretibus. Insulsa opinio de subterraneis Nili alveis. Crassa *Judæorum Fabula* de piscibus cum Israelitis viâ Abyssi in Babyloniam migrantibus. De variis Nili nominibus, ibique cespitatio Velschii.

Num. 57. De Regibus & Principibus, qui *Nili fontes* quæsitum miserunt, nempe *Dicæarchus* Hammoniorum Rex, *Sesostris*, *Cambyses*, *Ptolemæus Philadelphus*, *Julius Cæsar*, *Nero*. Vanitas talis laboris ostenditur.

Num. 58. De *Lunæ montibus* fabulosis, ut videtur, quis eos primò tradiderit.

Num. 59. De *Nili fontibus*. Relatio *P. Paysii* ex Kirchero, quam *Vossius* deridet, autor verò non improbat. Illius verba: *Tot esse alicujus magni fluminis fontes, quot sint ejus rivi*, stare non posse, quod latè explanatur. Similia à radice arboris & imbrice planè non quadrare. De *fontibus Danubii & Rheni*.

Num. 60. *An in Ægypto pluat?* Affirmatur. Sæpissimè in inferiore, rarissimè in superiore Ægypto, sed nullibi tantum ut plantis sufficiat.

Num. 61. De *vera causa exundationis Nili*. Pueriles nonnullorum de ea argumentationes. Vana *Kircheri* de ea trepidatio. Ea etiam olim cognita fuit.

Num. 62. De *Etesiis*, ventis in mari mediterraneo

neo anniversariis, qui malè vocantur in Lexicis nonnullis **die Kühlen Lüfftlein in Hundstagen**. Ex qua plaga mundi venti illi spirent. *Lucanus*, qui eos *Zephyros* vocat, contra *Salmasium* defenditur. Quamdiu durent. Ad incrementum Nili parum faciunt.

Num. 63. Ex *solutis nivibus Nilum* minimè augescere contra Veteres quosdam, nec non contra *Cardanum*.

Num. 64. *Pauli Jovii* hallucinatio de exundatione Nili; Verba illius ex Histor. Lib. XVIII. afferuntur.

Num. 65. *Nigrin* fluvium hodie *Sanaga*, seu *Senega*, alveum Nili sinistrum esse ex *Johanne Leone Africano* docetur. Laudatur à *Vossio* & *Scaligero*, defenditur contra virum doctum: & ex *Livio Sanuto*, cujus verba proferuntur. *Niger Nilo simillimus* in omnibus. *Geographus Nubiensis* aliique Arabes duo brachia præcipua Nilo tribuunt.

Num. 66. *An Nilus diverti possit*, ne in Ægyptum fluat? disquiritur. *Hornius* inanem & incredibilem fabulam vocat. *Tellez* idem sentit contra *Albuquergium*; Textus ipse ex Commentario Lusitanico profertur, dubia examinantur, & rationes contrariæ expenduntur. Autores pro altera sententia referuntur. *Luis de Bavia*, *Johannes Cantacuzenus* & alii.

Num. 67. De *fluminibus Africæ* in arenâ pereuntibus Vossii narratio.

Ad Lib. I. Cap. IX.

NUm. 68. De *flumine* Judæorum *Sabbatico*; unde *Sambation* dicatur. Narratio de eo ex *Talmude*; Judæorum obstinatio. Vetus de eo fabula. *Josephi* relatio. Argumenta, quòd *planè fabulosus* sit ab origine narrationis: variatione autorum; *Baronii Casauboni* & *Fulleri* sententiæ. *Plinii Cardani*. Dissensus in loco & situ. Silentium præstantissimorum Geographorum. De defectu ejus opiniones vanæ. Epistolæ spuriæ *Preste Johannis* Autorum diversorum judicia. *Mons Sabbaticus* fabulosus. *Cunæi* sententia probatur.

Num. 69. De *Teff* seminio minutissimo, pannificio utili apud Habessinos, nomine Latino vel Græco autori ignoto.

Num. 70. De *Psyllis* non naturâ sibi ingenitâ sed arte veneno medentibus. In qua regione habitaverint. Alii populi ejusdem virtutis. Quo veneni genere *Cleopatra* sibi mortem acceleraverit. De Herba *Affazoe* contra venena efficacissima. Tellezii verba. De *ligno serpentino* ex Geographo Nubiensi, Lusitanis *Pao de cobra* serpentes omnes stupefaciente. De fraude incantatorum veterum; falsâ causâ sæpe falli homines.

Num. 71. Cur Habessini ex præstantissimis uvis *vinum* facere non possint. *D. Martini Hartmanni* rationes proferuntur & laudantur. Ubi simul *consilium* datur, quomodo defectui huic mederi possint, ne *vinum in Eucharistia* deficiat.

Num. 72. *Dudaim* Gen. 30. 14. 15. & Cant. 7. 14. Nihil aliud esse quàm *Muzam* Arabum, Indis *Pala* & *Pisang*, primum locum de *fructu*, alterum de *flore* ejusdem plantæ agere. Græcorum cæterorumq; antiquorum interpretum expositiones referuntur. *Mandragoram* esse non posse. *Dioscoridis* locus de Mandragorâ *ἰωδὴς* aliter ac vulgò exponitur. Autores aliud asserentes refelluntur. *R. Menachem* laudatur: Sententia de *floribus amabilibus* rejicitur. Veræ sententiæ reperiendæ occasionem dedit autori *Itinerarium Principis Radzevilii*, cujus verba allegantur, Rationibus firmatur. Aliud testimonium ex itinerario *Leonhardi Rauchwolfii*. Herbam esse, non fruticem nec arborem. Diversæ ejus species. Assensus nonnullorum autorum. Confirmatio ab Etymologia. Autores de hoc loco. Lilia esse non posse.

Ad Lib. I. Cap. X.

NUm. 73. De *armentis* Æthiopiæ, ubi de *Nomadibus* antiquis, quibus comparantur *Beklenses*. Boves maximi nonnullis *Taurelephantes*. *Gothofredus in Philostorgium* parvos Elephantes esse malè putavit, sed bene correxit mendosum *Par.* vel *Tarelephantes*.

Num. 74. *Equorum ungulas* in Æthiopia ferro non muniri, uti nec in Tartaria.

Num. 75. De *Cyriaco* Nubiæ Rege centum mille equites nigros in tot equis nigris in Ægyptum ducente. Locus *Elmacini* Arabis.

Num. 76. De *adiposis* & ponderosis *ovium* orientalium *caudis* Hebr. אליה exponitur. Plostello imponebatur. Locus ex *Talmude* & *Salom. Jarchi*. *Pondus* grande talium caudarum.

Num. 77. De *Elephantis* singularia quædam ex relatione *Wilhelmi Leyel* Danici præfecti. Exempla ingenii eorum egregii; injuriis accenduntur; Laudibus demulcentur, etiam præcedentiæ certamina exercent. De pugna eorum cum *Draconibus*. *Anatomia* unius in Hibernia. De derivatione nominis ex Hebr. *Alluph*. *Bos* Vocabula animalium, quoad literas radicales eadem, quoad significationem in diversis linguis mirè variant. *Cornua an dentes sint*, ex quibus ebur fit, remissivè.

Num. 78. De *Camelopardali* & ejus stupenda altitudine; Cur sic dicatur. De maculis *Pardorum* & *Pantherarum*. *Germ.* **Greiff** non à *Giraffa* detortum, ut Bochartus putat.

Num. 79. De *Zecora quadrupede pulcherrimo*. Quod etiam nota fuerit priscis Romanis, sed confundatur cum *Onagris*; ubi *Gothofredus in Philostorgium* notatur; *Martialis de pulchro Onagro* loquens exponitur. De incredibili istorum animalium pretio; Inter munera Regum censentur; Describuntur in literis ex India à Rege Habessinorum ad Gubernatorem Hollandorum Bataviam missis, & itinerario *Thevenotii*, & *Aldrovando*.

Num. 80. De differentia inter *Pardos*, *Pantheras*, & *Tigrides*. Veteres confusè de iis loquuntur, quia

non conjunctim viderunt. Macularum diversitas; hinc diversa nomina. *Lynx* multum differt. *Pardorum fragrantia*, de qua autores mira, sed discrepantia ferè referunt.

Num. 81. De *Hyena* ex Busbequio. Hebr. צבוע Ejus differentia à Septentrionalium *Gulone*, Vielfraß. Quid sit *Crocuta*?

Num. 82. De *Callitriche*, Sangwyncken Hollandis.

Num. 83. De *Monocerote* ex *Plinio*, *Philostorgio*, *Paulo Veneto*, *Vartomanno*. Aliquot genera animalium *unicornium* recensentur. Quid sit *Harish* & *Carcand* Arabum.

Num. 84. De *Monocerotibus* S. Scripturæ, & disquisitio de vocabulo ראם quod LXX. Interpretes *Monoceros* reddiderunt, & illorum exemplo versiones omnes *Unicornu*. Vulgata benè *Rhinoceros*. Dissentit autor è Bocharto & quare.

Ad Lib. I. Cap. XI.

NUm. 85. De *Hippopotamo*, cujus exuvię spectantur Lugduni Batavorum. *Descriptio* ejus ex Tellezio & Thevenotio. Quòd sit *Behemoth* Jobi; pro Clariss. Bocharto. Rationes virorum doctorum, qui de *Elephanto* accipi posse putant, expenduntur, & cum illius rationibus conferuntur. Pro *Hippopotamo* concluditur. Eum plantis pasci certissimum. Verba textus ad eum applicantur, dubia resolvuntur.

Num. 86. De *Crocodilo*, & quòd Hebraicum תבין in plur. contr. תַּבִּים de eo sit accipiendum in Scriptura, speciatim Ezech. 32, 2. 3. qui locus exponitur, ut & Mich. 1, 8. De *Crocodili lachrymis*.

Num. 87. De *Candiverbera* Italorum. Quale animal sit כח Hebræorum ex Bocharto. Gesnerus confundit cum *Crocodilo terrestri*.

Num. 88. De *torpedine* notabilia. Ejus descriptio ex *Godigno*, *Tellezio*, *Barlao*.

Ad Lib. I. Cap. XII.

NUm. 89. De *StruthioCamelo*. De notatione nominis. Descriptio illius ex *Diodoro* & *Sandovallo*. *Tragopan* Veterum, *Casuarius* esse videtur; Unde ista vocabulorum compositio. Appellationis ratio redditur.

Num. 90. De *Ibibus* Ægypti avibus. Ciceronis descriptio. *Volatilibus serpentibus* obviam volant, easque devorant, ex *Solino*. Num rectè *angues* vocaverit contra Salmasium. *Ibes Ciconiis similes*. De *Ophiomachis* quædam.

Num. 91. De *Pipi*, ave Æthiopica mirabili, Guineensibus *Fonton*. Quæ ferarum index, & venatorum ductrix est.

Descriptio ejus ex *Dappero*.

Num. 92. De fabulosa Arabum ave *Rucha*, quæ comparatur cum *Bar-juchna* Judæorum, ova utriusque montis magnitudine describuntur. *Anka Occidentis* id est, *Gryps Africanus*. Fabulosa narratio *M. Pauli* & *Benjamini Tudelensis*, Originem traxisse videtur à *Candora* incredibilis magnitudinis ave, in Africa & America visa, quæ vitulum Elephanti vel juvencum in aërem extollere potest. Testimonia Scriptorum recentiorum *Johannis dos Santos* Lusitani. *P. Bolivari* Jesuitæ: *Yncæ Garcilassi de la Vega*. *Josephi* de *Acosta*.

Num. 93. De *Boa* ex Plinio. Malè redditur vernaculè hoc vocabulum vulgò ein Uncke. De *Indicis serpentibus* maximis ex *Diodoro*, *Philostorgio*, *Dappero*. Fabulæ admixtæ refelluntur.

Num. 94. De *Jekko* aspide Indico venenatissimo. Num *Salamandra* veterum sit. Vox est ὄνομα πεποιητικόν. Historia faceta de juvene concionatore illius clamore territo.

Num. 95. De *hydris* & *chersydris* venenatissimis. Cur sic dicti. *Descriptio* eorum ex *Leone Africano*, *Æliano Virgilio*. Isti Num. 21. 6. sunt intelligendi secundùm Bochartum. *Melchior Sebizius* Junior parùm accuratè *serpentes* depingi curavit.

Num. 96. De *Locustis magnis Australibus* esui aptis Diatriba ampla, ob conjecturam novam de voce שלו Num. 11, 31. Istius vocis expositiones. LXX. Interpretes Ortygometram reddidere, Chaldæus Phasianum. Primus Josephus *coturnicem* reddidit, quæ specie differt ab *Ortygometra* Qualis hæc avis sit. *Recentiores Judæi* utramque significationem respuunt, & in ea mirè variant. Retinetur vox in versionibus Orientalibus sine intellectu. Remedia in difficilioribus vocibus Ebraicis adhiberi solita hîc cessant. Arabes suum سلوي non intelligunt. Occasio hujus conjecturæ. Hæsitatio autoris priusquam illi indulgeret. *Rariora animalium plantarumque scripturæ nomina vel perperam vel planè non exposita à LXX Interpretibus fuerunt.* *Descriptio locustarum* ex *Strabone*, *Diodoro*, *Plinio*, & inprimis *Alvarezio* teste oculato, qui de *incredibili & ineffabili earum multitudine: expansione per octo leucas: altitudine duorum cubitorum* cum tempestate perussent, aliisque circumstantiis notabilibus testatur. Sequuntur *testimonia Patrum Soc. Jesu*, *Clenardi*, *Kirstenii*, *Johannis Neuhofs*, *Dapperi* & novissimè *Josephi de S. Angelo*, & maximè *R. Ananiæ Fezzani*, qui verbis & scriptis autori narrationem de stupendo hoc insecto exposuit, & quidem Arabicè secundum dialectum Mauritanam vulgarem. Ingens hæc est illarum terrarum calamitas ἀνακεφαλαίωσις antedictorum.

(1.) *De multitudine.*

2.) *De earum esu Judæis licito & bono, imò suavissimo*, non Barbarorum tantum aut Pamphagorum, sed & delicatorum populorum videlicet *Chinensium*. *Certissimè bonas* eas prædicat Josephus modò citatus. Qualis sit earum *sapor*. Contraria ex *Zigabeno* & aliis discutiuntur. Quæ sit earum *præparatio*. Num verò *salubres* sint, disquiritur. Autor *sententiam* suam ex *Maffejo* in Hist. Æth. prolatam nunc *retractat*, & de *marinis locustis* locum accipiendum agnoscit. Quæ vel quales istæ sint. Digressio ad Hieron. *Velschium*, qui de salubritate locustarum

rum loquens lectores turbat. Veteribus Scriptoribus tribuit, quæ illi non dicunt. Versio *Strabonis* obiter corrigitur. Confusum *Velschii* scribendi genus de λαχανοφαγία. *Deus in furore suo carnem Israelitis dedit.*

(3.) *Species mundarum locustarum* plurimas fuisse.

Accedit nunc autor ad *Exegesin* textus sacri. *Ventum afferre solere locustas*; Qualis ventus is sit. In hoc consistere miraculum divinum totius historiæ. A quo *Mari* venerint. *Spatium itineris unius diei*, quomodo accipiendum, ad coturnices id minimè quadrare. *Duorum cubitorum altitudine* humi jacuisse, non volavisse. Interpretes hoc asserentes notantur. Bocharti sententia de *cumulatione* earum per *acervos* non placet. Quid sibi velit Hebraica phrasis *super faciem terra* De modo eas colligendi, & comparatione ad verba: *qui minimum collegit. Corus*, num hic cumulum an mensuram significet; ultimum præfert autor. Quomodo *expansio earum* intelligenda. Varia lectio in Codice *Samaritano*. Protestatio autoris de hac nova conjectura per verba Bocharti.

Num. 97. De magnis *formicis Indicis*; mediocris canis magnitudine. Testimonium *Herodoti* quod declaratur. *Indica animalia* pleraque maxima sunt, ex. gr. *Vespertiliones* anserum magnitudine.

Ad Lib. I. Cap. XIV.

NUm. 98. De optima *Habessinorum indole* ex Patrum Societatis testimonio in literis annuis, & Patriarchæ Alphonsi Mendezii narratione. Ipsa eorum verba referuntur. *Servi hujus nationis* maximi æstimantur; ea de re *Mocchâ* Arabiæ recentissima relatio; Exemplo è *Dappero* & indole *Gregorii* confirmatur.

Num. 99. De *Gregorii* Habessini studio Linguæ Latinæ. *Acalexus* juvenis Habessinus *Petri Heilingi* Lubecensis discipulus, studiorum causa in Europam, deinde in *Germaniam* delatus urbes quæsitas non potuit reperire; ejus rei causa *Amstelodamum* profectus, ibi petulantiam puerorum & nautarum expertus est. *Johannis Wesselii Lubecensis* hac de re epistola. Quomodo id cognoverit autor.

Num. 100. De *Leucæthiopibus*, sive natione quadam Æthiopici generis albâ, non tamen morbosâ, ut *Vossius* putavit; illius narratio de hac re, & in ea dubia quædam.

Num. 101. Quòd *fœmina parturientes* in Oriente & Æthiopia se in genua demittere soleant. Hinc exponitur locus 1. Sam. 4. 19. Hebraicum כרע significat; *Ingenua se demisit*. Testimonia de facili partu Australium ex *Barlæo* & *Indicis* relationibus. De *Habessinicis* fœminis dubium.

Additio ad §. 43. hujus capitis. *An Judæi post destructionem templi Hierosolymitani usquam suo jure usi fuerint? Benjamin Tudelensis* id asserit. *Constantinus L'empereur* in dubium vocat; sed obstant exempla *Judæorum nonnullorum in Habassia*. & *Dunavvasi Judæi Homeritæ* in Arabia, qui diu nemini paruerunt.

Num. 102. De *Troglodytis* & populis Africæ vagis, de quibus *Sallustius* & *Pompon Mela Gregorius Æthiops. & PP Soc.* Tales sunt hodierni *Promontorii bonæ spei* habitatores; de lingua eorum. *De Cafris* unde sic dicantur. Quid sit *Ciafer* Turcarum.

Additio de vocabulo *Paganus*. Quare *Ethnici* sic dicantur.

Ad Lib. I. Cap. XV.

NUm. 103. De *lingua Æthiopica* ejusque usu. *Mariani Victorii* de tribus linguis in Æthiopia usitatis inepta narratio. *Athan. Kircherus* quoque de alia quadam lingua & charactere falsò edoctus fuit.

Num. 104. Quare superiori seculo *Chaldaica* vocata fuerit hæc lingua, incertum.

Num. 105. De illius *facilitate*. Cum *Arabica* maximè convenit in Grammaticâ; Verba quædam *Chaldaica* peculiariter in ea observavit eruditiss. *Lud Piques. Dr. Sorbonicus.*

Num. 106. *Verba & loca S. Scripturæ*, nec non radices Hebr. plurimæ ope *Linguæ Æthiopicæ* declarantur. Vocabula rariora animalium, plantarum, gemmarum &c. S. Scripturæ diu ignorata, ope cæterarum Lingg. Orientalium exposita fuerunt. Voces Hebraicæ aliquam multæ ex Æthiopismo lucem fœnerantes adducuntur. Dubia circa ea pro vel contra *Ludovicum de Dieu* aliosque doctos viros resolvuntur. Etiam nonnulla Arabica vocabula ab Æthiopicis radicibus derivantur.

Num. 107. De significatione antiqua radicis אדם *Adam*. Verâ nominis *Adami* origine & significatione; Unde vocabulum κόσμος & *Mundus*. Ciceronis locus de hac re. Expositio vocis אדמה vulgaris inepta. Explicatio loci Thren. 4, 7. De nomine *Adami* Oda Æthiopica ex *Poeta Æthiopico*.

Num. 108. De lingua *Ambarica* ejusque *Grammatica* & *Lexico* mediocri ab autore elaborato, sed nondum edito.

Num. 109. De *Scala magna*, sive *Vocabulario Æthiopum*, ex quo specimen profertur de *Gemmis* satis rude & indoctum.

Num. 110. Quòd Æthiopes *vocabula Græca rariora* in versione LXX. interpretum minùs rectè intellexerint, idque exemplis demonstratur.

Num. 111. *An sit certus numerus Linguarum totius Orbis*. Judæi *septuaginta duas* linguas ineptè asseruerunt, quî id factum sit. Patres Græci tamen & aliqui Latini id crediderunt. Vanum est certum earum numerum definire velle. *Plinii* locus, de *trecentis* dissimilibus linguis in urbe Dioscuriade suspectus, emendatur; ut & *Strabo*. *Megiserus* & alii Orationis Dominicæ variarum Linguarum compilatores admonentur. Ejus vanus conatus in conquirendis quadringentis Orbis terrarum Linguis & dia-

dialectis. *Alstedius* illum malè imitatur, dum etiam *Francofurtensem* & *Spirensem* dialectum illis annumerat, *Erfurtensis* oblitus. Obiter de *Zingaris* & eorum lingua, cum specimine vocabulorum nonnullorum, ubi sententia *Scaligeri*, quam *Bon. Vulcanius habet*, de *Origine Zingarorum*, quod *Nubiani* sint, refellitur. De ficto sermone *nebulonum mendicantium* Rottwelsch. Bonus Alstedius *LXXII. Linguas Synedrii Judaici* conquirens nugatur. Conclusio: *Numerum linguarum Orbis esse incertissimum*.

Ad Lib. I. Cap. XVI.

NUm. 112. De *Mamalucorum* regno Ægypti deleto. Facie rerum illic locorum mutatâ, maxima quoque damna in Habessinos redundaverunt.

Num. 113. De *fœdo signo* occisi hostis masculi in Africa colligi solito.

Num. 114. Incultas & *feras gentes* sæpe superare cultiores; Exemplum de *Tartaris* ex Martinio affertur. *Orientales* nuper, *Occidentales* olim *Chinam* invaserunt teste Andr. Mullero.

Num. 115. De *incantatione* Veterum, quâ variæ bestiæ in unum congregantur. Locus *Deut.* 18. 11. exponitur. Est adhuc hodiè in Africa usitata.

Num. 116. De *victimis humanis*, olim inter *Cananæos* & *Carthaginienses* usitatis; à quibus mos iste detestabilis ad alias quoque gentes serpsit. Ubi hodiè adhuc in usu sit.

Ad Historiæ Æthiopicæ Lib. II. Cap. I.

NUm. 1. De vera causâ *Indica navigationis* à Lusitanis audacter susceptæ. *Plinii error* de *Hannonis* periplo. Oceanum totum Orbem ambire fama vetus. De circumnavigatione Africæ autorum relationes. *Naves equos* dictas, quod Strabo habet, quomodo accipiendum.

Num. 2. Ubi verus *Presbyter Johannes* olim regnaverit. *Marci Pauli* verba. *Ath. Kircherus de Cathaya* confusissimè loquitur. Rectius *Hornius*. Unde *prima fama* Presbyteri Johannis.

Num. 3. De vera istius nominis *Etymologia*; Scaligeri *Fristegiani* è lingua Persica rejicitur, ut analogiæ istius Linguæ repugnans. Nec *Golii expositio* locum habere potest ob varias rationes. Nec *Bespieri* nova *Freshte-jehan* id est *Angelus Mundi*. *Schindlerus* notatur. Andreæ Mulleri *Prester-Chan* cæteris derivationibus omnibus præfertur.

Num. 4. Ultra *viginti appellationes* istius *Monarchæ* pleræque vanæ, partim etiam ridiculæ referuntur, veluti:

Abecum.	*Elati.*
Abete.	*Farestagiau.*
Amma.	*Gian Belul.*
Atse-l-abassi.	*Giochan-Belul.*
Avie Negus.	*Jonanas.*
Azegue.	*Juhanna.*
Beldigian.	*Johannes Ung.*
Belulgian.	Lederwyck. &c.&c.

Num. 5. Quid sit Tzaga-Zabi *Jan-Belul*, & ridiculum *Farai-ta-gian* Zaga Christi.

Num. 6. De compellatione Regis, ejusque titulo *Hatze* & *Hatzeghe*, ut & nominibus ejus in Hispania illustrata notatis.

Num. 7. De titulo Regum Æthiopiæ *Nagasihi*, quòd non tantùm Imperatori Æthiopiæ, sed etiam alus minoribus Regibus tribuatur. Quid *Pharao* significet. *Nova* Andreæ Mulleri *expositio*. Aliorum *Regum Epitheta* perpetua.

Num. 8. De *duplici* Regum Æthiopiæ *nomine*, nimirum *Baptismatis* & *Regni*; exempla istius.

Num. 9. De Impostoris *Tzaga Christi* Epistola ad D. *Wislengium* Patavinum, illiusque crassa inertia.

Num. 10. De *Helena epistola* ad Regem Lusitaniæ titulis carente, quos Æthiopiæ Reges ignorant; hinc titulus vulgatus falsus deprehenditur.

Num. 11. Quòd Habessini *summum Pontificem* non aliter ac *Patriarcham Romanum* appellent, nec majus nomen hierarchicum habeant.

Num. 12. Quare *Rex Hispaniæ* à Rege Æthiopiæ in literis suis vocetur *Rex Regum*, quòd Tellezius reddidit *Imperator*.

Num. 13. De *ratione scribendarum Epistolarum* Æthiopicarum peculiari dissertatione autor agit. Quod in Exordio sæpè Rhythmico omnem earum ornatum ponant.

Ad Lib. II. Cap. II.

NUm. 14. De *Catalogo* Regum Æthiopiæ, ubi *Marianus Victorius* & *Hieronymus Vecchietti* ut nimis creduli perstringuntur; defectus in eo notabiles ostenduntur.

Num. 15. De *aliorum Regnorum Catalogis fictis*, ubi Alstedius notatur, quod *Joh. Annium Viterbiensem* secutus fuerit.

Ad Lib. II. Cap. III.

NUm. 16. De *Cusæis*; Hos rectissimè *Bochartus* collocat in Arabia. Ille tamen & *Beroaldus* LXX. Interpretes, eorumque sequaces, gravis erroris arguit, quòd *Cush* reddiderint *Æthiopiam*. Istius verba referuntur; *Bened. Pererius* illos defendit, atque distinctione utitur. Bocharti affectionibus respondetur. Pererii distinctio *in Africanos & Asiaticos Æthiopes* expenditur. Autores

res veteres *Homerus*, *Plinius*, *Strabo*, *Herodotus* referuntur. *Arabiæ* populi veteribus *Æthiopes* dicti. Conclusio: Bochartum abs re dicere: *Nisi quis aliam Æthiopiam in Arabia sibi fingat.* Quid LXX Interpretibus propriè vitio verti possit. Ubi docetur, jam tùm Jeremiæ Prophetæ temporibus כוש *Cusaum* significatione extensivâ pro *Æthiope* in genere acceptum fuisse; ut in Occidente *Maurus* Ital. *Moro*, Gall. *More* Mohr pro quolibet homine nigro. Quid hodierni interpretes de hoc vocabulo observare debeant. *Josephus exploditur* ob duas Æthiopissas Moysi desponsatas.

Num. 17. Veterum sententiæ de *Mari rubro*, seu potius *Edomæo*, ejusque extensio in ipsum Oceanum Indicum.

Num. 18. Num *Regina Sabæ* etiam Æthiopiæ imperitaverit. Vana quædam circa hanc rem referentes *Josephus* & *Godignus* notantur.

Num. 19. Conciliatio locorum Scripturæ de bello *Roboami* cum *Jeroboamo* perpetuo & non perpetuo. Objectio de cognatis gentibus sui invicem oblitis, diluitur.

Num. 20. Quòd *literarum elementa* cum ipsa religione ad nationes transeant, uti factum cum Arabicis & Latinis literis.

Ad Lib. II. Cap. IV.

Additio. Autor *nomina Regum*, quæ in Historia sua promiserat, reticet, quia in *Martano Victorio* ficta vel confusa illa esse deprehendit.

§. 13. Reges *Abrebam* & *Atzbeham* eosdem videri, ad quos Constantius scripsit, *Aizana* & *Sazanas* dictos.

Num. 21. De *Calebo* Æthiopiæ Rege, qui Græcis & Latinis *Elesbaas* dicitur, vindictâ *S. Aretæ* & excidiô Homeritarum Regni clarissimus.

Num. 22. Historia *S. Aretæ* è Synaxario Græcorum vulgari. Eadem ex Libris Æthiopum, referente Alphonso Mendezio. *Melchitâne an Jacobita fuerit iste Elesbaas?* *Dunavvasi* sævitia, cujus & Alcoranus meminit. Incidenter de Rhythmica periodorum *Alcorani* terminatione. *Aretæ successores* in Arabia etiam *Habessini* seu Æthiopes dicti fuere. Seldeni dubium de *Habessinorum Nagashio ad Muhammedem deficiente* resolvitur.

Ad Lib. II. Cap. V.

NUm. 23. De templis in *vivas rupes* incisis Alvarezii relatio & denominatio. Testimonium Tellezii. Exemplum in Comitatu *Regenstein* diœcesis Halberstatensis.

Ad Lib. II. Cap. VI.

NUm. 24. *David secundo genitus* regnante Patre *Naodo* natus, prælatus fuit in successione Regni primogenito ante regnum patris nato, quod improbatur. *Prætextus a Regina & Metropolita Marco quæsitus* videtur, ut sub pupillo imperarent. Iniquissima quæstio olim inter *Darii Filios* agitata, idque rationibus ostenditur. *Herodoti* sententia laudatur. Eventus istius consilii infelix.

Num. 25. De *Davide puero undecenni* cum Rex fieret, & Helena ejus avi vidua.

Num. 26. *Colloquia* de rebus sacris à *Davide* cum *Alvarezio* habita; Reges & Magnates Æthiopiæ *lectioni sacrorum Librorum* student.

Num. 27. Laus *Claudii* Æthiopiæ Regis ab ipsis patribus societatis vulgata, quibus tamen non favebat.

Num. 28. Rex iste in *disputationibus Theologicis* contra Patres Soc. acerrimus; Patris Tellezii testimonio.

Num. 29. *Confessio Claudii Æthiopiæ Regis* Æthiopicè & Latinè cum notis novis, ubi de Libello veteri *Didascalia* dicto: De *Cœnaculo Sionis*, in quo Apostoli congregati fuerunt. De *incisione in facie Æthiopum* unde originem habuerit, ex Mssto Arabico.

Num. 30. Bellum *Menæ* Davidis F. cum *Tazcaro* fratris natu majoris filio naturali. De infelici illegitimorum in Regnis successione. Illo bello *Turcæ* Habassiam invaserunt & portus ceperunt.

Num. 31. Regis *Malac-Saguedi de moribus & doctrina Patrum Societatis* judicium; sed Tellezii argumentum displicet.

Num. 32. *Illegitimos Regum liberos* sæpè causam bello atque cædibus dedisse; exempla *Æthiopia*, *Numidia* & nuper *Anglia* id docent.

Num. 33. De clementia *Za-Dengheli* erga *Jacobum* regni æmulum laudatissima. *Tyrannorum* scelestus mos futura crimina puniendi. Quanta sit *felicitas regnorum successionem certam & fidos Ordines habentium.* *Imperia militaria* instabilia.

Ad Lib. II. Cap. VII.

NUm. 34. De *sexcentis* & amplius *equitibus*, qui fugâ nocturnâ de rupe præruptâ semet præcipitarunt, relatio Tellezii.

Num. 35. De *Tzaga-Christo*, qui *Æthiopiæ Princeps falsò creditus* fuit à missionariis Palæstinæ. Inde origo fabulæ fabulis pluribus auctæ. Flagitia ejus enormia. Judicium scenicum quæstoris rerum criminalium Parisiensis. Ejus in Gallia sepultura & *ludicrum epitaphium* nunc correctius editum. Plura supra de eo dicta.

Num. 36. Epiſtola *Aſ-Saghedi* Æthiopiæ Regis ad Hollandorum Gubernatorem generalem *Bataviam in Java Majore miſſa*, anno Hegiræ 1083.

Additio. De *Baſilidis ſucceſſoribus ex noviſſima relatione*, quam autor ex Arabia accepit.

CAP. VIII. vacat.

Ad Lib. II. Cap. IX.

NUm. 37. De *Edictis in cauſis Eccleſiaſticis* à Rege publicatis, unde ſimultates cum PP. Societatis natæ. Imperatores priſci *Concilia* revocaverunt. Ipſe *Leo Magnus Papa* id ab Imperatore petiit. *Carolus V.* Edictum, quod *Interim* vocabatur, ſua ſponte edidit.

Num. 38. De *Jurisdictione Eccleſiaſtica* Regum Æthiopiæ. Quæſtionem hanc ſibi moveri Rex *Suſneus* Patrum Soc. patronus moleſtiſſimè tulit. Iſti autem ceu perſonæ Eccleſiaſticæ *jurisdictionem Proregum* declinaverunt; hinc lerna malorum. Socratis de hac cauſa dictum.

Num. 39. *Regalia* vulgò dicta *Reges Æthiopiæ* ſoli & abſolutè exercent.

Num. 40. Quòd *ſubditi Regum Aſiæ atq; Africæ* nihil proprii poſſideant, è Tellezio & Dappero. Parum ab eo abſunt *Ruſſorum ſubjecti*. Locus 1. *Sam.* 8. 14. declaratur.

Ad Lib. II. Cap. X.

NUm. 41. De *falſa* Æthiopum ſeu Habeſſinorum *expeditione* in Aſiam ſeptentrionalem. *Hornii* de *Scaligeri* dictis in hac cauſa perplexè loquentis judicium.

Num. 42. De *Cyriaci Regis Æthiopiæ* aliàs *Nubiæ* in Ægyptum expeditione, quo tempore contigerit, & quid hic per *Nubiam* intelligatur.

Num. 43. Quo pacto Barbari *Gallæi Habeſſinorum hoſtes* perpetui domari poſſint, ſcil. pacis artibus; exemplo *Britannorum* veterum. *Vaticinium* quoddam vetus inter eos.

Num. 44. Quomodo *Turcæ* ex portubus Habeſſinorum expelli poſſint, munimentis parum firmis & præſidiis exiguis defenſi. Turcæ pacem petentes *Patriarchâ Pontificio Alphonſo Mendezio conciliatore* uſi ſunt, ex Epiſtola *P. Caſp. Paez* Romæ impreſſâ.

Num. 45. *Æquiſſimum tributi genus eſſe proventus regionum naturales*; Exempla è vetuſtate. Iniqua tributa quæ ſint.

Ad Lib. II. Cap. XI.

NUm. 46. De *Axuma* Habeſſinorum Regia, & pravâ iſtius vocabuli expreſſione. *Salmaſii* emendatio *Stephani* contra *Pinedum* defenditur, iſte contra analogiam Grammaticam vulgatam lectionem tuetur.

Num. 47. De *Roma* ob translatam Imperii ſedem vaſtata; à quibus & quando id factum fuerit. Irreparabilis antiquarum *Bibliothecarum* jactura.

Num. 48. De veteribus *Inaugurationum regiarum* ritibus, quibus certa loca aſſignata. Unde mos *unctionis* Chriſtianorum Regum.

Ad Lib. II. Cap. XII.

NUm. 49. *Pſalterium* apud Habeſſinos in magno pretio haberi, & à magnatibus etiam memoriter ediſci.

Num. 50. De dignitate ſumma *Bahtudedorum* in Æthiopia abrogata. *Bodini* etymologia exploſa; alia melior. *Palatii Magiſtri* apud priſcos Francorum Reges poſtea abrogati. *Periculoſiſſimum eſt uni miniſtro ſummam rerum committere*. *Bodini* locus. Exemplum *Sejani*.

Num. 51. De iis, qui è *ſtatu humili* ad magnam potentiam promoventur; exemplo *libertorum Romanorum*; ejus rei cauſa.

Ad Lib. II. Cap. XIII.

NUm. 52. De periculoſiſſimo & inſtabili *militarium Imperiorum* ſtatu, recentiſſimo *Turcarum* exemplo; Bodini *laus militum* ſcilicet!

Ad Lib. II. Cap. XIV.

NUm. 53. *Habeſſinorum milites annona contenti* ſunt, ut olim Romani. De his *Feſtus*, *Lipſius*, *Polybius*, &c.

Ad Lib. II. Cap. XV.

NUm. 54. De *expeditionibus* veterum Æthiopiæ Regum ad Habeſſinos noſtros non ſpectantibus. De iſtorum *in Arabiam expeditione*.

Num. 55.

Num. 55. De *bello Adelenſi* cum Habeſſinis, ſingularia quædam. *Cauſa odii Vatiniani* inter has nationes ex *Andreâ Corſalo* De *Regis Principis* Habeſſinici in *Adelam* fuga, poſtea Muhammedani, ejusque in Habeſſinorum Imperium prætenſione. Inde alia conjectura de *Abd-el-Bakidis* loco à *Sel deno* allegato, quo Chriſtianiſmum in Habaſſia interruptum putavit. De inſigni Duce Adelenſi *Mafudio*, & ejus dictis. Circumventus provocavit ad certamen ſingulare Habeſſinos; acceptavit id *Monachus ſtrenuus* & barbarorum Ducem vicit. Luſitani *Zeilam* vaſtaverunt. Cur poſt hæc de bellis Adelenſibus nihil auditum.

Num. 56. De auxilio à paucis *Luſitanis* viris fortiſſimis Habeſſinis lato, & diſcrepantibus ea de re narrationibus, ſpeciatim *Johannis Bermudis*.

Ad Lib. II. Cap. XVI.

NUm. 57. Hiſtoria *prima* Habeſſinorum in Europam *expeditionis* ad Luſitanos à *Damiano Goezio* relata. Illius ſucceſſus.

Num. 58. De *Tzaga-Zabi* ad Regem Luſitaniæ *Legatione* è libello *Joh. Bermudis*, qui multa & gravia dubia continet.

Num. 59. *Legatio Susnei per ignotas Africæ regiones* ad Oceanum orientalem tentata, periculoſo prorſus & multis caſibus obnoxio itinere.

Additio. De *Legato Habeſſinico Conſtantinopolim* deſtinato Thevenotii relatio.

• Ad Lib. II. Cap. XVII.

NUm. 60. *Præſidum & Præfectorum* Æthiopiæ *appellationes* variæ & peregrinæ, unde originem traxerint.

Ad Lib. II. Cap. XIIX.

NUm. 61. Quòd *Reges Orientis* nullas ament *hæreditarias dignitates*, & Satrapas ſuos omnes pro ſervis habeant, ex *Oleario* & *Dappero*.

Num. 62. De *vocibus canoris*, quibus *ſupplices antelucani* ante tentorium Regis clamantes diſtinguuntur.

Num. 63. Clamores eorum *notis muſicis* deſcribuntur.

Num. 64. De more *ſupplicum* ante *Turcarum* Sultani palatium *ignem in capitibus* ſuis accendendi.

Ad Lib. II. Cap. XIX.

NUm. 65. De *judiciis* & *pœnis* Habeſſinorum. *Criminia* apud eos certo tempore *præſcribuntur* *Cuſtodia* captivorum Romana apud eos adhuc eſt uſitata. *Nobilium pœna* apud Habeſſinos. *Vindicta læſis* permittitur. *Jus talionis* exercetur.

Additio. De *noviſſimo Æthiopiæ ſtatu relatio* Mocchâ Arabiæ Emporio ad autorem delata. 19. Auguſti anno 1685.

Ad Hiſtoriæ Æthiopiæ Lib. III. Cap. I.

NUm. 1. De fallaci *Matthæi Armenii* primi Æthiopum Legati in Luſitaniam relatione quoad res eccleſiaſticas. *Æquivocationes* & falſa illius narrata exemplis demonſtrantur.

Num. 2. De *Tzaga-Zaabi* (quem Gregorius communiter *beſtiam campi* vocabat) *abſurda fidei confeſſione*; Tellezii verba de eo. Cætera reperiuntur in Proœmio.

Num. 3. De *circumciſione Habeſſinorum* uſque à Judaica differentia. Aliæ gentes plu[illegible] eam uſurpant. Thevenotii de *Muſulmannorum circumciſione* relatio. *Muhammedes* eam non juſſit, ſed repertam reliquit. Teſtimonia hujus rei. Dubitatio quorundam *de prima circumciſionis origine* expenditur.

Num. 4. De *præputio rurſus ſuperinducendo*, quomodo id vel *arte* vel *naturâ* fieri poſſit, occaſione dicti Paulini 1. *Cor. 7. 18.* *Præputium abſciſſum* reſtitui poſſe Hippocrates rectè negat. Theologi quidam non propriè, ſed allegoricè dictum illud accipiunt. Contrarium docetur cùm exemplis, tùm *Rabbinorum* dictis. Modum ignoravit *Buxtorfius*. *Operatio chirurgica* Medicorum quorundam. Autor cenſet: *denudationem reparari, imò naturaliter reſtitui poſſe, non præputium ipſum*. *Epiphanius* fallitur Judæum ad Samaritas deficientem denuò circumcidi ſcribens. Exemplum de *Judæo* quodam ſeſe ſponte repræputiato.

Num. 5. De fœdo more *circumciſionis* vel potius *exſectionis fœmellarum*, in Africa & partim in Aſia uſitatæ. Rem eſſe turpiſſimam; *Tzaga-Zabus* propterea perſtringitur. Præſtantiſſimorum Anatomicorum *Bartholini* & *Weslingii* ea de re recta ſententia. Antiquus mos eſt. Opiniones aliorum, qui extra oleas vagantur. *Thevenotius* fallitur ſuperſtitioni id adſcribens. Aliæ pudendæ cauſæ ſubſunt, quæ reticentur. Plura autorum loca afferuntur. Arabum *diſtincta vocabula* utriusq; circumciſionis.

Num. 6. De appellatione *fœmina inexciſa* apud Arabes probroſâ, & obſcœnorum vocabulorum in pronunciando alteratione, etiam Habeſſinis æquè ac Judæis *Incircumciſus* malè audit.

Num. 7. De *Baneanorum gentilium Indorum* moribus profanis & quòd ab esu animalium omnium abstineant *Pythagoraeorum* more. *Brachmanes* sunt sacerdotes eorum.

Num. 8. De *cibis Tartarorum orientalium*, qui equis, canibus, &c. vescuntur.

Num. 9. *Sabbatum* simul cum *die Dominica* in primitiva Ecclesia celebratum fuisse; malè à quibusdam in dubium vocatur, autoritate veterum cumprimis concilii *Laodiceni* stabilitur. Quinam fuerint *Sabbatarii* hæretici.

Num. 10. De *feriatione Sabbati* apud Habessinos certo modo usitata. Certamina de hac re in Habassiâ tempore Patrum Societatis. *Gregorii* de re sententia. *Canon 29 Concilii Laodiceni* exponitur. Judæorum superstitio in observatione Sabbati quoad ignem habendum vel accendendum. Autoris sententia de scopo & mente illius Canonis.

Num. 11. De Jure *Leviratus*, an apud Æthiopes sit in usu. De casu ab Alvarezio relato judicium.

Num. 12. De *Confessione Fidei Regis Claudii*; num *genuina* sit, Viri doctrinâ & judicio præditi illam pro tali habuerunt. Fuit qui scrupulum moveret his verbis: *judicet qui potest &c.* at dubia sua non promsit. Integra historia hujus confessionis narratur, ejusque occasio.

Ad Lib. III. Cap. II.

NUm. 13. An per unum *ex Apostolis Christi* conversio Habessinorum facta fuerit? Traditio de conversione ad verum Deum per *Reginam Sabaam* facta spernitur, ut & ea de *Bartholomaeo* & *Matthaeo Apostolis*.

Num. 14. *Genuina Historia conversionis Habessinorum* per solum *Frumentium* factæ. Aliæ traditiones earumque conciliationes rejiciuntur. Ad dubia *Henrici Valesii* respondetur.

Num. 15. De *Ruffino* in designatione *Indiæ* ambiguo. Dubium de *Pantæno* resolvitur, & ob id *Henricus Valesius* notatur.

Num. 16. *Frumentium unum tantùm esse*, non duos hujus nominis, ut *Baronius* putavit, idque nunc extra omnem controversiæ aleam positum.

Num. 17. *De tempore conversionis Habessinorum ad fidem Christianam.* Autor mutat suam sententiam de *Prælato Æthiopiæ*, quam hauserat ex *Seldeno*: iste verò ex *Canonibus Nicænis apocryphis*.

Additio. De *progressu & duratione religionis Christianæ in Æthiopia*, ubi disseritur de *defectione Atzhamæ* ad Islamismum, quam *Seldenus* ex *Abdelbakide* narrat, ea non de Æthiopiæ Imperatore, sed de alio quodam *Nagashio* accipienda; Autoris ea de re conjecturæ.

Ad Lib. III. Cap. III.

NUm. 18. De novem *viris Sanctis* Fidei Christianæ in Æthiopia propagatoribus, qui *Græci* ex Ægypto fuerunt. Quo tempore venerint. Nonnullorum nomina & laudes ex Poetâ Æthiopico.

Num. 19. De *miraculis* variis *Sanctorum Æthiopiæ*. Odæ aliquot de iis ex Poeta Æthiopico proferuntur.

Num. 20. Exemplo Sancti *Martini* narrantur aliqui *Sancti Æthiopiæ* liberalitate erga pauperes egregii. Animus in *Eleemosynis* spectandus. Monitum Christi *Matth. 6, 1.* ubi nota critica ad verbum *Justitiam* in Vulgata. *Quænam, datis duabus variis lectionibus, pro antiquiore habenda.*

Num. 21. Exempla *Sanctorum* Æthiopiæ qui *Leones* tanquam jumenta frenarunt, atque in iis equitaverunt.

Num. 22. De *Ascetis rigidissimis* apud Æthiopes, ubi prudentissimum *Patrum Societatis judicium* de austeritate vitæ atque miraculis exponitur illorum verbis Lusitanicis. Christi dictum de hac re *Matth. 7, 22.* Exemplum unum & alterum Habessinicorum Sanctorum.

Num. 23. De mirabili quodam Sancto Æthiopico *Gebra-Menfes-Keddus* dicto, quem exagitant Patres Societatis. Comparatio nonnullorum Sanctorum Æthiopiæ cum sanctis Ecclesiæ Romanæ. *Nicolaus de Tolentino* perdicem assatam *avolare*: At *Aaron Æthiops* pullos columbinos assatos ad se *advolare* fecit. *Menas Æthiops* resuscitavit *porcum*, at *Capucini* teste Valeriano Magno *Asinum*, & ita de aliis.

Num. 24. De *S. Antonio* Eremitarum *Coryphæo*, quem præcellit *Paulus*. Laus *Antonii* ex Poeta & *Sozomeno*: Successorum ejus ኣስኬማ: *Ascheema*: *Schema* seu *habitus Angelicus*.

Num. 25. *Æthiopes*, qui Novum Testamentum Romæ impresserunt, malè pro *Maronitis* à viris doctis habiti fuerunt, unde hoc venerit. *Nomina propria Æthiopica* malè fuerunt intellecta.

Ad Lib. III. Cap. IV.

NUm. 26. *De S. Scripturarũ versione Æthiopica.* An ex versione *Arabica* facta fuerit, dubitatur. De *versione Bibliorum* id negatur. De Græcâ Codicis cujusdam Alexandrini affirmatur. Num *Frumentius* illius autor fuerit; Probabilius videtur novem illos viros sanctos, de quibus supra. *Libri Conciliorum & Canonum Ecclesiasticorum* ex Arabica versione translati videntur.

Num. 27. De *Novi Testamenti* editione Romana. *Scaliger* de ea contemtim loquitur, sed à *Waltono* refellitur. Uterque impressorum verba Æthiopica non rectè intellexit. *Variæ lectiones* diversas arguunt versiones, vel varios codices.

Num. 28. Quòd *Æthiopes S. Scripturam integram habeant*. & quinam *libri Biblici in Europa* extent, tàm impressi quàm Manuscripti qui omnes recensentur. Libri Æthiopici *Bibliotheca Vaticana* ut & *Seguieriana* Lutetiæ Parisiorum.

Num. 29.

Num. 29. De *Canonibus Apostolorum* ita vulgò dictis, quorum summa capita ex Æthiopico Manuscripto habes Num. sequente.

Num. 30. De *Codice magno Canonum & Conciliorum membranaceo* qui nunc Romæ extat. *Epistola Zara Jacobi* Regis Æthiopiæ Codici isti præfixa cum notis autoris. *Exordium illius* & summa Canonum. *Capita* sive *summaria* vulgò *Constitutionum* sive *statutorum Apostolicorum* à vulgò receptis in Ecclesia Græca diversissimorum. *Capita LVI. Canonum Ecclesiasticorum*, qui sunt velut Epitome eorum qui apud nos circumferuntur. Sequuntur *Statuta ipsa* seu potius *Colloquia Apostolorum*, præcepta varia & ritus continentia, sed tantùm XXIII. Reliqua deficiunt. Sequuntur *Canones Octoginta & unus* qui *Abtelisat* vocantur. De significatione hujus vocis longè alia ab ea quam *Guido Boderianus Fabr* & *Stephanus le Moine* habent. Titulus eorum Arabicus. *Summa* eorum, inter quæ *tres integri* exhibentur. *Canones Hippolyti Episcopi Romani*. Canones XXXVIII. qui vocantur Διδασκάλια. Alii nonnulli Canones Æthiopici. Dissertatio de omnibus istis Canonibus. E magna illorum diversitate in Ecclesiis diversarum nationum colligitur eos verè Apostolicos non esse. *Trullani Patres* eos pro Apostolicis genuinis non agnoverunt, quomodo verba illorum intelligenda sint. *Balsamonis* & *Zonaræ Gloss.* castigatur. Ecclesia Latina Canones istos non recepit. *Gratiani negligentia* in hac causa. *Antonius Augustinus* id refert inter majora illius errata. Æthiopes *Libros Apocryphos* à Canonicis non discernunt. Canones illos tanquam *Novellas* Pandectis sacris annumerant. Diversi eorum fuerunt compilatores. De antiquitate eorum testimonia *Albaspinæi* & *Georgii Calixti*. *Beveregii* disputatio de eorum antiquitate contra *Dallæum*. *Clementem Alexandrinum* compilatorem eorum fuisse consentaneum videtur. Habessini de Apostolica eorum autoritate persuasi à Pat. Soc. autoritate Pontificiâ contra eos nullo modo se moveri passi sunt.

Num. 31. De *Liturgiis Æthiopum*, quæ propriè sunt *orationes Eucharisticæ* tempore S. Synaxis recitari solitæ, quarum plurimas etiam è S. Patrum Græcorum scriptis habent, è quibus una Domini nostri JesuChristi dicta speciminis causa editur.

Num. 32. De *Pseudepigraphis Apostolicis* Ex inscriptione non semper argumentandum; ea enim non ubique autorem denotat, sed alias causas habere potest. *Menologium Basilianum* perstringitur, quòd dicat: *Basilium M. & Chrysostomum compendiosius fecisse scriptum quoddam ab Apostolo profectum*; quasi verò id illis licitum fuisset.

Num. 33. De Manuscripto Æthiopico *Organon Dinghil* id est *Beatæ M. Virginis* dicto, ejusque stylo. Exordium ejus speciminis causa affertur.

Num. 34. De *Libro Æthiopico Peireskii*, *Prophetia Henochi* falsò credito, qui extat nunc in Bibliotheca Regia Parisiensi, de quo *Gassendus*. Veterum & recentiorum sententiæ de Prophetia illa. Historia illius manuscripti. Specimina ex eo. & inter ea fabula insulsa de pugna Michaëlis cum spiritibus infernalibus, ubi pudendissima Ducis eorum *Semiazas* (Diaboli) descriptio, omniumque ejus membrorum immanis magnitudo.

Num. 35. De *libellis* quibusdam *superstitiosis apud Æthiopes* repertis, cum specimine *monstrosorum* quorundam *nominum* è Judæorum *Cabala practica*, ut videtur, desumtorum. *Exemplum* stupendum cujusdam *Judæi* Poloni *Sator, Arepo Tenet: Opera Rotas*, inter ea nomina repertum.

Ad Lib. III. Cap. V.

NUm. 36. Quòd *Habessini* S. *Scripturam valdè ament* & nonnullos ejus libros memoriter ediscant, etiam matronæ; testimonio Patrum Soc.

Num. 37. *Symbolum Fidei*, quò Habessini utuntur, profertur. De *Symbolo* quod nos *Apostolicum* vocamus, differitur.

Num. 38. Æthiopes *Concilium Chalcedonense* damnant, & criminosis vocabulis traducunt; Loca quædam de hac re è libris Æthiopum.

Num. 39. *Processionem Spiritus S. à Filio* Æthiopes cum Græcis non agnoscunt. Controversia cum istis de hoc articulo in *Concilio Florentino* agitata. *Gregorii Nazianzeni* locus. Æthiopum sententia, referente *Gregorio*. Illi *Macedonium* damnant. Græci in Latinos propterea invehuntur. *In mysteriis divinis tutissimum cum S. S. loqui.*

Num. 40. Sententia Habessinorum *de statu animarum post mortem* hominis; *Gregorii* verba Æthiopica de hac causa. *Nicol. Godigni* relatio. *Judæorum opinio* ex eorum scriptis.

Num. 41. Multos *veterum Latinorum* censuisse visionem Dei beatificam beatis ante resurrectionem mortuorum non contingere. Patres allegantur. *Recentior viri docti sententia* non quidem locum, sed statum tertium asserentis. Simile *de somno* non placet, aliud proponitur de homine *in palatio Regis amœnissimo* constituto, ejusque favore fruente, absentibus tamen uxore & liberis.

Num. 42. Num Habessini *Purgatorium* credant; negatur id à Patr. Societ. Doctrinam de Purgatorio & *preces pro defunctis* originem è *Judaismo* traxisse. Quomodo autor hoc primùm cognoverit. *Preces Judæorum* hoc casu adhiberi solitæ. De *Paradiso* animarum ex mente veterum. Quomodo Græci & Æthiopes pro defunctis orent. Ambiguitates multæ hac de re. De *Limbo Muhammedis Aaraf* dicto, qui est medius quidam locus inter cœlum & infernum. *Limbum Patrum* Æthiopes agnoscunt.

Num. 43. De *Nomenclatione Martyrum ex Diptychis*, quid hoc sit.

Num. 44. De *origine invocationis Sanctorum*. Defunctos multo honore afficiendos esse *Judæi* docent, illos enim omnia nosse, quæ in mundo fiunt contra dictum Esaiæ 63,16. Ab honorifica memoria ventú ad *invocationem*, tandem ad *cultum* & divinos honores.

Num. 45. De *cultu S. Mariæ Virginis* apud Habessinos *in excessu*: inde sævitia in Romanos, quasi isti peccarent *in defectu*; Causam reddit P. Telle-

zius & meritò indignatur. Autori non videtur, quòd Habessini plus laudis aut cultus tribuant sanctissimæ Virgini, quàm *Ecclesia Romana*, idque exemplis & scriptis variis demonstratur, inprimis *Psalterio Mariæ*. *Habessini carminibus* beatissimam Virginem ab omnibus membris corporis laudant, at in *Ecclesia Romana* id tantùm reperitur *in Prosa*. In libro quodam veteri *Anno* 1512. *Dresdæ* impresso vocatur *Magna Dea*.

Num. 46. Quod etiam *Angelos invocare* soleant. Judæi omnibus rebus etiam minimis attribuunt *Angelos Tutelares*. *Michaelem Archangelum* maximè venerantur Æthiopes. *Angelorum ordines* apud Græcos *tres*: Apud Æthiopes *novem*.

Num. 47. *Similitudine Solis* SS. Trinitatem adumbrante *Sabelliani* abusi fuerunt. Habessini *tria nomina* dicunt *pro tribus personis*, cùm tamen hac in parte sint Orthodoxi.

Ad Lib. III. Cap. VI.

NUm. 48. *Ab esu sanguinis & suffocatorum* Orientales abstinent; Decretum Apostolicum pro *perpetuo* habentes. Occidentales id rectiùs *tempora le* censent. Sunt qui *preceptum primævum* urgeant, cùm tamen nullam contineat rationem moralem.

Num. 49. De *Ritibus antiquis* plurimis à *Judæis derivatis*. Regula proponitur: *Mos vel ritus Judæis & Christianis communis, illis potius quàm his originem suam debet, quòd hi ab illis multos: illi verò viceversâ ab his nullos mutuati sint*, id rationibus demonstratur. Cur multi antiqui ritus vocentur Apostolici. *Structura antiquarum Ecclesiarum* ad formam templi Hierosolymitani facta, tribus constabat partibus. *Beveregii* & *Cardinalis Bona* egregia testimonia. *Encænia* seu *Dedicationes* earum. *Situs. Discretio fœminarum à viris. Vestes. Candela. Thus. Ornatus. Munera ad altare. Hymni. Festa tria* maxima. Festum Paschatis & *Sabbata* cum Judæis in Oriente celebrata. *Exultatio* in Æthiopum templis. *Baptismus* pro initiatione receptus universæ familiæ, adeoque & infantium. *Confessio peccatorum. Flagellatio. Jejunia. Benedictio sacerdotalis* novorum sponsorum *ante portam* Ecclesiæ, quorum aliorumque sacrorum rituum vestigia apud Judæos & olim & hodienum reperiuntur. *Dogmata* etiam nonnulla, veluti suptâ de *invocatione Angelorum*, & *oratione pro mortuis* indicavimus, originem inde traxisse videntur. *Principium anni* Orientales cum Judæis in Autumno ordiuntur. De *progressu talium rituum* in Ecclesia Christiana, eorumque usu & abusu.

Num. 50. *Ichnographia templi Æthiopici* ex Alvarezio: *Græci* ex Beveregio. *Synagoga Judaica* Lusitanorum Amstelodami.

Num. 51. De *adyto veterum* in templis Christianorum. Historia *S. Ambrosii Theodosium* è penetrali exire jubentis ex *Theodoreto* & *Baronio*. Factum hoc sugillaverunt Græci. Græcum θυσια-στήριον incongruè reddi *Altare*.

Num. 52. De *imaginum cultu*. Differentia *solidarum & pictarum* ab Orientalibus observata à Judæis etiam originem trahit; de iis *Maimonidis* dictum. Habessini excedentibus Patribus Societatis omnia *Sanctorum signa*, solida etiam *B. M. Virginis*, quam adeò amant, confregerunt. *Leonis Allatii* inanis pugna cum *Nicolao Hydruntino* Græco de cultu imaginum. Attamen Habessini *Crucem nudam* non depictam modò, sed & è quavis materia solidam venerantur.

Num. 53. De *Eucharistia infantium* apud Græcos Æthiopes aliosque orientales Christianos usitata, quo fundamento id fiat. Discrepant autores de utraque specie: an & quomodo infantibus porrigatur.

Num. 54. De *tempore & festo Baptismi Christi*. Festum hoc *Epiphania* & *Theophania* à Græcis vocatur, eoque indicatur apparitio SS. Trinitatis, atque hoc festum in Oriente diu ante notum, quàm *lectio de Magis* in Occidente huic festo attributa fuisset. In Æthiopia celebratur die XI. Januarii, qui nobis idem dies, & quidem VI. illius mensis est.

Num. 55. De *lapsis post Baptismum, & confessione peccatorum publica* Æthiopes cum Ecclesia Catholica faciunt contra *Novatum*. *Judæi confessionem peccatorum* à pœnitentibus exigunt, & *specialem* commendant. Ad quam Habessini ægrè compelli potuerunt.

Num. 56. De *more absolvendi peccatorem ictu vitis oleagineæ*. *Romani* prisci levi ferulæ ictu servos manumittebant, unde fortassis mos iste inolevit.

Num. 57. De *sacra mensa* Æthiopum, in qua *Eucharistiam* peragunt, variis cognomentis more Græcorum eam condecorant.

Additio. De *mensis lunaribus Aringi*.
Cur Æthiopes suam *Tabellam Eucharisticam*, qui Latinis est *Lapis sacratus*, *Arcam* appellent; autoris conjectura. *Altaria* seu potius *mensas sacras* veterum Christianorum *formam arcarum* habuisse, testimonio *Thuani, Gabrielis Biel, B. Tellezii*. Figuram, quam *Aringus* nobis repræsentat, pro tali arca haberi. Objectionibus respondetur;

1. Non esse *cœnam* aliquam *Platonicam* macilentam.

2. Neque *convivium voluptuosum* in mensa ferculis vacua.

3. Neque *convivium charitativum*, id est, Agapæ.

4. Nec *frugalitas* alicujus hominis singularis.

5. Nec *monumentum servi* alicujus *fidelis*.

6. Nec *ullum ex gestibus argumentum* desumi posse.

7. Nec obstat, quod *Burnetus* scribat, *Sepulchreta servorum* fuisse, ubi Sarcophagi isti Romæ effodiuntur.

8. Tabula quidem *mappâ* constrata est, sed *figmatis* hîc non est locus.

9. *Plicæ* aliter cecidissent in mappa Sigmatis.

10. *Sig-*

10. *Sigmati* plures assidebant convivæ.
11. *Latitudo* non est major loculo solito.
12. *Panes decussati* sine aliis ferculis arguunt Eucharistiam.
13. Quo tempore talis sculptura facta videatur.
Num. 58. *Vini defectus in Eucharistia* apud Australes Christianos resarcitur *uva passa aquâ macerata* expressione. *Julius Papa* succum botri in calice expressi aquâ mixtum permittit.

Additio. De *Communione Æthiopum sub utraq;*, testimonio *Alvarezii*, & Patrum Societatis in genere. *Holstenius* aliter ad *Nibusium* scribens malè informatus fuit; cur id factum?

Num. 59. De *diptychis* Veterum; Confer supra num. 43. Nomina in illis contenta.

Num. 60. De *muneribus* quæ *ad penetrale* apud Æthiopes afferuntur, qualia fuerint. Lepidum *munusculum pauperis vetulæ* Æthiopissæ, quæ, ne vacua veniret, parvum *felem* ad altare attulit, capiendis Ecclesiæ muribus.

Num. 61. De veterum *Ægyptiorum* ritu *sistra* & *crepitacula* inter sacra pulsandi, hunc fortè idem mos apud Æthiopes. Describitur ex *Fuhreri* itinerario.

Num. 62. De *tripudiis in cultu sacro* apud Æthiopes usitatis, describitur ex itinerariis; quomodo id defendant. Quid illis objici possit. Βαλλίζειν quid? Mos similis *Judæorum*.

Num. 63. De *rigidissimis Habessinorum jejuniis* usque ad Occasum Solis more *Judæorum*. De iis Patrum Societatis judicia.

Num. 64. De *diebus jejunii hebdomadariis Judæorum*, qui à Christianis in alios dies promoti; Falsæ hujus rei rationes. Habessini veterem jejunandi modum observant. De *jejunio quadragesimali magno*, quando olim cœperit, quomodo postea promotum fuerit; *Discrepantia* Ecclesiarum *Orientis & Occidentis*; *Græcorum* & *Ruthenorum* *Quadragesima*. *Olearii error* in itinerario.

Num. 65. De *Pentecoste* sive *tempore medio inter Pascha & festum Pentecostes*, quo omnia jejunia cessant; Cessabunt etiam ex mente Judæorum post adventum *Messiæ*, quia tunc cessabit omnis tristitia.

Num. 66. De *Calendario Æthiopum*. Brevis *Computus Ecclesiæ Æthiopicæ* præmittitur. Difficultates illius. Discrepantia ipsorum Æthiopum in *annis Mundi*. Sequitur *Menelogium Æthiopum* per XII. menses cum festis & nominibus Sanctorum Æthiopiæ. *Dies Calendarii Juliani* & Æthiopici ubique conferuntur, additis *Copticarum Sanctis* ex *Seldeni* libro de *Synedriis veterum Hebræorum*; Cujus Calendarium, mendis scatens, innumeris in locis castigatur. Differitur *de anno & mensibus Æthiopum*, & de antiquitate festorum quorundam catholica. Quo initio sensim ad *Synaxaria* & *fastos Sanctorum*, prout nunc sunt, perventum fuerit, quos deinde quælibet Ecclesia Sanctis suis pro lubitu auxit.

Num. 67. De *Epagomenis Æthiopum*, eorumque primordio ab Ægyptiis, de quorum usu ex *Kirchero*; *Nissi* Copticè dicuntur. *Mensium nomina* apud Æthiopes peregrina sunt, cujus linguæ incertum. *Epactarum inventionem* Alexandrinis deberi *Scaliger* noverat, autorem ignorabat. Is fuit *Demetrius Patriarcha*, testibus Coptitis & Æthiopibus.

Num. 68. De *diebus Evangelistarum*, quibus Æthiopes *quaternos annos* designare solent.

Num. 69. De *ritibus nuptialibus Habessinorum*; quos Alvarezius retulit universales, non fuerunt.

Num. 70. De *polygamia* Jure sacro Habessinorum illicita testimonio Gregorii.

Num. 71. De *copulatione conjugum ante fores templi* more Christianorum antiquissimo, Judæis primùm usitato.

Num. 72. De *divortiis inter Habessinos creberrimis*: Gregorii de iis narratio.

Num. 73. De *sepultura Æthiopum* Gregorii relatio.

Ad Lib. III. Cap. VII.

NUm. 74. Nullam *fori immunitatem* habent Clerici Æthiopum. *Tellezii* elegans invectiva. *Gregorii* de hac causa responsio.

Num. 75. De *electione Metropolitarum Æthiopiæ*; falsa quædam refutantur. Num olim Catholici fuerint. Tellezii opinio, quæ dependet de causa principali.

Num. 76. De *Metropolita Æthiopum*, cujus mentio fit in *Canonibus Apocryphis Nicænis*. *Baronius* istos pro somniis habet. Æthiopes verò illos habent & admittunt, alioquin antiqui moris tenacissimi.

Num. 77. De *antiqua Ægyptiaca lingua*, quam *Kircherus* Græcæ affinem prædicat, sed ob id à viris doctis reprehenditur, quia naturalium rerum appellationes cum Græcis minimè conveniunt; Cætera vocabula cum dominio Græcorum fuerunt invecta, ut *Bochartus* rectè docet. *Lingua Coptica* in usu loquendi diu esse desiit, vix in ipsa Ægypto hodiè ampliùs intelligitur.

Num. 78. Nullum dari *Archiepiscopum in Æthiopia* præter Abbunam, & nullos planè Episcopos.

Num. 79. De *quatuor Patriarchis Oecumenicis*, & quare Æthiopes quintum scil. *Hierosolymitanum* non agnoscant; quomodo iste Patriarcha factus fuerit. *Oecumenicus Patriarcha* quid significet.

Num. 80. De Appellatione *Patriarcharum* Ecclesiæ, & unde nomen *Papa* ortum habuerit. *Pappas* Græcè *Patrem* significat. Certamina inter homines de nominum prærogativa. *Patriarcha* olim ab *Archiepiscopo* non differebat. De successu & progressu *Hierarchicorum vocabulorum*.

Num. 81. De *Diaconissis* Veterum; Unde originem habuerint, earumque in veteri Ecclesia usu & officiis.

Num. 82.

Num. 82. De *conjugio Clericorum*; id olim liberrimum fuisse, dubio omni caret. Idem apud Æthiopes in viridi est observantia. Exemplum *Demetrii Patriarchæ Alexandriæ*. *Baronius* Apostolicam quidem traditionem prætexit, sed *Innocentius I. Papa* prisci moris correctior de ea silet. Argumentum à sanctitate populi Israëlitici contra conjugia Sacerdotum non stringit.

Num. 83. Quòd *Clericis in orientali Ecclesia* matrimonia permittantur, exemplo *Coptorum*, *Æthiopum*, *Armeniorum*, *Græcorum*, *Ruthenorum*, testibus autoribus, quorum verba allegantur. *Canon quartus* Concilii Gangrensis in voce γιγαμηκότος contra *Dionysium exiguum* exponitur ex *Socrate*.

Num. 84. Quòd *nuptiæ secundæ Orientalibus invisæ* sint. Cur *matrimonia Clericorum* in veteri Ecclesia adeò fuerint restricta. *Cœlibatus* Ecclesiâ pressâ necessarius, pacatâ mansit.

Num. 85. Patres Græci *secunda vota* iniquissimè traduxerunt. Inter *Latinos* omnium iniquissimus est *Tertullianus*, propterea ab *Augustino* meritò reprehenditur.

Num. 86. De *fœmina Romana*, quæ virum *vigesimo secundo matrimonio* vicit ex *Hieronymi epistola ad Gerontium*.

Num. 87. *Bis mariti* in Oriente sacris ordinibus non ordinantur; Canon ea de re.

Ad Lib. III. Cap. VIII.

NUm. 88. De *Schismate Concilii Chalcedonensis*. In controversia tunc inter partes agitata mirè variatum fuit. *Eutychetis opinio*, quibus verbis communiter referatur. Acta cum eo ex *Baronio* referuntur. *Flaviani* epistolæ de hac causa ad *Leonem Papam*. Istius responsio veram Eutychetis hæresin primò declarat: deinde gravem dubitandi causam suppeditat, *verba Eutychetis absurdissima* ita non jacta fuisse prout illi vulgò imputantur. Rationes dubitandi afferuntur ex actis, & *Flaviani epistolâ ad S. Leonem*, atque istius responsione solidissimâ. Vera Jacobitarum sententia ex colloquio *Theoriani Græci* cum *Armeniorum Catholico*, id est *Patriarcha Jacobitico*. Verba *S. Cyrilli* de hac re. Similis disputatio Patrum Societatis cum quodam *monacho Æthiope Jacobita*. Æthiopum verba Æthiopica de hac causa. Nullam differentiam faciunt inter abstractum & concretum, unde hoc veniat. *Decretum concilii Chalcedonensis*, modo nomen hoc reticeas, subscripturi essent Æthiopes; Ideò *Eutychiani* non sunt. *Coptitarum* sententia. *Abulbaracatus* autor Arabicus manuscriptus malè de hac controversia disputat. *Æquivocatio* latet in vocabulo *naturæ*, quæ genetrix est horum errorum. De *Communicatione idiomatum* in persona Christi; Veteres non semper cautè locuti sunt; exempla in vocabulis *Theotocos* & *Theopaschita*, primum probatur: alterum reprobatur, & tamen in Christo eadem est nascendi & patiendi ratio. *Patres Societatis* confusionem abstracti & concreti Habessinis meritò exprobraverunt. *Eutychius Alexandrinus* imputat *Nestorio* aliud; quàm ille disertis verbis ad *Cyrillum* scripsit.

Num. 89. De *Jacobo Syro*, unde *Jacobitæ* dicti fuerunt. *Nicephorus* illi imputat, quæ *Jacobitæ hodierni* non credunt. Cognomentum hoc agnoscunt & admittunt Æthiopes, & ipse Rex. Frustrà contra *Brerevvodum* hîc disputat *Hottingerus*.

Num. 90. De *statu præsenti Coptorum* in Ægypto miserrimo. *Christiani della Cintura* à nonnullis vocantur.

Num. 91. De *calamitatibus ex schismate Chalcedonensi in Ægypto ortis*. Bini *Patriarchæ Alexandrini* creati, *Melchita* unus, alter *Jacobita*. Persecutio *Benjamini* Patriarchæ in vita *Samuelis* descripta hîc Æthiopicè reperitur. Quòd Æthiopes *Leonem* Papam *damnent*, & *concilium Chalcedonense reprobent*, testimonia Patrum Societatis.

Num. 92. De contentione cum *Dioscoro* tempore Concilii Chalcedonensis habita. *Pulcheria Martiani Imperatoris uxor* alapam illi dedit tam fortem, ut duo dentes illi exciderint. Hoc scribit *Abul-baracatus*, & Æthiopes communiter.

Num. 93. De *Timotheo Patriarcha Alexandrino*, quo nomine plures fuerunt. *Asterius*, de quo *Alphonsus Mendez* scribit, quòd *Elesbaan* ad bellum contra Homeritas incitaverit; quis fuerit, dubitatur.

Num. 94. *Quid Habessini de utraque Christi naturâ sentiant*. Verba Epistolæ regiæ de hac causa, quam Tellezius retulit, referuntur. Patres Societatis fatentur, in libris Æthiopum *utramque naturam* reperiri. *Quàm lubrica fiat colloquia omnia de rebus sacris, nisi æmulationes absint.*

Num. 95. *Dissidium Melchitarum & Jacobitarum* deplorandum adhuc hodiè durare, ex relatione *Petri Heilingi*.

Ad Lib. III. Cap. IX.

NUm. 96. De *Epistola Alexandri III. Pontificis ad Regem Indorum* sui temporis, quem malè pro *Rege Æthiopiæ* accepit *Baronius*, cum nihil ex ea ad Regem Habessinorum in specie applicari possit.

Num. 97. De *legationibus Æthiopum ad Pontificem Romanum Avenionem & Florentiam*. Ludovici Urretæ mentiendi protervitas. Quid de aliis Legationibus sentiendum.

Num. 98. *Spes ista magna Habessinos ad religionem Romanam reducendi* unde orta fuit, quòd *Alvarezius, Johannes Bermudes, Damianus a Goez, & ipsi Æthiopes Romæ existentes* propensionem Habessinorum erga Sedem Romanam maximoperè, sed frustrà jactaverint. An *Epistola Pii V. ad Menam Æthiopiæ Regem* Romanæ religioni inimicissimum vera & genuina fuerit.

Num. 99. *Num Habessini olim fuerint optimæ notæ Catholici*. Id asserit *Urreta*, sed passim explóditur à Patribus Societatis.

Num. 100. *Epistola S. Ignatii Loyolæ ad Claudium Habessinorum Regem*, quem Religioni Romanæ faventem credebat, quâ docet: *Regem Lusitaniæ significasse sibi, ut mitteret duodecim viros Societatis suæ in Æthiopiam, & simul extollit auctoritatem Sedis Romanæ in universam Ecclesiam Catholicam.*

Num. 101. De *Johanne Bermudez*, quem Pontifex Paulus III. *Patriarcham Æthiopiæ & Alexandriæ* simul creaverat; quomodo id contigerit, & dubia circa hanc rem.

Num. 102. *Gonzali Rodriguesii Epistola* d. 13. Sept. 1556. ex Æthiopia in Europam scripta, de actis cum *Claudio* Rege Æthiopiæ, quæ disputationem cum Rege illo, ejusque matre vidua, & multa alia notabilia continet; quo animo Rex missionem Patrum Societatis propositam audiverit, & quid tandem responderit.

Num. 103. *Epistola Andreæ Oviedi* Episcopi Lusitanici ad *Claudium* Regem Æthiopiæ, in qua causam adventus sui exponit, & hortatur, *si de causa religionis dubitet, ut eruditos Regni sui convocet ad colloquium. Ne in consilium adhibeat aulicos & familiares suos, id enim Christum ne quidem cum matre sua fecisse, cum in templo remaneret.* Cùm nihil obtinuisset, *censuram* fulminavit contra Æthiopes, quos *Judaismi* insimulavit.

Ad Lib. III. Cap. X.

NUm 104. De *Johanne Gabriele* Lusitano in Prolegomenis actum.

Num. 105. *Epistola Zadengheli Regis Æthiopiæ* cognomento *Atznaf-Saghed* ad *Clementem VIII.* & *Philippum III.* Hispaniæ Regem, quibus amicitiam & auxilia atque multos opifices petit, & connubium offert inter utramque regiam familiam. Facilè ejici posse *Turcas* è portubus suis narrat, in quo vera prædicat.

Num. 106. *Epistola Regis Susnei* cognomentò *Malac-Seghedi ad Pontificem Romanum* & *Regem Hispaniæ* ejusdem ferè cum antecedentibus argumenti.

Num. 107. *Epistola Pontificis Pauli V.* responsoria ad *Susneum* Æthiopiæ Regem, hortatoria ad constantiam & fidem erga Romanam Ecclesiam.

Num. 108. *Susnei* modò *Sultan Saghed* dicti responsio, quâ promittit obedientiam Sedi Romanæ.

Num. 109. Aliæ plures epistolæ. *Philippi III.* qui benevolentiam suam erga Regem Æthiopiæ testatur, eique PP. Societatis commendat:

Râs Seelaxi fratris regii, qui auxilium mille militum Lusitanorum urget, atque operam suam pro introducenda fide Romana pollicetur:

Pauli V. ad Regem Æthiopiæ, qui officia sua apud Regem Hispaniæ offert:

Philippi III. ejusdem, ut anteriores, argumenti.

Num. 110. *Oratio Dominica* & *Salutatio Angelica* Latinè, sed Æthiopicis literis satis incongruè pro Habessinis in typographia Congregationis de propaganda fide Romæ impressa.

Num. 111. *Anonymi* cujusdam *Epistola* prolixa *ad Susneum* Regem; Æthiopicè & Latinè *pro feriatione Sabbati* cum insectatione *Patrum Societatis*, quos vocat *Consanguineos Pontii Pilati*, quasi essent illius conterranei; Alioquin *dogmata Jacobitica* satis crudè propugnat auctor.

Num. 112. *Oratio Regis Susnei*, quam *de religione Lusitanorum* ad suos habuit, cum exprobratione præteritorum & excusatione sui; quòd non abrogare sed reformare Religionem velit.

Num. 113. De *scripto publico Susnei*, quod *Manifestum* vulgò appellatur, de *conversione sua ad Religionem* Romanam, & pro defensione *duarum naturarum in Christo* cum invectiva in successores *Dioscori & Metropolitas Æthiopiæ*, quos variorum criminum reos arguit.

Ad

Ad Lib. III. Cap. XI.

NUm. 114. Actus solennis, quô *Rex obedientiam Pontifici Romano publice juravit*, cum oratione Patriarchæ Lusitanici *Alphonsi Mendezii*. In qua *Sedem Romanam Sedem S. Petri* prædicat, quæ nunquam in fide erraverit. Comparat deinde & perstringit reliquas sedes Patriarchales *Hierosolymitanam*, *Constantinopolitanam*, *Antiochenam*, sed maximè invehitur in *Alexandrinam*, in quam Dominus immiserit spiritum caliginis. At Romanam in omnes *Principatum* obtinere asserit. Hanc semper ab hæresibus immunem mansisse, cum reliquæ omnes suos habuerint hæreticos. Versa est hæc oratio ex Italico sermone Romæ impresso.

Num. 115. *Responsio R. Susnei* per *Melcaxum* Aulæ præfectum, quâ agnoscit *Ecclesiam Romanam* pro matre & Capite omnium Ecclesiarum, quam Æthiopes semper pro tali habuerint; Adventu Lusitanorum & Regnô ope illorum liberatô antiquam venerationem erga illam restauratam esse, in cujus sinum nunc reverterentur.

Num. 116. Secuta *Regis verba*, quibus se jam ante obedientiam *Patri superiori* præstitisse testatur.

Num. 117. *Formula juramenti regii*, quô se regnumque suum Ecclesiæ Romanæ subjicit ad pedes *Urbani VIII.* tunc temporis *Papæ*.

Num. 118. De *insolita Ras-Seelaxi clausulâ*, juramento suo annexâ; *quòd Basilidi Regni heredi fidelis futurus sit, quamdiu ille Sedi Romanæ*.

Num. 119. De *colapho in confirmatione* à Patriarcha dato, & inde nata rustici cujusdam querela, quòd ex eo tempore malè valuerit.

Num. 120. *Acerba Regis oratio* ad fœminas illustres aulæ suæ, cum *nobilis* quædam *matrona*, quæ religioni Romanæ illuserat, contra morem Æthiopiæ *suspenderetur*.

Num. 121. De *formula excommunicationis*, quâ Patriarcha Lusitanicus usus est erga *Præfectum prætorio* cum magna Aulicorum indignatione.

Num. 122. Quòd *Habessini nullos hodiè Magos nec veneficos in mundo credant*; Testimonium Tellezii de hac re.

Num. 123. De *Fanatico quodam*, qui se *ex Paradiso* nuncium contra Religionem Romanam missum ferebat; Rex eum illuc citò remittendum statuit, *suppliciô* furcæ contra eum decretô; quod postea mitigatum fuit.

Num. 124. *Epistola* Pontificis *Urbani VIII.* post *Jubilæum Romanum* anni 1625. in Æthiopiam ad Regem missa, in qua stringit stylum contra adversarios *Alexandrinos*. Alia ad *Basilidem* Regni heredem è genere demonstrativo seu *Encomiastico*. Alia ad Patriarcham suum *Alphonsum Mendezium* laudibus ejus ob conversionem Æthiopiæ referta.

Num. 125. *Epistola Patriarchæ Lusitanici*, quâ Rex *Susneus* reprehenditur, quod inscio se *Edictum in causa Religionis* promulgaverit, in qua exprobrat ei exemplum *Osiæ*, qui officium sacerdotale invaserat.

Num. 126. *Responsum Regis indignabundi* ad præcedentem epistolam, quòd immeritò sibi objecerit exemplum *Osiæ*, cùm nihil tale perpetraverit, sed *officio* suo *Regio in promulgandis Edictis* antiquitùs sibi competente satisfecerit.

Ad Lib. III. Cap. XII.

NUm. 127. *Oratio Patriarchæ ad Regem instante Religionis mutatione*, in qua queritur de consiliis & machinationibus contra *Religionem Romanam*, non sine minis iræ divinæ & Pontificiæ atque Regiæ indignationis.

Num. 128. *Responsum* Regis *breve* ad præcedentem orationem, quô tot millium cædem religionis causâ factam *Patriarchæ* exprobrat.

Num. 129. *Oratio deputatorum* Regiorum *ad Patriarcham*, cùm Alexandrina religio restituenda esset, qui etiam *rebelliones & pugnas* Romanæ religionis causâ patratas exaggerant, atque eam ob causam *liberum Religionis utriusque exercitium* Regem permissurum Patriarchæ nunciant.

Num. 130. *Responsio Patriarchæ* ad hanc propositionem, adhibito temperamento: *Liberum exercitium illis permitti posse, qui nondum* Religioni *Romanæ sese addixissent*, at reliquis nullo modo reditum ad priorem religionem concedi posse.

Num. 131. *Proclamatio pro restituenda religione Alexandrina* voce præconis publicè facta.

Ad Lib. III. Cap. XIII.

NUm. 132. *Epistola Patriarchæ* Lusitanici ad *Basilidem* Susnei F. cùm aula atque regno excedere juberetur, petens à Rege exilii sui causas & rationes.

Num. 133. *Responsum Regis Basilidis* ad præcedentem epistolam, in qua excusat ea, quæ Patris jussu & reverentia antehac egerit. Controversias *de duabus naturis* &c. agitatas discordiarum causas fuisse. *Colloquia* ulteriora recusat. *Anacephalæosis* omnium controversiarum à Rege Patribus Societatis objectarum.

Additio. *Epistola Regis Basilidis* cognomento *Sultan Sagbedi* ad Patriarcham & reliquos Patres, cùm jam regno excederent, in qua rationibus Patriarchæ respondetur.

Patriarcha responsio invectiva ex insula *Matzua* cùm jam regno egressus esset, *exprobrationibus ironicis & sarcasmis* plena, simul acta pleraque illius temporis continens.

Num. 134. De *remedio*, quod Patres Soc imminente exilio expetiverunt, scilicet *auxilium militare Lusitanorum*, quod negatur à Prorege Indiæ. P. *Hieronymus Lupus* propterea in Europam mittitur, sed neque in Hispanica nec Romana aula quidquam obtinuit, sic irritus in Indiam revertitur.

Ad Lib. III. Cap. XIV.

NUm. 135. De *Petro Heilingo Lubecensi*, qui Germanorum primus in Habessiniam penetravit, ex *Wanslebii* relatione in Anglia impressa, qua quidem ille mirè laudatur; ea tamen multa vana atq; falsa continet. Unde autori prima cognitio istius *Heilingi*.

Num. 136. De morte violenta *Cancellarii Regii Tecla Selasé* vulgò *AzajeTino* dicti, qui Alexandrinorum durissimum flagellum, Patrum Societatis verò præcipuus amicus, diro *lapidationis supplicio* affectus est.

Post hæc *Patriarcha exul* sæpius nuncios in Æthiopiam mittere tentavit, sed irrito semper successu.

Ad Historiæ Æthiopicæ Lib. IV. Cap. I.

NUm. 1. De *literis Æthiopicis*, unde desumtæ sint; & ad quas primigenias proximè accedant.

Ad Lib. IV. Cap. II.

NUm. 2. *Cadmum* literas *Phœnicum* Græcis tradidisse, *non Ægyptiorum*, ut Kircherus vult.

Num. 3. De *Vocabulario Æthiopum*, quod *Sansan* vocant, exempla quædam pauca ex illo; plura de gemmis supra prolata fuerunt.

Num. 4. De *Systemate mundi & motu astrorum*, Habessinis planè ignoto. *Roberti Hook* de scientia istorum inter illiteratos pulchra dissertatio. Ratio cur S. Scriptura de astris eorumque motu secundùm externum vulgi sensum loquatur, idque *veritatem Mathematicam* minimè tollere.

Num. 5. *Antipodes* asserere, Æthiopibus absurdum videtur, ut multis antiquorum Patrum.

Num. 6. De *Carminibus* & *Prosodia* Æthiopum in nova autoris Grammatica tractatur.

Num 7. *Ænigmatibus* Æthiopes gaudent, quorum aliqua proferuntur.

Num. 8. *Proverbia* Æthiopum nonnulla recensentur.

Num. 9. De *studiis Æthiopum*. *Artem Grammaticam* prorsus ignorant. *Picturæ* sunt imperitissimi. Pictor quidam Gallus charus illis fuit. *Musica* rudes sunt, & vitæ sedentariæ impatientes.

Num. 10. *Epistolas* rarò scribunt. Mercenarii quidam eas inter privatos expediunt, ut Lutetiæ: *Les Secretaires des pauvres*.

Num. 11. Non Habessinos tantùm, sed & alios *orientales* populos præcipuum *ornamentum in Exordiis* epistolarum suarum ponere; de quo in Proœmio actum.

Ad Lib. IV. Cap. III.

NUm. 12. De *nominibus propriis Æthiopum*, quæ plerumque sunt significativa, peregrinis exceptis.

Ad Lib. IV. Cap. IV.

LIB. IV. CAP. V. & VI. vacant.

Ad Lib. IV. Cap. VII.

F I N I S.

CATA-

CATALOGVS

AUTORUM PRÆCIPUORUM QVI IN HOC OPERE allegantur, inprimis eorum qui declarantur, arguuntur, vel laudantur.

Prior numerus Librum, *secundus* Numerum Commentarii, *tertius* Paragraphum *denotat*, *si litera addatur, in Notis infra quærenda erit.*

Initiales literas quære ante Indicem appellativorum.



Juan *Balthasar* Æthiops nugator, quem Urreta tanquam autorem suum laudat. Pr.1. 38.

Jac. *Barratti* nugator insignis. Pr.1. 44.

Casp. *Barlæus* de rebus in Brasil. gestis. 1.88.3.

BARONIUS notatur, quod duos Frumentios fecerit, & Nicephoro Callisti crediderit in Historia Adadi. Pr.1 82. hæret in definienda profectione Apostolorum. 1.25.16.

Joh. *Barrius* [de *Barros*] Historicus Lusitanus egregius Pr.1. 25.2.

Caspar BARTHIUS. 1.17.11.

Thom. BARTHOLINUS de morbis Biblicis p. 270.b. ubi disserit de præputio abscisso reparando. c.26.

Ejusdem anatomia reformata. 1.5.3.

M.A. BAUDRAND Geographia in modum Lexici bene disposita. Vocabula *Alguechet Eleoeath & Eleocbet* pro diversis habet, quæ unum idemque sunt, tantummodo perversè scripta. 1.15.7. & 1.30.4.

Casp. *Bauhinus* Muzam describit. 1.72.18.

Beda de locis sanctis. 1.96.57.

Benjamini Tudelensis Itinerarium notatur. Pr.v.8.

Joh. BERMUDES Patriarcha Æthiopiæ à Papa creatus. Pr.1.31.

Pp. Soc. de eo judicium. ibid.

homo simplicissimus. 2.58.7.

Bernier Gallus Pr.1. 102.

Matth. *Beroaldus* LXX. Interpretes male carpit ob expositionem vocis Cush. 2.16.30.

Bespierius, in tractatu *de l' Estat present de l' Empire Ottoman &c.* rejicit Scaligeri *Frastegam* 2.3.4.

Ejus tamen expositio *Presbyteri Johannis* non probatur. 7.

Guil. BEVEREGII Synodicon. 1.15.2. passim laudatur. In notis ad Procem. & Paraphrasin Arabicam in Can. Conc. Nic. علية صهيون pag.11.6. non reddendum est *summum Sionis* sed *Cœnaculum Sionis*. p.239. lit. O. De causis triplicis structuræ antiquorum templorum judicium autoris. 1.49.8. Item de ratione, cur Habessini vocentur Ἐνἱμιῶν. 1.15.3.

illius sententia de Canonibus Apostolorum vulgò dictis approbatur. 3.30.124.

BIBLIA *Polyglotta Anglica* laudantur. Tit.XV. de Ling. Æthiop. p. 99. Sed ibi Vocabula quædam Æthiopica ex Munstero tanquam Indica malè proponuntur. 1.23.2. Cur autor ad hoc opus in Æthiopicis nihil planè conferre potuerit. Pr.13.14.

Bieloborzkius Polonus, Moscovitice juvit transferre Autoris Historiam Æthiop. Pr.13.61.

Vincentius le Blanc. Vid. in V.

Sam BOCHARTUS passim laudatur; at LXX. Interpretes, quod vocem *Cusch* Æthiopiam reddiderint, reprehendit, cum aliqualem mereantur excusationem. 2.16. per tot. Et quod Axumitas putet eosdem ac Chaschumitas, id est, Æthiopes simos. 1.32.4. & quod Sabam & Manabam eandem putet urbem. 1.20.4.

Octo Capita de Locustis habet. 1.96.2.

Bodinus de Republ. Pr.1.95.

P. *Bolivar* Jesuita describit Condoram. 1.92.9.

Card. BONA de rebus Liturg. nimis facilè credidit Habessinis Romanis. Pr.1.6.

Bonfrerius à Vulgata dissentire nō vult. p.144. lit. p.

Joh. *Boteri* Relationes universales. Pr.1.95.

Rob. *Boyle* Eques Anglus eminenti judicio in omni literatura præditus. 1.38.4. & 4.4.14.

Eduard. *Berevvood* Anglus in scrutin. religionum de Habessinis haud satis bonis autoribus usus. Pr.1.87.

Joh. Jacob *Breuning* Itinerarium. Pr.v.3. & p.49.e.

Brigantinus Franciscus *de Moraj* autor fabulæ Palmerini Angli. Pr.2.3.

Hieron. *Brucnerus* Consil. Saxo-Gotanus multa bona monita ad hoc Opus attulit.

BURNETI Itinerarium. 3.57.7.

BUSBEQUIUS describit Hyænam. 1.81.

J. BUXTORFIUS in sua *Anticritica Sacra* paulò vehementior. 1 28.4. In Lex. Rabbinico voce משך & in epistola ad Joh. Caspar. Bauhinū; quomodo abscissum præputium recrescere & reduci queat, ignorare se dicit; id docetur. 3.4.10. & 1.68.18.

C.

C*Adamustus*. 1.65.11.

Wilh. *Calebitus* translator Historiæ Æthiopicæ in Belg. Linguam. Pr.13.60.

Georg. CALIXTI judicium de Canonibus Apostolicis laudatur. 3.30.123.

minus tamen accuratè dicto loco loquitur. ib. not. lit.g.

D. Abraham *Calovius* Lud. Capellum non legit, pag.84.1.

CALVINI *Lexic. Juridicum* notatur ob malè expositam vocem *Oasis*. 1.15.5.

Lud. CAPELLI Critica sacra non est simpliciter spernenda. 1.28.4.

Cardanus rectè reprehendit Vitellionem. 1.38.7. de subtilit. Lib.11.77. laudatur ob ea, quæ habet de *origine fontium*. 1.52.18. notatur, quod Nilum putet ἄναυγον, aura carentem. 1.53.24.

quod nives inter causas incrementi Nilotici referat. 1.63.2.

Et quod causas fluvii Sabbatici unquam veri ausus fuerit. 1.68.11.

CASAUBONUS notatur, quod non correxerit in Strabone ἄναους & ἄβαεις pro ἀναύεις vel ὄασις. 1.15.6.

irridet eos, qui Pygmæos ex Scriptura probare volunt. 1.22.10. frustra laborat in corrigendo Josephi loco de flumine Sabbatico. 1.68.7.

Michael de *Castanoso* Hispan. Pr.1.66.

Castaldus ex Meroë fecit Gueguere. 1.30.25.

Edmund. CASTELLUS in Lexico suo Polyglotto rectè exponit nonnulla verba Æthiopica. 1.106. 10, 13. & seq.

Cedrenus Pr.1.81.82. notatur æquè ac Nicephorus. 1.17.15.

ibi notæ. In fluvio sabbatico falsus, ubi frustra medela affertur à Fullero & Casaubono. 1, 68. 7. de bello Judaico. 1. 22. 28.

Paulus JOVIUS de rebus Æthiopicis histor. lib. XVIII. malè differit. pr. 1. 73. & seq. ex causis inundationis Nili mysterium facit. 1. 64. 2.

Itineraria suspectæ fidei. pr. 5. 1. Vid. Ind. app. *Itiner.*

K.

Thom. de *Kempis* 3. 124. 17.

Kimchi Gamadim ridiculè exponit Nanos. 1. 22. 25.

Athan. KIRCHERUS de incremento Nili parum caute loquitur. 1. 61. causas pluviæ prodigiosæ sub zona torrida minus rectè exponit. 1. 40. 3. 4. Oedipus & Musurgia. pr. 1. 59. Æthiopicę lingvę parùm gnarus. 98. eam male pronunciavit. pr. 13. 12. De Nilo *ἀναύξῳ* frigide 1. 53. 23, 26. male legit Arabica. 21. & Æthiopica ibid. in disquisitione regni Presbyteri Johannis. cap 4. Prodrom. Copt. 2. 2. 2.

P. *Kirstenius*, de præparatione locustarum. 1. 96. 37. 52.

Hubert. KLOCK Procurator Indicæ societatis. Moccha Arabiæ relationem misit de præsenti statu Æthiopiæ. 2. 65. 7. & seq.

Nort. *Knatchbull* de cibo S. Joh. p. 181. b

Albert. *Kyperus* in Inst. Physicis L. 11. c. 6. §. 12. de aeris humiditate refellitur. 1. 38. 2. & seq.

L.

Cornelius à *Lapide* ludit in supputatione coturnicum in deserto. 1. 96. 82, 87 & pag. 144. lit. p.

Laurembergii *Acerra* Philologica. 1. 92. 16.

Constant. *L'empereur* notatur, quod malè neget dicta Benjamini Tudelensis de *αὐτοκρατείᾳ* Judæorum. 1, 101. 8.

Lev. *Lemnius* de Mandragora. 1. 72. 6.

Joh. *Leo* Africanus laudatur. pr. 1. 99. & defenditur contra Virum doctum. 1. 65. 4. Muzam describit. 1. 72. 14. & 1. 80. 7.

Leo Magnus Papa laudatur. 3, 88. 18.

Anton. de *Leon.* Hispanus. Epitome Bibliothecæ Orientalis & Occidentalis. pr. 1. 63.

Lexicographus i. e. *Schindlerus* de Pygmæis nugatur. 1. 22 25. alii *Lexicographi*. 1. 76. 4. 1. 86. 1. & 1. 90. 2.

Lightfoot Centuria Chorograph. in Matth. p. 120. lit. o. De fluvio Sabbatico laudatur. 1. 68. 8.

Lucas *de Linda* in lumine Orbis. pr. 1. 97.

Hugon. *Linschott* navigationes. pr. 5. 9.

Justus *Lipsius* de custodia militari. 2. 65. 3.

Lotichii Observat. medicinales. 1. 51. 4.

Lucian. Jamblichius ex Photio allegatur. pr. 1. 6

Dietericus *Luders* qninq; disputationes de Imperio Habessinorum diligentissimè conscripsit. pt. 1. 88.

Jobus LUDOLFUS hujus operis autor. Ephorus Principis Saxoniæ Johannis Ernesti. pr. 13. 19. & 40. Summa ratio laborum ejus. 1. 98. 10. amicitiam cum Habessinis optat. 1. 108. 2. Tellezio & Gregorio meritò plurimum fisus est. pr. 1. 48. propositũ nihil scribendi, cujus autorem nominare non possit. pr. 12

Dan. *Ludovici* Archiater Saxon. in Pharmacia sua 1. 51. 4.

P. Hieronymi *Lupi* Relatio de Æthiopia. pr. 1. 61.

M.

Johan. Petri *Maffeji* Historia Indica. pr. 1. 71. & VI. falsitatis iniquè arguitur ab Urreta. pr. 1. 35.

Joh. *Magnus* Archiepiscopus Upsaliensis. pr. 13. 10.

Maimonides notatur. 1. 68. 16.

Malvenda 1. 51. 16. Nugatur Israelitas in caveis Coturnices in deserto aluisse. 1. 96 98.

Manasses Ben Israel. 1. 68. 18.

Johan. MARSHAMUS in Can. Chronico notatur quòd Philostrato de origine Æthiopum fidem habuerit. 1. 19. 32. lit. u.

MASORETHÆ non corrigunt nec emendant loca mendosa, sed tantùm aliter legunt. 1. 28. 13, 14. Voces sibi ignotas male punctaverunt. 1. 20. 8.

Matthæi Armenii Relatio à Dam. Goezio edita multùm fallit. pr. 1. 4, 9. & 31.

Megasthenes autor est bonæ fidei. 1. 19. 27.

Hieron. *Megiserus* notatur ob vanam multiplicationem lingvarum. 1. 1 11, 19.

Pompon. *Mela* incaute loquitur de Solis mensa, Pr. 2. 3.

Francisc. Emanuel. de *Mello* epistola encomiastica Tellezii. pr. 1, 49.

P. Alphonsus *Mendezius* in Æthiopia cum summa autoritate septem annos egit. pr. 1. 60. ejus historia Æthiopica inedita ibid. ignoratione Arabicæ lingvæ male derivat Habessiniam. 1. 15. 8.

Christian. MENZELIUS M. D. & Archiater Brandeburgicus celeberrimus. p. 542. lit. i.

Gerardus *Mercator* Geographus. pr. 1. 101. & 1. 15. 7

Petri de *Mesquita* historia Æthiopica pr. 1. 66.

Joh. *Michael* Archiat. Saxon. in Praxi Clinica. 1. 51. 4.

Aubertus *Miræus* in *Politia Ecclesiastica*. Pr. 1. 91. *de Statu Religionis Christianæ*, ex privatis Monachis, qui Romam venerunt facit Legatos ad Pontificem. 3. 97.

Joh. de *Montevilla* decempedalium mendaciorum scriptor. pr. 5. 4.

Monumenta S. Patrum Orthodoxographa. pr. 1. 87.

Moses Gerathwohl Rabbinus Manhemens. 1. 107.

Andreas *Mullerus* Greiffenhagius in Sinensi literatura sine pari. 1. 114. 3. Omnium primo rectissimè exposuit vexatissimam vocem Prester-Chan. 2. 3. 9. Indos Frumentii, de Indis propriè dictis accepit. pag 78. lit. L.

De genuinitate Cõfessionis Fidei Claudii Regis Æthiop. dubitat. 3. 12. 2. Nomen Pharaonis novè exponit. 2. 7. 4.

Sebastianus *Munsterus* notatur, quod Prester-Chan exponat Priester Cohen. 2. 4. 15. & vocabula Æthiopica tanquam Indica malè exprimat. 1. 23. 2.

multas Indias facit. 9.

N.

JOh. *Neuhoff* ait: Sinenses locustas habere pro cupediis Leckerbißlein. 1. 96. 38.

Nicephorus Geographiæ ignarus nationes mirè confundit. 1.22. Eutychetì dicta refert. 3.88.7.

Janus *Nicius*, Erythræus de Eucharistia. Pr.1.92.

Phil. *Nicolai* deceptus itinerario L. Rauchwolfs in lib. de regno Christi. Pr.5.2.

Berthold. *Nihusius* in relatione de Communione Orientalium à Monachis Habessinis deceptus. Pr.1.6.

Nonnosius Legatio ad Axumitas apud Photium 1.19. 15. de Pygmæis. 1.22.14.

O.

OCco male seqoitur Golzium in nummo Severi. 1.20.11.

Philipp. Andr. *Oldenburgerus* in Thesauro Rerum-publ. confusè de Habessinis loquitur. Pr. 1.96. Conringium allegat. pag.60. lit.g.

Adam *Olearius* magni globi Gottorfiensis structor in delineatione Habessiniæ autori fidem non habuit. Pr.1.101.

Olympiodori excerpta apud Hieron. Photium pag. 51. lit. t.

Organtinus Brixiaous de vento stupendo. 1.45.7.

Orlandinus. Pr.1.72.

Ortelius Geographus Pr.1.101. & 1.25.1.

Osorius Pr.1.71. & 1.23.3.

Anton. *Oudin* Lexicon Hispano-Gallicum quoad expositionem vocis *Al Cohol*. 1.51.2.

Andr. *Oviedus* Patriarcha Æthiop. Pr.1.66. Censuram fulminavit in Æthioper.3.103.1,24.

P.

P. Daniel *Papebrochius* laudatur; docet enim penes Orientem distinctiorem fuisse historiæ Ecclesiasticæ cognitionem. 3.54.2. De Hippolyto Episcopo Portus Romani. pag. 430. De Assumptione B.Mariæ Virginis. p. 436. N.49.

Patinus male sequitur Goltzium io nummo Severi. 1.20.11.

M. *Paulus* Venetos multas Indias facit; de regionibus Orientalibus. Pr.1.99. & 1.23.8. & 1.83 4.

P.Petrus *Pays* Pr.1.59.1.56.5. fontes Nili veros primus descripsit. 1.59. per tot.

Pearson io Vindiciis Ignatianis Eutychio Alexandrino fidem derogat. 3.67.11.

Benedict. *Pereyra* Lexicon Lusitanicum. 1.69.67. 1.38.15.

Petit Gallus. De natura aeris contra Peripateticos.

Theod. *Petraus* noonullos libros Biblicos Æthiopicè edidit. 1.51.3.

Aug. *Pfeifferus* Orientalium linguarum & rerum peritissimus, dissentit in voce Behemoth à Bochartho. 1.85. per tot. Dudaim putat esse lilia. 1.72.21.

Philosophi inprimis Peripatetici & Physici vulgares notantur. 1.36.4. & 1.37. & 1.38.

Philostorgius Sabæos. 1.20. & interiores Indos expooit. 1.23.6. quales describat asinos agrestes. 1.79.

Philostratus de vita Apollonii fabulator Æthiopiam non fuisse ante Indorum immigrationem. 1.19.32.

Thomas de *Pinedo* Stephanom, qui Auasin Insulam de urbe accipit, non satis corrigit. 1.15.3. lit. m. in voce *Axumites* male reprehendit Salmasium. 2.46.3.

Alex. PINUS Serenissimi Venetorum Ducis Archiater, duo taotùm nunc Nilo ostia esse docet. 1.53.11.

Ludov. *Piques* Doctor & Socius Sorbonæ egregius. 1.105.2. Pentateuchum & Josuam Æthiopicum Mss. cum antore communicavit. 3.28.6

Platerus in libris practicis. 1.51.4.

Plato in Timæo. 1.53.14.

Plautus picos pro gryphibus nominat. 1.22.24.

C. PLINIUS. Harduini editione novissima, elegantissima atque doctissima usi sumus, & loco capitum S. Sectiones ejus, multò concinniores prioribus capitibos, vel simul cum illo allegamus. Indice tantum summopere tædioso, ut quinquies quærenda sint, quæ in uno debuissent exponi. Judicium autoris de Plinio ejusq; operibus. 1.66.11.

Plane enim persuasum sibi habet Plinium improvisa morte abreptum, imperfectum & indigestum opus suum reliquisse, ita ot promiscuè collecta vel audita post mortem ejus sine distinctione in unum volumen conscriberentur.

Emendatur in numero nationum & linguarum in urbe Dioscuriade. 1.111.16.

Exponitur locos ejus ex Cornel. Nepote de Indis à Rege Suevorum L. Afranio Proconsuli Galliæ dono datis. 1.23.13.

Rivum in Judæa Sabbatis omnibos siccari scribit, contrarius Josepho. 1.68.7.

malè corrigitur à Fullero in voce *Gamala* 1. 22. 28.

Eduard. *Pocokius* ut Arabicæ Linguæ Coryphæus laudatur passim. Pr.1.70. & 1.19.23.

Poëta Æthiopicus. 1.42. V. Encomium.

Joh. Isaac *Pontanus* in etymologia *Francorum* fallitur. 1.19.2.

Porphyrius Philosophus Pythagoricus de abstinentia ab animalibus. 1.96.23

Postellus in Alphabeto XII. Lingg. Habessinos malè vocat Nubianos. 1.22.30.

Postis Historia Æthiopica. Pr.1.69.

Joh. *Posken* primus Æthiopicarum literarum in Europam invector. Pr.1.8.

Æthiopiam vocat Indiam majorem. 1.23.8.

Procopius Cæsareensis in Persicis. 1.21. & 2.17.2. Homeritas cum Saracenis confundit. 1.22.4.

Procopius Gazensis. Pr.1.81. defenditur contra Scaligerum 84. & 1.19.5. Item περὶ λιθομάτων Indiam pro Æthiopia ponit. 1.23.4.

Ptolemæus autor multornm errorum Geographicorum. Pr.1.101. gradus ejus ot plurimum fallunt. ib.104. in ejus Tab.IV. Africæ, Æthiopia supra Ægyptum, ineptissimè vocatur *sub Ægypto*. 1.24.4.

Q.

Hieron. Q*uerubin* pt.1.66.

R. Joh.

R.

JOh. *Rajus* de Muza in historia Plantarum. 1. 72. 18.

Joh. Baptista *Ramusius* de libro Alvarezii. Pr. 1. 28 de exundatione Nili. 1. 61.4.

Leonhard. **Rauchwolf** perstringitur ob vocabulum **Ledertwyck**. Pr. 5. 2. & quod XII. Persiæ urbes ab Æthiopibus conversas dixerit in itinerario suo. ibid. Muzam describit. 1. 72. 11.

Nicol. Christ. *Radzivilis* Principia itinerarium occasionem dedit autori veram significationem vocis *Dudaim* reperiendi. 1. 72. 9.

Rechac le jeune absurdum Tzaga-Christi libellum Reginæ Galliæ inscripsit. Pr. 1. 43.

Relationes annuæ PP. Societ. Vid. *Ind. App.*

Henr. **van Rhede** describit Muzam. 1. 72. 17.

Petr. *Ribadeneira* impetitiæ & fallitatis Iniquè arguitur ab Urreta. Pr. 1. 35.

Eugen. *Roger* Missionarius simplicissimus. Pr. 5. 7. & 2. 5. 3.

Rogeris Annales Anglicani. 3. 96. 1.

Hieron. *Romanus* Augustinianus Hisp. Pr. 1. 68.

De la *Roque* Ab. Epitomator Histor. Æthiopicæ parùm accuratus. Pr. 13. 59.

Alexander *ROSS* de Religionibus Mundi. Pr. 1. 88.

Nic. *Roth* Bibliopola Francofurtensis Itineraria sine ullo judicio congessit. Pr. 5. 2.

Rudbeckius in Atlantica sua pollicetur enormem Indiæ à veteribus extensionem. 1. 23. 11.

Ruffinus erroris Geographici gravis notatur in descriptione Indiæ. 1. 23. 7. Neque Indiam neque Æthiopiam rectè scivit. pag. 55. lit. o. & imperitissimè de India loquitur. 3. 15. ut & de sortitione Provinciarum inter Apostolos facta. Pr. 1. 81.

Theod. *Ryckius* defendit Scaligerum in tempore transfretationis Habessinorum. 1. 19. 21. in Orat. de Gigantibus limitatur. 1. 22. 23. laudatur. p. 73. lit. q.

S.

SAbellicus. pag. 75. lit. h.

Claud. SALMASIUS reprehendit Solinum quòd volucres serpentes *angues* vocaverit. sine causa, ut putat autor 1. 90. rectè corrigit Stephanum in voce Axumites. 2. 46. 3.

Sallustius Africam ab Ægypto distinguit stylo illorum temporum. 1. 17. 1. 8.

R. *Salomon* Gammadim malè exponit. 1. 21. 25.

Alphonsus *de Sandoval* de instauranda Æthiopum salute. Pr. 1. 68. 91. nivem in Æthiopia negat. 1. 39. 3.

Sandys Anglus in itinerario. 1. 66. 8.

Joannis dos *Santos* Æthiopia Orientalis. Pr. 1. 66. & 1. 77. 3.

Joseph. *Scaliger* passim valdè laudatur. Pr. 1. 84. Cedreno & Nicephoro de conversione Auxumitarum incautè nimis fisus est. 85. Xenophontem rectè notat. Pr. 2. 4.

Notatur in tempore transfretationis Habessinorum. 1. 19. 5. & ob vocem *Preste-jan*, quam Persicam Fristegiani esse minus rectè putat 2. 3. 2.

Finxit Axumam hodie Habessinis dici חשומא *Chashumo*. 1. 32. 3.

Procopio imputat, quod ille non dicit. 1. 19. 5.

Jul. Cæs. *Scaliger* in Comment. ad Histor. Animal. Aristot. Lib. VIII. c. 12. de *Pygmæis* notatur. 1. 22. 10. Deridet Grammaticorum inscitiam in derivatione Pygmæorum. 21.

Schindlerus bonus alioqui Lexicographus notatur, quod male exponat vocabulum Prester-Jan. 2. 3. 8. V. Lexicographus.

Schroderus in Pharmacopæa. 1. 51. 4.

Walterus *Schultz* in Itinerario Indico describit ventum *Ortan*. 1. 44. 2.

Joh. Baptista *Scortia* de Nilo. Pr. 1. 98.

Melch. *Sebizius* junior, Medicus Argentoratensis in tractatu de casu adolescentis mirabili, in cujus ventre serpentem natum crediderunt, repræsentavit differentes serpentem figuras sine differentia. 1. 95. 5.

Joh. *Seldenus* rectè exprimit vocabulum Habassenì. Pr. 1. 70. & 1. 14. 2.

Male Imperatoris Habessinorum defectionem ad Islamismum Imperatori Habessinorum tribuit. 2. 22. 13. notatur Pr. 1. 89. Exemplar ejus Calendarii Coptici depravatissimum, fol. 427.

Sennertus in Physica Lib. 4. 6. notatur de causis fontium. 1. 52. 11.

Septuaginta interpretes certo modo defenduntur contra Bochartum & Beroaldum, quod כוש reddiderint Æthiopiam. 2. 16. 24. incongruè verterunt vocabula; דודאים Gen. 30. 14. Vide 1. 72. 2. למרים Ezech. 27. 11. & plurima alia rariora, in captivitate Babylonica amissa. 1. 51. 14.

Behemoth modo in plurali, modo in singulari reddunt. 1. 85. 6.

Serrarius. Historia Societatis Jesu. Pr. 1. 72.

Servius ad Virgilium bene exponit Indiam veterum. 1. 23. 4.

Simeon Metaphrastes. 2. 22. 4.

Richard SIMON falsò inculat Autorem studii partium in detrimentum veritatis. pr. 82.

SIMONVILLII bonum monitum. 3. 49. 4.

Pp. SOCIETATIS Jesu veram de Habessinia historiam nobis tradidère. pr. 1. 83.

Socrates in historia Ecclesiastica declaratur. 1. 23. 5.

Solinus de cane Rege ineptit. pr. 5. 5. Testimonium bonum dat Megastheni. 1. 19. 27. De Nilo & Nigri. 1. 65. 13.

Sozomenus de Indorum Conversione exponitur. 1. 23 5.

Frider. SPANHEM. Introduct. ad historiam Novi Testamenti sec. IV. conversionem Æthiopum per Frumentium factam adhuc dubiam censet. 3. 16. 2.

Gabr. **Sparwenfeld** Nobilis Suecus, excellentis ingenii Juvenis. pr. 13. 61.

Nicol. *Spatarius* translator historiæ Æthiopicæ in lingvam Moscoviticam. ibid.

Stephanus de Urbibus; Abassenos in Arabia nominat. 1. 15. 2. notatur ob insufficienter expositam

 vocem

vocem *Auafis* 1.15.4. & emendatur in voce *Ἀξυ-μίτης*. 2.46.3.

Stoicorum sententia de aeris natura probatur. 1.38.8.

STRABO passim laudatur. 1.23.12. At Latina versio Xylandri multis scatet nævis. 1.22. 10. lit. f. 1.96.72. De eo Lucas Holstenius Geographiæ antiquæ peritissimus, sic loquitur: *Strabo, quem fidum Ducem ubiq, experior*. Emendandus videtur numerus gentium & linguarum in urbe Dioscuriade. 1.11.17. spretis opinionibus communibus, judicio suo utitur. 1.78.3.

Victorinus STRIGELIUS cancros vel astacos facit ex locustis Joh. Baptistæ. 1. 96.62.

Stuckius de antiquit. convival. 1. 53.20.

Suetonius de urbe *Gamala*. 1.22.28.

Suidas. 2.41.4.

Sulpitius Severus, incertus in numeris. 1. 28. 10.

Bernhard. *Surius* in descriptione Terræ sanctæ. 1.66.8.

Symmachus Græcus Interpres ex *Gammadim* facit *Medos*. 1.22.27.

Synaxaria Græcor. lingva vulgari. 1.20.2. & 2.22.2.

Syncellus Chronologus sequitur *Africanū*. 1.19.26.

T.

TACITUS de proceritate *Germanorum* 1. 22, 23. *Mare rubrum* quale intelligat. 1. 26. 5. & 2. 19.3. De domandis Barbaris. 2.43. 2.

Talmudici Doctores conjugia Nanorum prohibent. 1. 22. 13.

TAULERUS. 3.134. 17.

Tecla Marianus Habessinus haud fidus relator. Pr. 1. 4.

Ericus Georgii F. TEGEL Suecus in Historia Gustavi, Pr. 13. 10.

Balthasar TELLEZIUS insignis Historicus Philologus non æque Pr. 1. 50. passim laudatur, speciatim à Thevenotio Pr. 1, 3. 48. Chronicon Societatis Jesu scripsit. 72.

VVilhelm Ernest. Tenzelius De ritu lectioonum sacrarum laudatur Pr. 1. 87, monuit autorem de locustis Maffeji 1. 96.66.

Theodoretus Pr. 1. 81. & 1. 19. 5. ad librum 3. Regum qu. 33. & Num. 12. qu. 22.2.16. 20.

Theodotio Græcus interpres caute retinuit vocem *Gammadim*. 1, 22, 26.

Theophanes Byzantius de Sabæis & Æthiopibus loquens explicatur 1. 20. 2. Homeritas & Macrobios confundit. 1. 22. 3. & 2. 16. 20.

Ambrof. *Theseus* Æthiopicam linguam vocat Indicam. 1.23.

THEVENOT. *Voyage de Levant* testatur de parvulis servis nigris i. e. *Pygmæis* 1.22.16.

THEVENOT. bene judicat de historia Æthiopica *Balth. Tellezii* Pr. 1. 3. edidit relationem P. Hieron. Lupi 61. Illius agnatus Itinerarium Orientale edidit. Pr. 5.10.

Gregor. *Tholosanus* de Republ. 2.24. 11.

Thomas à Jesu de moribus Habessinorum. Procem. 1. 5.

THUANUS de Roxolana. p. 236. lit. i.

Francisc. *Tiselman*. de religione & moribus Æthiopum. Pr. 1. 63.

Trogus Pompejus à Justino in Epitomen redactus. Pr. 1.58. à *Plinio* allegatur 53.20.

Francisc. *Turrianus* contra mentem Ecclesiæ Romanæ Canones dictos Apostolorum pro Anthenticis habet. 3 30.117.

Tzaga-Christ. V. Zaga Christ.

Tzaga Zaabi Confessio Fidei Æthiopum fallit. Pr. 1. 4. & 13. ibid. VII. Tellezii judicium de eo parum honorificum. Pr. 1. 24. & 3. 2. 2. ut & Godigni. 3. & Gregorii. ibid. 1.

V.

D. Mich. Bernhard VALENTINI solertissimus naturæ indagator. 1. 52. 20.

Henr. *Valesius* in annot. ad Historiam Ecclesiasticam malè quædam in dubium vocat. 1. 23. 5. & 15.

Joh. VVeich. *Valvasor*. Descriptio eximia Carnioliæ. 1. 45.6.

Vansleb. vid. VVanslebius.

Varro de re rustica 1. 42. 2.

Stanislai *Varsevitii* Histor. Æthiopica. Pr. 1. 66.

Lud. *Vartomannus* de Unicornibus Meccæ visis. 1. 83. 5.

Hieron. *Vecchietti* Florentinus sioe judicio refert Catalogum Regum Abessinorum Pr. 1.95. & 2. 14. 2. & pag. 232. 2. in medio.

Emanuel *da Verga* Lusitanus Pr. 1. 67.

Georg. Hieron. *Velschius* Augustanus insalubrem prædicat aquam Nili, & inter causas dracunculorum suorum refert. 1. 53. 15. E Nilo multos amnes & rivulos procurrere. 1. 54. 3. quod vocem ፀጊርኝ፡ in Autoris Lexico malè legerit & expofuerit. 1. 56. 8. De salubritate Locustarum confusè loquitur. 1. 96.72.

Versiones Bibliorum Num. XI. 31. Volatus cotnrnicum, quem Paraphrastes Chaldaicus ut & Vulgata habet, nec verbis nec textui convenit. 1. 96. 92. & seq.

Marianus *Victorius* Reatinus rudia rudimenta linguæ Æthiopicæ edidit. 1. 103. 2. De linguis in Æthiopia usitatis nugatur, ut passim in Institutionibus Æthiopicis. 3. Catalogum inconditum Regum Æthiopiæ edidit. 2. 14. & pag. 232. 2. in med.

Vincent. le Blanc in Itinerario suo vetera novis miscet. Pr. 5. 9. & 2. 18.

Virgilius de India pro Æthiopia. 1. 23. 4. & hydris. 1. 95. 3.

Albert *Vogtius* in miscellan. Biblicis laudatur, quod explodat sententiam de Mandragoris. 1. 72. 7.

Raphael *Volaterranus* notatur ob relationem de Solis mensa Pr. 2. 2. & quod Magnum Chanum vocet Magnom Canem. Pr. 5. 5.

Isaacus *Vossius* ex Pygmæorum natione facit meros nanos. 1. 22. 32. Irridet P. Petrum Pays & Athanasium Kircherum de Nili fontibus; omoesque illos Principes, qui eos quæsiverint. 1. 59. 10. Notatur & quod dicat: *tot flumini fontes esse quot rivi*, Ibid. in Annotationibus in Melam, notatur. 1, 23, 3.

Uranius

Uranius apud Stephanum de Urbibus 1.13.2. emendatur, t. 20. 1.

Ludov. *Urreta* monachus Valentianus nugator ubique exploditur, & culpatur à Thevenotio. Pr. t. 3. 59. & Tellezio. Ibid. 41.

Ursius Bericht vom Unterscheid der Religionen auff Erden Pr. 1. 88.

Bonav. *Vulcanius* notatur ob Etrones Nubianos 1. 11. 24. allegat Scaligerum de Cingaris differentem; Sed id in operibus Scaligeri reperiri non potuit. Ibid.

Vulgata Bibliorum versio sæpius laudatur ex. gr. quod ראם reddat Rhinocerotem, 1.84.7. Declaratur sequentibus locis: Esa. 54.11. p.109.14 1. Maccab. de XXXII. viris in uno Elephanto. 1.28.2. Notatur ob Pygmæos in turribus. 1. 22. 25.

W.

Brianus *VValtonus* Biblia Polyglotta Anglica edidit. pr.13.14. cur autorem in Æthiopicis nō consuluerit. ib.

Joh. Mich. *VVanslebius* perstringitur ob perfidiam & malam fidem in tractatu Anglice edito: *A brief account* &c. Brevis relatio de statu Habassiæ tempore Patrum Societatis. pr. 1. 90. & 94. — summoperè laudat salubritatem Nili. 1. 53. 14. An Nilus diverti possit. t. 66.10.

Georg. Wolff. *VVedelius* excellentis judicii & experientiæ Medicus. 1.51.4. de Epispasmo Judæorum Propempticon Anatomicum eruditissimum edidit, sed id non vidit autor, nisi materia illa jam impressa.

VVelschius quære Velsc hius.

M. Fridericus *VVendelinus* de admirandis Nili satis eruditè scribit pr.1.98. illum æstatem & hyemem simul pati tecte asserit; 1.53.3. sed non recte applicat.

Weslingius vide Wislengius.

Johan. Ulric. *VVildius* Leonem Afrum imperitiæ Geographicæ taxat. 1. 65. 4. plus fidei adhibuit quoad Concilium Chalcedon. Tzaga-zabo, quam autori nostro. Præf. §.3. lit. D. laudatur in Procem, 1.88.

Thom. *VVillis* insignis Medicus de fermentatione. 1.71.3.

D. Joh. *VVislengius* Patavinus accepit epistolam ab Impostore Zaga-Christo. 2.9. In syntagmate Anatomico de Clitoride. 3.5.4.

X.

Xenophon historiam fabulosam *de Cyro* scripsit. pr.2.4.

Y.

Ynca Garcilasso de la Vega, patria Cuscanus in Peruvia. Commentarios Reales de los Yncas Reyes del Peru, agit de Condora. 1.92.13.

Z.

Zaga-Christ Prince d'Ethiopie, Voyage. Libellus mendacissimus Gallice conscriptus. pr. 1.41.

Zieglerus a *Baudrando* allegatus. 1. 15.7.

Joh. *Zonaras* de Aretha 2.22.11. parum accuratus Glossator *Canonis II. Concil. Trull.* VI. Vide 3. 30.115.

Zosimus de *Oasibus* apud Photium. pag.51. lit.t.*

Epilogus.

Supra nominati autores præsertim celebriores in multis aliis locis hujus operis citantur: Deniq; multo plures recenseri potuissent, si vel temporis angustia id permisisset, vel utilitas aliqua insignis id postulasset.



LOCA S. SCRIPTURÆ
in hoc opere declarata.

Exodi XVI. 13. Num. XI. 31. & Psal. 78. 27. novè exponitur vox שלו 1. 96. per tot.

Devt. II. 10. Enakides quales fuerint. 1. 22. 22.

Devt. XXV. 17, 18. quid sit האמיר. t. 106. 14.

1. Sam. VIII. 14. De potestate Regum. 2.40.4.

3. Reg. IV. 30. An bellum perpetuum gesserint Israelitæ eum Judæis. 2.19.

4. Reg. III. 4. de CCM. vervecibus & agnis intonsis. 1.28.11.

Psal. XCV. 6. triplex submissionis genus declaratur. 1. 101. 2.

Eccles. I. 7. Circulus aquarum secundùm naturam docetur. 3.52.6.

Esaiæ XL. genuinus hujus loci sensus. 1. 106. 19. LIV. 11. Qualis lapis ibi פך sit. 1.51.6.

Jerem. XIII. 23. Quomodo reddendum כושי 2.16. 2. & seq. XIV. 6. quid per תנין intelligatur. 1.86.4.

Thren. IV. 7. quomodo ibi אדם sit reddendum. 1.107.4.

Ezech. XXVII. 11. גמדים Gammadim non esse Pygmæos. 1.22.25. XXIX. 3, 4. Quid ibi sit תנין 1.86.2. & XXXII. 2. Ibidem.

Amos. VII. 14. quid sit בולס 106.16.

Mich. 1. 8. Crocodili lachrymæ. 1.86.3.

Ex Novo Testamento.

Matth. VI. 1. Ultra lectio antiquior, *Δικαιοσύνην* an *Ἐλεημοσύνην*. 3.20.5. XVIII. 6. quid sit Μύλ© ὀνικὸς. Mola asinaria.

1. Cor. VII. 18. Epispasmum Judaicum propriè intelligendum. 3.4.5.

SENTENTIÆ
ET
CONJECTURÆ AUTORIS NOVÆ IN HOC OPERE CONTENTÆ:

Nec non

Δευτέρας φροντίδος poſt editionem hiſtoriæ illius melius cognitæ, atque hic in unum congeſtæ, ſicut in præfatione §. 19. dictum.

T*Empus migrationis Habeſſinorum* ex Aſia in Africam ex Euſebio novè declaratur lib. 1. Num. 19. §. 26. Philoſtratus falſitatis arguitur. ibid. 32.

Sabæorum Metropoles duæ fuerunt; Saba & Mariaba, in diverſis regionibus ſitæ; quarum illa antiquior. 1. 20. 3. & ſeq.

Genuina lectio nominum propriorum Arabicè Scriptorum. *Homer. Areta* & *Amen*. 1.20. 7.

Maſorethas non genuinè punctaviſſe Nomina propria illis ignota. 1.20. 8.

Nummus Severi non de Abaſſenis, ſed de Kabaſitis intelligendus. 1.20. 11.

Pygmæos adhuc dari in mundo. 1. 22. 8.

Mare rubrum malè à Græcis ſic dictum, cum Edomicum ſive Edomæum ſimpliciter dicendum fuiſſet. 1. 26. 2.

Fluvius Sabbaticus nullus unquam in rerum natura extitit. 1. 68. per tot.

Pſylli non ingenita virtute, ſed artificiali, nempe certa quadam herba, venena curaverunt, quam occultaverunt. 1. 70. 3.

Aſpides Cleopatræ, quibus ſibimet necem concivit, Autor putavit eſſe *angues volatiles*. Ibid. At Solinus *hypnalem aſpidem* nominat, quod ſomnum lethalem homini afferat. cap. 27. & ibi Salmaſii notæ pag. 341.

Dudaim ipſiſſimam eſſe *Muzam* Arabum, atque in altero ſcripturæ loco de *fructu*, in altero de *flore* agi. 1. 72. per tot. quam ſententiam Viri docti antea prodiderunt, ſed ſine rationibus ullis.

Onager pulcher, Philoſtorgii & Martialis non eſt *Onager* vulgaris, ſed *Zecora* quadrupes pulcherrima. 1. 79. 2. 4.

Behemothum Jobi eſſe *Hippopotamum* aſſentitur Bocharto. 1. 85. 5.

Ophiomachus, propriè non eſt avis, ſed *Locuſtæ genus*, ſerpentibus infeſtum. 1. 90. 4.

שלו *Selav*. Hujus vocis veram ſignificationem eſſe amiſſam, ideoque non videri *Coturnices*, ſed *Locuſtas Orientales magnas & carnoſas*, eſui idoneas. 1. 96. per tot.

Locuſtæ Salubres Maffeji non ſunt volatiles, ſed marinæ. 1. 96. 65.

Nullus certus Linguarum Orbis numerus datur. Judæorum ſententia de LXX. & Megiſeri de quadringentis in mundo linguis frivola. 1. 111. per tot.

Plinius ut & *Strabo* de CCC. nationibus diſſimilibus linguis, cum CXXX. Interpretibus corriguntur. 1. 111. 15.

Galla feri & perpetui Habeſſinorum hoſtes, *Gallani* in hiſtoria Æthiopica dicti nunc *Gallas* vocantur. 1. 113.

Canones Nicæni Apocryphi de Metropolita Æthiopum conſiſtere non poſſunt cum vera temporum computatione 2. 17. 7.

Menas Æthiopiæ R. *Davidis* F. non die 20. Aprilis 1562. Sed menſe Februario 1563. mortuus eſt. 2. 30. 4.

Sacra menſa differt à throno in Orientalibus Eccleſiis. 3. 57. 3.

Quinquageſimale jejunium Habeſſinorum erroneum eſt, minus rectè computatum. 3. 64 15.

Demetrium Patriarcham Alexandrinum repertorem eſſe epactarum. 3. 67. 9.

Plura fortaſſis in opere ipſo reperientur.

SYLLABUS LINGUARUM

Quæ in hoc opere reperiuntur.

Æ*Thiopica* Habeſſinorum antiqua lingua nunc tantum literalis.

Amharica vernacula Regis & caſtrorum regiorum.

Anglica.

Arabica vetus & hodierna.

Aramæa ſive Syriaca apud Maronitas montis Libani uſitata.

Belgica.

Chaldaica.

Cingarorũ vulgo Zigeuner *lingua incerta originis.*

Coptica ſive Ægyptiaca medii ævi, Chriſtianorum Coptitarum Ægypti, nunc penè obliterata & vix à quoquam intellecta.

Gallica.

Germanica, ubi etiam exempla Francofurtenſis & Erfurtenſis dialecti.

Græca antiqua ſive pura quam τὴν καθαρὰν γλῶσσαν Græci appellant.

Græca vulgaris ſive hodierna.

Hebraica.

Hiſpanica.

Italica.

Latina.

Luſitanica.

Perſica.

Rabbinica ſive *Talmudica.*

Samaritana.

Slavonica.

Suecica.

Teutonica Judæorum.

Zigeuner vid. Zingari.

Pro

buit, ſcilicet rudem & crudam. Si verò formam ipſam & *Clearchum*, primum qui Græcè ſcripſit, ſpectes, non ſine ratione *Græculum* vocaveris *inventum* in Græcia excultum atque politum. Prout Photius de Antonio Diogene talis fabulæ autore ſcribit: *Ex eo tanquam fonte manaſſe Luciani Jamblichi, & ſimilium autorum commenta.*] Procem. III. &c.

N⁰. III. Ludovicus Urreta monachus Valentianus.] De hoc *gerrone* ſupra N. I §. 34. & ſeq. ſatis ſuperq; dictum, ut ferè pigeat, ejus hîc rurſus meminiſſe. Urreta.

N⁰. IV. Jacobus Baratti Italus.] Quæ de hoc nugatore ſupra dicta ſunt, hîc repetere nolumus. Unum addimus, admiratione dignum eſſe, fabulatorem hunc in alias linguas verſum fuiſſe. Anglicè quoque *à G. D. Anglo* expreſſus eſt (*c*); qui ſi ea credidit, quæ in dedicatione ſua *Thomæ VVindhamo* perſuadere conatur, cur nomen ſuum non expreſſit? Argumento utitur interpres valdè infirmo & falſo: *non auſurum fuiſſe* Barattum *opuſculum ſuum in Italia edere, niſi veritate niteretur*: Rationes fingit: *quòd Principes ibi per mercatores ſuos commercium literarum cum* Magno Neguço *habeant.* Sic nugas nugis auget. Addit: Baratti. N. I. §. 44.

His book had not found that univerſal applauſe to be tvvice honoured vvith the preſs &c.

Librum hunc non bis impreſſum fuiſſe, niſi univerſalem applauſum meritus eſſet.

Si igitur interpres putavit emptores librorum decipi poſſe, ſi in titulis legatur, *Editio ſecunda*; mirum eſt, quod ipſe titulo ſuo non addiderit *The third edition. Editio tertia.*

1 N⁰. V. Peregrinationum ſcriptores.] Itineraria pleraque exiguæ ſunt fidei. Quæ obvius quisque bono malòve interprete narrat, in codicillos referuntur, atque promiſcuè vulgantur. Quæ quis unum peregrinum facere videt, omnes facere putat, ita plerumque à particulari ad univerſale argumentari ſolent peregrinatores. Peregrin. ſcriptor.

2 Ejuſcemodi itineraria ſine judicio & ſine ullo delectu collegit, & Anno 1609. impreſſit *Nicolaus Roth Bibliopola Francofurtenſis* ne prælum otiaretur. Inter ea habetur:

Itinerarium Leonhardi Rauchwolffii Med. D. qui ſcribit: *Relatum fuiſſe, Perſas duodecimo ante adventum ſuum in Palæſtinam anno,* (*d*) *fœdus cum Presbytero Iohanne pepigiſſe, ut miſſis auxiliis Religio Chriſtiana in Perſiam introduceretur. Itaque Patriarcham quendam cum ſacerdotibus miſſum, ultra viginti urbes ad Chriſti fidem converſiſſe.* Inſignem hanc fabulam tanquam veram hiſtoriam transſcripſit Philippus Nicolai (*e*) diſertè dicens: *Æthiopes hoc praſtitiſſe, ut brevi duodecim annorum ſpatio plus quàm viginti urbes Chriſtianæ religionis dogmate imbutæ fuerint, atque inter eas Metropolis Samarcanda.* Ex quo ſolo vanitatem hujus relationis conjicere 3 potuiſſet. Idem Rauchwolf cum audiviſſet Regem Æthiopiæ *Libna Denghelum* tempore inaugurationis ſuæ aſſumſiſſe ſibi nomen *Davidis*, confidenter de omnibus Regibus ſcribit d. l. I. comh. Rauchwolf. L. II. c. 8.

Ihren Königen wird im Eingang ihrer Regierung der Zunahm David gegeben / welche ſonſt auch Lederwyck: von Perſiern aber AMMA [En! portentoſa vocabula! de quibus infra Lib. II. c. 1. n. 4.] genannt werden. Damit anzuzeigen / daß ſie herkommen vom Königlichen Geſchlecht und Stamme Davidis & Salomonis.

Id eſt: *Reges Æthiopiæ ſub initium regni aſſumere nomen Davidis, ad ſignificandum genus ſuum; eos alias vocari Ledervvijk: à Perſis verò Amma.* Cauſam addit (ut mos vulgo etiam falſis cauſam quærere) *Vt indicent ſe ex ſtemmate Davidis* & *Salomonis oriundos eſſe.*

Eadem habet exſcriptor ejus *Ioh. Iacob Breuning* (*f*).

4 Vix mentionem meretur itinerarium *Iohannis de Montevilla Doctoris & Equitis Angli*, ut titulus fert, Anno 1320. compilatum, qui de *Presbytero Iohanne Aſiatico*

(*c*) Titulo: *The late travels of S. Giacomo Baratti.* London 1670. (*d*) i. e. circa annum 1562. quo tempore res Habeſſinorum variis ſeditionibus & bellis erant afflictiſſimæ. (*e*) In libro de regno Chriſti. (*f*) In Itinerario Orientali Navig. III. c. 11. p. 216.

Proœm. V. *tica prope Chatayam* decempedalia profert mendacia, ut autor sui ævi simplicitati illusisse videatur. Nullam ejus mentionem fecissem, nisi fabulam spissam, *de Danorum expeditione in Chatayam & Indiam*: nec non *Johanne Frisia Regis filio*, *ob sanctimoniam vitæ Presbytero* dicto, à recentiore quodam inde exscriptam reperissem. Crediderat autori; quia scilicet dixerat: *Id se in Chronicis illarum Regionum legisse.* Interpretis quoque vecordia vel ex eo apparet, quod *Magnum Tartarorum* 5
Chanum reddat MAGNUM CANEM **den grossen Hund**. (*g*) Scilicet in eo præeuntem habuit *Raphaelem Volaterranum*(*h*). Iste, *Chataya*, inquit, *sicut & reliqua Scythia præsides*
L.VI.c.30. *hodiè Rex, quem* MAGNUM CANEM *appellant.* In Plinio fortè legerat *Psoemphanas* CANEM *pro Rege habere, motu ejus imperia augurantes.* Quas ineptias etiam Soli-
c. 30. nus exscripsit: *Summam regiæ potestatis* CANI *tradunt, de cujus motibus, quidnam imperites, augurantur* (*i*) Credo à Scythico vocabulo *Chan*, *Chanus* absurdam hanc narrationem profluxisse. Igitur Volaterrano absurdum visum non fuit *Regem Chataya* vocari MAGNUM CANEM. Nimirum Itali hujus relationis autores gutturalem 6
Arabicam خ *Ch. χ* Græcorum in voce خان CHAN, χαν HAN vulgò, quod *Principem* vel *Regem supremum* significat, pronunciare non possunt; ideò IL GRAND CHANE vel *Cane*, *Canem* reddere oportuit. *Il paese del grand Cane.* **Des grossen Hunds**
Inf. Pr. 13. 37. **Land.** Talia cum exteri percipiunt, mirum non est, si cum Gregorio meo de Europæorum scripturiendi pruritu, & typographiæ abusu queratur.

Eugenius Roger. Haud multo meliora in lucem edidit EUGENIUS ROGER *Monachus Missionarius Barbariæ*, qui in descriptione Terræ Sanctæ (*k*) multa fabulosa de Habessinis ha- 7
L.II.c.1. bet. Historiam verò *Impostoris Tzaga-Christi* ita refert, ut videatur adulterinum illius nomen suo calculo non parùm juvisse.

Benjamin Tudelensis. Benjaminus Tudelensis *Iudæus* in itinerario suo Rabbinicè conscripto Habassiniæ quoque mentionem fecit, hoc modò: 8

Et ארץ כוש הנקראת אלחבש	*Terra Cush* (Æthiopia) *qua vocatur* الحبش
Gen. 2, 13. paulò ante פישון היורד מארץ כוש שיש	*Elhabesh. Phison* (Gihon voluit dicere) *qui*
להם מלך וקוראין אותו סולטאן אלחבש:	*descendit de terra Cush quibus est Rex quem vocant Sultan Elhabesh.*

Genuinum hoc est *Neguçi* nomen apud Orientales. Fabulosus quidem est hic autor & exigui judicii, ut vel ex sola *Maris concreti* fabella cognoscere est (*l*). Multa tamen vera narrat, quæ male intellecta vel ignorata pro fabulis habentur; ut cùm *Iudæos in magnis Æthiopiæ montibus jure suo vivere scribit* (m). Quæ tum temporis vera fuisse in
1. 14. 43. Historia nostra docuimus, & infra de hac re pluribus dicemus; ubi simul alia de versione & notis hujus itinerarii repeties.

De aliis itinerariis multa verba facere nihil attinet. Ex iis, quæ profectiones 9
in *Palæstinam* vulgò *Terram Sanctam* & *Ægyptum*, nec non *Arabiam* & *Indiam* narrant, aliqua *de Habessinis* nostris haberi possunt, quamvis valdè dubia & suspecta; sed judicio opus est, ut vera à falsis distinguantur. Præ cæteris æstimantur sequentes itinerariorum scriptores:

Bernierius.

Vincent. Le Blanc. Vincentius le Blanc, cujus itinerarium Orientis Gallicè editum & Anglice versum fuit (*n*). Vetera novis miscet. Eosdem falsos huic Regno fines tribuit, quos Tabulæ Geographicæ vulgares, veluti: Montes Lunæ, Manicongo, &c. Godignum vidit, ut ex nominibus Regnorum colligo; iis tamen vetera addit. Quædam peculiaria habet aliàs mihi nec lecta nec audita; Ex. gr. Regem adeò delectari bonis odoribus, ut quidquid modo bene oleat, in aula ejus adhibeatur; etiam tædæ seu faces. Sericum ex arboribus colligi, & quintam partem Regi loco vectigalis pendi: & plura ejuscemodi alia, quæ partim non credo: partim quia autoritate carent, exscribere nolo.

Joh.

(*g*) Ibid in tit. lib. II, & lib. IV. in princ. (*h*) *in Geogr. lib. XII p.* 110, b. tit. *Scythia.* (*i*) Eadem habet *Ælianus de animal.* Lib. 7. c. 40 (*k*) Parisiis Anno 1664. Gallicè edita. (*l*) *VValton Proleg. III n. 35.* ait: Autorem hunc fabulosissimum esse, ejusque librum infinitis mendaciis & erroribus scatere quos detegit, & ubique confutat *Constant L'Empereur.* (*m*) *Const. L'Empereur in not. ad h. l.* (*n*) Hoc titulo: *Travels in the East.* Londini 1660.

Joh Cotovici Itinerarium egregio judicio & stylo conscriptum. L. 2 c 6. Procem.

Joh. Hugo Linschot Navigationes edidit, ex cujus libro Hollandi viam & rationem in Indiam navigandi didicerunt. Cap. XL. *Habessinorum* facit mentionem. VI. &c.

10 Thevenotius in suo *Itinere Orientali* Gallicè edito (*o*) Æthiopiam breviter describit ex relatione Legati cujusdam Habessinici natione Syri (*p*), qui tamen, ut mihi videtur, in multis fallit. Ex. gr. *Quod Rex Æthiopiæ centum pellices alat*; (id fortè de aliâ quadam Æthiopia accipiendum) *Quod filios suos in rupe quadam Ouolbnt in regione Oinadega* Wainadegâ *educari curet, è quibus unus ingenio maxime pollens, quamvis natu minor, eligatur.* De quo neque Tellezius neque Gregorius quidquam retulerunt: nec ego novum morem introductum facilè crediderim. Paulo post locum sepulturæ Regiæ vocat *Ayësus*. Est, puto, nomen ኢየሱስ፡ *Iesus*; & procul dubio intelligitur *Ganeta Iesus*; quem locum in Historia nostra habemus 3.11 30. Thevenot. P. II. c. 68. & 69.

Sed quæ *de Bibliotheca* illius loci magna & variarum linguarum libris instructa narrantur, planè suspecta habeo. Cætera omnia, partim malè scripta, in medio relinquo.

N°. VI. Matthæus Armenius] Is fuit primus Habessinorum ad Emanuelem Lusitaniæ Regem Legatus, de quo supra in prolegomenis satis dictum. Quomodo primò ab Albuquerquio Pro-rege in India, deinde in Lusitania exceptus, rursusque dimissus, etiam in Habessiniam revectus fuerit: quæque à Lusitanis Navarchis ob suspectam ejus Legationem pertulerit, ex *I. P. Maffeji rerum Indicarum historia*, aliisque vitæ *Emanuelis Regis* scriptoribus fusius cognosci possunt. Matth. Armenius. I. §. 9.

N°. VII. Tzaga-Za-abus] Vulgò *Zaga-Zabus*, Monachus fuit imperitissimus, non Episcopus (ut quidam scribunt (*q*)). Eum supra exagitare necesse habuimus; Quia omnes ferè, qui de Ecclesia Æthiopica aliquid memoriæ prodiderunt illius confessione usi sunt (*r*). Tzaga-Zabus. I. §. 13. & seq.

N°. VIII. Franciscus Alvarez, &

N°. IX. Ioh. Bermudes a nobis supra memorati sunt. N°. 1. §. 7. & 12.

1 N°. X. Annuæ Patrum relationes] In more positum habent *Patres Societatis*, ut rectores Collegiorum ad Provinciales, isti vero ad Generalem suum de rebus ad Societatem pertinentibus annuas relationes perscribant. Quæ igitur de Sociorum rebus gestis ex India aliisque remotis Orientis atque Occidentis regionibus in Europam mittuntur, multa notatu digna de statu & moribus illarum gentium perhibent, sine quibus res Societatis perfectè cognosci non possunt. Verùm jam à quadraginta & amplius annis nullæ magis typis eduntur, quamvis continuè scribantur. Anno 1606. *P. Antonius Fernandius* ex oppido Dembeæ Gotgorâ epistolam in Europam scripsit, qua usus fuit *P. Nicolaus Godignus* in refutando Urretâ L. I. c. 22. Pat. Soc. rel. annuæ

2 Aliam dedit *P. Ludovicus de Azevedo* die XI. Julii 1605. quæ impressa extat cap. 13. inter alias relationes de annis 1606. & 1607. Ulissipone editas Anno 1609. Posteriores autem meliores sunt prioribus, ut jam jam dicetur.

3 Plures alias reperies inter libros ab *Antonio de Leon* enumeratos. Quædam tamen ex illis emendatione egent, scilicet quæ Patres initio scripserunt, priusquam Patriarcha Lusitanicus Alphonsus Mendez & P. Petrus Pays in regnum venissent, nondum enim Linguam & mores gentis exactè callebant. Hinc factum quod P. Nicolaus Godignus Regna Æthiopiæ tam malè recensuerit, ut infra fusiùs docebimus. I. 3. 29.

N°. XI. P. Balthasar Tellezius] De hoc plura nunc addere opus non est, vide supra I. §. 48.

N°. XII. Nomina autorum] Quibus ego usus sum, operi meo præmissa reperies. *Firmiter enim propositum est mihi nihil scribere, cujus autorem nominare*

(*o*) Hoc titulo: *Relation d' un Voyage fait au Levant Paris* 1665. (*p*) de quo agimus II 16. 59. in Additione. (*q*) *Berthold. Nihusius* de una specie *Eucl. ad Acad. Aug. Conf.* §. 2. *Paul. Colom. in Observat. sacris*, Zagazabum Episcopum Æthiopiæ vocat, *virum omnimè pium & eruditum* quam laudem minimè meretur. (*r*) ut rectissimè monet supra laudatus *D. Ioh. Vlr. VVildius in disput. sua de Eccles. Æth. cap.* 1.

Proœ. XIII. *nare non possim.* Si quis igitur de loco quodam dubitare, aut in rebus Ecclesiasticis me suspectum habere velit, tanquam alienæ religioni addictum, eum non pigeat & inquirere in meos autores, & rationes meas ponderare, ne sine ratione ex mero præjudicio res meas suspectas reddat. Utique id facere conatur *P. Richardus Simon* (*r*) me insimulans, quod Æthiopum Confessionem Augustanæ accommodare voluerim; cùm tamen nullo exemplo id demonstraverit, nec demonstrare possit, ut in præfatione diximus. Nec ego tam iniquus sum, ut Tellezii historiam, quoad sacra Habessinorum, propterea suspectam esse dicam, quia in Romani Pontificis verba ex instituto sodalitatis suæ juravit. Siquidem dogmata sua proponere, eaque defendere, nemini vitio verti debet: At res gestas falsare, aliorumque sententias malâ fide referre, in omnibus culpandum est. Quos verò autores ceu fide indignos reprobamus, atque rejicimus, de iis in antecedentibus satis superque egimus.

Gregorii N°. XIII. Gregorius Habessinus] Nune ad *Gregorium Habessinum* 1
pergimus, cui maximam Historiæ nostræ partem, privatim ea, quæ alium autorem non habent: ut & accuratiorem linguæ Æthiopicæ cognitionem debemus. Etenim vir fide dignus, cui meritò plurimùm fideres, non à me tantùm, sed ab ipso Principe ERNESTO SAXONIÆ DUCE, ejusque Consiliariis judicatus fuit. Deinde illum vera dixisse superventu Historiæ *Tellezii* supra à nobis laudatæ, cognitum est. Igitur de eo paulò fusiùs agere operæ pretium putamus, ut non modò de moribus & ingenio viri constet, sed & quomodo in Germaniam ad me venerit, & quid Gotæ egerit, lectores cognoscant. Rogatus à me, priusquam 2
in Germaniam veniret, ut patriam, genus atque vitæ rationem summatim familiariter describeret, ita respondit (*t*):

ሙላደ፡ ዚአየ፡ አፍቅርየ፡ ኢይምሰል ክሙ፡ አምን፡ ሰብእ፡ ንኡሳን፤ አላ፡ እም ቤተ፡ አምሓራ፤ ውእቱ፡፡ ፍጉይ፡ ክቡራን፡ ዘውእቶሙ፡ አርእስቲሆሙ፡ ለሕዝበ፡ ኢትዮጵያ፡፡ መኳንንቲሆሙ፡ ቀመሳፍንቲ ሆሙ፡ ወመፋብርቲሆሙ፡ ወመማክርቲሆሙ፡ ለንጉ ሠ፡ ፍገሥት፡ ዘኢትዮጵያ፡ እለ፡ ይሠይሙ፡ ወይስዕሩ፡ ይኤዝዙ፡ ወይምልኩ፡ እምትሕቴሆሙ፡ ለንጉሥ፤ ወኮንኩ፡ እ ትናገር፡ ወትረ፡ ምስለ፡ ንጉሥ፡ ወመ ኳንንት፡ ወዐበይት፡፡	Genus meum, ô dilecte mi! ne videatur tibi ex hominibus humilibus, (esse) sed ex domo Ambarâ (est) prosapiâ nobilium, qui rectores sunt populi Æthiopici: Principes, Duces, Præsides & Consiliarii Regis Regum Æthiopiæ; qui ad officia promovent, & inde deponunt, & imperant nomine Regis. Ego quoque semper collocutus sum cum Rege Principibus & Magnatibus. &c.

Patria, In oppido *Ambara Macana-Salacè* dicto (*u*) sub initium hujus seculi, honesto loco 3
natus; justæ staturæ & subnigri coloris erat; crispos capillos, ut cæteri Æthiopes, sed vultum liberaliorem habebat. Primis pueritiæ annis literas didicerat, in iisque tantum profecerat, ut inter suos clarus atque egregiè doctus haberetur, quamobrem titulum አባ፡ *Abba* meritus fuit. Cognito autem ejus ingenio, *P. Alphonsus Men-*
Munus, *dez* Patriarcha, illum nobilibus pueris, quos tanquam in Seminario domi suæ alebat, præfecerat. Istud ad me scripsit *P. Antonius d' Andrade*, simul ea, quæ de genere Gregorii modo retuli, confirmavit; epistolâ Lusitanicâ his verbis:

Eu entendo esta prima vera virá pera lá o *Abba Gregorio* à receber os mimos de V.M. ainda que elle naõ tenha necessidade alguã de informaçaon de sua pessoa, pois por si se mostra com tudo V.M. que tanto o ama. Sabera como elle he de *Ambara* terra e cabeça de toda Ethiopia, e aonde nacem os Reys e Principes, com que elle ha muyto parentado, e assi por sua muyta nobreza, lettras e virtudes era muyto estimado dos Senhores; por resaoñ do qual o Sr. Patriarca de Ethiopia meu amo o escolheo, e o fiz mestre dos estudiantes de sua casa. Rom. d. 22. Octob. 1650.	*Intelligo vere proximo in Germaniam iturum* Abba Gregorium, *accipiendis beneficiis vestræ dominationis. Quamvis autem non opus habeas ulla de eo informatione, quandoquidem Domin.* Urã *suâ sponte jam se tam benevolum erga illum exhibet; scias tamen, oriundum illum esse* ex Amhara, *qua regio & caput est totius Æthiopiæ; Ex qua originem habent Reges & Principes, cum quibus illi est magna sanguinis propinquitas. Idcircò propter insignem nobilitatem ejus, literarum studia atque virtutes alias multùm æstimabatur a Proceribus, quam ob causam* D. Patriarcha Æthiopiæ, *herus meus, illum præ aliis elegit, creavitq; magistrum studiosorum domus suæ.* 4

Quippe

(*r*) Hist. Critique des versions du N. Testament Cap. I. p. 7. col. 2. (*t*) *in Epistolâ die 6. Octobr. Anno 1650. ad me datâ.* (*u*) Hujus oppidi *Alvarezius* quoque mentionem fecit c. 63. & 64.

5 Quippe *Gregorius* Patres Societatis tunc temporis florentes, Regis aliorumque Proœ XIII.
Procerum exemplo, sectatus fuerat, variâ illorum doctrinâ & artibus egregiis ita captus, ut postea, quamvis mutatâ fortunâ, exules in Indiam sequeretur; Sed ibi non Exilium.
ita, ut speraverat, habitus, quia de Patrum actionibus paulo liberiùs locutus fuerat, in Lusitaniam proficisci statuit. Navem ingressus, cum nautæ jamjam è portu solvere & vela ventis dare vellent, à Rectore navis exire jubetur, causam frustra rogitans scaphæ imponitur, & in portum revehitur; retentis ejus sarcinis, quas *minha roupa, minha roupa* i.e. *Res meas, Res meas* Lusitanicè clamitans, in cassum efflagitaverat.

6 Sic à spe sua dejectus in patriam refugere paravit, atque parvum navigium Indicum conscendit. Littus Arabicum legens graves tentationes à popularibus suis, qui Musulmanni facti erant, perpessus est. Nam Habessini in adolescentia capti, & Arabiæ regulis venditi, Religionis Christianæ desertores, portubus & urbibus ob ingenii præstantiam præficiuntur, ut in historiâ nostrâ docuimus. Illi postea alios I. 14. 15.
ostentatione præmiorum suoque exemplo ad Islamismum solicitant.

7 Postremò ad *Suaquenam* Maris rubri insulam appulsus, reperit tres Capucinos Suaquenam
post expulsionem Patrum Societatis Româ missos, iter in Habessiniam tentaturos. venit.
Hi sibi gratulabantur, quòd hominem nactiessent, per quem literas ad Regem Æthiopiæ, de suo scilicet adventu & missione incautè compositas, præmitterent, ut perferret, Gregorium rogitant; at ille cautior, præmium, quod illarum auctores jacturâ capitis sui reportarunt, exspectare noluit. Itaque literæ per Arabes (ut in Historia 3, 14, 24.
nostra diximus) missæ: ille solus in aulam profectus, Regi statim reconciliatus fuit. Sufficienter enim responderat is, quæ curiosè ex eo sciscitatus fuerat *de Lusitanorum statu in India: quæ belli, quæ commerciorum, quæ navigationis ratio esset. Quid Patres*
8 *Societatis cum Patriarcha suo agerent, molirenturvè.* Sed mox ab æmulis suis, Monachis potissimum, accusatus, quod Patres extra Regnum secutus esset, ut explorator & proditor, ac Loyolitarum alumnus, (*tantum odium supererat!*) catenis oneratur. Sed præscitu Regis, qui eum contra tot infensos servare non poterat, clam & tandem liberatus, quasi vinculis ruptis effugiens, regno rursus excessit, & terrestri itinere in Romam.
Ægyptum, dehinc in Italiam & sic Romam pervenit. Tellezius de eo sic scribit: L. VI. c. 37. pag. 650.

Abba *Gregorio Abexim* tinha sido familiar da casa do Patriarca, visto nos livros de Ethiopia, o qual se tinha voltado da India, com desejos de tornar acudir à sua patria; ainda que depoys se tornou a sahir d'ella, pelo muyto roim tratamento que os seus monges lhe deram.	*Abba* Gregorius Habessinus *familiaris fuerat in domo Patriarchæ, bene versatus in libris Æthiopicis, qui reversus fuerat ex India eo animo, ut opitularetur patriæ suæ, quamquam rursus ex ea egressus sit ob graves vexationes, quibus Monachi eum persecuti sunt.*

9 At *Romæ* hospitio Habessinorum exceptus, liberalitate summi Pontificis cum tribus aliis suæ gentis sustentabatur. Inter quos *Antonius d' Andrade*, quem paulo ante nominavimus, Missam celebrabat, quam ille stans audiebat, patrio more etiam aliàs vivens. Prudenter enim prisci Pontifices externis Christianis libertatem suorum rituum reliquerunt, quo eò plures Romam allicerent; dederuntque Habessinis domum cum ædicula *St. Stephani in Vaticano post Basilicam St. Petri*, ubi Habessini ultra seculum vixerunt, priusquàm *Schismatici* vel *Hæretici*, ut nunc fit, audirent. Missam ibi linguâ Æthiopica more suo celebraverunt, ut *Ioh. Potken* in Pr. I. §. 8.
præfatione: Psalterii Æthiop. testatur. Impresserunt etiam Liturgias suas, etiamnum Anno 1548
cum Novo Testamento extantes, & in Bibliotheca Patrum Latine, sed parùm aptè, redditas, quas tamen Patres Societatis, ut infra dicetur, in Æthiopia improbatunt.

10 Tertio mense post illum, ego quoque Romam veni, documenta quædam & An. 1649.
antiqua Manuscripta Suecica quæsiturus, quæ à *Iohanne Magno Archiepiscopo Upsaliensi, & Sueciæ primate*, mutatæ religionis tempore è patria profugo, Romam delata Occasio itineris Romani.
putabantur. Sic enim *Ericus Georgii filius, aliàs Tegel* dictus, Suecus, in Historia Gustavi I. Sueciæ Regis scribit (*x*):

(*x*) Lib. II. An. 1526. p. 120.

Proœ. XIII

Doctor Jô. ♃ Uthwald Erchiepiskop i Upsala ꝛc. samkade i hop alla syne bästa ågodeelar och Clenodier / theßlikes Swetiges Rijkes åldste och förnemligaste Handlingar / Breef / Crönikor / Slächteböker och Register / som funnes Bådhe ther i Upsala Domkyrkio / och elliest annorstädes här i Rijkee / och förde ther alt medh sigh uthrijkes til Rom / uthaf hwilke handlingar och gambla monumenter, han sedhan ställte en Latinisk Crönika / om alla Swe riges Konungar som sedhan syndaflodhen in till Konung Gustafs tijd / här i Swerige warit och regerat hadde / sammaledes om wåra Göters Regemente / Bedrifter och wäsende uthi främmande Land.

Doctor Iohannes (Magnus scil.) *Electus Archiepiscopus Upsaliensis* (*cum abitum è Suecia meditaretur*:) *convasabat pretiosa sua omnia, nec non Regni Sueciæ vetustissima, ac præstantissima acta, Epistolas, Annales, Genealogias, aliaque documenta, quæ in Basilica Upsaliensi, & alibi asservata fuerant, atque asportabat ea secum Romam. E quibus actis atque antiquis monumentis postea Chronicon Latinè conscripsit, de omnibus Sueciæ Regibus, qui à diluvio usque ad Gustavi I. tempora in Suecia rerum potiti fuerunt. Adhac etiam de nostrorum Gothorum regimine, & rebus inter exteros gestis.*

Christina Suec. Regina.

Dederat autem CHRISTINA *Sueciæ Regina* Illustri viro *Scheringo Rosenhane*,
suo apud Regem Galliæ Oratori, mandatum, ut idoneum hominem Romam mitteret quæsitum illa documenta. Is negotium mihi dedit, ut privatim, prætextu studii
antiquitatis ea indagarem, & reperta cùm prece tùm pretio compararem. In hunc
finem præter alias plurimas, procuraverat etiam literas regias, quibus Legato Gallico, *Marchioni de Fontenay Mareüil* commendabar, quò me, si opus foret, protegeret. Verùm enim verò scripta illa vel nunquam Romam venerant: vel tempore
Sigismundi, qui jura Suecica sibi vendicabat, in *Poloniam* delata fuerant. Dum igi- 11

Habessini Romæ reperti.

tur Urbem frustra percurro, & simul Habessinos, quos Romæ degere cognoveram,
quæro, eos tandem in hospitio supradicto reperio. Quatuor aderant ሀብተ፡
ማርያም፡ *Habta Mariam*, ተንሣአ፡ ክርስቶስ፡ *Tensea Christos*, homines simplices, & tantum non elingues:

[Hi tamen cum duobus aliis ዐጽፈ፡ ማርያም፡ Azfa-Marjam & ማኅፀንተ፡ ማርያም: *Mahtzenta-Marjam*, tunc mortuis, subscripserant carmini Æthiopico, quod *Lexico Jacobi Wemmers Æthiopico* præmissum est. At *Gregorius* illud nunquam sine risu legere poterat, iam ineptè & imperitè compositum esse ajebat. Illi verò sese excusaverant, quod importunis Wemmeri precibus ad id faciendum coacti fuissent.]

Tertius, *Antonius d' Andrade* patre Lusitano, & matre Habessina Takuessæ in Dembea natus, & in Tigrâ educatus, puellus adhuc Goam Indiæ missus fuerat. Italicæ
linguæ gnarus, multoque peritior duobus illis prioribus erat; at de lingua & rebus
Æthiopicis, præter vernaculam suam Tigrensem, pauca noverat. Conveni eos, 12
significavi, me desiderio perdiscendæ linguæ Æthiopicæ teneri. Circumstant. Mirantur, & causam exquirunt. Tandem, auditis rationibus meis, respondent: *Id*

GREGORIUS ÆTHIOPS.

extra Æthiopiam fieri non posse, rem enim magni laboris multique temporis esse; GREGORIUM *quidem adesse*, (Is quartus erat) *quem commonstrabant, doctissimum, sed illum
neque Latinè neque Italicè callere.* Petii, *ut modo dubia mea resolverent, & quæstionibus meis satisfacerent, me enim jam rudimentis lingua* ግዕዝ፡ (Æthiopicæ) *imbutum
esse.* Gregorius, quid vellem, ex sociis intelligens, illicò introcurrit, & codicem
membranaceum, magnum, egregiè scriptum profert, & legere me jubet (*y*). Quo facto, cachinnos edunt, cumprimis Gregorius, qui dicebat: ያነብብ፡ ከመ፡ አባ፡
አትናቴዎስ፡ *legit sicut Pater Athanasius*, Kircherum intelligens, qui æque ac ego
pronunciationem non è magistri alicujus vivâ voce, sed ex impressis Syllabariis *Potkenii* & *Mariani Victoris* hauserat; ex quibus non nisi malè legere discas. In illis enim
consonantes & vocales sine ulla admonitione Latinis literis parum congruis exprimuntur. Cùm autem ad interpretationem ventum esset, risus in admirationem
vertit; quippe nostræ discendi methodi prorsus ignari, vix credebant, linguam
istam

(*y*) *Liber conciliorum erat, quem in Historia mea Lib. III. c. 4. 31 memoravi.*

istam, Patribus Soc. Jesu in Æthiopia diu commorantibus difficillimam (ut ajebant) visam, à me sine præceptore disci potuisse. Sic enim Gregorius postea ad me scripsit (z). Froæ XIII.

በሀገርነ፡ነበሩ፡ፓድርች፡ዘውእቶሙ፡ (Patres) ዘኢጣልያ፡ ወፖርቱጋል፡ ብዙኃ፡ ዓመታት፡ ኢረከብነ፡ ማእከሎ ሆሙ፡ በዝ፡ ሀብት፡ ዘይበጽሐ፡ ነቢ ክሙ፡ በጽሒፍ፡ ወትርጓሜ፡ ክታ ብ፡ ዘሀገርነ፡ እንዘ፡ ምእምራን፡ መ ጽሐፍ፡ ወቴኦሎጎያን፡ እሙንቱ።	*In Patria nostra fuerunt Patres* (scil. Societatis) *ex Italia & Lusitania multos annos; & nullum reperimus inter eos cum hoc dono, quod contigit tibi in scribendo & interpretando epistolas regionis nostræ, cum tamen periti librorum & Theologi essent.*

13 Sic contractâ cum illis amicitiâ, *Gregorium* quotidie visitavi. Sed initio sermone non conveniebamus; quippe Gregorius ex Europæis linguis nullam nisi Lusitanicam, cui nondum assueveram, & quidem permodicè callebat, Italicam verò modò discere incipiebat. Ita diu per interpretem *Antonium d' Andrade*, deinde quasi balbutientes confabulabamur. Postremò, sed tardè in Æthiopica convenie-bamus, quam neuter unquam locutus fuerat. Apud Habessinos enim, prævalente per universum Regnum *Amharicâ* dialecto, in solo scribendi usu est. Ego de Æthiopicâ loquendâ ne somniaveram quidem. Ita alter alterius gratiâ, insolitâ utrique linguâ sermocinari cogebamur. Erat *Gregorius* rerum patriarum insigniter gnarus, aulam enim primo solus, deinde ut *Patriarchæ Mendezii* domesticus diu secutus fuerat: Regiam familiam, proceres omnes resque hoc seculo gestas probè noverat. Ad hæc facundus atque facetus erat, & comem atque affabilem se omnibus præbebat; nihilque me celabat eorum, quæ ex illo quærebam, & libros quotquot aderant suppeditabat: ego illi vicissim aperiebam quæ de rebus Europæ scire desiderabat.

14 Post discessum meum crebris epistolis suum revisendi mei desiderium expone- Epistola bat (*quarum primam lectori infra Lit. A. damus*) oblatamque à me conditionem sum- Æthiop. tibus meis in Germaniam veniendi acceptabat. Invitaveram eum *Erfurtum* in pa- A. triam meam, ubi tunc temporis mater mea adhuc vivebat, sed non perspicuè satis scripseram vocabulum ኤርፉርት፡ *Erfurt*, ita ut ille legeret ኤርፋርት፡ *Erfârt* (a) (quod Germanicè sonat Ehrfahrt) Itaque consulenti amicos, responsum fuit: *Urbem esse ignotam*. & fortassis ipse, casu interrogatus, sic respondissem. *Adeò litera una vel apex minus rectè positus aut lectus ansam errori potest præbere.* Eandem ob causam *Acalexus Habessinus juvenis* improvidus, Gregorium sine cujusquam commen- Acalexus. datione secuturus, urbem Ehrfahrt / *Ehrfârt* in Germania frustra quæsivit, & irritus tandem in Italiam reversus est, ut in Historia mea docui. Simile quid contigit l. 14. 20. Clarissimo *VValtono*, qui in edendis Bibliis Polyglottis operâ meâ in Æthiopicis u- Waltoni surus aliquot literas *Herfordiam* in Westphaliam direxerat, cum *Erfordiam* vel *Erfur-* Bibl. Po- *tum* scribere debuisset. Eæ mihi redditæ non fuerunt, eoque factum, ut nihil quid- lygl. quam ad tam magnificum opus, quod quidem lubens voluissem, conferre, nec defectibus aliquam multis in Æthiopicis consulere potuerim.

15 Sed ad Gregorium redeo, qui jam in itinere erat, cùm Sereniss. Princeps ac Dominus DN. ERNESTUS *Saxoniæ Dux*, cui totum negotium exposueram, manda- ERNEST. ret, ut illum *Gotam* in aulam suam deducerem; *se enim cupidum esse cognoscendi ex eo* SAX. Dux *certiora de rebus Habessinorum, quos veteres Christianos esse audiverit, seque omnes itineris sumtus præstiturum.* Haud difficulter passus sum me hoc pacto onere impensarum levari, idque scripsi Gregorio, qui jam in Germaniam intraverat. Ille autem nescius, quâ iret, quàve rediret, vel à quo accerseretur, respondit: *Se in manu mea esse, facerem prout justum & æquum mihi videretur.* Obviam ergo illi Noribergam usque profectus sum. Ibi cùm primùm in conspectum venissem, in lætitiam incredibilem effusus, me arctissimè complexus est, ut ferè lacrymas eliceret, reputanti quòd bonum illum virum, quinquagenario majorem & pedum infirmitate aliquatenus laborantem, privatus ego, & sine lare juvenis, nondum cognitâ beneficâ Principis

(z) In Epistolâ die 16. Octob. 1650. ad me datâ. (a) Syllabas ፉ፡ *Fu*, & ፋ፡ *Fâ*, sibi invicem simillimas, non satis distinxeram, at syllabâ Er Æthiopicè aliter scribi non potest quam ኤር፡ ër. Ehr.

Proœ.XIII. cipis Gotani voluntate, è tam longinquis oris in Germaniæ meditullium pellexissem.

Jusserat ERNESTUS illum primo in castella sua *Heldburgum in Franconia:* 16
deinde *Tennebergam in Thuringia* deducere, quò explorato per idoneos viros hominis ingenio, sciret, quo pacto illum exciperet atque haberet. Cum igitur de persona, moribus & indole viri non ingrata nunciarentur, novâ veste Germanicâ donatus, in arcem Gotanam **Friedenstein** introducitur, ibique commodo conclavi mecum collocatur. Mox die dato ad Principem vocatus, Cancellario cæterisque Consiliariis tam secularibus quam ecclesiasticis præsentibus (b) prævia salutatione
Gregor. allocutio. ajebat: *Se immortali Deo gratias agere, quòd sibi in tam remotis Septentrionis regionibus, præter spem & expectationem suam, Principem Christianum videre & alloqui contigisset, cujus pietatem & prudentiam in hac loca veniens prædicari audivisset: nec minùs de clementiâ & benevolentiâ ejus bene sperare, cum peregrinum se & ignotum tam clementer excepisset, atque ad manus osculum benignè admisisset.* Ad ea Princeps: *Non minus gratum sibi esse*, ait, *virum Christianum è tam longinquis regionibus in aula sua conspicere. Providentiam divinam summis laudibus celebrandam, quòd inter tot barbaros, inter tot Muhammedanorum persecutiones, Ecclesiam Æthiopicam in Africa per tot secula conservaverit, eumque de benevolentia sua nullatenus dubitare jubet.*

Quæ cum illi Italicè interpretari voluissem, ut præsentes, quid dicerem, intelligerent, Amharicâ dialecto exclamavit: መጽሐፈኛ፡ መጽሐፈኛ፡ *Metzhafeña, Metzhafeña* q. d. *Librorum linguâ*, i. e. *Æthiopicè, Æthiopicè.* Mirantibus cunctis quid vellet; *Quandoquidem*, inquit, *cum viro Principe agendum sibi esset, oportere se cuncta ejus dicta accuratissimè intelligere, ut sciret, quid sibi respondendum esset, ac propterea petere, ut linguâ Æthiopicâ secum agerem.* Feci quantum potui. Tunc ille: *Verum esse*, dicebat, *in patriâ suâ Religionem Christianam à tot seculis miraculosè conservatam fuisse, ejusque antiquitatem mirum in modum extollebat.* Respondit Princeps: *Ideò illum præcipuè vocatum fuisse, ut statum Religionis & Regni patrii exponeret, multa enim & magnifica de patria ejus per Europam differri, de quibus certiora ex illo cognoscere cuperet, nihilque ex rebus nostris illi celatum iri.*

Colloquia cum eo. Sic benevolè dimissus fuit, & mox nominati Consiliarii, qui cum eo colloquia 17
haberent. Hi jussu Principis ex antiquis illis libris (c) quos supra narravimus, (quia alios tunc temporis in promtu non habebant) excerpserant, quæcunque de rebus Habessinorum à nostris scriptoribus memoriæ prodita habebantur. Vetera erant
Pr.I.§.13. pleraque, ex *Tzaga-Zaabi* incondita *Confessione fidei* maximam partem desumta, quæ modo risum, modo stomachum Gregorio movebant, ut mox pluribus dicetur. Iis itaque propositis respondebat: sæpe etiam latiùs differebat, ut status & Religionis & Reipublicæ satis ex eo cognosci posset. At recentioribus Patrum Societatis Jesu scriptis & illorum annuis relationibus nunquam in Germaniâ visis, tunc temporis destituebamur; aliàs cuncta longe accuratiùs examinare, & cum illo conferre potuissemus. Sic de veteribus, num vera essent, interrogatus, illa pro temporis diversitate & affirmare & negare sæpe tutò poterat. In Scriptura Sacra, tribus primis conciliis (quæ tantùm in Æthiopia recepta) librisque Habessinorum symbolicis probè versatus erat. Nonnulla tamen ex doctrina Patrum Societatis hauserat; quam ob causam sententias Æthiopum à nostris discrepantes, interdum ambiguè: interdum in mollius referebat: quæ ego postea ex Tellezii aliorumque Patrum relationibus satis discernere & dijudicare potui.

Colloquiis ipse Princeps sæpe interveniebat, sæpe Gregorium ad se vocabat: 18
sæpe etiam solus ad illum ventitabat. Cùm audiret promtas ejus ac solidas responsiones, quòd *Psalterium* & *Novum Testamentum* (alios enim libros Æthiopicos secum

(b) Qui tunc erant D. *Georgius Franzkius* Cancellarius. D. *Wilhelmus Schroterus*, D. *Ernestus Ludovicus Avemannus* illius successores. Do. *Vitus Ludovicus à Sekendorf*, quem supra inter præcipuos fautores nostros laudavimus. D. *Salomon Glassius*, Superintendens & Dn. *Christophorus Brunkorst* Concionator aulicus prudentissimus & meritissimus. (c) Ex *Alvarezio*, *Tzaga-Zaabi* Confessione fidei, *Dresseri* Ecclesia Æthiopica, *Brerewoodi* scrutinio Religionis & similibus.

secum non habebat) appositè allegaret, & allegata loca statim reperiret, & ostenderet, magnopere virum æstimabat, & omni benevolentiâ prosequebatur. Gregorius vicissim æquali modestiâ & libertate quæstionibus Principis satisfaciebat, & officiosissimis verbis eum venerabatur. Cum aliquamdiu Principem non vidisset, ajebat illi: *Nubem moestitiæ animum suum obvelasse, quandoquidem sole Clementiæ ejus illustratus non fuisset.* Ejusceemodi elegantiis Æthiopicis erga illum crebrò utebatur. Respondit ERNESTUS: *Christianorum animos mœrore obscurari non posse, quamdiu Sol justitiæ illis luceret.* Proœ XIII.

19 Vivebat tunc temporis adhuc filius ejus natu maximus Princeps JOHANNES ERNESTUS, undecim annorum puer, ingenii elegantis, cujus postea Ephorus fui. Is creberrimè apud Gregorium esse, & cum illo colloqui avebat, quâ occasione usi Præceptores, prætexuerunt Latinâ linguâ (quam aliàs illubenter loquebatur) cum tali viro peregrino agendum esse. Morem gessit, bono successu; quamvis satis videret interpretatione meâ opus esse. Itaque crebrò Gregorium invisebat, qui blandè illum appellans, & ænigmata Biblica feliciter solventem laudans, favorem ejus mirè sibi conciliabat. Post discessum suum, ex Italiâ in patriam profecturus, *Epistolâ Æthiopicâ* luctum suum testatus est. Utrumque infra Lectori damus. *Lit.* B. & C. Sed inprimis æstimabat Principem secundò genitum FRIDERICUM, nunc avitas ditiones feliciter temperantem, qui, licet tunc sextum duntaxat ætatis annum explevisset, incessu, sermone & vultu gravitatem cum comitate miscebat. Johann. Ernest. Sax. Princeps. B. C. Fridericus Sax. Dux.

20 Interea Gregorius non incuriosus erat rerum nostrarum, sed statum Principatûs, rationem regiminis & mores aulæ explorabat. Cùm videret & intelligeret, Ducem ERNESTUM præcipua Regum jura in principatu suo usurpare, summum sacrorum jus habere: leges atque edicta promulgare: tributa colligere: populares suos armare: Ordines Principatus sui convocare: monetam cudere: præterea alia quædam jura exercere, quæ Principibus Germaniæ secundùm imperii nostri leges, aut Imperatorum concessiones in ditionibus suis longissimo usu competunt; mirabundus ajebat: Talem Principem nos Regem vocaremus. Cum verò audiret multò plures & opulentiores per Germaniam Principes dari, Ecclesiasticos & Seculares, Comites & Cœnobiarchas, nec non liberas civitates, atque in uno corpore sub Imperatore ceu capite suo conjungi; parum aberat, quin Platonicam aliquam Politiam sibi repræsentari putaret. *Quantum oportet esse Imperatorem*, inquiens, *qui tam diversæ conditionis atque religionis homines in officio contineat? qui possunt concordes inter se vivere?* Nam præter *Monarchiam* absolutam nullum aliud Regimen noverat. *Aristocratia* & *Democratia* ignotæ illi erant Rerumpublicarum formæ, & de earum constitutione & modò, priusquam in Europam venisset, nihil unquam intellexerat. Omnis enim Africa Regibus obtemperat: pauci ducibus suis ad tempus parent: Regna ferè sic comparata sunt, ut unus Dominus reliqui servi habeantur. Principum Germ. Jura.

21 At apud nos, cum audiret atque videret *subjectos moderatâ libertate frui: Principem functioni suæ intentum, nihil per vim, nihil tumultuariè, sed cuncta maturo consilio reque bene deliberatâ agere, collegia Consiliariorum suorum quotidie frequentare: facilem se accessu præbere: ac literas supplices è manu porrigentium accipere, nec eas reponere, sed expeditionis curam habere;* beatos prædicabat populos qui hoc pacto regerentur. Ubi ad aulam animum adverteret, & cuncta procul à fastu & luxu ordinate peragi cerneret, Principem ipsum cultus divini & precum horas tanquam canonicas strictissime observare: Liberos in pietate, bonisque artibus solicite educari: mane & vesperi familiam Temperatum imperium. Aula benè composita.

Proœ.XIII. liam ad preces convocari : prandium & cœnam statis horis inchoari & finiri : disciplinam bonosque mores, quasi in asceterio quodam coli : lusum atque lasciviam abesse ; solitum suum ዕፁብ፡ i. e. *stupendum!* exclamabat, ac vix ኢጨጌ : *Itshegum suum* [summum monachorum Antistitem] *sanctiùs vivere posse* dicebat. Nec minus suspiciebat Principis in restauranda urbe, & ædificandâ novâ arce, aliisque rebus privatis curandis sedulitatem. Is enim solebat ubique præsto esse, parare omnia, pauca solis ministris agenda relinquere, ac in futurum posteritati prospicere. Ubi frumentum coacervari, imò etiam fœnum (ut in Europa fieri necesse est) convehi videret; *Quam bona foret in Æthiopia ista providentia contra locustas*, inquit, quæ scil. herbidum omne atque frondosum ambe-
I. 13. 16. dentes, frumenti & pabuli inopiam, exinde famem mortemque hominum & pecorum post se trahere solent. Cætera quæ tùm de rebus nostris judicabat, tùm de suis referebat, in loco memorabimus.

Cum ex nostris scriptoribus tam multa vana atque falsa de Habessinis referri 22
audiret, indignabundus ajebat: *Scripturiendi quodam pruritu Europaos laborare, & quoquomodo audita vel accepta, digna pariter & indigna literis consignare & publicare. Id populares suos quondam nescivisse, aliàs cautiùs ad interrogata responsuros fuisse; modò nostri interpretes illos rectè intellexissent. Se, cùm primùm insignem* Alphonsi Patriarchæ Lusitanici *Bibliothecam, libros privilegiis Regiis & licentiâ magnorum virorum munitos vidisset* (d) *existimavisse Typographiam, ceu sacrum quoddam inventum, inter*
Typographiæ abusus. *Regalia Principum haberi, nihilque imprimi, nisi quod verum, bonum & publicè utile esset. At obstupuisse sese, cùm cognovisset, multa ficta, vana, frivola, imò etiam publicè noxia typis mandari.*

Lexicon Æthiop. Cæterùm in supplendo *Lexico* meo *Æthiopico* volenti animo me juvabat: loca 23
autorum difficiliora & vocabula rariora libentissime explicabat; idque feliciter, si merè Æthiopica essent: in peregrinis verò rebus & vocibus sæpissimè hallucinabatur, atque ad patriæ suæ ሰውሰው : *Sausan*, i. e. *Vocabularium magnum* provocabat. Sed Lexicographiæ artisque Grammaticæ planè rudis erat: dispositionem vocabulorum secundum radices ignorabat; & initio aversabatur; me enim quasi per ludibrium interrogabat; *Num putarem verba in solo Æthiopico radices agere?* ut in Hi-
I. 15. 32. storia mea dixi. Cùm verò me videret sive lecta, sive ex se audita digerere, & derivata sub radices suas ordine referre, suum ዕፁብ : *Etzub* i. e. *Mirum!* crebrò repetebat, & cùm de varia vocis alicujus significatione disseruisset, addebat: ይእዜ : አርትዕዎ : በከመ : ጥበብክሙ ፤ *Nunc tu ordina (e) illud secundum artem tuam.*

Gramatica vocabula. Ego vicissim Grammaticæ Latinæ mysteria (ut vocabat) illi enodabam, eoque 24
promtiorem ad respondendum quæstionibus meis habebam. Cùm vocabula technica, *declinationes, conjugationes, casus, tempora* & similia, descriptione laboriosâ Æthiopicè illi explanassem, ut tandem finem usumque eorum assequeretur; ተከሥተ : ስብሐት : ለእግዚአብሔር ፤ *Revelatum est*, inquit, *Deo sit laus: & ለኵሉ፡ነገር፡ስሙ፡ሀሎ፡በኤውሮጳ ፤ omnes res nomina sua habent in Europa*, vocabula artis intelligens. Nam Latinæ linguæ discendæ tantâ ferebatur cupiditate, ut cùm aliquando per biduum abfuissem, iste bonæ spei discipulus, Etymologiam totam, Declinationes & Conjugationes omnes, identidem legendo & relegendo vi quadam
Gregorii studium intensum. memoriæ sibi imprimere proposuerat. Igitur manè incipiens usque ad intempestam noctem assiduè recitando & semet tentando, nemine interpellante, adeò caput turbaverat, ut rediens vertigine laborantem repererim. Vocato medico, eoq; in causam insoliti morbi multùm diuque inquirente, tandem deprehendimus, ex nimia studii intentione contigisse. Sæpe autem querebatur, Patres Societatis, in Æthio-

Pr. I. §. 34. (d) Veluti cum audiret *Urretam* facultatem habuisse fabulam suam de regnis Presbyteri Johannis imprimendi ab omnibus librorum censoribus Valentianis, cum insignibus encomiis verè Hispanicis; tanquam esset *historia quadam universalis, qua omnes comprehenderet scientias, plena omnifaria eruditionis, curiositatis & doctrina Catholica, adeoque sit lectione dignissima.* Sic habent verba Censorum. (e) Æthiopicè secunda persona pluralis est, quâ, honoris causâ, ut Galli vous Ihr utuntur.

Æthiopia tunc degentes, adigi non potuisse, ut patriæ suæ pueros linguam Latinam docuerint, causam in Historia nostra exposuimus L. 4. 2. 41. Proœ. XIII.

25 Optaverat quidem Gregorius illam apud nos perdiscere, quò libros Latinos omnes intelligere posset, eamque ob rem nullam abitus sui mentionem faciebat. Sed Principi potiùs visum ante hyemem illum remittere, ne vir calidiori climati assuetus, ætate gravescente, humani quid in solentiâ frigoris pareretur; præsertim cùm patriæ suæ desiderio flagrare se diceret: tùm ut maturè Regi atque Proceribus Æthiopiæ narraret, quæ apud nos vidisset atque audivisset. Discessit ergo *Gotâ* animo & promisso in Patriam revertendi, quamvis eum Alphonsus Patriarcha in India tunc exul, per literas dehortaretur, quas paulo inferiùs *Lit. D.* dabimus. At in *Italia* inter spem & metum diu cunctatus, in *Ægypto* & *Palæstina* diutius hæsit; tandem intuito in Patriam reditu, in Italiam regressus est. Reverso Ernesтus stipem in solatium exilii submittebat, quam grato animo accepit, idque literis ad eum Æthiopicè datis abundè testatus est. *Lit. E.* Discessit Gotâ.

26 Sustentationem ad vitam, si in Germaniam redire vellet, prævalente patriæ amore, abnuit, atque eam ob causam denuo reditum in eam tentavit. Sed DEO visum fuit, præclusâ terrenâ patriâ cœlestem ei aperire. Cùm enim Mare mediterraneum secundis ventis enavigasset, Alexandrettam perrecturus, in parvo navigio haud procul à littore cum aliis XXIV. viris naufragio vitam finivit. Corpus ejus *Procurator Gallicus* (Consulem vocant) *Chalybonensis*(*f*) exquirit atque sepeliri curavit. Mors.

27 Hic ergo fuit *Gregorius* iste, quem passim laudamus; cujus fidem in rebus Æthiopicis, quæ alium autorem non habent, secuti sumus. Si inter eas fortè quid reperiatur, quòd minus accuratè traditum sit, meâ potius culpâ id factum puta, quòd illum conversationis initio fortè non satis intellexerim. Eâ enim erat sinceritate, & animi integritate, ut deditâ operâ nihil falsi mihi narraverit, quamvis & ille ex fragilitate & imbecillitate humanâ labi atque errare potuerit.

(*f*) *Chalybon*, *Aleppo*. Celebre Syriæ Emporium, in quo Europæi mercatores *Consules* seu Procuratores suos habent.

Sequuntur nunc Epistolæ Gregorii & alia nonnulla, quorum paulo antè in Commentatione de vita ejus mentio facta.

Lit. A.

GREGORII HABESSINI

Amharensis ad Autorem Epistola Æthiopica; prima quæ in Europa à privato visa & impressa fuit.

28 ሥጣዌ፡ክታብ፡ወሰላም፡አምኃ፡መንፈሳ
ዊ፡እምአባ፡ጎርጎርዮስ፡ዘኢትዮጵያ፡
ለዘጥቀ፡ፍቁር፡ዶም (g)፡ኢዮብ፡ሉዶ
ልፍ፡ እኁየ፡ በክርስቶስ።
ሰላም፡ ለከ፡ ወሰላም፡ መስቀሉ፡ ወ
ሣህሉ፡ ለእግዚእነ፡ ኢየሱስ፡ ክርስ
ቶስ፡ምስለ፡ ፍሥሓ፡ ወጥዒና፡ የሀሉ፡

RESponsio literarum & pax salutationis spiritualis ab Abba Gregorio Æthiope, valdè dilecto Dn. Jobo Ludolfo fratri meo in Christo.

Pax tibi, & pax crucis, & gratia Domini nostri Iesu Christi cum lætitiâ &

(g) Titulo honoris Lusitanico me honestare voluit.

Prov. XIII. ዘለፈ፡ ምስሌከ፡ እንዘ፡ ይናዝዘከ፡
እምዝኩ፡ ሐዘን፡ ወትካዝ፡ በእን
ተ፡ ተፈልጦትከ፡ እምኔየ ። አእኁ
የ፡ ፍቁር፡ ወፍጹም፡ ምግባር፡ እፎ፡
ሀሎከ፡ ወእፎኑ፡ ኩነተ፡ ሀለውትከ።
አንሰ፡ ሀሎኩ፡ ዳኅነ፡ እስከ፡ ይእዜ፡
ምስለ፡ አኃውየ፡ በኂሩቱ፡ ለእግዚ
አብሔር፡ አምላክነ፡ ሎቱ፡ ስብሐ
ት። በከመ፡ ሀሎከ፡ በሐዘን፡ ወት
ካዝ፡ በእንተ፡ ተፈልጦትከ፡ እም
ኔየ፡ ከማሁ፡ ሊተኒ፡ ነዋ፡ ያነድድ፡ እሳተ፡
ሐዘን፡ ለውሳጤ፡ ሕሊናየ፡ እስከ፡ ይእ
ዜ። ለለ፡ ጊዜ፡ እሔሊ፡ ኪያከ፡ በእን
ተ፡ ተፈልጦትከ፡ ዘእንበለ፡ እግበር፡
ለከ፡ ምንተኒ፡ ነገረ፡ ኄረ፡ ወዝክረ፡
ተአኃዎ፡ አንተ፡ ይእቲ፡ ትእምርተ፡
ፍቅር፡ እመሂ፡ በቃልየ፡ አው፡ በም
ግብርየ፡ እንዘ፡ ብእሲ፡ ጠቢብ፡ ወመ
ፍቀሬ፡ ሰብእ፡ አንተ፡ በይነ፡ ስእነት
የ፡ ቃለ፡ ለተናግሮ፡ ወኃይለ፡ ለገቢረ፡
ሠናይ። እስመ፡ እንግዳ፡ አነ፡ ዘመጻእ
1, 1, 4. ኩ፡ እምብሔረ፡ አግዐዚ፡ ርሑቅ፡
ዘውእቱ፡ ኢትዮጵያ፡ በከመ፡ ታአም
ር፡ ለሊከ። ባሕቱ፡ ይእዜ፡ ሶበ፡ በ
ጽሐኒ፡ ክታብከ፡ ዘእንተ፡ ውስጡ፡
ዝጉብ፡ ብዕለ፡ ተፋቅሮ፡ ወተዓርኮ፡
ዘመንፈስ፡ቅዱስ፡ ወለቢውየ፡ ኪያሁ፡
ተናዘዘ፡ ልብየ፡ ወተፈሥሐት፡ ነፍስየ፡
እምሐዘን፡ እስመ፡ መሰለኒ፡ ዘረከብ
ኩ፡ ኪያከ፡ ፍቁርየ። ይእዜኒ፡ ይሥምር፡
ለሊሁ፡ እግዚእነ፡ ከመ፡ ያስተራክበነ፡
ኅበ፡ ውእቱ፡ ፈቀደ፡ በኂሩቱ፡ ዘኢይትኌ
ለቍ፡ ከመ፡ ትንሣእ፡ እምኔየ፡ ኵሎ፡ ዘተ
ሠአልከ፡ እስመ፡ ፍቅረ፡ ዚአከ፡ ኮነ፡ ጥ
ቀ፡ ክሡተ፡ በኀቤየ፡ ቀዳሚ፡ በጊዜ፡ ሑ
ረትከ፡ ወዳግመ፡ በክታብከ። እስመ፡ ል
ቡ፡ ለብእሲ፡ ይትዐወቅ፡ በቃሉ፡ ወበምግ
ባሩ፡ በከመ፡ ይቤ፡ እግዚእነ፡ ውስተ፡
ወንጌለ፡ ሉቃስ፡ በምዕራፍ፡ ፮፡ ወኵሉ፡
ዕፅ፡ እምፍሬሁ፡ ይትዐወቅ፡ እስመ፡ ብ
እሲ፡ እምሠናይ፡ መዝገብ፡ ልቡ፡ ያወፅ
ኣ፡ ለሠናይት፡ እስመ፡ እምተረፈ፡ ልቡ፡
ይነብብ፡ አፉ። በእንተዝ፡ አነሂ፡ አፍቀ
ርኩከ፡ ከመ፡ ፍቁር፡ ወልድ፡ ወአንበር
ኩከ፡ ከመ፡ ሕልቀት፡ ውስተ፡ ልብየ፡ ወ
ከመ፡ ማዕተብ፡ በመዝራዕትየ፡ በከ
መ፡ ይቤ፡ በመኃልየ፡ መኃልይ፡ ውስተ፡
አንቀጽ፡ ኃምሳዊ። ወዳእ፡ ለእመ፡ ሖር
ከ፡ ኀበ፡ ካልእ፡ ሀገር፡ ጸሐፍ፡ ሊተ፡ ኀ
በ፡ ተሐውር፡ ከመ፡ አእምር፡ መካነ፡
ህላዌከ። በእንተ፡ ዖፍ፡ ዐቢይ፡ ዘተ
ስእለከኒ፡ በለሳነ፡ መጽሐፍ፡ ትሰመ

sanitate sit semper tecum, consolans te ob
illam tristitiam & mœrorem, qui propter
separationem tuam à me (contigit) O frater
mi dilecte & perfecte operibus! Quomo-
do vales & quonam modo se habet ratio
valetudinis tuæ? Ego quidem sanus fui
hucusque cum fratribus meis per clemen-
tiam Domini Dei nostri, et sit laus. Quem- 29
admodum fuisti in tristitia & mœrore
propter separationem tuam à me: ita &
me quoque (ecce) adussit ignis tristitiæ in
interiore animi mei hucusque. Omni tem-
pore cogito te propter discessum tuum, an-
tequam præstiterim tibi quidquam boni,
aut memoriam fraternitatis mutuæ exhi-
buerim, quæ esset signum dilectionis, ne-
que verbo neque re; cum sis vir prudens
& φιλάνθρωπος. Quia non valui sermone
ad colloquendum: neque viribus ad be-
nefaciendum. Peregrinus enim sum, qui
veni è regione Ag-azi *longinqua, quæ est*
Æthiopia *quemadmodum tute nosti. At* 30
nunc postquam pervenit ad me epistola
tua, cujus contenta, instar thesauri, ple-
na erant divitiis mutuæ charitatis, & a-
micitiæ Spiritus Sancti. Eâ intellectâ,
consolationem percepit cor meum, & læ-
tata est anima mea à tristitia. Quia vi-
sum est mihi, quasi reperissem te dilectum
meum. Nunc autem annuat idem ille Do- 31
minus noster, ut convenire faciat nos unà
ubicunque illi visum fuerit, per benigni-
tatem suam infinitam, ut accipias à me
quicquid petieris, quia amicitia tua valdè
manifesta facta est apud me: primum qui-
dem tempore discessus tui, & rursus literis
tuis. Nam cor hominis cognoscitur
per sermonem ejus, *quemadmodum ait*
Dominus noster in Evangelio Lucæ, cap.
6. *Et* omnis arbor ex fructu suo cogno-
scitur; *nam* homo è bono thesauro cor-
dis sui producit bona, quia ex abundan-
tia cordis loquitur os. *Propterea ego*
quoque dilexi te, sicut dilectum filium, &
posui te sicut annulum in corde meo,
sicut sigillum in brachio meo, *sicut dixit*
(*Salomon*) in Cantico canticor. c. 5. (h).
Porro si in aliam regionem proficisci ve-
lis, scribe mihi quo proficiscaris, ut sciam
locum existentiæ tuæ. De ave autem ma- 32
gnâ (Struthiocamelo) *quæ sciscitatus es*

ዩ፡

(h) Secundum nostram divisionem capita Librorum Biblicorum citas; *Æthiopes* enim, ut cæteri Orientales, aliis distinctionibus utuntur.

ይ፡ ሰገኖ፡ ወበአምኃርኛ፡ ሰጎን ። ለእሉ
ሂ፡ ቃላት፡ እምነ፡ መጻሕፍት፡ ዘሰአል
ከ፡ ፋዋ፡ ፈነውነ፡ ለከ፡ ጽሒፈነ፡ በካል
እ፡ ክርታስ ። እግዚአብሔር፡ ፀሀሉ፡ ም
33 ስሌከ ። ይኤምኁከ፡ ኵሎሙ፡ አኃውየ፡
እለ፡ ሀለው፡ ምስሌየ፡ ወይስእሉከ፡ ሣ
ዲ፡ ከመ፡ ተአምኆ፡ ሎሙ፡ አብርሃምሃ፡
ማርኒታ፡ አስተርጓሚሆሙ፡ እንዘ፡ ሀሎ፡
በሮምያ፡ ዘሖረ፡ ሀገረ፡ ፈረንሳ፡ ለኅቲ
መ፡ መጻሕፍት፡ ቅዱሳት፡ ከመ፡ ያእም
ረ፡ ሀለወቶ ። ተጽሕፈት፡ በሮምያ፡ አ
መ፡ ፰፡ ለነሐሴ፡ በዐመ ፲፻ ፷፻ ወ፱ ፡ ዓመ
ተ፡ እግዚእነ፡ ክርስቶስ፡ ንጉሠ፡ ሰማ
ያት፡ ወምድር፡ እምአባ፡ ጎርጎርዮስ፡ ገ
ብርከ፡ በክርስቶስ፡ ለፍቁር፡ ወልድየ፡
ዶም፡ ኢዮብ፡ ሉዶልፍ ። — ።

ex me, linguâ Scriptura vocatur Sagano, Prov. XIII.
Amharicè autem Sagōn. *Illos quoque versus ex Bibliis, quos petiiſti, ecce miſimus tibi ſcribentes in aliâ charta. Deus O. M. ſit tecum. Salutant te omnes fratres mei, qui ſunt mecum, & rogant te, ut ſalutes eis* Abrahamum Maronitam (*i*) *interpretem eorum cum eſſet Romæ; qui profectus eſt in* Franciam *ad imprimendum ſacros libros,* (*i.e.* Biblia) *quò ſciant valetudinem ejus. Scripta* Romæ die 8. Aug. 1649.
Milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo nono anno *Domini noſtri Chriſti Regis cœlorum & terræ. Ab* ABBA GREGORIO *ſervo tuo in Chriſto ad dilectum filium meum* Dn. Jobum Ludolfum.

(*i*) *Abraham Ecchellenſis eſt*, qui cum ſocio *Gabriele Sionita* primò *Romæ*, deinde *Lutetiæ Pariſiorum* Libris Arabicis edendis operam dedit.

Lit. B.

EPISTOLA GREGORII
AD
Illuſtriſſimum Principem
JOHANNEM ERNESTUM, ERNESTI
Saxoniæ Ducis Filium primogenitum, piæ memoriæ.

አ | ፀ
ሰ | ስ፡

34 እምጎርጎሬወስ፡ ኢትዮጵያዊ፡ ምስለ፡ ሰላመ፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ፡ እግዚእ፡
ወመድኅን፤
A Gregorio Æthiope *cum pace Ieſu Chriſti Domini & Salvatoris*;
ዘኢረ፡ታቲሁ፡ ኢይትወሰን፡
Cujus beneficia terminum non habent.
ትብጻሕ፡ ኀበ፡ ጥዋ፡ ክቡር፡ ወፍቁር፡ ለኵሉ፡ ዘነፍስ፡ ዘውእቱ፡ እግዚእ፡
ራስ፡ ዮሐንስ፡ ኤርነስት፡ ፍትወ፡ ምግባር፡ ወእዱመ፡ ሦን፡
Perveniat (Epiſtola) *ad illuſtriſſimum & dilectiſſimum omni animæ, qui eſt Dominus* Princeps Johannes Erneſtus, *deſiderabilis operibus, & venuſtus formâ*:
ውርዛዌ፡ አንበሳ፡ ኀያል፡ እምድኅረ፡ አቡሁ፡ ዘይዒንን፡
Adoleſcentiâ tanquam Leo fortis, poſt Patrem ſuum qui regimini præeſt (*k*).
ዘውእቱ፡ ወልደ፡ ለኤርነስት፡ ዐቢይ፡ መኰንን፡
Qui eſt filius Ernesti magni Ducis
ዘብሔረ፡ ሳክስን፡
Regionis Saxoniæ,
ጉሊክ፡ ክሌፍ፡ ወበርግ፡ መስፍነ፡ ቱሪንገን፡ ወመይስን፡
Juliaci Cliviæ, & Montium: Principi Thuringiæ & Miſniæ.
ገሬፈ (*l*)፡ ዘማርክ፡ ወዘሬፈንስበርግ፡ እግዚእ፡ ዘሬፈንስተይን፡፡
Comiti Marcæ & Ravenſpergæ, Domino Ravenſteinæ.

(*k*) *Rhythmos* affectâvit Gregorius quibus inſigniores epiſtolas ornare ſolent Æthiopes; hinc ea ſtyli ſingularitas in exordio. (*l*) Germanicum eſt Graf/ quod Æthiopicè reddere non potuit.

Proœ. XIII. ጕንዲዮትየሰ፡ እስከ፡ ይእዜ፡ ለጽ
ሐፈ፡ክታብ፡ ኀበ፡ ፋቀርየ፡ ክቡር፡ አ
ኮ፡ አመንገለ፡ ሀኬት፡ ጠባይዓዊ፡ ወ
ኢበረሲዕትየ፡ ሰብኣዊ፡ አላ፡ በእንተ፡
ምክንያት፡ዘእሙር፡በኀበ፡ ኵሉ፨
ባሕቱ፡ኮንኩ፡ እፌኑ፡ ሉቱ (m)፡ ወት
ረ፡ቃለ፡አምኃ፡ምስለ፡ክታባት፡እለ፡
ይትፌነው፡እምኔየ፡ለስኞር(n)፡ኢዮብ፡
ሉዶልፍ፨ ይእዜኒ፡ኢያገብረኒ፡ ጥቀ፡እ
ጽሕፍ፡ሉቱ፡ ኵሉ፡ነገራትየ፡ ከመ፡ኢ
ይኅልፍ፡ ብየ፡ ዕድሜ፡ መዋዕለ፡ በአ
ብዝኆ፡ ነገር፡ እስመ፡ሀለወ፡ ይረክብ፡
ኵሉ፡ነገርየ፡እምኔ፡ክታባት፡እለ፡ተፈነ
ው፡ ለመኰንን፡ወለሲኞር፡ኢዮብ፡ሉዶ
ልፍ፡ ባሕቱ፡ እግዚአብሔር፡ ይባርኮ፡
ከመ፡ ያስተፈሥሖሙ፡ ለአቡሁ፡ ወእ
ሙ፡ ወየሀቦ፡ ፍቅረ፡ ምስለ፡ ኵሉ፡ ወ
ሕይወተ፡ሠናየ፡ ምስለ፡ አኃዊሁ፡ወአ
ኃቲሁ፡እለ፡ርኢክዎሙ፡ወእለ፡ኢርኢክ
Principes Saxo-Gotani. ዎሙ፡ ዘውእቶሙ፡ፍሬድሪክ፡አልበር
ት፡ በርንሀርድ፡ ሐይንሪክ፡ክርስትያን፡
ዮሐንስ፡ፊሊጶስ፡ወእኅቶሙ፡ሠናይት፡እ
ንተ፡ ኢያአምር፡ ስማ፡ እስመ፡ አቀም
ኩ፡ ነገረ፡ ለሐዊር፡ መንገለ፡ ሀገርየ፡ እ
መ፡ እግዚአብሔር፡ ይፈቅድ፡ እስመ፡
ብድብድ፡ በሮምያ፡ አልቦ፡ ይእዜ፡ ንሕ
ነሂ፡ ሀሎነ፡ ኵልነ፡ በዳኅን፡ ወበጥዒና፡
በኂሩቱ፡ ለአምላክነ፡ ሉቱ፡ ስብሐት፨
በእንተዝ፡ እስእሉ፡ በትሕትና፡ ለፋቄ
ርየ፡ እግዚእ፡ ከመ፡ የሀብ፡ ሊተ፡ አም
ኃ፡ሰላም፡ ለእሙ፡ እግዝእት፨ ለአኃዊሁ
ኒ፡ ወለእኅቱ፡ በበ፡ አስማቲሆሙ፨ እግ
ዚአብሔር፡ የሀሉ፡ ምስሌሁ፨
ተጽሕፈ፡ አመ፡ ፳ሁ፡ ለጥቅምት፡
በ፲ወ፮፻፶ወ፯፡ ዓመት፡ እምልደተ፡ እ
ግዚእነ፡ ክርስቶስ፨ ፨

ጎርጎርዮስ፡

ገብሩ፡ በክርስቶስ፨

35 *Q*Vod cunctatus fuerim hucusque ſcribere epiſtolam ad* Fautorem meum Illuſtriſſimum, *neutiquam ratione deſidia naturalis, neque etiam per oblivionem humanam, ſed ob cauſam notam omnibus* (factum eſt). *Veruntamen nunciavi tibi ſemper ſalutem cum literis, qua miſſa fuerunt à me ad* DN JOBUM LUDOLFUM. *Nunc etiam non valdè opus eſt, ut ſcribam tibi omnes res meas, ne tranſeat mihi opportunum tempus multiplicatione verborum; quoniam reperturus es omnia ex epiſtolis, qua miſſa fuerunt ad Principem* [ERNESTUM] & Dn. Jobum Ludolfum. *Verumenim verò, Deus O. M. benedicat tibi, ut exhilares patrem tuum & matrem tuam, & largiatur tibi favorem apud omnes; & vitam jucundam cum fratribus & ſororibus tuis, quos vidi & quos non vidi. Illi autem ſunt* FRIDERICUS, ALBERTUS, BERNHARDUS, HENRICUS, CHRISTIANUS, JOHANNES PHILIPPUS, (o) *& ſoror tua formoſa, cujus ignoro nomen. Quoniam certò conſtitui* 36
proficiſci in patriam meam, ſi Deus voluerit, quia peſtis Roma nunc non amplius eſt; nos quoque omnes ſalvi ſumus & ſani per gratiam Dei noſtri. Ei ſit gloria. Eapropter oro humillimè benevolentiſſimum Dominum meum, ut nunciet meo nomine ſalutem pacis Domina matri ſua; fratribus ſuis quoque & ſorori ſua, ſingulis ſecundùm nomina ſua. Dominus ſit tecum. Scripta XX. die Octobris Anno M. DCLVII. *a nativitate Domini noſtri Chriſti.*

Gregorius ſervus tuus in Chriſto.

ማኅሌተ፡ ድርሰት፡ እንተ፡ ይእቲ፡ ካንቲኮ፡ እንተ፡ ተገብረት፡ ለራስ፡ 37
ዮሐንስ፡ ኤርንስት፡

Carmen.
ዘሥኑ፡ ጽዕድዊሁ፡ ብሩህ፡እምሕብረ፡ ብረሌ፡ የዐዱ፡
ገቢረ፡ ኂሩት፡ ወምሕረት፡ ፈቃዱ፡
እምዘሳሶንያ፡ መስፍን፡ እንተ፡ ሠረጸ፡ እምጕንዱ፡
በኵሉ፡ ዕለት፡ ለለ፡ አሐዱ፡
ሰፈጦ፡ ገሀደ፡ ለአምላክ፡ ወልዱ፡
ይባርኮ፡ ኢየሱስ፡ በእዱ፡ (p)

Quæ ad verbum reddita ſic ſonant:

Carmen compoſitionis i. e. *Canticum*,

quod factum eſt

PRINCIPI JOHANNI ERNESTO.

Cujus forma candore fulgens colorem Berylli ſuperat.
Exhibere beneficia & miſericordiam (eſt) voluntas ejus. E SAXO.

(m) Tertiâ perſonâ Æthiopicè utitur honoris ergo, ut nos Germ. Er oder derſelbe. At nos per ſecundam perſonam Latinè reddidimus. (n) Italicum eſt *Signor*, *Dominus*. quod adhibere maluit, quàm ſuum እግዚእ፡ (o) Iſte mortuus eſt; cæteri per Dei gratiam adhuc vivunt. (p) Ultima litera ejusdem Ordinis Rhythmum apud Æthiopes efficit, ut in Proſodia noſtra docebimus.

E SAXONIÆ Ducis qui ortus est stemmate. Proœ. XIII.
Per omnes & singulos dies,
Dilatando illud manifestè DEI Filius,
Benedictionem tribuat ei IESVS manu suâ.

አምሳል፡ ዘውእቱ፡ ኢኒግማ፡

38 ሀለወት፡ ዖፍ፡ እንበለ፡ እግር፡ እንተ፡ በዘባና፡ ትረውጽ፡ እንዘ፡ ትኔጽር፡ ሰማየ፡ Ænigma.
ወንዋየ፡ ውስጣ፡ ይከውን፡ ሲሳየ፡
ኢትትዐረካ፡ ለምድር፡ እንበለ፡ ደእመ፡ ቀላየ፡
እስመ፡ ትፈርህ፡ ግብተ፡ ወስቃየ፡
ለእንተ፡ ተርጐመ፡ ዘንተ፡ ምሳሌ፡ ዚአየ፡
ትባርኮ፡ ፈቃደ፡ ነፍስየ ፡፡

Ænigma Æthiopicè አምሳል፡

Est avis (quædam) *sine pedibus, quæ in dorso currit respiciens cœlum;*
Et viscera ejus sunt cibus ejus.
Nullam familiaritatem habet cum terra, sed tantùm cum abysso;
Quoniam metuit casum improvisum & infortunium.
Et qui interpretatus fuerit hoc ænigma meum
Benedicere ei est voluntas animæ meæ.

Expositionem hujus ænigmatis Lectori conjiciendam relinquimus.

Lit. C.

LAMENTATIO GREGORII ÆTHIOPIS
super morte
DN. JOHANNIS ERNESTI
Saxoniæ Principis, anno ætatis XVII. piè defuncti:
ultimo anni M. DC. LVII. die.



39 ክታብ፡ ሰቆቃው፡ ወላሕ፡ ዘተጽሕፈ፡
በቀለመ፡ አንብዕ፡ ወበብርዕ፡ ሐዘን፡ እ
ምጎርጎርዮስ፡ ሐበሺ፡ ዘኢትዮጵያ፡ ጥ
ቁ፡ ሕዙን፡ ወትኩዝ፡ በእንተ፡ ሞተ፡ ወ
ልዱ፡ ዘበኵር፡ ለእግዚእየ፡ መስፍን፡ ሳ
ክስን፡ ገባሬ፡ ኄረት፤ እግዚአብሔር፡ መ
ፍቀሬ፡ ሰብእ፡ ወጸጋዬ፡ ምሕረት፡ ዘና
ዘዞ፡ ለኢዮብ፡ ጻድቅ፡ በጊዜ፡ መንደቤ
ሁ፡ ጽኑዕ፤ ውእቱ፡ አምላክ፡ ይናዝዞ
ሙ፡ ለአቡሁ፡ ወእሙ፡ ወያስተፈሥሖ
ሙ፡ ለእለ፡ ተርፉ፡ ደቂቀሙ፤ እስመ፡ ዘ
ሖረ፡ ሖረ፡ ኀበ፡ ፈጣሪሁ፡ ወአልብነ፡ ነ
ገረ፡ ዘንገብር፡ ዘእንበለ፡ ብካይ።

Epistola lamentationis & luctus, quæ scripta est atramento lacrymarum & calamo tristitiæ à GREGORIO HABESSINO ÆTHIOPE *pertristi & mæsto ob excessum Filii primogeniti Domini mei,* DUCIS SAXONIÆ *Evergetæ. Deus* (φιλάνθρωπος) *amator hominum & largitor misericordiæ qui consolatus est* Jobum justum *tempore afflictionis ejus gravissimæ; idem ille Deus consoletur patrem ejus & matrem ejus, & exhilaret eos per reliquos liberos. Quoniam qui abiit, ad creatorem suum abiit; nec quicquam præstare (ei) possumus, præter fletum.*

አሃ፡

Prov. XIII. አነሂ:እስከ:እከውን:ከማሁ:ሀሎኩ:እንዘ:እበኪ: ወእብል: በእንቲአሁ። መኑ:እምወሀበኒ: ክንፈ:ዘአዕዋፍ:ወእጋረ:ዘወይጠል:አው:ዘኀየል:ለበጺሕ:ፍጡነ:ኀበ:እብነ:ሰላም:ከመ:እብኪ:ምስለ: አቡሁ:ወእሙ:ለፍቁርየ:ሬስ:ዮሐንስ:ኤርነስት:ሠናየ:ምግባር:ወፍትወ:ሦን:ዘፈለሰ:እምዝንቱ:ዓለም፤ ሐቂፍየ: ክሳውዲሆሙ: ለአኀዊሁ: ወምስለ: ኢዮብ: ሉዶልፍ: መጋቢሁ:ዘያፈቅሮ: ከመ: ይፃእ:እምኔየ:ዝንቱ:እሳተ:ሐዘን: ወክላሕ:ዘበአውፃዞ: አንብዕ:ገሀደ: በእንተ: ዝኩ: ኄር: ወርኁሩኅ:ሕሊና። እስመ:አመ:ሰማዕኩ:ቀዳሚ: ሕማሞ: ዚአሁ:ወሞተ:አኃቲሁ: ወእኁሁ:ዘይንእስ:ሆነበዘ:ሕሊና:በጽንዐ: ሐዘን:እስከ:ተንጥአ:እምእደየ: ዝኩ: ክታብ: አብሳሬ:ሐዘን:እንዘ:አሐውር:በማእከለ:ሀገር:ወኢያንበብክዎ: ዘእንበለ: ፩ጊዜ: ውስተ: ቤቱ: ለመርካንቴ (t): ዘወሀበኒ:ወተሐጕለ:ዘእንበለ:ይብጻሕ:ኀበ:ቤትየ። ይእዜኒ:ሶበ:ሰማዕኩ:ሞተ:ዚአሁ:ለፍቁርየ:አስጠመኒ:ባሕረ:ሐዘን:ሶቤ:አልብየ:ሰብአ:ዘእነግሮ:ወዘይሳተፍ: ሐዘንየ:ዳእሙ: እበኪ: ለባሕቲትየ:ኀበ:ነበርኩ:ወኀበ: ሰከብኩ: ወኀበ:አንሶሳውኩ። እስመ:ኵሉ:ሠናያቲሁ:ወመልክዐ:ገጹ: ለሑይ: ይትረአየኒ:ወትረ: በቅድሜየ፤ ፈድፋደሰ:ዘኮነ:ከመ: ሰይፍ: ዘይመትር: ለአማዑትየ: ዝውእቱ: ክታብ:ዘፈነወ:ሊተ:ምስለ:በረከተ:አቡሁ:በዐቢይ:ትሕትና: እንዘ: ይመዕዶኒ: ከመ: ዘይመዐዶ: አብ: ወልዶ: በሰዐተ: ሞቱ: አው:ወልድ:ቡሩክ:ዘይመክር: ለአቡሁ። ዮሐንስ: ፍቁርየ: ወምክሓ: ዚአየ፤ አእሚረኑ: ዘጸሐፍከ: ሊተ: እሉንተ:ነገረ:ጥዑማተ:ወምክረ:ሠናያተ:እለ:ይሰብራ:ልበ:ወያውዕያ:ኰሊያተ፤ ወመከርኮ:ለአቡከ: ይትረድአኒ: በኂሩቱ: ለንዴትየ: ከመ: ኢትርሳእ: ፍቁርከ: በጊዜ: ዕረፍትከ: አሠናይ። ወእምዝ: ዘእንበለ: እፈኑ:ለከ: ሠጣዊሁ:ወምዝጋናሁ: ለኂሩትከ:አፍጠንከ: ሐዊረ:ኀበ:ካልእ:ዓለም:ዘኢንሬእየከ: ተፈሊጠከ:እምነ:

Ego quoque, donec ei similis fiam, semper 40
flebo & loquar de eo. O si quis mihi da-
ret alas avium, aut pedes capreoli aut cer-
vi, ad perveniendum citò ad Petram pa-
cis, (q) ut flerem cum patre & matre dile-
cti mei Principis JOHANNIS ER-
NESTI, *boni operibus & desiderabilis*
formâ, qui nunc migravit ex hoc mun-
do: & amplecterer colla fratrum ejus, &
cum Jobo Ludolfo Ephoro ejus, *quem*
dilexit. Ut decedat à me hic ignis tristitiæ
& ejulatus, qui (consistit) in profusione la-
crymarum publicâ, propter istum beni-
gnum & placidæ mentis adolescentem.
Nam cum audissem primo morbum ejus, 41
& mortem sororum ejus, (r) & fratris e-
jus natu minimi, (s) deliquium ferè ani-
mi passus sum ob vim tristitiæ, ita ut ex-
ciderit è manu mea illa epistola annuncia-
trix mœroris, cum irem per mediam ur-
bem, nec legissem eam nisi semel in domo
mercatoris, qui mihi dederat eam. Per-
dita enim fuit, ita ut non venerit in do-
mum meam. Nunc autem, postquam au-
divi mortem Fautoris mei, submersit me
Mare tristitiæ, præsertim cùm hic nemo
sit, cui id narrare possim, & qui particeps
fiat tristitiæ meæ. Itaque ploro solus, ubi
sedeo, ubi cubo, & ubi ambulo. Quia 42
omnes virtutes ejus, & forma faciei ejus
venusta obversatur semper animo meo.
Multò maximè verò est in me instar gla-
dii, qui discindit viscera mea; videlicet
epistola illa, quam misit mihi cum mu-
nere parentis sui, insigni humanitate
referta; dum monet me sicuti pater fili-
um hortatur in hora mortis suæ: aut fi-
lius benedictus (id est bonæ frugis) *qui bo-*
num consilium dat patri suo. O Jo-
hannes *dilecte mi, & gloria mea! gnarus-*
ne (fati tui) *fuisti? quòd scripseris mihi ista*
verba jucunda, & consilia bona, quæ con-
fringunt cor, & adurunt renes: & quòd
consilium dedisti Parenti tuo, ut juvaret
beneficentiâ suâ paupertatem meam, ne
(scil.) oblivisceretur clientis sui tempore o-
bitus tui, O bone! Postea verò, prius- 43
quàm mitterem tibi responsionem & gra-
tiarum actionem pro benevolentiâ tuâ, fe-
stinasti abire in alterum mundum, ne am-
plius videremus te, separatus à parentibus

አዝማዲከ:

(q) Quod nomen est *Arcis Gotanæ* Friedenstein. (r) Sophiæ & Johannæ, m. Decembri. Anni 1657. defunctarum. (s) Johannis Philippi nati & mortui mense Majo ejusdem anni. (t) *Mercante.* Italicum *Mercator*, Cujusmodi vocabula admiscere solet.

አንዘጋዲከ፡ ክቡራን፡ ወአኃዊከ፡ ሠና
ያን ፡፡ አህ፡ አህ፡ አሌ፡ ሊተ፡ ብፁ
ዐ፤፡ እምኮንኩ፡ በዐለ፡ ኣኅት፡ እመ፡
አሐውር፡ ሀገርየ፡ በፍሥሐ፡ ዘቀደሚ፡
ዘእንበለ፡ አእምር፡ ሞተ፡ ዚአከ፡ ዘያ
ሕዘ፤፡ ወዘእንበለ፡ እስማዕ፡ ሐዘነ፡ አ
ቡከ፡ ወእምከ፡ ኄራን፡ እለ፡ ኮኑ፡ ያፈ
ቅሩከ፡ ከመ፡ ብንተ፡ ዐይኖሙ፡ እስመ፡
እንተ፡ ከመዝ፡ ሐዘን፡ ወብካይ፡ ጸንዐ፡
በላዕሌየ፡ እፎ፡ ይከውን፡ በላዕሌሆ
44 ሙ፡፡ አንተሰ፡ ጐየይከ፡ ከመ፡ ኢት
ርአይ፡ እኪየቲሁ፡ ለዝ፡ ዓለም፡ ባሕቱ፡
ንደገ፡ ህቢየ፡ ሕማመ፡ በላዕለ፡ አንዘጋዲከ፡
ወፍቁራኒከ፡ በእንተ፡ ምግባሪከ፡ ሠናይ፡
ወነገርከ፡ ጥዑም፡፡ አነሂ፡ ኅጡአ፡ አሶት፡
ናዊ፡ ተረፍኩ፡ ምስለ፡ ላሐ፡ እስመ፡ ተ
መይጠ፡ ፍሥሐየ፡ ኀበ፡ ሐዘን፡ እስከ፡
ይበጽሐኒ፡ ዝንቱ፡ ጽዋዐ፡ ሞተ፡ በከ
መ፡ ለአበዊየ፡፡ ኦዮሐንስ፡ ክቡር፡
ዘክርተ፡ ስምከ፡ ፍሡሕ፡ ወሐልዮ
ተ፡ መልክዕከ፡ ለምሉዕ፡ አልቦ፡ ዘየ
መጽእ፡ ይእዜ፡ በላዕሌየ፡ ዘእንበለ፡
ብካይ፡፡ ናሁኬ፡ ገበርኩ፡ ለከ፡ አሐ
ደ፡ ድርሰተ፡ ዘብካይ፡ ወላሕ፡ እንዘ፡
እትናገር፡ ምስለ፡ መሬት፡ ዘእብነ፡ ሰላ
ም፡ እንተ፡ ባቲ፡ ስኩብከ፡ ከመ፡ ኢእር
ስዕ፡ ዘክርተከ፡ ወከመ፡ ቦቱ፡ ይላሑ
ሙ፡ አንዘጋዲከ፡ ምስሌየ፡ ሶበ፡ ሰምዑ
ዚአሁ፡ ወኢዮብኒ፡ ሉዶልፍ፡ ዘያፈቅ
ረከ፡ ከመ፡ ነፍሱ፡ ወዘኮነ፡ ይጽሕፍ፡
ሊተ፡ ኵሎ፡ ሠናያቲከ፡ ወዝ፡ ውእቱ፡
ዘይጸሐፍ፡ እምይእዜ፡፡

tuis honoratissimis, & fratribus tuis optimis. Ah! Ah! Va mihi, quanto fortunatior fuissem, si profectus fuissem in patriam meam in latitiâ primâ, antequam intellexissem mortem tuam tristitiâ me conficientem: & priusquam audivissem tristitiam patris tui, & matris tua optimorum, qui dilexerunt te, ceu pupillam oculorum suorum. Cùm verò tanta tristitia tantusque luctus invaluerit apud me, quantum oportet esse apud illos? Tu quidem aufugisti, ne videres pravitatem hujus mundi. Verùm reliquisti ingentem dolorem parentibus tuis, & amicis tuis, propter virtutes tuas egregias, & sermonem tuum jucundum. Ego quoque destitutus bonâ fortunâ ecce remansi in gravi luctu. Quia conversum est gaudium meum in tristitiam, donec mihi quoque contingat iste calix mortis sicuti majoribus meis. O Johannes gloriose! *Recordatio nominis tui lata, & cogitatio vultus tui teneri nunc planè nihil mihi affert, nisi lacrymas. Ecce igitur feci tibi carmen quodpiam fletus & luctus, quasi colloquerer cum terra* Petræ pacis *in qua inhumatus es, ne obliviscar memoria tua; atque per illud parentes tui mecum lugeant, cum audiverint illud: nec non* Jobus Ludolfus, *qui dilexit te sicut animam suam, & qui scripsit mihi cuncta bona de te; & illud est hoc quod sequitur:*

Proœ. XIII. Friedenstein.

45 Lessus GREGORII cujus versus omnes in ኪ: desinunt quô alloquitur humum arcis Gotanæ Fridenstein.

አይቴ፡ ተኃብአ፡ ጸዳለ፡ ብርሃንኪ ፡፡
Quonam abdidit se splendor luminis tui?
ወአይቴ፡ ኀለፈ፡ ወልደ፡ እግዚእኪ ፡
Et quonam abiit *Filius Domini* tui,
ዘስሙ፡ ዚአሁ፡ ዮሐንስ፡ ፍሥሐ፡ ዚአኪ ፡፡
Cujus nomen est JOHANNES lætitia (quondam) tua?
ወሥራሒ፡ ገጹ፡ ከመ፡ ወርኅ፡ ይዋኪ ፡፡
Et decor vultus ejus instar Lunæ coruscantis?
ምድረ፡ እብነ፡ ሰላም፡ አሌ፡ ለኪ ፡፡
O terra *Petra pacis* væ tibi!
ዕንቍ፡ ክብርኪ፡ ተሐጕለ፡ ወተስወረ፡ ዐይንኪ ፡፡
Gemma gloriæ tuæ periit, & obscuratus est ocellus tuus.
ንኅሥሥ፡ በኅቡረ፡ እንዘ፡ ንትጌሀ፡ ምስሌኪ ፡፡
Quæramus cum conjunctim omnem diligentiam adhibentes tecum,
ምስለ፡ አኃዊሁ፡ እንዘ፡ ያንሶሱ፡ እመ፡ ንረክቦ፡ በዐጸድኪ ፡፡
Num (fortè) reperturi simus illum cum fratribus suis circumambulantem intra atria tua.
እስመ፡ ከመዝ፡ ዶገመ፡ ፍቁረ፡ ዚአሁ፡ እብለኪ ፡
Quare sic tursus (ego) amicus illius dico tibi:

Proœ XIII. መሬት፡ ዘአብነ፡ ሰላም፡ ማኅፀንትከ፡ አርአያ፡ ዚአሁ፡ እመ፡ ወለጥከ።
O terra *Petra pacis* depoſitum tuum imaginem ejus ſi mutaveris!
ለለ፡ ጊዜ፡ ጽባሕ፡ ወሰርክ፡ እንዘ፡ እላሑ፡ ወእበኪ።
Omni tempore tàm manè quàm veſperi lugens atque flens [dico]
መሬት፡ ዘአብነ፡ ሰላም፡ ማኅፀንትከ፡ አርአያ፡ ዚአሁ፡ እመ፡ ወለጥከ።
O terra *Petra pacis* depoſitum tuum imaginem ejus ſi mutaveris!
ለፍቁርየ፡ ዮሐንስ፡ ኤርንስት፡ እንተ፡ ሰከበ፡ ኀቤከ።
Chariſſimi mei JOHANNIS ERNESTI, qui cubat apud te.
መሬት፡ ዘአብነ፡ ሰላም፡ ማኅፀንትከ፡ አርአያ፡ ዚአሁ፡ እመ፡ ወለጥከ።
O terra *Petra pacis* depoſitum tuum imaginem ejus ſi mutaveris!
ኅዲጎ፡ ዓለመ፡ ወክሂሎ፡ መስፍን፡ ዘለከ።
Relinquentis mundum, cùm potuerit eſſe Princeps tuus.
ወከመ፡ ኢየአብስ፡ ላዕሌሁ፡ በእግዚአብሔር፡ ዘፈጠረከ።
Ne peccaret in eo contra Deum O M. qui creavit te.
ከማሁ፡ ይበሉ፡ ኵሎሙ፡ መፍቀርያኒሁ፡ ሕዝብከ።
Ita dicant omnes amatores ejus, populus tuus:
መሬት፡ ዘአብነ፡ ሰላም፡ ማኅፀንትከ፡ አርአያ፡ ዚአሁ፡ እመ፡ ወለጥከ።
O terra *Petra pacis* depoſitum tuum imaginem ejus ſi mutaveris!
እስከ፡ ምጽአቱ፡ ደገመ፡ ለንጉሠ፡ ነገሥት፡ መሐሪ።
Usque ad reditum Regis Regum miſeratoris
አባላቲሁ፡ ከመ፡ ትዕቀቢ፡ እምነ፡ ዕፄያት፡ ዘውስቴትከ።
Membra ejus cuſtodito à vermibus qui in te ſunt.
ኍለቈ፡ አጽፋሪሁ፡ ዓቀ፡ እስመ፡ ኢየኅድግ፡ ለከ።
Numerum unguium ſuorum ne quidem relinquet tibi.
ለነፊሕ፡ ነፍሳ፡ ውስተ፡ ሥጋሁ፡ አመ፡ ተወፍዮ፡ ማኅፀንትከ።
Ad infundendum animam ejus in corpus ejus cum reddituraeris depoſitum tuum,
ወሥዕርተ፡ ርእሱ፡ ዚይሤኒ፡ እምዘ፡ ሰፍተለ፡ ወርቅ፡ ዘህንደከ።
Etiam capilli capitis ejus pulchriores filis aureis Indiæ.
ምስለ፡ ኵለንተሁ፡ አዕጽምቲሁ፡ እንበለ፡ ሕጸፁ፡ ይትኃሠሠከ።
Cum omnibus oſſibus ejus ſine inficiatione [tua] requirentur à te.
ወለአዝማዲሁ፡ ኄራን፡ እለ፡ ይሄልዉ፡ ዲቤከ።
Cæterum *Parentes ejus optimos*, qui manent ſuper te,
እግዚአብሔር፡ ይናዝዞሙ፡ እምኑ፡ ሐዘኖሙ፡ ዘይነከ። ፨
Dominus conſoletur in triſtitia eorum nociva.

Lit. D.

P. ALPHONSI MENDEZII LUSITANI PONTIFICII quondam apud Habeſſinos Patriarchæ, tunc exulis, ad Gregorium Habeſſinum Epiſtola ex India, Romam miſſa Anno 1652. (u) 46

POr cartas do *P. Antonio d' Andrade*, do *P. Joaõ Marachi*, e do *P. Nuño da Cunha* ſoubeter V.R. chegado a eſſa ſanta Cidade a venerar as cinzas dos *Principes dos Apoſtolos S. Pedro e S. Paulo*, e me alegrei por extremo de V.R. tomar tam bom conſelho em ſe acolher a eſſa Cidade de refugio. E tam bem ſento direrenme, que V.R. trata de dar volta, e tornar a Ethiopia, por que ſera vir ſe meter nas chamas da fornalha de Babilonia. Porque nunca a *perſeguiçaon eſteve nella mais aceza contra os Catholicos que agora.* O que ſe prova muyto bem, com os herejes ago-ta de

PEr *literas P.* Antonii Andradii: *P.* Johannis Marachi, & *P.* Nonii da Cunha *reſcivi* Reverentiam tuam *ad ſanctam urbem appuliſſe, ut venerareris cineres* Principum Apoſtolorum S. Petri & S. Pauli. *Maximo autem affectus ſum gaudio quòd tam ſalutare conſilium ceperis recipiendo te ad hanc urbem refugii. Verùm percepi quoque quòd R. T. de reverſione cogites, & reditum in Æthiopiam mediteiur. Id autem eſſet ſemetipſum in flammas fornacis Babylonicæ præcipitem dare. Quoniam* perſecutio Catholicorum ibi nunquam magis efferbuit quàm nunc temporis. 47

(u) in Germania Gregorius accepit hanc Epiſtolam, mihique autographum reliquit.

ra de novo em *Maigoga* darem em huã casa, onde estavaõ juntos os Portuguezes e matarem nove juntos as pedradas com grande furor. E nam hà quem lhe peça conta de nada, mas todos os ascendem, e se unem contra elles.
Na que V. R. me escreveo, me fala nos seus libros, que diz, que trouxe *Georgis*. Porem elle esta agora em *Mocà*, aonde o mandei o Março passado com hum *Baneane de Dio*, pera experimentar se pode entrar dentro, e falar com o *P. Bernardo Nogueira*: pois lhe naõ tem chegado huã so carta nossa, depois que nos fomos lançados fora. Pella qual causa vivem todos muy desconsolados: e nos o naõ estamos menos, por os naõ podermos consolar. Nem o Irmaõ *A. Luis*, nem a outra gente de minha casa sabe dar rezaõ de taes libros. Deos guarde a V. R. Choraõ 22. de Dezembre A. 1651.

A. Patr. de Ethiopia.

Id quod facilè patet ex eo, quòd jam Heretici Mai- Prov. XIII.
gogæ de novo in domum aliquam, in qua Lusitani convenerant, irruerint, & novem conjunctim lapidum ictibus confecerint magno furore. Nec est, qui facti rationem ullo modo exigat; Sed cuncti potiùs eos accendunt, & contra eos se adunant.
In literis, quas R. T. mihi scripsit, mentionem facit librorum suorum, quos dicit Georgium *secum tulisse. At ille jam Moca moratur, quo ipsum Martio preterito cum* Baneane (x) *quodam* Diense *misi, ut tentaret an possit intrare in Æthiopiam, & colloqui cum* P. Bernardo Nogueira, (y) *quoniam ille ne unam quidem epistolam à nobis accepit, ex quo inde expulsi fuimus. Quamobrem omnes con-* An. 1634.
solationis planè sunt expertes: nec nos minore afficimur mœrore, quod illos non possimus consolari. Nec frater A. Luis nec alius quispiam mea familia de illis libris quidquam novit. Valeat R. T. Chorani d. 22. Decemb. 1651.

Alphonsus Patriarcha Æthiopiæ.

Lit. E.

EPISTOLA GREGORII
AD SERENISS. PRINCIPEM
ERNESTUM
SAXONIÆ &c. DUCEM.

Exordium rhythmicum est Æthiopico more, ad verbum à nobis redditum.

አ	P
ሰ	ስ:

49 ቃለ፡ ፉባቢት፡ ወሐዋርያዊት፡ እንተ፡ እምኀርጎሬወስ፡ ኢትዮጵያዊ፡
ተፈነወት፤
Oratio rationalis & apostolica, â *Gregorio Æthiope* missa
ምስለ፡ ሰላም፡ እግዚአብሔር፡ ትብጻሕ፡ ኀበ፡ ዐቢይ፡ ሀቢይ፡ መስፍን፡
ገባሬ፡ ኄሬት፤
Cum pace Domini, perveniat ad maximum Principem benefactorem,
ወመካሕ፡ መኰንን፡ ሳክስን፡ እግዚእየ፡ ኤርንስት፡፡
Et gloriosissimum *Ducem Saxoniæ* Dominum meum ERNESTUM,
ወበጺሖ፡ ተአምኖ፡ ሊተ፡ አእዳዊሁ፡ ህየንተ፡ አፈ፡ ዚአየ፡ በትፍሥ
ሕት፡
Et perveniens [illuc] osculetur manus ejus vice oris mei in lætitia,
በአምኃ፡ ሰላም፡ ወፍቅር፡ ዘእንበለ፡ ጕሕሉት፤
Osculo pacis & charitatis sine dolo;
ወይነግሮ፡ ፍጻሬ፡ ዚአየ፡ እንበለ፡ ህኬት፡፡
Et annunciet illi res meas sine mora.
እግዚአብሔር፡ ውዱስ፡ ወዘለዓለም፡ እኩት፡
Dominus [Deus] laudatus & in æternum celebratus,

(x) Nomen gentis est in India ab esu animalium prorsus abstinentis; de qua vide H. Æ. 3, 1, 47.
(y) Iste pro Vicario Generali in Æthiopia relictus fuit à Patriarcha Mendezio. B. Tell. L. 6. c. 40.

Proc. XIII. ዘያኀስር፡ ለዐቡይ፡ ወያሌዕሎ፡ ለትሑት፡፡
Qui humiliat superbum & extollit humilem,
ንጉሠ፡ ነገሥት፡ ወአምላከ፡ አማልክት፡፡
Rex Regum & Deus Deorum,
ዘአለባበ፡ ይፈትን፡ ወኵሊያተ፡ የሐትት፤
Qui corda scrutatur & renes examinat,
መጋቢ፡ ነዳያን፡ ወሠያሚሆሙ፡ ለመኳንንት፡፡
Protector pauperum & constitutor Principum.
ውእቱ፡ አምላክ፡ ይመግብ፡ ሀውደ፡ ህላዌሆሙ፡ በምግባና፡ ረድኤቱ፡ ዘኢ ይትነሠት፤
Ille Deus protegat aulá existentiæ vestræ protectione auxilii sui, quod non destruitur.
ወይዕቀብ፡ ሕይወቶሙ፡ እምዘመን፡ እኩይ፡ ወእምኵሉ፡ ዘይመጽእ፡ ፡5 መንሱት፤ አሜን፡፡
Et custodiat vitam vestram à tempore malo, & omni venturâ afflictione. Amen.

Hucusque Rhythmi; sequitur jam Epistola ipsa.

ኦእግዚእየ፡ ርኅሩኅ፡ ወሠናየ፡ ዝክር፡፡
ተዶኅርትየሰ፡ ለጽሒፍ፡ ኀቤሆሙ፡ (z)
እስከ፡ ይእዜ፡ አኮ፡ በሀኬትየ፡ ወኢበ
ረሲዐትየ፡ ለእግዚእነሆሙ፡ አላ፡ በእን
ተ፡ ነገረ፡ ግብት፡ ዘአቅደምኩ፡ ነጊረ፡ ለ
ሲኖር፡ ኢዮብ፡ ሉዶልፍ፡ ከመ፡ ይንግር
ሙ፡ ዝዋይሁ፤ ወበእንተ፡ ዘአብሖኒ፡ ሊሊ
ሆሙ፡ ከመ፡ ኢይጽሐፍ፡ ሎሙ፡ ዘእን
በለ፡ ኀቤሁ፡ በከመ፡ ሰማዕኩ፡ እምኔ
ሁ፡፡ ጽሒፈ፡ ክታብኒ፡ ወውሂበ፡
ምኅጋና፡ ለእግዚእነሆሙ፡ አኮ፡ ፩ጊ
ዜ፡ ባሕቲቶ፡ አላ፡ እምደለወኒ፡ እጽ
ሐፍ፡ ብዙኀ፡ ጊዜያተ፡ በእንተ፡ ሢሬታ
ት፡ ዘገብረ፡ ሊተ፡ በጊዜ፡ ምጽአትየ፡
ኀቤሆሙ፡ ወአስተፋነውኒ፡ በፍቅር፤
ምስለ፡ ኵሉ፡ ሠናያት፡ እለ፡ የሀጽቡ፡
ለፍኖት፡ በጊዜ፡ ፀአትየ፡ እምኔሆሙ፤ ወ
ተጋሀቶሙኒ፡ ለዕቅብት፡ ሕይወትየ፡
ከመ፡ ኢይርከበኒ፡ እኩይ፡፡ ወከማ
ሁ፡ ገብረ፡ ሎሙ፡ እግዚአብሔር፡ ወኢያ
ስተኀፈሮሙ፡ በምንትኒ፡ ነገር፡ ዘፈተወ
ት፡ ሕሊናሆሙ፡ ዘውእቱ፡ አምላከ፡ መ
ፍቀሬ፡ ሰላም፡ ወኂሩት፡፡ እስመ፡ ዐ
ቀበኒ፡ በበአትየ፡ ወበፀአትየ፡ ውስተ፡
ብሔሮሙ፤ ሎቱ፡ ስብሐት፤ ከመ፡ ያት
ርፍ፡ በማእከሌነ፡ ዝክረ፡ ተፋቅሮ፡ ወ
ዐቂበ፡ ክዳን፡ ለትውልደ፡ ትውልድ፡፡
ተፈጸምት፡ ፍቅሮሙስ፡ ወአክሊለ፡ ኂ
ሩቶሙ፡ እንተ፡ አልቦ፡ ዘይትበየጸ፡ በ
ዝ፡ ዘመን፡ እንዘ፡ አንኅድግ፡ ካልኣነ፡ ነገ
ሬተ፡ ኂሩት፡ በሕፁር፡ ዝውእቱ፤ እ
An. 1656. ስመ፡ በዓመት፡ ዘሐለፈ፡ ጸሐፈ፡ ሊተ፡
ፍቁርየ፡ ሲኖሬ፡ ኢዮብ፡ ሉዶልፍ፡ እ
ንዘ፡ ይብል፡፡ ከመዝ፡ ይብለከ፡ እግ
ዚእየ፡ መኰንን፡፡ ፃእ፡ እምዝክቱ፡ ሀገር፡ ዘ

O DOMINE MI CLEMENTISSIME ET 50
OPTIMÆ RECORDATIONIS.

Quòd tam diu distulerim scribere ad Cels. V. *minimè factum est ex desidiâ, neque ex oblivione* Cels. V. *sed propter accidens quoddam, quod prius narravi* Domino Jobo Ludolfo, *ut referat* Cels. V. *rationem ejus: & quia permisit mihi* Cels. V. *ipsa, ne scriberem ad se, sed tantùm ad illum, quemadmodum percepi ex eo. Literas autem scribere & gratias agere* Cels. Vræ. *non semel tantùm* (necessarium fuisset); *Sed oportuisset me scribere multis vicibus, propter beneficia quæ exhibuit mihi tempore adventus mei ad se: & quòd me dimiserit in charitate cum omnibus bonis, quæ necessaria sunt ad iter, tempore discessus mei à Cels. V. & quòd vigilaverit pro conservatione vitæ meæ, ne mihi accideret malum. Id etiam præstitit Cels. Vra. Dominus, & non frustravit eam in ulla re, quam desideravit animus ejus, qui est Deus amator pacis & bonitatis. Quoniam custodivit me in introitu meo & exitu meo in ditione Cels. V. (Ei sit laus) Vt relinqueret inter nos memoriam mutuæ charitatis, & observationem fidei in generationes generationum.*

Consummatio verò charitatis Cels. 51
V. & corona bonitatis incomparabilis hoc tempore (ut prætermittam alia beneficia) brevibus hæc est: Quòd anno præterito amicus meus, Dn. Jobus Ludolfus *mihi scripserit dicens:* Sic dicit tibi Dominus meus Princeps: Egredere ex illa urbe, cujus aër non conducit tibi, & mane

አየረ

(z) Propriè *ad eos*: Æthiopicè honoris causâ sic Ducem in tertiâ persona plurali alloquitur; ut supra Principem in tertia persona singulari.

ኦዖሬ:ዚአሁ: ኢይሁ፥: ለከ: ወንበር:
ንበ:ካለእ:ሀገር:እምኤውሮፓ: ዘፈቀ
ድከ:ወአነ: እረድአከ:በኵሉ: ነገር:
ዘየሀፅበከ። ወሰሚዕየ: እምነሁ:
አመንኩ: ዘንተ: ከመ: ኢይከውን: ቃ
ሉሙ:ንቱግ:ወጕንደየ:እምዝ:አሰፈው
ኒ፧ ተፈሣሕኩ፡ጥቀ: ወረከብኩ:
ተስፋ:ዐቢየ:ከመ:ዘረከበ:ምህርካ:
ብዙኀ።

52 ለእግዚአብሔር:እግዚእነ:ዘይደለው:እ
ኩቴት:አእኵትክዎ:በእንተ:ዘወሀበኒ:
ኪያሆሙ:ረድኤተ:ወመሣቀበ:በብሔ
ረ:ባዕድ። ሉሙኒ:አመገነኩ:ጥቀ:
እምድኅረሁ: በእንተ: ኵሉ: ኂሩ
ቲሆሙ: ወፈጸምኩ: ቃለ: ዚአሆ:
ዘጽሑፍ:ውስተ: መጻሕፍት: ንበ:ብ
ዙኃን: ክፍላት: በእንተ:ነገረ: ፋቅር:
ወገቢረ: ኂሩት: ለኵሉ፧ ፈድፋደሰ:
ለአናግድ: ለፈላሲያን:ወለነዳያን:በከ
መ:ያአምሩ:ውእቶሙ። አመኒ: ኢገ
በርኩ: አነ: ምክረ: ዚአሆሙ: በእን
ተ:ስኢናትየ:ተርፈ:እመንገሌየ: ወአ
ኮ:እምኔሆሙ፧ባሕቱ: እግዚአብሔር:
ዘባረከ:ቤተ: አቢዳራ:(a)ውእቱ:ይባር
ክ: ቤቶሙ: ወያስተፈሥሖሙ: ለው
ሉዶሙ:ወየሀቦሙ:ዕድሜ:ብዙኀ:ም
ስለ:ፍሥሓ:ወጥዒና:ምስለ:ብእሲተ:እ
53 ግዚእት: መሃምርቶሙ: ዘበሕግ።
ይእዜኒ:ይትባረክ:እግዚአብሔር:ቡሩ
ክ:ዘለዓለም: እስመ: ብዩብዩ: ዘሮ
ምያ:ኀደገ:ወወፅአ: እምኔሁ: በፍጹ
ም፧ወናሁ: ይከውን:መጠነ: ፳ ዕለታ
ት፥ እስበ: አመ: ይጸሐፍ: ዝንቱ: ክ
ታብ: አምዝ: ተፀርሀ: ደዌ። ሰ
ብእሂ: እለ: ነበሩ: በላዛሬቶ: (b)
ኡ: ኵሎሙ: ውስተ: ሀገር: አመ: ተ
ሱዑ:ለጥቅምት:ወወሀቡ: ምዝጋና:
ለእግዚአብሔር: ዘአድኃኖሙ: እሞ
ዝኩ: ሞት: ፈጣን። በዊአሙ: ውስተ:
ቤተ: ክርስቲያን: ዘቅዱስ: ጴጥሮስ፧
ንሕነሂ: ሀሉነ: ድኅነ: እስከ: ይእዜ:በም
ሕረቱ:ለእምላክ:ሉቱ: ስብሐት።

54 በእንተዝ: አነሂ: መከርኩ: ለወፂእ:
እምሮምያ: በሐመር: ወእሑር: ሰ
ርሲላ:እንበለ:እብጻሕ:ለሊጎርኖ፧(c)
ወበጺሕየ: ህየ: በጥዩቅ: እገብር: ኳር
ታና:(d)በከመ:ሥርዐቶሙ: ወእምድ
ኅረ:ባእኩሂ:ውስተ:ሀገር:እነብር:በ

in alia quadam urbe Europæ, ubicunque volueris, & ego juvabo te in omni re, qua opus erit tibi. *Ego autem ab illo percipiens ista, confisus sum, quod verbum Cels. V. non deficiet, nec cunctabitur (præstare) quidquid promisit mihi. Lætatus quoque sum valdè, & concepi spem magnam, tanquam qui reportasset spolia multa.* Proœ. XIII.

Deo O. M. Domino nostro, cui debetur gratiarum actio, gratias egi, ideò quod dederit mihi Cels. Vrm. pro auxilio & protectione in regione peregrina. Cels. Va. quoq; gratias egi maximas postea propter omnia beneficia sua, & adimpletionem verbi sui in eo, quod scriptum est in S. Scriptura in multis locis de charitate & beneficentia erga omnes [homines] *maximè vero erga peregrinos, exules & pauperes, quemadmodum Cels. V. ipsa novit. Si vero non expedivi ego propositum Cels. V propter imbecillitatem meam remansit* [negotium] *apud me, & non apud Cels. V. Verum enim verò Deus O. M. qui benedixit domui* Obed Edom (a) *ille quoque benedicat domus Cels. V. & lætifi et eam in filiis suis, & det illi vitam longævam cum lætitiâ & sanitate cum Dominâ conjuge suâ legitimâ.*

Nunc autem benedicatur Dominus benedictus in secula, quod pestis Roma cessaverit & excesserit ex eâ penitus. Etecceerunt circiter viginti dies ex quo scribi cœpta est hæc epistola, quod cessavit contagium. Homines etiam qui detinebantur in Nosocomio (b) *omnes ingressi sunt in urbem die nono Octobris, & reddiderunt grates Deo, qui liberavit eos ab illa morte repentina, intrantes in* Basilicam Sancti Petri [Apostoli]. *Nos quoque salvi sumus adhuc per misericordiam Dei, ei sit gloria.* Pestis Romæ cessavit. An. 1657.

Propterea quoque ego Româ egredi statui nave, & proficisci (rectâ) Massiliam, *ita ut non veniam* Liburnum. *Et cum illuc venero, certò facturus sum* Quartanam (d) *secundum morem eorum. Cum autem ingressus fuero urbem, man-* Iter Gregorii.

ሀየ:

(a) Æthiopicè *Abidara*, quia exemplaria Græca (excepto Complutensi) habent Ἀβεδδαρὰ pro *Obed-Edom.* 2. Sam. 6. 12. (b) Italicum est *Lazareto*, cujuscemodi vocabula sæpe retinet, quæ Æthiopicè non commodè exprimere potest. (c) *Ligorno. Ligourne* Gall. *Livorno* Ital. Portus est *Hetruria* & emporium celebre. (d) Quarantana potiùs. Quarantaine. Quadraginta dies, quibus in navi manere coguntur è locis peste suspectis venientes.

Proœ. XIII. ሀየ፡መጠነ፡ ፲ ዕለታት፡ እመ፡ እረክብ፡
ምጽዋተ፡ እምነ፡፩፡፬፡ ሰብእ፡ዘቦሙ፡
ርኅሩኄ፡ ወእለ፡ ያአምሩ፡ ፋቅረ፡ እስ
መ፡ ጥቀ፡የሀፅበኒ፡ ንገረ፡ ስንቅ፡ ለዘመ
ጠንዘ፡ ርሑቅ፡ብሔር፡እንዘ፡ለሂቅ፡ወ
ድኩም፡ኀይለ፡አነ፡ዘኢይክል፡ ሐዊረ፡
በእግር፡ዘእንበለ፡ በመርከብ፡ ወተጽ
እኖ፡በገመል፡፡ ወእምዝ፡አሐውር፡
በ፩ሐመር፡ መንገለ፡ እስክንድርያ፡
ወነሢእየ፡ እሉንተ፡ ትእምርታተ፡
እንተ፡ ወሀብከ፡ ቀዲመ፡ እምነበ፡
አንበርክዎሙ፡ ውስተ፡ ቤትነ፡ ዘብ
ሔረ፡ ግብጽ፡ ወእምዝ፡ አሐውር፡
ምስለ፡ ነጋድያን፡ ወእበውእ፡ ሀገ
የ፡በኂሩቱ፡ ወበሠምረቱ፡ለእግዚአብ
ሔር፡አምላክየ፡ ዘውእቱ፡ሀቃቢሆሙ፡
ለነጋድያን፡ወመጽንዒሆሙ፡ ለድኩማ
ን፡እስመ፡ ሕሊናየ፡ ኢየዐረፈ፡ በዝ፡ ሀ
ገር፡ በእንተ፡ ብዙኃን፡ ምክንያታት፡፡
ባሕቱ፡ዘእንበለ፡ እርእዮ፡ ሠጣጌሁ፡
ለዝ፡ ክታብ፡ ኢእወፅእ፡ እምሮምያ፡
በእንተዝ፡የሀፅብ፡ ከመ፡ ይፈንው፡ ሊ
ተ፡ ፍጡነ፡ ሠጣጌሁ፡ ለዝንቱ፡ በልሳነ፡
ግዕዝ፡ዘእንበለ፡ ይኅልፍ፡ ብየ፡ መዋዕ
ለ፡ ዕድሜ፡ ዘነገደ፡ ወዘእንበለ፡ ይም
ጻእ፡ ብየ፡ ፩ ምክንያት፡ አው፡ መንትኒ፡
ምክላእ፡ዘያተርፈኒ፡ወይከለአኒ፡እም
ሐዊር፡ በከመ፡ አትረፈኒ፡ ቀዲመ፡ ነገ
ረ፡ ብድብድ፡፡ እስመ፡ አነ፡ ሀሎኩ፡
ይእዜ፡በጥዒና፡በኂሩቱ፡ ለእግዚአብ
ሔር፡ ሎቱ፡ ስብሐት፡፡ ሎሙኒ፡ዘሀቀቦ
ሙ፡እንበለ፡ሐዘን፡እስከ፡ ይእዜ፡፡
ዓዲ፡ ሶበ፡ አዘከረኒ፡ በክታቡ፡ ሲኖር፡
ኢዮብ፡ ሉዶልፍ፡ ከመ፡ ይፈቅዱ፡ አእ
ምሮቶ፡ ለማየ፡ ግዮን፡ ኀበ፡ ኢይቴ፡ይነቅ
ዕ፡ወበኀበ፡ኢይቴ፡የኀልፍ፡ ናሁ፡ፈነው
Nili curſus. ኩ፡ሎሙ፡ ምስለዝ፡ ጽሒፍየ፡ በጥን
ቁቅ፡ ኵሉ፡ በበ፡ ጾታሁ፡ እምነቅዑ፡ እ
ስከ፡ፍጻሜሁ፡ በከመ፡ ይውኅዝ፡ ወየ
ዐውድ፡ በፍጹም፡ ወአስማተ፡ አህጉረ
ትኒ፡ ዘቦሙ፡ ይበጽሕ፡ አምጣነ፡ አእ
መርኩ፡ ከመ፡ ያፈቅርዋ፡ ጥቀ፡ ለኢት
ዮጵያ፡ ወለሕዝባ፡ ምስለ፡ ንጉሦ
ሙ፡ ዘእንበለ፡ ይርአይዋ፡፡ እምቅድ
መዝኒ፡ ፈነውኩ፡ለውእቱ፡ፍቁርየ፡ አ
ስማተ፡ አዕናቍ፡ ምስለ፡ ካልኣን፡ ነገረ
Gemmarum nomina. ት፡ አመ፡ ፳ወ፰ ለወርኀ፡ሐምሌ፡፡ ባ
ሕቱ፡ ኢያእመርኩ፡ እመ፡ በጽሐ፡ ሎ
ቱ፡ አው፡ ኢበጽሐ፡ እስመ፡ጕንደየ፡ ጥ
ቀ፡ወኢበጽሐ፡ሊተ፡ሠጣጌሁ፡ነገረ
ት፡ እላ፡ ተርፉ፡ እምዝንቱ፡ይትረከቡ፡
ውስተ፡ ክታብ፡ ዘሲኖር፡ ኢዮብ፡ ሉ

futurus ſum ibi circiter decem dies, ſi accepe-
ro eleemoſynam ab hominibus, quibus eſt
bonitas animi, & qui norunt charitatem.
Quia valde neceſſe habeo viatico, ad tam
longinquam regionem, præſertim cum
jam ætate provectus & infirmus viribus
ſim, qui non poſſum ire pedibus, ſed vel
navibus vel equitando camelos. Deinde
proficiſcar maritimo itinere Alexan-
driam, & [ibi] *recipiam illas literas ſi-*
gnatas (e) *quas mihi antehac dedit Celſ.*
V. ex eo loco, ubi illas depoſui in domo
noſtra, quæ eſt in regione Ægypti. Dein-
de pergam cum peregrinatoribus, & in-
trabo in patriam meam per bonitatem &
beneplacitum Domini noſtri, qui defen-
ſor eſt peregrinantium & roborator in-
firmiorum. Quia animus meus non 55
tranquillus fuit in hac urbe propter mul-
tas cauſas. Veruntamen priusquàm vi-
deam reſponſionem ad hanc epiſtolam non
exibo Româ. *Quapropter neceſſe eſt, ut*
mittat mihi ſubito reſponſionem ad has
[literas] *in linguâ Æthiopica, antequam*
tranſeant mihi dies temporis opportuni ad
iter faciendum: & antequam eveniat mi-
hi nova cauſa, aut quoddam impedimen-
tum, quod remoretur me, & impediat
me à profectione, ſicut detinuit me ante-
hac peſtis. Quia ego ſum nunc ſanus per
gratiam Dei O. M. ei ſit laus; qui & Celſ.
V. cuſtodivit ſine mœrore hucusque.

Porro quandoquidem monuit me in 56
literis ſuis Dn. Jobus Ludolfus, *quòd*
Celſ. V. deſideret cognoſcere (curſum) a-
quæ Nili, *ubi originem ſuam habeat, &*
quà tranſeat. Ecce miſi id Celſ. V. cum
hac [epiſtola] *deſcribens accuratè omnia*
ſecundum ordinem ſuum ab ortu usque ad
finem ejus, quo pacto fluit & circumit ple-
nariè, & nomina regionum quoque per
quas venit; (f) *quia intellexi, quod Celſ.*
V. valde diligit Æthiopiam, & incolas
ejus cum Rege eorum, quamvis eam non
viderit. Antehac etiam miſi illi amico
meo nomina gemmarum (g) *cum aliis*
rebus die vigeſimo octavo menſis Iulii.
Verùm non novi, num reddita ei fuerit
epiſtola vel non. Quia jamdiu eſt, & non
redditum fuit mihi reſponſum illius. Res
autem reliqua reperiuntur in literis ad
Dn.

(e) Literæ commeatus erant addito teſtimonio pro Gregorio. (f) Deſcriptionem hanc edidi in Hiſtoria Lib. I. c. 8. §. 11. (g) Has reperies Lector infra in hoc Commentario l. 15. 109.

ዶለፉ። አሎ፡ ወፃእኩሂ፡ እጽሕፉ፡ እ
ንዘ፡ እየዶዑ፡ ነገረ፡ ሑረትየ። እእግዚእ
የ፡ ይትወከፉ፡ ሊተ፡ ዘንተ፡ ክታብየ፡
57 ለትሑት፤ ወይስምዑ፡ ነገሬተ፡ ዚአሁ፡
በትዕግሥት። እመኒ፡ ቃለ፡ ዚአሁ፡ ለቱ
ሕ፡ ወኢረከበ፡ ሞገሰ፡ በቅድመ፡ እ
ግዚእነሆሙ፡ አኮ፡ ዕፁብ፡ ውእቱ፤ እስ
መ፡ እንግዶ፡ ወፈላሲ፡ አነ፡ ዘኢየአምር፡
ሥርዐተ፡ ሀገር፡ ወኢቃለ፡ ዘኤውሮፓ፡
ወበእንተ፡ ነዋኀ፡ ኢየንውርወ፡ እስመ፡
ዝንቱ፡ ውእቱ፡ ጥንቱ፡ ለክታብየ፡ ወዘ
ደኃሪሰ፡ መኑ፡ ያአምር፡ ዘእንበለ፡ እግ
ዚአብሔር፡ ባሕቲቱ። አብዛኅኩ፡
ቃላተ፡ በላዕለ፡ እግዚእነሆሙ፡ ይምሐ
ሩኒ፡ በእንተ፡ ፋቅር። ተጽሕፈ፡
አመ፡ ፳ሁ፡ ለጥቅምት፡ በ፲ ወ፮፻፶
ወ፯ዐመት፡ እግዚእነ፡ ክርስቶስ። ።
ጎርጎርዮስ፡
ቀኑይ፡ ገብርሙ፡ በክርስቶስ ።

Dn. Jobum Ludolfum. *Cum etiam profectus fuero, scribam narraturus successum profectionis meæ.* Proœ. XIII.

O Domine mi! *suscipe quæso epistolam hanc à me humili, & percipe tenorem ejus patienter. Quod si stylus ejus sit insipidus, nec invenerit gratiam coram Cels. V. id mirum non erit; quoniam peregrinus & exul sum, qui non novit mores regionis neque stylum Europæ. Et propter prolixitatem ejus noli despectus habere eam. Quia hoc est primordium epistolarum mearum, & finem earum quis novit? nisi Deus O. M. solus.* Excusatio styli.

* *Ast quod multus fuerim in verbis erga Celsitud. Vram. ignoscat mihi propter charitatem* [Christianam]. Scripta die XX. Octobr. Millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo anno Domini nostri Christi.

GREGORIUS acquisitus servus Celsitudinis Vestræ in Christo.

De GREGORIO & ejus ingenio ad necessitudinem Historia nostra satis dictum.

Sequitur Additio

De versionibus Historiæ nostræ Æthiopicæ.

58 PRiusquam Commentarium ad ipsum textum aggrediar, Lectorem celare nolo, Historiam meam Æthiopicam *Anglicè* versam & editam fuisse *Londini per J. P. Anno 1683.* Cùm autem multa in versione hac observarem parum aptè reddita, præfationem addidi, quam Bibliopola Samuel Smith Londinensis imprimi curavit, murato Libri titulo cum adjectione hac: *Secunda editio cum Tabula Geographica, & præfatione è Commentario autoris Latino desumta, &c.* Ex qua lectores cognoscere poterunt meum de illa versione judicium. Versio Anglica.

59 Eodem tempore *Des Jauneaux* Gallus postea Cameraci in Gymnasio Regio Mathematum Professor, eam in compendium redegit hoc titulo: *Nouvelle Histoire d' Abissinie ou d' Ethiopie tirée de l' Histoire Latine de M. Ludolf. Paris 1684.* Sed ordine rerum murato: & omissis iis quæ illius Religioni favere non videbantur (quod bonum Historicum minimè facere decet) me in præfatione incusavit: *quasi voluerim ex ritibus Ecclesiæ Æthiopicæ sequelas pro sententiâ Lutheranorum deducere.* Cùm tamen tale quid facere, & à sententia mea & ab officio Historici sit alienissimum, nec ille id ullo exemplo demonstrare possit. Quippe ego argumentum minimè validum censeo autoritate alicujus particularis Ecclesiæ dogma quodpiam sacrum confirmare velle. Nisi enim verba Christi ejusque Apostolorum, & constans Ecclesiæ Catholicæ consensus à primis retro seculis illud probent, frustra ad doctrinam hujus vel illius Ecclesiæ provocaveris. Cùm idem compendium in Gallica eruditorum acta insere- Gallica.

Proœ. XIII. inſereretur queſtus ſum de iniquâ hac obtrectatione apud *Dn. Abbatem de la Roque* illorum editorem; qui quidem pollicitus eſt, ſe in ſequentibus Actis, cum iſtius compendii mentionem facturus eſſet, eam revocare velle; verùm num id fecerit, nondum intellexi.

Præterea interpres ille haut ſatis diſtinctè exſcripſit aliqua à nobis tradita. Conferat modò ſtudioſus Lector noſtrum *caput quintum Libri primi de aëris temperie in Habaſſia cum capite tertio iſtius Compendii*; ibi reperiet, quæ nos de æſtu Inſulæ *Suaquena* diximus, illum *pag. 9.* de Habeſſiniâ indifferenter prædicare, & tamen id mox *pag. 10.* ex relatione noſtrâ limitare. Et ſic in aliis quoque locis parum accuratum Epitomatorem ſe præbuit, ut Latinè intelligentibus tutius ſit ad ipſos fontes recurrere. Nam

Belgica. *Tutiùs ex ipſo fonte bibuntur aqua.* Id benè obſervavit *Translator Belgicus VVil-* 60
helmus Calebius Vltrajectinus. Qui animadvertens Gallicum Epitomatorem multa notabilia ad Religionem ſpectantia omiſiſſe, adeò, ut id quod mihi falſò objecerat, in illum verè retorqueri poſſit; ea ſupplevit, multòque pleniùs tranſtulit. Quamvis & ille multa notatu digna omiſerit, indictâ causâ. Ex. gr. *Caput de animalibus quadrupedibus* ille cum ſimiis finivit, nihilque neque de Monocerotibus neque de Callitrichibus addidit, & tamen harum effigiem depinxit, inſcribens HIENE. Quid non dicent animalium periti de tanta editoris incuriâ, quòd meam figuram non meliùs aſpexerit.

Moscovitica. Dum iſta ſcribo, nuncius mihi venit ex Suecia ab amico è Moſcovia reduce, 61
(*b*) Hiſtoriam meam non ita pridem in Linguam Slavo-Ruſſicam translatam fuiſſe, idque juſſu *Tzaris*, ſeu *Autocratoris Ruſſorum*, cui dictum fuerat, Habeſſinos multa ex Orientalis Eccleſiæ ritibus atque dogmatibus retinere. Igitur negotium datum fuit tribus regiis interpretibus, *Nicolao Spathario* Moldo-Wallacho. *Bielobotzkio* Polono, & *Stacheo Gadzalovvskio*, è Ruſſia alba oriundo, quibus acceſſit quartus *Hubnerus Germanus.* Quid præſtiterint iſti, ſuo tempore cognoſcemus.

(*b*) Is eſt *Ioan. Gabriel* Spartwenfeld Suecus, inſigni doctrina & variarum linguarum cognitione præditus, in literis d. 23. Febr. & 6. Aprilis An. 1689. ad me datis.

FINIS COMMENTARII
Ad
PROOEMIUM.

IOBI

IOBI LUDOLFI
alias Leutholf dicti

COMMENTARIUS
AD

HISTORIÆ ÆTHIOPICÆ
Textum ipsum, cum Dissertationibus congruis, secundum numeros in textu positos.

LIB. I. CAP. I.

1 N°. XIV. HAbessini] Nomen hoc in toto Oriente, & nunc quoq; in Europâ Æthiopes nostri obtinent; variante parumper pronunciatione. Alii enim *Abasseni, Abassini vel Abissini* (a) *Abessini vel Ebessini* (b), multi malè *Abyssini* scribunt, quia hæc vox cùm *abysso* nihil habet commune. Nos *Habessinorum* appellationem prætulimus, pronunciationem Orientalium inptimis *Arabum* secuti. Etenim in Historia nostra (c) docuimus, originem hujus appellationis Arabicam esse, radicis حبش *Habescha*, vel *Habascha* i. e. *Convenit vel coivit turba diversarum tribuum in unum.* Hinc derivatur حبشة *Habesch* vel حبشي *Habeschi*, *Habessinus*, in plurali حبشان & احابش (*d*).

2 Non autem inusitatum est viris doctis scripturam peregrinarum vocum, tametsi receptam, corrigere, & origini vocum atque genuinæ pronunciationi accommodare; ut cùm pro *Mahomete* nunc eruditi communiter *Muhammedes* scribunt, orthographiam Arabum respicientes, qui محمد *Mo-* vel *Mu-hammed* dicunt & scribunt. Ita clarissimus *Seldenus in Uxore Hebr.* non dubitavit Æthiopes nostros *Habassenos* vocare, cujus exemplum secuti sumus. L. 3. c. 26.

3 Quòd autem vocabulum hoc tam variè & minùs bene hucusque scriptum reperiatur, in causa fuit *primò* aspiratio aspera τῦ ح *Hha* Arabum, Europæis ignota & ob id omissa; quæ profundior est, quàm simplex H. & tamen lenior, quàm *ch*, ch/ Germanorum, Belgarum & Polonorum. *Deinde* valor literæ ش ש *Schin*, Germ. Sch. Angl. *Sh.* Gall. *Ch.* Lusit. X. quæ certam figuram apud Latinos non habet, diversimodè ab Europæis exprimitur. Nam Gallorum *Habech* vel *Abech*: Italorum *Abesce*, vel *Abascia*: Lusitanorum *Abex*: Anglorum *Habesh*, pronunciatione non differunt, sed tantùm scripturâ. Ista enim omnia rectè lecta non aliter sonant, quàm Germanicum Habesch/ Abesch/ vel Abaschia/ quamvis exoticarum literarum imperitis diversissima videantur (*e*). Quod ad vocalem mediam attinet, quàmvis *Habassens* non malè dixeris, siquidem *Fatah* Arabum *a* potissimùm repræsentat; quia tamen sæpius ut *ai* Gallicum, *ä* Germanicum sive *e* balans auditur, præsertim si syllabam cum consonante finiat, uti fit in hac ipsa voce *Habesh*, maluimus *Habessini*, quàm cum Golio (*f*) *Habassini* dicere.

4 Potuissem quidem nostrâ Germanicâ dialecto Arabicæ pronunciationi convenientiùs scribere Chabeschini/ Chabeschiner/ sed quia cæteræ nationes Europææ id diversimodè, imò mirabiliter prolaturæ fuissent, maluimus ita scribere, ut diximus; quò omnes Europæi vocem hanc æqualiter pronunciare possint. Hæc de vocabuli

G pronun-

(*a*) Scaliger de emendatione temporum in notis ad Comput. Æthiopicum. Lib VII. (*b*) apud Damian. à Goes de Matthæi Armenii Legatione; de qua sup. Pr I §. 9. (*c*) Lib. I. c. 1. § 2. lit. g. not. (*d*) Gol. Lex p. 567. (*e*) Hans Jacob Bräuning in itinerario suo diversa esse putat Habassiner & Abyssiner Navig II. c. 23. p. 149. & Navig. III. c. 11, p. 256. / (*f*) in Lexico Arab. in notis ad Alferganum, & alibi passim.

Lib 1. c. 1. pronunciatione & scripturâ dicenda fuerunt, ut rationem redderemus eruditis, novæ
N. XV. hujus Orthographiæ rationes sciscitantibus. Nunc de illius significatione.

N°. XV. Radicis Arabicæ حَبَشَ Habascha significationem nu- 1
Origo vocis. mero præcedente indicavimus. Derivatum حبشة Habaschaton *colluviem* vel *mixturam tribuum* significat. Plura dantur ab eâdem radice vocabula derivata ejusdem sensus. Etymologia hæc optimè quadrat ad Historiam ipsam transfretationis Habessinorum ex Arabia felice in Africam. Quippe migrationes gentium plerumque fiunt cum confluxu omnis generis egenorum hominum, quibus domi spes nullæ sunt; ea propter alias sedes, aliamque fortunam quæsitum adunantur. Id Habessinis contigisse credibile est, hominum multitudine patriam gravante. *Sabæi* enim, ex quibus originem trahunt, *numerosissimi* erant; ut infra no: 20. hujus capitis dicetur.

Cùm verò tempore migrationis inconditum istud agmen nomen *Habesch* acciperet, probabile est, non vacuam mansisse regionem, sed alios ejusdem generis homines domi relictos, qui nomen *Habessinorum* apud Arabes retinerent. Nisi fortassis gentes è variis tribubus mixtæ hoc nomen antea in Arabia felice gesserint, ad quorum exemplum novis colonis nomen istud impositum fuit; id enim apud veteres in Arabiâ reperitur. *Stephanus de urbibus*: ΑΒΑΣΗΝΟΙ ἔθνος ἀραβίας, *Abasseni populus Arabiæ*: addit ex Uranio μετὰ τοὺς Σαβαίους χαδραμώται (g) καὶ Ἀβασηνοί *post Sabæos Chadramotitæ & Abasseni*, καὶ πάλιν. ἡ χώρα τῶν Ἀβασηνῶν *Regio Abassenorum*. Manserunt igitur post Habessinorum nostrorum discessum alii ejusdem generis in patria sua. Rectissimè quidem Golius (h) hoc vocabulum exponit: *Habassini* inquiens *Arabibus hoc nomine appellati sunt, quasi* σύμμικτοι. At rationem addens: *ideò quòd non ita, ut ipsi in tribus distincti; nam* حبش *est promiscuè congregare &c.* in eâ sententiâ fuisse videtur, quasi nationi huic in Africa jam existenti nomen hoc ab Arabibus impositum fuerit; Arabes enim Habessinis opponit, qui tamen etiam Arabes fuere, quamvis non essent in tribus distincti. Idem sensisse videtur Clariss. Guil. Beveregius (i). Sed potior nobis ratio videtur, quòd ipsi Arabes, è variis tribubus congregati, & ob id Habessini dicti, Mare transmiserint, sui similes in Arabiâ jam habentes, vel relinquentes; ut modò diximus. 2

Vana igitur atque frivola sunt alia omnia, quæ ignoratione linguæ Arabicæ gentisque historiæ de significatione atque originatione hujus vocis ab aliis proferuntur. Sed nulla indoctior est, quàm quæ deducitur ab Ægyptiaco vocabulo Αὐάσεις, AVASES (k). Id enim Lexicographi plerique *habitationes* seu domos Æthiopum exponunt & malè ad Strabonem provocant, quem tamen non inspexerunt. Is enim, quid sit,, disertis verbis narrat Lib. 17 p. m. 791. Lit. A. 3

Αὐάσεις δὲ οἱ Αἰγύπτιοι, καλοῦσι τὰς οἰκουμένας χώρας, περιεχομένας κύκλῳ μεγάλαις ἐρημίαις, ὡς ἂν νήσους πελαγίας. πολὺ δὲ τοῦτ' ἐστὶ κατὰ τὴν λιβύην. Τρεῖς δὲ εἰσὶν αἱ πρόσχωροι τῇ Αἰγύπτῳ καὶ ὑπ' αὐτῇ τεταγμέναι.

AVASES *Ægyptii vocant habitatas regiones, circumdatas circumcirca magnis desertis, quasi insulas quasdam pelagicas; frequens autem hoc est in Libya* [seu Africa propriè dicta.] *Tres sunt, quæ pertinent (l) ad Ægyptum, suntque illi subjectæ.*

Hinc καλάστικτος *maculosa, variegata* instar pardi regio illa ab eodem vocatur Lib. 2. p. 1,0. d.

Ἔοικεν παρδάλει (m) Καλάστικτος γάρ ἐστι ταῖς | *Similis est* (Africa) *pardo. Variegata enim*

οἰκήσε-

(g) Rectius χαδραμωτῖται, est enim ab Arabico حضر موت Hhadra-mot, *Habitaculum vel area mortis*. (h) In notis ad Alferganum pag. 80. (i) Annot. in Can. Concil. Trullani pag. 150. b. (k) Multi autores vanam hanc sequuntur sententiam, B. Tellezius L. 1 c. 2. p. 5. eam sic refert, quasi ea Strabonis esset, cum tamen ille tantum exponat vocabulum Ægyptiacum Αὔασις, nulla Abassiæ facta mentione. (l) Sic potius reddendum censeo quam *finitima*; quod dici non potest de regione septem dierum itinere intermediis arenis distante. Quòd autem Ægyptiacæ ditionis fuerint *Oases* illæ, dubio caret; parebant enim Oasitæ Regibus & præfectis Ægypti. Photius duos *Nomos* seu *Præfecturas Ægypti* nominat *Oasitas* L. V. Sect. 9. (m) De *Libya* seu *Africa* loquitur *Strabo*, malè de Urbe accepit *Thomas de Pinedo*, similem fuisse pardalis pelli interpunctam habitationibus, scribens.

οἰκήσεσι περιεχομέναις ἐρήμῳ ἢ ἀνύδρῳ γῇ. Καλοῦσι δὲ τὰς τοιαύτας οἰκήσεις Αὐάσεις οἱ Αἰγύπτιοι. | *est habitationibus circumdatus desertâ & siticulosâ terrâ. Tales autem habitationes Ægyptii AVASES vocant.* Lib. I. c. 1. N. XV.

4 Eadem verba pessimè exscripta & perversa reperiuntur apud *Stephanum de Vrbibus*, voce Αὔασις; Librarii, ut videtur, culpâ. Ubi etiam insufficienter exponitur πόλις Αἰγύπτου *Vrbs Ægypti*; cùm sit & regio & urbs ejusdem nominis. *Ægypti* ait, scilicet ratione ditionis & dominii, non ratione situs. Græci tales *Auases Insulas* vocaverunt; sunt enim quasi insulæ quædam terrestres villis & vicis habitatæ, & arenâ tanquam mari circumdatæ, ut si desuper eas contueri liceret, tanquàm virides insulas in arenoso mari (Sandmeer) eas conspecturus esses. Αὔασις *Auasis* autem & Ὄασις Oasis (*n*) idem prorsus est vocabulum, uti Stephanus d. l. rectè notat. Nihil enim frequentius est permutatione τοῦ *Au* in *O*, ut infra n. 17. hujus capitis docebitur. Plures dabantur Oases in Africa, quarum præcipua κατ' ἐξοχὴν *Auasis* vel *Oasis* dicta fuit, vel addito epitheto *Magna*, Græcis Μακαρων νῆσος à Samiis olim habitata, arenoso septem dierum itinere Thebis distans (*o*). Urbem habebat sibi cognominem, ut modò innuimus. Nam insulæ earumque urbes ut plurimum eadem gerunt nomina. Ista Episcopali sede prædita fuit (*p*). Ptolemæus duas tantùm nominat, *Magnam & parvam*, quarum situm docet; sed plures fuerunt, ut ex Strabone didicimus. Quædam peculiaria habebant nomina; ex. gr. Γυψεὶς *Gypseis* apud *Stephanum de Vrbibus*, quam Insulam Æthiopiæ vocat, terrestrem puto. Pinedus ad vocem Αὔασις n. 52. Hanc *Gypsum* esse putant Jurisconsulti ad Novell. 22. 8. & 142. 1. Ὕασιν verò vitiosè dici pro Αὔασιν apud eundem Stephanum in lit. Y. ablato vel deleto A. quemlibet facilè animadversurum puto.

Auasis seu Oasis. §. 4. L. IV. c. 5. p. 105. n. 52.

5 Cùm igitur istarum terrestrium insularum difficilis per arenas esset accessus & excessus, haud aliter ac insularum maris, ideò delinquentes illuc in exilium mittebantur. Sic enim Ulpianus *L. 7. §. 5. ff. de Interdict. & releg.* ait: *Est quoddam genus quasi in insulam relegationis in provincia Ægypto in Ovasin* (*q*) *relegare* (*r*). Quæ cùm rectissimè ab Ulpiano sic dicantur, mirum est *in notis Gothofredi ad h. l.* interrogari. *Cur quasi insulam vocat? Oasis non est insula, sed infestus tantùm culicibus & muscis locus.* Corrigitur à Glossatore locus *in Ovasin*, quasi olim defectuosè scriptum fuisset *iNovas in* ..... h. e. *in novas insulas*. Ridiculè planè æque ac illud, quod in *Lexico Iuridico Calvini* legitur *Oasis pœna genus*; ac si diceres: *Insulam esse pœnæ genus*. Nihilò meliùs in eodem Lexico sub voce Οὔασις dicitur: *Oasis locus desertus* in Africa, cùm dicere debuisset, *locus cultus & habitatus in Africa deserta* (*s*) ubi plures autores de hac re allegat, quos, qui volet, evolvere poterit (*t*).

Relegatio in Oasin. *Glossa ridicula.*

6 In editione Strabonis *à Casaubono Lut. Parisf. An. 1620.* facta, Ἀβάσεις *Auases* semper legitur, semel tantum Αὐάσεις *Auasis* ceu varia lectio Manuscr. in margine ponitur. pag. 813. Quæ à Viro doctissimo non dignosci nec corrigi potuisse mirum. Nam in notis ad Lib. 2. fatetur *veteres Codices mutare* (sic loquitur) N. in Y. Αὐάσεις *& hanc lectionem favere iis, qui* Αὐάσεις *scribendum censeant*; cùm tamen in notis ad *Stephanum* & *Plinium* provocet, ex quibus cognoscere poterat, veram lectionem esse Αὔασις vel Oasis non Ἄβασις. Addit Casaubonus *veterem interpretem semper scribere* Ἀβάσεις. Nempe B. & Y. secundum hodiernam Græcorum pronunciationem non differunt. Prava scriptura Ἀβάσεις per B. procul dubio favere visa fuit pravæ Abassiæ nostræ derivationi. Neque enim nomen exiguæ terræ portiunculæ ullo modò quadrat ad ingens

pag. 130. Ad Lib. 17. pag. 719.

 regnum

(*n*) Apud *Procopium Pers. l. p.* 33. legitur: οἱ Νοβάται ἀμφὶ πόλιν Ὄασιν ᾠκημένοι τὰ πρότερα. *Nobata, qui primi circa urbem* Oasin *habitabant.* (*o*) *Herodotus in Thalia l. 3.* (*p*) Kircher. *in Supplem. Prod. Copt.* Cap. IX. p. 614. (*q*) Corrige Auasin vel Oasin. (*r*) Exempla in Hist. Eccles. passim sunt obvia; Porphyrius Episcopus Antioch. *Constantium Presbyterum* in Oasin relegari curavit, tanquam turbatorem plebis, Dial. de vita Chrysost. p. 145. cujus autor p. 195. ait: Εἰσὶ γὰρ καὶ ἄλλαι Ὀάσεις &c. Idem contigit *Nestorio* Evagr. Hist. Eccl. L. 1. c. 7. Athanasius in Apologiâ ad Constantium p. 543. Edit. Commelin. *Africanos Episcopos in magnam Oasim: Thebæos verò in Ammoniacam* (regionem inter arenas à Hammonis oraculo ita dictam) *deportatos*, scribit. (*s*) Mirum accuratissimum *Harduinum* in notis ad Plin. Lib. V. p. 153. 8. *duo Oasita &c.* idem scribere: *Straboni L. 2. p. 130. Auasis nominantur, qua vox*, inquit, *Ægyptiis insulam, siticulosam desertamque regionem sonat.* Sed Strabo aliud planè dicit, ut ex ipsius verbis supra relatis cognoscere est. (*t*) Plura habentur apud Zozimum, & in excerptis Olympiodori apud Photium Cod. LXXX. p. 181.

Lib I. c. 1. Num. XV. regnum Habessinorum, non arenâ tantùm, sed mari & montibus & sylvis circumdatum, & fluminibus terminatum, aliisque regnis habitatis contiguum, nullaque ratione cum insula comparandum.

[Cæterùm de *Oasibus* istis hodiè nihil amplius auditur, sive incognitis, minusque frequentatis: sive appellatione minus intellecta: sive arenâ obrutis, quam ventus nubium instar impellit, & regiones cultas quasi fluctibus contegit, ut arenarum æque ac marium accolæ inundationem aliquam, sed siccam timendam habeant. *Michel. Ant. Baudrandus* quidem in insigni Lexico suo Geographico *Oasin magnam* nunc *Alguechet* quibusdam dici ait teste Mercatore. Parvam verò *Eleocath*, seu *Eleochet*. Verum tria ista vocabula non nisi scripturâ differunt ob elementa Arabica و & ح literis Latinis expressu difficillima. Nullus enim dubito intelligi Arabicum الواحات Elwahhât, quod vulgò pronunciant Wahh cum articulo El-Wahh. Æthiop. አለዋሕ: quæ regio est in deserto Occidentali Ægypti. Num verò *Oasin* denotet ambigo. Variant enim autores in illarum hodiernâ appellatione *Gademez* à *Zieglero* vocari ait Baudrandus. Idem nomen adscripsit Mercator ad *Ptolemæi Oases* (*u*). Utrique nunc nomen esse *Agazar* ait Harduinus (*x*). Autorem nullum nominat. Variatio ista rem incertam reddit; & deest sufficiens autoritas, ut verear viros istos doctos falli.] 7

Hodierna appellatio incerta.

Nunc ad scopum redeo. Dantur alii, qui Habassiam nostram derivare co- 8
Abasha. nantur ab urbe quadam Regni Adel *ABAXA* (*y*) (*Abascha*) dicta; quæ P. Alph. Mendezii Patriarchæ Lusitanici conjectura fuit, nullâ ratione adhibitâ (*z*), nec nomen istud mihi aliàs in Regni illius historiâ occurrit. Alii à Provincia quadam Æ-
Abissi thiopiæ *Abissi* Presbytero Johanni subjecta (ut d'Avyti scribit) mihi prorsus ignorâ. Sed in exponendo alicujus regionis nomine, non sufficit vocem aliquam affinem adducere, sed etiam simul rationem Historiæ & rei convenientem proferre oportet; quod à plerisque Etymologis negligitur. *P. Emanuel d' Almeyda* Telle-
L. I. c. 5. fin. zio teste scribit: *Nomen Abassia non habere notam aliquam significationem*, scil. in linguâ Æthiopicâ, secus in linguâ Arabicâ, quam ille ignoravit, quæ sola veram originem huic genti & vocabulo tribuit.

No. XVI. Habessinorum nomen in libris suis non agnoscunt
Pr. I. §. 9. Æthiopes.] Matthæus Armenius in relatione sua supra allegata vocaverat eos 1
Ebessinos; ea propter in eum invehitur *Tzaga-Zaabus* (a) de Rege suo scribens: *Nec est nominandus (ut Matthæus falsò indicavit) Imperator Abessinorum, sed Æthiopum.* Scilicet Matthæus cum reliquis Orientalibus illum *Sultan-el Habesch Sultanum Habessinorum* vocaverat. At nunc temporis huic nomini magis assueverunt. Nec Gregorius dedignabatur vocari *Habessinus*, & in literis suis ad me sæpius usus est ap-
Pr. 13. §. 39. pellatione ሐበሺ *Habesch* cùm de se vel de popularibus suis loqueretur.

Equidem inficiari non possumus, vocabulo Arabico حبشة *Habesch* idem con- 2
tigisse quod plerisq; gentilibus nominibus, ut ad ignotos populos remotiores, quam-
Inf. I. c. 1. n. 17. §. 3. vis linguâ & moribus diversissimos extenderetur. Ita ut successu temporis appellatio hæc Arabica non tantùm Habessinos propriè dictos sed quosvis alios Æthiopes comprehenderet, sicuti olim Æthiopum nomen nigris omnibus tributũ fuit, ut numero sequente pluribus dicetur. Hinc est, quòd *Arabicus S. Scripturæ interpres*, ubicunq; modo in LXX. Interpretum Græcâ, aut Syriacâ versione (eas enim sequitur) Æthiopiam vel Æthiopes reperit, per حبشة vel حبشي *Habessiniam* vel *Habessinos* constanter exponat, ut Jer. XIII. 23. ليبدل الحبشي جلده *Mutabitne Habessinus* (i. e. Æthiops) *cutem suam.* Germ. **kann auch ein Mohr** (Maurus i. e. Æthiops) **seine Haut verwandeln** 2c.

[Obiter notandum translationem hanc viris doctis in pretio non esse. Ne versiones quidem modò dictas *Kata nida* sequitur, sed liberè evagatur, & paraphrasten, 3

cum

(*u*) in editione Jodoci Hondii L. IV. c. 5. p. 105. (*x*) in not. ad Plin. paulo ante lit. *f.* allegatis. Confer Geographiam Sacram Caroli à S. Poculo. p. 282. (*y*) *Principal cidade* dicit quidem d. l. Tellezius; cùm tamen non *Abaxa*, sed *Auçagurellè* sit Regni illius Metropolis, ut idem testatur (*z*) nisi quod Regnum *Adel* Æthiopiæ vicinum, & *Negashis* olim istud sibi subjectum habuerint. B. Tell. I. 2. p. 5. b.
(*a*) in Confess. sua Fid. Pt. I. §. 13.

cum libet, agit. Quamvis enim *Syrus* vocabulum כוש Gen. 2.13. & כושית Num. Lib. I. c. 1. N. XVI.
12. 1. cautè retineat, ille tamen pertinaciter حبشة *Habeſſinam*, vel ſecundum ſenſum ſui temporis *Æthiopiam* reddit; adeóque Moyſis uxorem, quæ revera *Cuſæa* ſeu *Madianitis* erat, d. l. facit حبشا *Habeſſinam* ſeu *Æthiopiſſam*. Ita quoque alibi vertit, ut *Pſ.* 67.32. 71. 8. & 73.15. 86. 4. *Jer.* 48. 7. al. 45. 7. & 39. 16. al. 46. 16. *Amos* 9. 7. Unum *Jobi* locum c. 28. 19 cum omnes potuiſſet, (ubi Syrus habet [illegible] *Margarita Cuſæa*,) reddidit per vocabulum *Cush* nempe جوهر كوش quod idem eſt. Interpres iſte & alibi nationes mirè confundit, ut videre eſt 1 *Paral.* 1. 4. de quibus alibi. Id tantùm ſilere non poſſumus, quod Gen. 10. 6. filium Chami, *Cush*, (nomen proprium à Syro & Græcis rectè retentum) reddiderit الحبشة *Æthiopem* (b) quia ſc. illius tempore nomen כוש à Judæis promiſcuè pro Æthiopibus accipiebatur. Mox tamen ipſum vocabulū retinet, وكوش اولد نمرود *Et Cush genuit Nimrodũ* ibid. v. 8. Sed nos de Cuſæis infra prolixè tractabimus. Quin & Arabicus N. Teſtam. Interpres Eunuchum Æthiopem expreſsè vocat حبشة *Habeſſinum*: & Reginam Æthiopiæ Reginam *Habaſſia*, eodem ſenſu quem modò innuimus.] L. 11. c. 3. n. 16.

4 Interpretes Alcorani in *Surata Locman* (c) qui nobis Æſopus eſt, docent: *illum* Sur. 31.
fuiſſe حبشة *Habeſſinum* i. e. *Æthiopem*, quia ſcil. *Æſopus* Græcè idem eſt ac *Æthi-*
ops, id eſt: *Homo niger*. Ex quibus liquet nomen ſpeciale gentis generale omnium
Æthiopum factum eſſe. Mox alia appellatio Æthiopum apud Arabes invaluit, ut
non amplius حبشة ſed سودان *Nigri*. *Negros* Hiſp. dicerentur, ad æquivocatio-
nem vitandam. Igitur, cum apud Arabicos ſcriptores nomen حبشة *Habaſſia*
vel *Habeſſinus* reperitur, cautè diſpiciendum eſt, ne ſpecies cum genere confundatur;
ex. gr. Cùm Geographus Nub. (d) ſcribit: بلاد النوبة وبعض بلاد الحبشة *Regio Nu-*
bia & quædam (pars) *regionis Habaſſia* non *Æthiopia*, reddendum eſt, ut Inter-
pretes (e) Latini fecerunt. Eum enim de Habaſſia in ſpecie agere ex eo liquet, quòd
5 Nubiam contradiſtinguat Æthiop. quæ indubiè iſtius pars eſt. Eutychius Alexan-
drinus (f) اجناس سودان *genera* ſeu *nationes Nigrorum* ſive *Æthiopum* recenſet, &
inter eas etiam والنوبة & الحبشة nominat; Iſtud hoc loco male redditur *Æthiopes*
cum ſit reddendum *Habeſſini*. Aliàs idem eſſet, ac ſi diceres, *Genera Æthiopum ſunt*
Æthiopes & Nubai &c. Neque etiam سودان dicto loco reddere oportebat *Nigritas*
(g), ſed *Nigros*, id eſt, *Æthiopes*. Nam ساد ſignificat *Niger fuit*. سَوَادٌ
Nigredo. Nigritarum autem nomen ſpecialiter competit iis populis, qui prope *Ni-*
gris fluvium habitant. Plinius ait: *Super Leucæthiopes Æthiopum gentes Nigritæ,* L. V. c. 8.
6 *à quo dictum eſt, flumine*. Alioquin ubi æquivocatio non timenda, Habeſſinos
καθ' ἐξοχὴν *Æthiopes*, ut excellentiſſimos inter eos, non malè nominaveris, prout & ipſi
ſemet appellant, & nos cum pleriſque eruditorum Eccleſiam & linguam eorum
Æthiopicam vocamus. At ubi ab aliis Æthiopibus diſtinguendi ſunt, præſtat eos
Habeſſinos vocare.

1 N°. XVII. Æthiopes vocari malunt Habeſſini noſtri] Confuſiſſimam fuiſſe veterum Geographiam in confeſſo eſt. Ne orbis quidem partes rectè diſtinguere ſciverunt. Fuerunt enim, ut *Salluſtius* ſcribit: *qui Orbem terra in duas tantum partes dividerent, & Africam in Europâ ſitam opinarentur*; quô hodie nihil abſurdius dici poſſet. Bello Jug. c. 17. Plerique Ægyptum in Aſiâ collocaverunt; ſic enim *Pomponius Mela*: *Aſia prima pars Ægyptus inter Catabathmon & Arabes*. L. 1. c. 9. Ipſe *Salluſtius Africam ab Ægypto diſtinguit declivi loco, quem Catabathmon incolæ appellant*. d. c. 17. Alii Ægyptum partim ad Africam, partim ad Aſiam pertinere cenſuerunt, Nilo dividente, quod aliis τῶν ἐγκλημάτων τὸ μέγιστον peccatorum maximum viſum fuit. *Strabo* hoc meritò rejicit, de Iſthmo inter mare rubrum & mare mediterraneum ſic diſſerens: L. 1. p. 35.

 Οἱ χα-

(b) Non *Æthiopiam* ut eſt in verſione Bibliorum Polyglot Anglicorum; neque enim regionis nomen viro competit. (c) Locman nihil aliud eſt, quàm Alcman; Mahumedes procul dubio in hac voce deceptus fuit, Æſopum intelligens, cùm Alcman ſit nomen Lyrici Poëtæ Græci. (d) P. IV. clim. I. in principio. (e) Gabriel Sionita & Joannes Heſronita. (f) in Annalibus ſuis pag. 54. (g) Quod tamen faciunt pleríque interpretes, Gol. in notis ad Alfergan. p. 89. بلاد السودان. *Regio Nigritarum* pro *Regio Nigrorum* i. e. *Æthiopum*.

L.I.c.I. N.XVII. Οἱ χαριέστεροι τῶν διαιρούντων τὴν Ἀσίαν ἀπὸ τῆς Λιβύης ὅρον εὐφυέστερον ἡγοῦνται τοῦτον τῶν ἠπείρων ἀμφοῖν τὸν κόλπον, ἢ τὸν Νεῖλον.

Præstantiores inter eos, qui Asiam ab Africa dividunt, terminum commodiorem censent hunc utriusque continentis sinum [Arabicum sc.] *quam* [in antiqua versione pessimè *aut*] *Nilum.*

Addit rationes, quæ postea inter Geographos prævaluerunt. Tanta fuit veterum in constituendis regionum finibus discordia. Quæ propterea præmittere voluimus, ne quis miretur Æthiopes a veteribus in Asiâ poni, cùm quidam Ægyptum ipsam ad Asiam partim spectare crederent; ut modò diximus.

Æthiopia propr. dicta. Cæterum *Æthiopiæ* nomen olim modò *strictè* modò *latissimè* acceptum fuit. 2
Strictè accipitur, cùm de Æthiopia Africanâ propriè dicta sermo est, quæ fuit regio Ægypto a meridie contermina, *Meroen* pro *Regia* habens. De incolis ejus, Æthiopibus in specie ita dictis, accipienda sunt, quæ veteres Græci profani scriptores, de illorum antiquitate, pietate, justitia, nec non bellis cum Ægyptiis gestis, tradiderunt. Diodorus Lib. III. pag. 143. Lit. C.

Αἰθίοπας τοίνυν ἱστοροῦσι πρώτους ἀνθρώπων ἁπάντων γεγονέναι, καὶ τὰς ἀποδείξεις τούτων ἐμφανεῖς εἶναι φασίν· ὅτι μὲν γὰρ οὐκ ἐπήλυδες ἐλθόντες, ἀλλ' ἐγγενεῖς ὄντες τῆς χώρας, δικαίως αὐτόχθονες ὀνομάζονται, σχεδὸν παρὰ πᾶσι συμφωνεῖται.

Primos mortalium omnium Æthiopes fuisse ferunt, atque istius rei demonstrationes evidentes esse; siquidem non advenæ aliunde advenientes sint, *sed innati regionis; ideoque merito indigenas vocari, idque ferè ab omnibus concorditer asseritur.*

Qua asseveratione nihil clarius dici potest. Et paulo post:

Φασὶ δὲ παρ' αὐτοῖς πρώτους καταδειχθῆναι θεοὺς τιμᾶν, καὶ θυσίας ἐπιτελεῖν καὶ πομπὰς καὶ πανηγύρεις, καὶ τἆλλα δι' ὧν ἄνθρωποι τὸ θεῖον τιμῶσι. διὸ καὶ τὴν παρ' αὐτοῖς εὐσέβειαν διαβεβοῆσθαι παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις.

Aiunt apud eos primum *ostensum fuisse quomodo Dii colendi, & sacrificiis placandi, aliisque ceremoniis ac solennibus (ut homines solent) honorandi. Ideoque apud ipsos pietatem magis quam apud cæteros homines valuisse.*

Homerus Iliad. Α. *423.*

Ζεὺς γὰρ ἐπ' Ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας.

Jupiter enim super Oceanum ad inculpatos Æthiopes &c.

Heri profectus est &c.

Igitur vetustissimis temporibus optimæ famæ habebantur Æthiopes propriè 3
ita dicti, supra Ægyptum colentes, quorum proprium & genuinum nomen hodiè nescimus. Nam Æthiopes aliquos vocare est tantùm à colore describere. Quia vocabulum *Æthiops* Αἰθίοψ non Æthiopicæ, sed Græcæ originis est, quasi diceres αἴθων
Æthiopia latè sumta. τὴν ὄψιν *Adustus faciem, ab* αἴθω *ardeo,, &* ὄψις *facies (h).* Quapropter sensu latissimo de omnibus nigris hominibus sine nationum differentiâ olim acceptum fuit, & adhuc hodiè accipitur (*i*). Hinc proverbia Αἰθίοψ οὐ λευκαίνεται, *Æthiops non albescit*, & Αἰθίοπα σμήχειν *Æthiopem abstergere*, sive *lavare*, de vano labore. Vernacula vocabula ein 4
Moro. Mohr unde? Mohr / Gall. *un More*, Italis, Hispanis, & Lusitanis *Moro*, à Latino *Maurus* originem traxere. Quæ appellatio, ut sæpe fit, casu orta; cùm nigri homines ex *Mauritania* fortè advecti, *Mauri* dicerentur, vulgus hoc nomen non de natione, sed de genere hominum nigro accepit, & ad omnes ejusdem coloris gentes extendit.
Au in O. *Au* verò per *O* efferre non Gallis tantùm in omnibus vocibus, sed & aliis nationibus frequentissimum est, ut:

Αὖλαξ. ὦλαξ.	*Lora*, Laur / *aliis* Lohr.
Auris, Ohr.	Kauffen / Koopen.
Caudex, *Codex*.	Lauffen / Loopen.
Caulis, Kohl.	Augh / Oogh. *Slavis*
Claustrum Closter.	*Oko*, *Oculus*.

Plaustrum sive Plostrum; hinc diminutivum Plostellum; & similia infinita. Hac ratione à MAURO, *Moro*, Mohr / Æthiops dictus fuit.

[Græci hodierni ex proprio *Maurus* appellativum Μαῦρος *Niger* fecerunt. Hinc Μαυροθάλασσα, *Mare nigrum*, i. e. *Pontus Euxinus*.]

Hodie

(*h*) Plinius Græcorum fabulas secutus *Æthiopiam ab Æthiope Vulcani F.* dictam scribit. L. VI c. ·o. (*i*) B. Tellez L. 1. c. 3. rectè ait: *Istud nomen Æthiopia valde generale est, & comprehendit omnes eas regiones, quarum habitatores nigri coloris sunt, quos omnes vocare solemus Æthiopes* Consentit *Hornius* allegatus in Curtio Blancardi, 4. 8.

5 Hodie Æthiopes ab Hispanis & Lusitanis *Negros* i. e. *Nigri* dicuntur: At *Moro* L. I. c. I.
cum dicunt, sectâ Muhammedanum intelligunt; quòd Æthiopes hujus sectæ ferè N. XVII.
essent. Sic Tellezius passim: *casta Moro* h. e. *Sectâ* seu *religione Muhammedanus.* Negros
Fefellit hoc *Nicolaum Godignum*, qui incolas regni Dancalè in Lusitanorum relatio- Nigri.
nibus *Moros* vocari legens, imperitè scripsit: *Incolæ Mauri genere* [nihil minus, cum a L. I. c. 4.
Mauritaniâ sexcentis parasangis absint] *sectâ Mahumedani sunt.* p. 14.

6 Diximus paulo ante Æthiopum nomen ad multas alias gentes extensum fuisse.
Appositè Seldenus (k) *Æthiopum nomen aliis etiam in terris subinde veteribus collocatur;
imò & per totam interdum Libyam seu Africam, ut expressim Ezechieli Tragœdo apud Euse-
bium de præpar. Evang. L. 9. c. 28. quemadmodum fermè nonnullis Indorum nomen per
Asiam & Celtarum per Europam.* Nos hac de re mox pluribus agemus. Sci-
licet contingere solet, ut nomen gentis notæ ad alias contiguas remotiores, proprio
suo nomine ignotas, etsi moribus & linguâ inter se diversissimas, porrigatur, ut supra n. 16. § 2.
monuimus. Sic veteres Græci Septentrionis populos uno vocabulo *Scythas*, Occi-
dentis, *Celtas* & *Iberos*, vel mixtè *Celtiberos*: Orientis *Indos*, Meridiei *Æthiopes* dixe-
re; ut *Strabo* scribit: rectissimè addens, *sub uno nomine gentes uniuscujusque plagæ* L. I. p. 33.
comprehendi solitas propter ignorantiam sc. nominis proprii. Hoc est quod *Plinius*
de Persis dicit. *Ultra sunt Scytharum populi. Persæ illos Sacas in universum appellavere* Lib. VI. c.
a proxima gente. Pariter & nos omnes Asiæ Septentrionalis populos hodie in uni- 17. ap.
versum *Tartaros* vocamus à proxima gente: omnes Æthiopes *Mauros*, Mohren/ Hard. S. 19.
at Zonæ torridæ gentes toto hemisphærio inter se distantes, imo ipsos *Americanos*,
Indos impropriissimè appellamus.

7 Eâdem ratione *Arabes & Orientales reliqui*, omnes Europæos, peculiariter La-
tinæ Religionis homines, *Francos* appellant; & ipsum Habessinorum nomen الحبش
(ut numero antecedente diximus) ita degeneravit, ut jam à multis seculis omnes
Æthiopes Arabicè sic vocentur. Idem contigit olim vocabulo Hebræo כוש *Cush*,
nec non *Nubæis* imò & mari *Edomæo* seu *rubro*, ut infra dicetur. Quin & duæ ingen- I. 2. 26. 9.
tes partes Orbis terrarum *Asia* & *Africa*, a duabus istis parvis provinciis, quas nunc & L. 2. c. 5.
minores vocamus, simili extensione, appellationem suam acceperunt. Fines 16.
vero illarum gentium, quas modò nominavimus, alii alios esse putaverunt; hinc
factum, ut ab aliis *Æthiopia in Indiam*, ab aliis vice versa *India in Æthiopiam* porrige-
retur, adeoque *Æthiopes in Asia*, speciatim in Arabia, *Indi in Africa* collocarentur.
Quapropter si scriptores veteres Ecclesiasticos & partim profanos de Æthiopibus
vel Indis loquentes legeris, nisi ex situ locorum, indole gentis, aliisque circumstan- Indiæ &
tiis æstimare possis, de qua gente in specie sermo sit; certò persuasum tibi habeas, te Æthio-
nihil plus scire, quàm quòd hoc vel illud in aliqua parte terræ, Orientali vel Australi piæ signi-
8 contigerit. Cavendum igitur, ne statim ad Habessinos vel Æthiopes aut Indos ficatio am-
propriè dictos applices, quæ uspiam de Æthiopia vel India leguntur (l) vel dicuntur; bigua.
aliàs insuperabilibus dubiis temet intricabis, nec magis intelliges Europæ Scriptores
de Æthiopia differentes, quàm si Arabes de Francis loqui audiveris. (m) Exempli
gr. cum Plinius scribit: (n) *Ægyptiorum bellis attrita est Æthiopia vicissim imperitando
serviendoque, clara & potens etiam usque ad Trojana bella Memnone regnante &c.* Id cer-
te non accipiendum est de Æthiopibus Arabiæ: neque etiam de Æthiopibus ultra Bello Jug.
Gætuliam, de quibus Sallustius: *Post Gætulos Æthiopes esse*; sed de iis, qui supra c. 19.
Ægyptum juxta Nilum degunt, Ægyptiis confines, quos supra latè descripsimus. §. 2.
Sic cùm in novo Testamento *Eunuchi Reginæ Æthiopiæ Candaces mentio fit*, de nulla Act. 8. 27.
alia Æthiopia quàm de eâdem ista propriè dicta id accipi oportet; quia scimus
Reginas Insulæ Meroës (in qua fuit Regia Æthiopum veterum indigenarum) *Canda-
ces* communiter dictas fuisse; ut infra pluribus dicetur. *S. Matthæo Apostolo Æ-
thiopiam* sorte obvenisse tradunt Historiæ Ecclesiasticæ scriptores (o). Quænam
regio

(k) in Uxore Ebraica L. 1. c. 26. p. 392. (l) In hunc lapidem impingunt autores innumeri. *Sandoval de Inst. Æthiop. Sal. P. 1. Lib. 2. c. 21.* De successione Regum Habassiæ (*Presb. Joh.*) acturus ex *Diodoro Sic. Strabone* &c. prorsus insipida, & planè huc non pertinentia refert. (m) De quibus n. 10. & seqq. plenius agendi locus erit. (n) Lib. VI. c. 29. ap. Harduin. S. 35. (o) Ruff. Lib. I. c. 9. Socr. Lib. I. c. 19.

Lib.I.c.1. N.XVII. regio sit, ambigi potest, mihi *Æthiopia propriè dicta* fuisse videtur, inter Ægyptum & Habasiam media; ut intra n. 25. fusiùs docebimus.

Abassia malè distinguitur. Recentiores Geographi Abassiam nostram, ut ab aliis Æthiopum regionibus 9 distinguant, modò *superiorem*, modò *inferiorem Æthiopiam*, nonnulli etiam *Orientalem* appellant, quòd in Orientali Africæ plaga sita sit. A quibusdam etiam *interior* vocatur, & opponitur *exteriori*, tanquam propiori. Etenim *interiores* vocantur Historicis partes regionum remotiores, ut τὰ ἐνδοτέρω τῆς Ἰνδῶν ἔθνη Item οἱ ἔνδον τῆς καθ' ἡμᾶς Ἰνδῶν. *India interior*, i. e. remotior, de quibus alibi. Verùm omnes istæ divisiones, quia situm non accuratè sed ambiguè distinguunt, vanissimæ mihi videntur.

Æthiopum color. De *nigredine Æthiopum* hic agere nostri non est instituti. Plerique ardoribus 10 solis atque zonæ torridæ id tribuunt. Verùm etiam intra solis orbitam populi dantur, si non planè albi, saltem non prorsus nigri, multi extra utrumque Tropicum à media mundi linea longiùs absunt, quàm Persæ aut Syri, veluti *Promontorii bonæ spei habitatores*, & tamen isti sunt nigerrimi. Si Africæ tantùm & Chamiposteris id imputare velis, *Malabares* & *Ceilonii* aliique remotiores Asiæ populi æquè nigri excipiendi erunt. Quòd si causam ad cœli solique naturam referas, cur homines albi in illis regionibus senescentes non nigrescunt? Ast qui ad occultas qualitates confugiunt, melius fecerint, si sese nescire fateantur. Præstat enim ignorantiam fateri, quàm vanâ causâ simplicioribus imponere, à sapientioribus autem derideri. Quis enim prudens omnium rerum causas scire ab uno homine etiam sapientissimo flagitaverit? Nos hæc atque alia talia naturæ miracula otiosis hominibus incassum disputanda relinquimus. Id tantùm falsum esse cum Philosopho credimus, quòd Herodotus vanâ, ut puto, conjecturâ tradidit: ἡ γονὴ αὐτῶν οὐ καθάπερ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἐστὶ λευκή, ἀλλὰ μέλαινα καθάπερ τὸ χρῶμα

Invisum nomen & omen. Postremò hic dissimulandum non est, Æthiopum nomen nonnullis sequioris 11 seculi scriptoribus Latinis, *Diabolos* significare, ut *Caspar Barthius* in adversariis suis observavit (*p*). Imò Æthiopis occursum pro ferali signo Romanis habitum fuisse (*q*). Quem verò non terreret Æthiops antea nunquam visus, nec auditus? Gregorius tamen asseverabat: *idem simplicioribus sua gentis, viso homine albo, contingere.*

N°. XVIII. Verbum Æthiopicum ገዐዘ : vel ጋዘ : Geeza, 1 (*r*) duas significationes habet, (1) *Castra movit cum toto exercitu, vel cum omnibus copiis profectus est.* (2) *Libertatem adeptus*, vel *liber factus est.* Utraque huc apprimè quadrat, sive à profectione, sive à libertate nostros አግዓዝያን : *Ag-azianos* id est *Habessinos* denominare velis. Ag-azi autem Hominem liberum, *Francum* denotat in Lingua

Habessini Franci. Æthiopica, ብሔረ : አግዓዚ : (*s*) Regio Liberorum vulgò Francorum Æthiopia dicitur. Sic enim Gregorius de semetipso in epistola supra relata: Pr. 13. §. 29.

እስመ : እንግዳ : አነ : ዘመጻእኩ : እምብሔረ : አግዓዚ : ርሑቅ : ዘውእቱ : ኢትዮጵያ ፡፡ | *Quia peregrinus sum, qui veni e regione Ag-azi longinqua, quæ est Æthiopia.*

Sic Poeta meus de Jacobo quodam canit (*t*): ብሔረ : አግዓዚ : በጺሖ : *Cum in regionem Ag-azi, i.e. Æthiopiam venisset.* Et de *Alepho* uno ex novem sanctis: ብሔረ : አግዓዚ : ብሔረ : ፍልሰቱ : *Regio Ag-azi regio obitus ejus* (*u*). Et de *Theodoro* Rege Æthiopiæ:

ሰ : ለከ : ለብሔረ : አግዓዚ : ንጉሠ :
Pax tibi regionis Ag-azi Rex,
ቴዎድሮስ : ወልደ : አንበሳ ፡፡
Theodore fili Leonis. &c.

Æthiop. nomen speciale. At vocabulum ገዐዘ : *Gheez* propriè & peculiariter Æthiopiam nostram significat. 2 Idem Poëta de conversione Æthiopiæ per S. Frumentium facta canit: (*x*)

እስከ : ዮም : ትትፌሣሕ : ወትትሐሠይ : ገዐዘ :
Usque in hunc diem lætatur & exultat Gheez, i. e. *Æthiopia.* Hinc

(*p*) Lib. III. c. 2. & L. XXXII. c. 5. & L. LIX. c. 12. (*q*) Florus de bello Cassii & Bruti Lib. IV. c. 7. n. 7. Plutarch. in Bruto. (*r*) Arabicè جاز *Progressus est.* *Abivit* اجتاز Præteriit, Transiit. Quæ significationes pro scopo nostro faciunt. (*s*) Singularis est, per enallagen numeri sic positus. (*t*) Enc. 9. August. 14. 3. (*u*) Enc. 12. Mart. 1. 2 & 19. Iun. 3. (*x*) Enc. 18. Dec. 3. 5.

Hinc ልሳን : ግዕዝ : nihil aliud eſt, quam *lingua Æthiopiæ* ſive *Æthiopica.* በግዕዝ : Lib. I. c. 1
elliptice dicitur *in Æthiopiæ* ſcil. *linguâ*; i. e. *Æthiopice.* Inepti plane ſunt qui ልሳን : N. XIX.
ግዕዝ : *Linguam liberam* vertunt, & de libertate ejus bellè fabulantur. Sicut illi, qui כתב אשורית *Scripturam Aſſyriacam*, ſcil. *vulgarem Hebræam Iudæorum* exponunt *Beatam*, quos meritò deridet *VValtonus* (y). Ἄτοπον enim prorſus eſt *libertates & beatitates* linguis & literis adſcribere.

N°. XIX. De Francis Rhenum tranſeuntibus, & quo tempore
1 migratio Habeſſinorum ex Arabia in Africam facta fuerit. *Francorum* nomen tertio ſeculo cœpit; quippe *Sicambri*, Germanica gens, cum aliis nationibus propè inferiorem Rheni ripam incolentibus mixta, contra Romanos libertatem ſuam armis defenderunt; ac ſemet **Francken** *Francos* appellaverunt, vocabulò ex **Frey** vel **Fry** & antiquo **Ancke** vel **ancke** *vir, homo,* compoſitò, & ob concurſum vocalium per Synalœphen contracto; quaſi **Freye Ancken / Freye Leute /** *viros liberos*
2 diceres. Nomen **ancke** adhuc in Saxonia durat, *ubi ſecundus à villico* in prædiis nobilium vocatur **der ancke/** ut & Erfurti ſecundus in cerevifiariis officinis. Sed notiſſimum & in tota Germania uſitatum eſt diminutivum **ancklein** *Nepos*, q. d. *virunculus.* Mirum, derivationem hanc, quæ reperitur in etymologiis Germanicis *Althameri* Tacito ſubjunctis, *Iohanni Iſaaco Pontano* (z) non placuiſſe, cum genuina & naturalis ſit, illa autem quam de haſtæ quodam genere *Franceſca* dicto profert, planè habeatur ignota & nimium coacta. Franci autē ſæpius Rhenum transgreſſi & regreſſi, variaque fortuna uſi, tandem ſedem ſuam Moſam inter & Rhenum ſtabiliverunt, nomenque ſuum illi parti Galliæ impoſuerunt, & poſtea dilatarunt.

Francken Franci.

3 Sed ut ad ſcopum noſtrum tendamus, Habeſſinos ex Arabia veniſſe, nemini dubium eſſe arbitramur. Nec difficile erat anguſtum quatuor vel quinq; millium paſſuum (a) fretum Maris rubri trajicere. Argumenta in tali cauſa adhiberi ſolita & hic in promtu ſunt.

Arabica origo Habeſſinorum.

1. *A cultu ſacro*; Etenim Sabæi priſci Solem, Lunam, & gentiles dæmones adoraverunt (b); idem ante converſionem ſuam fecerunt Habeſſini.

2. *A ritibus*; Illi circumciſionem uſurparunt, quam hi in hunc uſque diem retinent.

3. *A corporis forma*; Quia habitus corporis, vultus atque coma originem Aſiaticam arguunt, neque enim labra turgida, naſum ſimum, aut crines adeò tortos habent, ut Africani Æthiopes (c), neque tam nigri ſunt.

4. *A ſermone congenere*; Nam lingua Æthiopica cum nullâ aliâ magis quàm cum Arabica convenit. Hiſt. Æth. I. 15. 11.

5. *Ab autoritate*; Abaſſenos in Arabia memorat *Stephanus* περὶ πόλεων, & juxta Sabæos coluiſſe refert, in voce ΑΒΑΣΗΝΟΙ.

4 Igitur *Scaliger* (d) rectè ſcribit: *Habeſſinos non eſſe* Αἰθίοπας αὐτόχθονας i. e. *Æthiopes indigenas, ſed ex Arabia illuc traductos*; & mox: *Sine dubio ex Arabia oriundi ſunt &c.* Sed quæ addit, cenſuram admittunt, quam ſtatim dabimus

5 Quando autem ſedes ſuas mutaverint atque in Æthiopiam trajecerint? ardua quæſtio eſt. A nemine veterum id diſertè traditur; igitur argumentis & conjecturis agendum. *Scaliger* admodum recentem Habeſſinorum ex Arabia in Africam tranſitum facit. Cum n. Procopii Gazenſis verba de Sabæis rectè & verè dicta proferret:

d. l. ad Lib. 1. Reg.

H Ἔθνος

(y) In Bibl. Polyglott. Proleg. III. n. 13. (z) Lib III. c. 1. n 3. & 8. *Malim cum Iſidoro Franceſcam à Francis, quam Francos à Franceſca derivare*, Pontanus ait Attamen vox iſta ne formam quidem Germanici vocabuli habet, nec commodam præbet derivandi rationem, ut aliam quamlibet Francorum originationem huic prætulerim. (a) Medium eorum, quæ autores narrant, ſumſimus, à nullo enim menſuratum putamus fretum hoc, ſed diverſos diverſimodè ſecundum aſpectum externum arbitratos eſſe, ut videre eſt apud *Bochartum in Geogr Sac. Lib* II. c. 23. *p m.* 143. (b) *Philoſtorgius Lib.* III. §. 4. His & ſimilibus argumentis utitur *Tacitus* originem Britannorum a Gallis vicinis derivans. *Eorum ſacra deprehendas*, inquit, *ſuperſtitionum perſuaſione.* (c) Vide Hiſtor, noſtram Æth. I, 14. 28. (d) de emend. temp. Lib. VII. in Comp. Æth p. m. 680.

Lib. I. c. 1. N. XIX. Ἔθνος δὲ ἐστὶν Αἰθιοπικὸν, ὀνομάζουσι αὐτοὺς Ὁμηρίτας. Καὶ ἀντικρὺ δὲ εἰσὶ τῆς Αὐξωμιτῶν, μέση δὲ τούτων ἀμφοῖν ἡ θάλασσα. | [Sabæorum] *Gens est Æthiopica. Appellant eos Homeritas. Habitant è regione Axumitarum, mari inter utrosque medio.*

Ex iis malè concludit: Habessinos tempore Procopii nondum trajecisse. Vixit Procopius circa tempora Justiniani; hoc est, circa annum Christi 530. Sed si ex dictis illis argumentum quodpiam pro Scaligero elici posset, non Procopii sed *Theodoreti* seculum respiciendum fuisset. Iste enim verba hæc ad Lib. 3. Regum habet, quæ qu. 33. Procopius more suo exscripsit: idque Vir ille magnus non animadvertit. Vixit autem *Theodoretus* tempore *Theodosii Iunioris*, centum ferè annis ante Procopium. Sed nec hoc intervallum incautæ assertioni adminiculatur.

Scaliger refutatur, Scaliger hypotheses quasdam fingit, & confundit, quæ nunc examinandæ veniunt. 6

1. Abassenos eosdem facit cum Homeritis, & hos eosdem cum Axumitis, pag. 680. nullâ nisi temporis distinctione additâ.. Sic enim loquitur de Abassenis: *Sine dubio ex Arabia oriundi sunt, & prius* ὁμηρῖται *dicebantur, quamdiu in Arabia fuerunt; postea* [scilicet post transfretationem] *Axumitæ, à regia sive metropoli Urbe. Non igitur mirum, si qui apud Plinium & Ptolemæum vocantur* ὁμηρῖται *in Arabia felici, ii Procopio Axumitæ cognominantur.* [Num Procopius hoc velit, valde dubito, locum Scaliger non citat.]

2. At mox Axumitas alios esse putat quàm Habessinos, atque hos illis posteriores. pag. 682. *In reliquiis Axumæ*, ait, *titulos extare ignorabilibus literis conscriptos, atque hinc colligi, linguam, quam vocant* ግእዝ: *longè posteriorem esse illis veteribus Regibus Christianis, & verè se Abassenos posteriores Axumitis pronunciasse.*

ut sibi contrarius. Quæ probè considerata ἀσύςατα prorsus sunt, sibique manifestè contrariantur. 7 Nam *si Abasseni iidem sunt qui Homeritæ, postea Axumitæ; quomodo illos his posteriores pronunciare potest? Si verò priores fuerunt Axumitæ Habessinis, non eosdem sed diversos populos fuisse necesse est.* Nec consentaneum puto, eosdem, qui à Plinio & Ptolemæo *Homeritæ in Arabia felice* vocantur, postea *Axumitas* vocatos fuisse; Id nec Procopius nec alius autor idoneus dixerit, nec, quamvis diceret, verum esset. Nam eodem tempore & Homeritæ in Arabia extiterunt: & Axumitæ in Africa, mari intersup. §. 5. jacente. Id clatis verbis dicit Procopius ab ipso Scaligero allegatus: *Homeritæ habitant è regione Axumitarum.* Nimirum non omnes, sed tantùm propago & colonia eorum in Africam transiit, stirpe in Arabia manente.

Itaque vix concipi potest, quomodo argumentum suum ex verbis Procopii indu- 8 cere velit Scaliger, nisi supponat totam Homeritarum nationem post tempora Procopii trajecisse, quasi dicere velit: *Procopii tempore distinguebantur adhuc Homeritæ* [quos paulò ante Habessinos dixerat] *ab Axumitis, Ergo tunc nondum trajecerant ex Arabia, Axumitæ autem jam existebant in Africa.* Verùm ista manifestè pugnant cum ejus verbis, quibus eundem populum in Arabia prius Homeritarum: in Africa verò postea Axumitarum nomen gessisse prædicat. Si tamen sibimet contrarius diversos esse putet, fallitur in sequela; novum enim non est, populo aliquo in patriâ remaComparatio cum Saxon. nente, sobolem ejus in alia regione, mutato nomine, reperiri. Sic *Saxones in Britanniam* 9 transgressi *Angli* nunc vocantur. Si ergo aliquis superioris seculi autor de Saxonibus nostris scriberet: *Gens est Germanica, appellant eos Saxones, habitant è regione Anglorum, mari inter utrosque medio*; Insipidum certe foret argumentum, si alius quis istarum gentium & regionum ignarus, ex eo inferret: *Nondum igitur trajecerant Saxones superiori seculo in Britanniam.* Nunquam enim ita sedes suas mutant nationes, ut neminem domi relinquant.

Nec à nominum diversitate petitum argumentum stringit, cùm nationes sæpè 10 diversis appellentur nominibus, præsertim apud Græcos qui plerumque peculiaria gentibus dederunt nomina, earum propria vel negligentes vel ignorantes.

Cap. 38. Ignorabiles literæ. Scaligerum fefellit relatio *Alvarezii de ignorabilibus literis* in saxis 11 prope Axumam repertis. Ex quo colligit aliam olim linguam, aliamque nationem in Africa valuisse; nam linguam ግእዝ: seu *Æthiopicam*, quam nunc

nunc habemus, literas notas habere. Sed ut in Prooemio diximus, literæ ignotæ L. I. c. 1.
erant Alvarezio ejusque sociis Habessinis imperitis, quia excisæ & obliteratæ; at Pa- N. XIX.
tres Societatis bene cognoverunt eas Græcas esse, quamvis ferè deletas, ut nullus sensus erui posset.

12 [Equidem in prooemio §. 53. ex Tellezio retuli literas *Græcas & Latinas* fuisse, sed de Latinis ipse dubito, & vereor, ne Tellezius Patres Societatis de hac re scribentes haud satis bene intellexerit. Ii enim *in relationibus annuis de annis* 1607. *&* 1608. *Cap. XV. p.* 58. de Axuma scribunt: *Ha ainda agora aqui algũas muy grandes & fermosas agulhas, que por hum letreiro, que nella se acha quasi apagado, se entende ser obra de* Romanos ou Gregos. Id est: *Adhuc hic supersunt quidam magni & pulchri obelisci, in quibus reperitur inscriptio ferè extincta ex qua cognoscitur, quòd sit opus* Romanorum aut Græcorum. Non dicunt Patres, quòd adfuerint literæ Latinæ, quamvis structuram censuerint *Romanorum*, scil. *Imperatorum Græcorum*, nam ante horum tempora Romanos in hæc loca venisse nuspiam legitur.]

Argumentum igitur hoc nullius est momenti.

13 Postremo nescio, quos sibi imaginatus fuerit veteres Reges Christianos opulentos & gloriosos, si *Adad* primus Axumitarum Rex Christianus tempore Justiniani fuit (de quo *Cedreno* & *Nicephoro* malè credidit). Quales Axumitæ isti fuerunt? Quod nomen huic genti, quamve originem dabimus? Axumitas enim vocare est ab Urbe denominare, non genuino & speciali nomine appellare. Si iidem sunt, qui prius Homeritæ in Arabia dicebantur, necesse est transitum eorum in Africam asserere; & sic *duplicem habebimus trajectum*, alterum nempe *Axumitarum*, qui prius Homeritæ dicebantur quamdiu in Arabia fuerunt: alterum *Abassenorum*, quos Scaliger Axumitis posteriores pronunciavit. Veteres Reges Christiani.

14 Quantum denique ævi assignabimus Habessinis istis posterioribus pro illorum transitu & occupatione regni Axumitarum? Referendum esset factum hoc in tempora Muhammedis ejusque successorum, gliscente jam Musulmannorum potentiâ, Arabumque doctrinâ, qui non siluissent tantam rerum omnium in vicinâ Africâ conversionem. Absona extra modum & confusa sunt omnia nimis inconsideratè & procul dubio præcipitanter à Scaligero conscripta. Observavit id pridem *Iac. Gothofredus* (e), qui Scaligero non nominato, *Manifestus error est*, ait, *eorum maximè qui Homeritas eosdem cum Axumitis faciunt, hoc tantum discrimine, quòd qui prius Homeritæ dicebantur, quàm diu in Arabia fuerunt, postea in Æthiopiam translati, Axumitæ dicti fuerunt.*

15 Cæterum multa alia obstant, quo minus Scaligeri sententia locum habere possit. Jam à temporibus *Constantini M.* benè noti erant Orbi Christiano Axumitæ, *Frumentii* opera ad Fidem Christianam conversi, qui eorum Episcopus à S. *Athanasio* creatus fuerat. Extat adhuc epistola *Constantii* ad Reges Axumidis *Aizanam* & *Sazanum* tunc Christianos: Græci ex Ægypto frequentabant Æthiopiam: Æthiopes vicissim Ægyptum, quia suum Metropolitam à Patriarchis Alexandrinis accipiebant. Celebris erat expeditio *Calebi* Græcis *Elesbaas* dicti, qui regnum Homeritarum in Arabia evertit, quod paulo post annum 522. contigit. Mittebantur ab Imperatoribus Græcis ad Axumitas Legati. *Nonnosi Legationem* jussu Justini factam Photius refert (*f*). Hi ergo fuerunt Reges illi Christiani, quorum opulentiam & gloriam Scaliger prædicat, quibus Habessinos eorumque linguam ግእዝ: longe posteriores opinatur.

16 Quæritur igitur, quando & quomodo Habessini intraverint in opulentorum istorum Regum regnum? *Si ut advenæ pacificè ingressi sunt*, nullam neque morum neque literarum afferre potuerunt mutationem, sed natio Axumitarum tunc prædominans, suisq; Regibus pollens, & ignorabilibus illis literis usa, in statu suo permansit, sicuti adhuc permanet, donec aliquis novam aliquam regni Æthiopici conversionem, quæ novas literas intulerit, demonstret: *Si verò per vim ut victores Regnum invaserunt*

H 2

(e) in Comment. ad Lib. 2. Cod. Theod. L. XII. tit. 12. ubi aliquàm multa non mala de Axumitis & Homeritis habet. (f) in Bibliotheca sua N. III. p. m. 8.

Lib. I. c. 1 N. XIX. *ferunt*, utrique Habessini, qui Arabes erant, mores suos & linguam prout circa tem-
pora Muhammedis in usu fuit, cum literis, vocabulis technicis & religione vel Eth-
nica vel Muhammedica simul invexerunt. Quippe victores non devictarum gen-
tium mores & ritus assumunt, sed suos illis tradunt. Unde igitur nova ista lingua
ገዕዘ: secundum Scaligerum longè posterior Regibus illis Christianis? Quis præ-
dicavit Evangelia novæ huic genti Axumitarum Christianorum regnum occu-
panti?

Quamobrem posthabitâ Scaligeri opinione censemus transfretationem 17
Habessinorum ex Arabia in Africam longe vetustissimam, &
unam eandemque gentem esse, quam Arabes à mixtura tribuum
Habessinos, Græci verò à metropoli Axumitas vocavere, & qui
Mari Arabico ab Homeritis in Arabia relictis discreti fuerunt.
In quo consentientem habemus *Conringium* talium judicandi peritissimum, qui de
transitu isto agens, ait: *Id factum fuisse antiquissimis temporibus necesse est (g).* Ra-
tiones non addit, quæ proculdubio fuerunt, quòd de transitu isto apud antiquissimos
scriptores Græcos nihil memoriæ proditum reperetit; recentiores autem recentis ali-
cujus transfretationis Habessinorum post Axumitarum tempora secundum mentem
Scaligeri factæ, nullam mentionem fecerint. Argumenta verò nostra sunt sequentia.

Autoris rationes. *Primò* Lingua ገዕዘ: seu *Æthiopica* cum Arabica quidem convenit, & origi- 18
nem Arabicam istius gentis arguit, ut supra diximus; attamen plurimum discrepat
ab ea, quæ paulo post tempora Justiniani in usu fuit. Utraque adhuc durat. *Arabica
in Alcorano* librisque Arabum, qui in omnium manibus sunt: *Æthiopica in Sacrâ Scri-
pturâ* tunc temporis Æthiopicè exstante, aliisque Æthiopum libris. Quandoqui-
dem ergo tanta utriusque linguæ differentia jam tum illo tempore, seculo nimirum
sexto, reperiatur, sequitur necessariò transfretationem Habessinorum Arabum non il-
lis temporibus, sed diu antea contigisse, aliàs linguæ illæ multò magis convenirent.

Secundo literarum *figura, nomen & ordo* longe vetustiorem sapiunt originem, 19
quàm ut ab Arabicis, post tempora Justiniani invalescentibus, deduci possint.

Æthiopes enim *dextrorsum*; Arabes *sinistrorsum* scribunt. *Characterum di-
versitas* ex aspectu ipso statim apparet. *Æthiopes* literas singulatim scribunt; *Ara-
bes* connectunt. Illi singulas voces punctis interdistinguunt, hi minimè. Nec *no-
mina literarum* conveniunt, nisi unum & alterum ab Ebræis primævis desumtum; ex.
gr. Alf, Bet, Caf, Ain &c.

Hinc benè concludi posse puto literas Æthiopicas ab Habessinis ipsis inventas
fuisse, priusquàm Arabes ullas haberent. Quia neque recentioribus hodiernis, ne-
que cum vetustis & rudibus illis *Kufensibus* à *Moramero* effictis (h) ullo modo congru-
unt. Si enim Axumitæ priùs alias habuissent literas, aliamque linguam, quàm no-
stram ገዕዘ: *Æthiopicam*, alterutrum necessariò factum fuisset ab Habessinis Re-
gnum Axumitarum (ex illius mente) postea ingressis, ut tanquam advenæ pacifici
literas indigenarum retinuissent, quas utique illi ipsi non passi fuissent à peregrinis
mutari: vel tanquam victores Arabicas secum attulissent: ut paulo ante monuimus.
Nam existentibus jam in aliqua regione literis, nemo facilè alias novas reperire, aut
consuetis abrogatis novas in usum introducere aut voluerit, aut valuerit. Religio
sola id sine vi facere potest, prout revera *Islamismus* per magnam orbis terrarum par-
tem literas mutavit, & Arabicas invexit. Neque quisquam dicere poterit, à qua
gente lingua & literæ ገዕዘ: ortum suum habuerint, si Axumitæ earum autores non
fuerunt.

Tertiò. Vocabula technica ut plurimum originem linguæ vel gentis produnt, cum- 20
primis *in festorum atque mensium nominibus* designandis, quæ vel à victoribus populis
inferuntur, vel à cultioribus gentibus desumuntur. Id *mensium nomina* Latinorum
atque

(g) Oldenburg. Thesaur. Rerumpub. *Vol. 1. Genevæ 1675. pag. 800. in excerpt. miscell. §. 18.*
(h) Specim. Hist. Arab. Pocokii pag. 158.

atque Arabum à gentibus recepta abundè testantur. Ita & hic, si tam recens fuisset Lib. I c. 1.
Habessinorum invasio, mensium nomina Arabica procul dubio mansissent. Jam N. XIX.
vero መስከረም: *Mascaram*, September. ጥቅምት: *Tekemt*, October. ግንቦት:
Genbot, Majus & reliqui, ne formam quidem Æthiopicorum vocabulorum, nec ullam in hac linguâ significationem habent; sed vetustissimis temporibus ab Habessinis tunc rudibus apud Africanos reperta: vel à vicinis Æthiopibus propriè dictis tunc cultoribus desumta videntur; idque vetustissimam eorum transmigrationem arguit.

21 Sed objecit nobis Vir doctus, *Ptolemæum in sua Geographiâ: Arrianum in Periplo maris Erythræi, & plurimos alios, Abassenos solummodò in Arabia ponere, nullos in Æthiopia.* Responsio facilis est; quia à Græcis non aliter vocabantur, quàm *Axumitæ*; à seipsis vero non aliter quam *Æthiopes*, vel proprio vocabulo *Ag-azian*. Auditis igitur his nominibus scriptores Græci Æthiopes eos vocaverunt, vel Axumitas ab eorum metropoli; prorsus non soliciti, an aliud quoddam nomen apud Arabes haberent. Habessinorum verò nomen superiori seculo primùm ab Europæis auditum est, & nunc temporis differentiæ causâ usurpatur. Si inverteres argumentum: *Geographi & Historici Arabes nullam faciunt mentionem Axumitarum in Africa, sed tan-*
22 *tùm Habessinorum*; an sequeretur nullos Axumitas in Africa fuisse? Quin & sequentibus seculis Habessinorum appellatio Græcis ignota mansit, propterea non sequitur, quòd tam diu ac istorum mentio apud Græcos facta non fuit, nulli in Africa fuerint. Novum autem non est, multas gentes duplex habere nomen, & aliter ab his, aliter ab illis vocari. Exteri si nomen proprium ignorent à primaria urbe gentes denominant, ut *Sabæi* à metropoli *Saba*, qui *Homeritæ* dicebantur incolis, à gentis conditore, quod nomen non nisi tardè Græcis innotuit. Aliud esset, si iidem Græci, quos primò *Axumitas* vocaverunt, postea à nova gente *Habessinos* dixissent, tunc firmior conjectura locum habuisset, Habessinorum gentem aliam, & posteriorem esse Axumitis.

23 *Irruptio Habessinorum in Arabiam felicem* tempore *Iustini Imperatoris* facta, Axumitis tunc notoriè in Africa existentibus, omni dubio caret. Æram certam inde denominaverunt Arabes بظهور الحبشة على اليمن *Ab invasione Habessinorum in Arabiam felicem.* Oportet igitur eos priùs in Africa fuisse, antequàm Arabiam felicem invaderent. Expeditio ista præcessit عام الفيل *Annum* seu *Æram Elephanti*, ita dictam ab ابرهة الاشرم ملك الحبشة *Abreha el-Ashramo Rege Habessinorum* (tunc scil. in Arabia felice dominantium) qui *Caabam* fanum Meccanum destruere volebat; quod contigit eo ipso anno, quò Pseudo propheta natus est, nempe *anno Alexandri octingentesimo octogesimo secundo*, circa *annum Christi quingentesimo septuagesimo octavo.* Duravit hæc æra *viginti annos*, deinde secuta est alia الفجار (t) dicta, i.e. *Bellum injustum* eo scilicet tempore illatum, quo, jure quodam gentium illarum, ob sementem præliari nefas erat; eaque in usu fuit, usque ad Æram Hegiræ. Itaque diu ante annum Christi 578. contigit incursio Habessinorum, & æta hæc inde dicta fuit. Cùm igitur de illa dubium nullum sit, nec de Historia ipsa quisquam dubitare poterit; consequenter Habessini diu ante Procopii tempora in Africam trajecerant, quia ex ea incursio in Arabiam facta est. De æta testatur Alkodajus Arabs p. 172. &
apud Pocokium in specimine Historiæ Arabum. Ad ea vir doctus, ut Scaligerum 173.
defenderet, infrunitè mihi opposuit: *Alkodaium autorem esse inter Arabes recentissimum: tempora ignorantiæ apud Arabes ante Islamismum obtinuisse; ea propter nihil certi inde sequi; prolepsin subesse posse*, & similia. Verùm non *Alkodajus* tantùm, sed Arabes communiter omnes æras illas ita, prout nos eas retulimus, recensent. Nec *Pocokius* dicto loco, neque *Golius* in notis ad Alferganum (quos autores nostros lau- pag. 54.
damus) viri in Arabismo peritissimi, ullo modo de æris hisce dubitant. *Bochartus* Historiam *Abrehæ el-Ashrami* modo dictam ex Arabicis scriptoribus narrans, *Regem*

 Abasse-

(t) Gol. in Lex. in voc. فجار.

L. I. c. 1. *Abassenorum* illum bis vocat (*k*). Idem ex Alcorano ejusque commentariis refert N. XIX. (*l*): *Aves Ababil Abissinos Meccam obsessuros obruisse lapidibus.* Sequitur ergo Habessinos Africanos tempore Justiniani in Arabia felice rerum potitos fuisse.

Quamvis autem post Muhammedem primùm literatura apud Arabes florere coeperit, habebant tamen, ut aliæ gentes antiquæ, sua carmina, quibus genealogiarum series, & res gestæ memoria dignæ tanquam in commentariis servabantur, ut ex d. tract. p. 159. *Ebn-Phares*, & *Mahommede Ebn-Salam* rectè docet *Pocokius*. Si verò origines gentium, migrationes populorum, eorumque acta antiquissima ideò negare volumus, quia à recentioribus historicis narrantur, nec Hercules ullus unquam vixit, nec Troja fuit, nec Æneas in Italiam, Tyrii in Africam venerunt, nec Aborigines Italiam, nec Romam Reges habuerunt. Status ignorantiæ *Statum ignorantiæ* utique vocant Arabes tempora ante Islamismum, in quibus neque Deum neque Apostolum neque religionem aut ullas bonas artes habuerint (m): minimè verò statum oblivionis historiarum & rerum gestarum omnium. Quomodo enim memorarent *Tobbaos Reges*, *Homeri successores*, Homeritis in Arabia felice longa serie imperitantes, (*n*) si ante Islamismum *acta* ignoraverunt. Historicos alioquin veraces, & viros bonos, ea quæ longè ante sua tempora contigisse tradunt, vel ex anterioribus libris & documentis, vel famâ antiquâ & fide dignâ habuisse credimus. Nec si fortè Poeta aut Scriptor aliquis singularis prolepsi usus est, ea universo cuidam populo imputanda, si flagranti adhuc facinori nomen imponat; ut dicamus Arabes incursionem Axumitarum per Prolepsin vocavisse æram Habessinorum, quòd isti aliquantò post illorum regionem occupaverint. Talia asserere est ludere, non eruditè disputare. 24

Hæc prolixiùs exponenda fuerunt, ne quis putet nos ex præconcepta opinione ineautè nimis à Scaligero dissentire: simul ut præstrueremus quasi fundamentum novæ expositioni loci Eusebiani, qui hucusque eruditos torsit. Vir ille doctus (*o*), qui acri defensione pro Scaligero huic prolixitati causam dedit, nullum neque autorem neque tempus definire potuit, quando Habessini post Justiniani tempora ex Arabia in Africam transierint. Quamvis non desint Scriptores illorum temporum, si non Græci, tamen Arabes, qui à tempore Muhammedis annales de Arabum rebus composuerunt, qui ne verbulum quidem de tali Habessinorum transfretatione tradunt. 25

Tentabo igitur, num pro confirmandâ sententiâ meâ vestigium quoddam hujus transitus è vetustate proferre possim. Id tandem me reperisse puto apud Eusebium (*p*), & Syncellum (*q*), qui Africanum secuti sic scribunt: 26

Αἰθίοπες ἀπὸ Ἰνδοῦ ποταμοῦ ἀναστάντες πρὸς τῇ Αἰγύπτῳ ᾤκησαν. | Æthiopes ab Indo flumine consurgentes juxta Ægyptum consederunt.

Ista neque de verâ Indiâ, neque de Æthiopibus propriè dictis accipi possunt. Non de India, quoniam

Primò] ex India propriè dicta nulla unquam colonia egressa est. 27 Id testatur *Megasthenes* apud Strabonem: οὔτε γὰρ παρ' Ἰνδῶν ἐξω σταλῆναί ποτε στρατείαν. *Neque enim ab Indis foras unquam missam fuisse coloniam.* Autor est bonæ fidei, rerum Indicarum satis vetustus scriptor, qui & ipse apud Reges Indorum in Indiâ propriè dicta diu egit; teste *Plinio Lib. VI. c. 17. & Solino.* Illum δόκιμον ἄνδρα. *Virum probatæ fidei* vocat *Arrianus*; tametsi naturalia quædam de animalibus ab illo tradita (fortassis non planè fabulosa ut sequens experientia docuit) in dubium vocet Strabo.

Secundò] Testimonium hoc Megasthenis veritati consentaneum, & credibile reddit talis expeditionis è tam longinquis locis in Africam maxima difficultas. Στρατεία quamlibet expeditionem, peculiariter *agmen terrestre* significat.

(*k*) In Hieroz. p. 1. L. 2. c. 26. p. 262. v. 51. & P. II. L. I. c. 10. p. 61 v. 60. (*l*) L. VI. c. 14. p. 850. n. 2. Confer Pocokium in specim. Hist. Arab. in not. p. 63. (*m*) Sic describunt nobis Arabes *statum ignorantiæ*, referente Pocokio d. tract. p. 52. (*n*) Idem p. 51. & seqq. in specie pag. 61. (*o*) Theodorus Ryckius Prof. Lugdun. Bat. in literis ad me datis. (*p*) Chronicor. Lib. poster. edit. Scal. p. 72. (*q*) p. 151. c. allegante Marshamo de quo infra.

cat. At ista terrestris esse non poterat, nam à flumine *Indo* terrestri itinere, tam Lib.I c.r.
procul per Persiam ipsam, sinum Persicum circumire non poterant. Si per ipsum N. XIX.
sinum Persicum navibus in Arabiam: mox per deserta: deinde per cultam regionem Sabæorum transire voluissent, gens ista numerosa transitum non dedisset. Navibus autem per tantum maris tractum ivisse verisimile non videtur, quia tunc temporis, cum res nautica ferè nulla erat, tanta expeditio per Oceanum Indicum tam longo itinere fieri nequibat.

29 Tertiò] *à ritibus & moribus Indorum* probabilis redditur istius Historici autoritas. Coloni plerumque retinent gentis suæ mores, veluti sacra, linguam, & similia; ut supra diximus. Indi fœdos atque obscœnos Deos, idola turpia coluerunt, circumcisionem ignoraverunt. Gymnosophistas habuerunt, quales adhuc nostro tempore sunt insani illi nudi (*Jogues* dicti) de quibus itineraria plena sunt. At Æthiopes propriè dicti nihil tale cum Indis propriè dictis commune unquam habuerunt.

30 Postremò *Indiæ nomen* æquè ac Æthiopiæ tam vagum & incertum est, ut, nisi certæ circumstantiæ adsint, nescias de quibus populis autores loquantur, ut supra dictum, & infra n. 23. pluribus demonstrabitur.

31 Sed nec ad Æthiopes propriè dictos locus hic quadrat. Hi enim αὐτόχθονες indigenæ erant, non advenæ, mortalium antiquissimi, nullis peregrinis gentibus mixti, qui suos proprios Reges habuerunt, bellis in Ægypto gestis claros atque potentes usq; ad Trojana tempora: quæ veteres autores supra à nobis citati *Homerus*, *Diodorus*, *Strabo*, *Plinius* & plures alii uno ore prædicant & evincunt. Nihil in tota antiquitate tritum magis, quàm Æthiopiam terrarum primam compactam à primis mortalibus è genere Chamæo cultam. Eupolemus apud Eusebium (r) tradit: *Chus* (s) *esse Æthiopum patrem & fratrem Mitzraim*. Bochartus *Ludim* vocat Æthiopes, ab Ægyptiis descendentes (t).

32 Solus *Philostratus* fabulam nobis obtrudere parat, dum famam illam antiquam Philostra-
& vagam de Æthiopum in Africam migratione ad veros Indos detorquet, & Æthio- tus explo-
piam antequam illi accesserint, tanquam vacuam aliquam regionem nobis repræsen- ditur.
tat. Etenim Lib. III. c. 6. de vita Apollonii scribit, quod Jarchas Indus illi narraverit:

ἦν χρόνος ὅτε Αἰθίοπες μὲν ᾤκουν ἐνταῦθα, γένος Ἰνδικόν. Αἰθιοπία δὲ οὔπω ἦν.	*Erat aliquod tempus, quo Æthiopes consederunt hac in parte; gens Indica. Æthiopia enim nondum erat.*

Et Lib. IV. cap. 6. Αἰθίοπες οἱ ἀπ' Ἰνδῶν ἥκοντες. *Æthiopes ab Indis venientes*. Et paulò inferius:

Σοφώτατοι μὲν ἀνθρώπων Ἰνδοί, ἄποικοι δὲ Ἰνδῶν Αἰθίοπες.	*Sapientissimi mortalium Indi sunt; coloni autem eorum Æthiopes.*

De veris Indis ista dici liquet. Nam Apollonius apud Brachmanas & Gymnosophistas, qui Indorum sapientes erant, aliquamdiu vixit; igitur de istorum expeditione agi Philostratus vel finxit, vel fingentibus credidit. Quid verò absurdius dici posset quàm Æthiopiam, priusquam Æthiopes ex India venirent, non fuisse (u) æquè ac illud quod statim sequitur: ὑπὲρ Μερόην τε καὶ Καταδούπους ὡρίζετο Αἴγυπτος. *Super Meroen & Catadupas terminabatur Ægyptus, & tàm fontes Nili quàm ostia comprehendebat.* Quæ falsissima sunt, & scriptorem hunc imperitiæ antiquitatis: colloquium verò Apollonii cum Jarcha totum fabulositatis arguunt. *Scaliger* in animadversionibus suis ad hunc locum Eusebii de hac narratione quodammodo dubitare videtur: *An alius veterum hujus expeditionis Indorum meminerit*, ait, *in præsentia non succurrit, studiosi quærant.*

33 Alii utique Æthiopes & alia India quærenda nobis est, quæ conveniat veteri traditioni & tempori ab Eusebio designato. Quandoquidem verò de nullâ aliâ transfretatione uspiam quidquam legamus, multò minùs, quòd advenæ isti Æthio-
pes

(r) de præpar. Evangel. L. IX. (s) sic rectè emendat *Bochartus in suo Phaleg L.IV.c.2.* (t) d. lib. cap. 26. (u) Mirum est eruditissimum *Marshamum* huic commento calculum suum adjecisse; nam *seculo XIII. Tit. Æthiopum migratio p. m. 326.* scribit: *Nulla fuit adhuc Æthiopia ultra Ægyptum &c.* Bellum verò Trojanum collocat in *seculum XII.* Falsa oportet esse omnia quæ tot autores de Æthiopia veteri memoriæ prodiderunt, si hæc vera sunt.

L. I. c. I. pes veteres, tunc temporis florentes, sedibus suis ejecerint, credibile est, de Habessi-
N. XIX. nis nostris, Axumitis postea dictis, intelligi oportere. Nam *Homeritæ* sive *Sabæi*, è quibus ortum suum traxêre, à veteribus modò *Indis* modò *Æthiopibus* annumerati fuerunt, & *Mare rubrum* Indicum nonnullis dictum fuit, ut mox dicemus. Isti ergo sedes ultra Æthiopiam propriè dictam vacuas, vel ab incultis & barbaris gentibus habitatas occupaverunt; in principio quidem loca mari rubro proxima, donec sensim introrsum magis sese dilatarent.

Arabes juxta Ægypt. Juvat hanc conjecturam, quod Geographi veteres docent: *Arabum populos Occidentale Maris rubri littus tenuisse.* Plinius ex *Iuba Regis Geographia* scribit: *Accolas* 34
L. 6. c. 29. *Nyli à Siene non Æthiopum populos, sed Arabum esse, usque Meroen. Solis quoque oppidum procul Memphi in Ægypti situ Arabes conditores habere.* Isti ergo Arabes verisimiliter fuerunt Habessini nostri diu antea transgressi.

Nunc ad genuinam veteris istius traditionis expositionem progredimur. Fama 35
de profectione ista Æthiopum à nemine nisi ab Arabibus ad Græcos primitùs venit. Ab iis enim famam provenire necesse est, à quibus vel prope quos ipsa res gesta. Illi verò mihi sic locuti videntur. الحبشة قامت من بحر الهند ونزلوا علي المصر
§. 26. Id audientes Græci ita acceperunt, ut supra ex Eusebio retulimus; cum intelligere & reddere oportuisset: *Æthiopes* (vel potius Habessini) *consurrexerunt a Mari Indiæ* (non à flumine Indo) *& consederunt supra* (non juxta) *Ægyptum.* Qua ratione sensus congruus & historicæ veritati consentaneus prodit.

Vocabulum الحبشة denotat quidem in genere *Æthiopem*, sed propriè & pe- 36
N. XVI. culiariter *Habessinum* ut supra diximus. Quin & *Sabæos* seu *Homeritas* Habessinorum nostrorum majores multis veterum Æthiopes dictos sæpiùs memoravimus. Ita ut opus non sit eos ex India deducere, cùm tam prope habeamus in Arabia.

Vox بحر & *flumen magnum* & *Mare* significat, ut tyronibus Arabicæ linguæ notum. 37
Mare verò Arabicum, ipsumque Mare rubrum, Mare Indicum à quibusdam vocari, ex Procopii Gazæi. vel potius Theodoreti ad Lib. I. Reg. loco supra citato de Sabæis didicimus; Sic enim ille: Ἐντεῦθεν δὲ κεῖσθαι φασὶν αὐτοὺς τῆς Θαλάσσης τῆς Ἰνδικῆς. Ubi Scaliger: *Vide, etiam Arabicum sinum* Ἰνδικὴν Θάλασσαν *Mare Indicum* vocari. Confer infra num. XXVI.

Particula على variè significat *De, juxta, Apud, Supra, Contra &c.* Hoc loco *Su-* 38
pra reddendum, quia regio Axumitarum *supra Ægyptum* sita est, quamvis prisci Æthiopes intermedii sint. Sin verò *Iuxta* vel *apud* reddere, atque littori Maris rubri occidentali, tunc fortè ab incolis vacuo, applicare velis, per me licet, nam paulo ante ex Plinio retulimus Arabum populos ibi quoque coluisse. Sic veritas historica ubique sibi constabit. Sic vera erunt quæ Megasthenes dixit: *Indos propriè dictos* nullam emisisse coloniam: *Æthiopes Ægypto proximi* indigenæ manebunt non advenæ: *Habessini* verò nostri censebuntur ἄποικοι τῶν Ὁμηριτῶν *colons Homeritarum*, vel quod idem est Sabæorum; sive *Indos*, sive *Æthiopes* istos appellare malis. Nam, ut mox audies, hi & Æthiopes & Indi expressè vocantur.

Incidit autem ista *migratio Æthiopum* secundum Eusebium Cæsariensem in 39
Chronico *in tempora servitutis Israelitarum in Ægypto* circa annum à nativitate Abrahami CCCCII. Anno Mundi bis millesimo trecentesimo plus minus quadragesimo quinto. Ante natum Christum circiter Annis M.DC. plus minus XIV. Quo tempore *Amenophis* [alii volunt Amersis] in Ægypto rerum potiebatur. At *Syncellus* pag. 151. collocat hanc migrationem in tempora Josuæ & Judicum, in annum Mundi 2599. quo tempore Arabelus vixisse dicitur; secundum computationem Græcorum Anno M. 4200. Quæ anxiè disquirere nunc non vacat, cùm ab antiquis ob nominum similitudinem in temporibus & rebus in uno & altero seculo facilè potuerit errari.

N°. XX. Sabæi, sive quod idem est Homeritæ] *Uranius apud Ste-* 1
phanum in χατραμωτῖται sic habet: Σαββαῖοι καὶ ὁμοροῦσι. Vir doctus (*x*) legendum putat Σάββαι

(x) Gothofredus in differt. ad Philostorgium Lib. 3. c 4. p. 105.

Σαββαῖοι οἱ καὶ Ὁμηρῖται. Ego, Σαββαῖοι οἱ καὶ Ὁμηρῖται. *Sabæi qui & Homeritæ.* Philostorgius (*y*) L. I.c. I.
sic loquitur : N. XX.

Τόδε τὸ Ἰνδῶν ἔθνος τοὺς Σάβα μὲν πάλαι ἀπὸ τῆς Σάβα μητροπόλεως, τὰ νῦν δὲ Ὁμηρίτας καλεῖσθαι. | Hanc INDORUM gentem Saba quidem olim à Saba metropoli (*z*) nunc verò Homeritas vocari.

Nota hic *Indicam gentem* dici à Philostorgio, ut numero antecedente monuimus. *Nicephorus Callisti* & *Homeritas* & *Axumitas* Indos appellat ; verba ejus infra allegabi- n. 22. §. I.
2 mus. Eosdem Æthiopicam gentem vocat *Theodoretus*, & ex eo *Procopius Gazæus*; ipsa istius verba præcedente numero §. 7. citavimus. Idem faciunt & alii autores. n. 21. §. 3.
Theopbanes Byzantius. Stephanus de Urbibus (*a*) Ὁμηρῖται ἔθνος Αἰθιόπων. Græci in 2.4. n.22.
Historia S. Aretæ. Quid ergo mirum, si nonnulli autores Reginam Sabæam ex Æthiopia venisse dicant. Sabæi igitur dicti fuerunt exteris à metropoli Saba ; ut ex Philostorgio modò docuimus :

3 Homeritæ autem Arabibus à Principe gentis & regiæ stirpis conditore, حمير *Homêr* dicto. Nec obstat quòd metropolis Sabæorum à multis autoribus vocetur *Mariaba*, ut apud *Eratostenem de Sabæis* : *Strabonem Lib. XVI.* γειτνιῶσι δὲ τούτοις Σαβαῖοι, μητρόπολις δὲ αὐτῶν Μαριάβα. *Vicini eorum Sabæi. Metropolis autem istorum Mariaba.* Nec non apud *Artemidorum*, & *Plinium* (b). Hinc credidit doctissimus Bochartus (c) eique assentitur *VValtonus* (d) uni metropoli duplex fuisse nomen. At nemo veterum id dicit, neque situs id patitur in terra *Hadramauth*, quæ introrsum magis sita, cùm Saba haud procul abfuerit à mari rubro, quod Bochartus ipse agnoscit (*e*). Nam *Chatramotitæ* diversi sunt à *Sabæis*, quia post illos colunt. *Stephanus in voce* Ἀβασηνοί ait : Μετὰ τοὺς Σαβαίους Χατραμωτῖται. *Post Sabbæos Chatramotitæ (colunt,)* ex Uranio. Et apud *Strabonem Lib. XVI.* Post *Sabbæos* & *Catabanenses* recensentur οἱ ἐπὶ μάλιστα Χατραμωτῖται, *Chatramotitæ orientem versùs maximè siti.* Hinc censeo ego Homeritas duas habuisse metro-
4 poles seu Regias. Verba enim *Geographi Arabis* in quo Bochartus se fundat : وكانت Cl.I. P.6.
مدينة سبا non reddenda sunt : *Eratque hæc urbs Saba* : vel *Ea autem est urbs Saba*, sed : *Erat etiam urbs Saba, &c.* vel *Fuit* (quia كانت est Præteritum) *etiam* (scil. olim, vel simul) *aliàs Vrbs Saba, &c.* ita ut diversæ urbes putandæ sint. Nam si voluisset eandem dicere, scripsisset, (ut solent Arabes cùm præcedens per synonymum explicant) وهي مدينة سبا *Et ipsa est urbs Saba, &c.*

5 Novum autem non est, duas unius regni Regias esse, ubi pro diversis anni temporibus Reges degere solent. Ut si quis Regiam vel metropolim Poloniæ dicat *Cracoviam*, alius verò *VVarsaviam*. In India sub Magno Mogole tres tales dantur veluti *Dely*, *Agra*, *Labor*. Vel quòd olim ab initio Regia fuerit *Saba*, posterioribus verò seculis *Mariaba*. Ut si Arabum aliquis diceret : Romanos dici à Regia *Roma*: alius verò *Constantinopolim* Regiam Romanorum vocaret. Igitur tempora sunt distinguenda. A *Ptolemæo* in Arabia felice plures Regiæ recensentur, *Menambis* Regia, *Ara* Civitas regia, *Saba* regia, *Mariaba* (Sic enim legendum pro Mariama) quam non eandem dicit, sed seorsim nominat sine epitheto. Antiquior autem est apud Græcos appellatio Sabæorum, ut ferè solemus populos à metropoli denominare, priusquam sciamus proprium eorum nomen. Sic *Axumitarum* nomen apud eosdem sortiti sunt nostri Habessini ab urbe Regia, ut numero sequente dicetur.

6 *Sabæorum* nomine Græcis & Latinis diu nota fuit Arabica hæc gens. Virgil. Georg. l. I. v. 57.

India mittit ebur, molles sua thura Sabæi :

Sic Hebraicè מלכת שבא *Regina Saba* I. Reg. 10. I. & *Saba* alibi in Sacris literis passim occurrit. Æthiopice quoque ሳባ፡ *Saba* dicitur ; ut ሰራዊት፡ ሳባ፡ (*f*) *Exercitus Sabæorum* i. e. *Homeritarum* fusus fuit. Postea meliùs cognitis Sabæorum re-

I bus

(*y*) *Hist. Ecclef.* L. 2, 6. & 3. 4. (*z*) Eadem tradunt *Diodorus*, & ex eo *Agatharchides* c. 50. *Stephanus* & alii plurimi. Velut autor apud Surium, quem *Baronius* citat ad annum 522. *Arabia felix, quæ olim quidem Saba, nunc autem Homeritis.* (a) Lit. O. ubi vide Pinedi notas, & ineptas quasdam derivationes vocis *Homer*, extra Arabiam quæsitas. (*b*) Lib. VI c. 28. in fin. c) in Geographia sacra *Lib II. c.* 26. *p.* 148. (*d*) *in Prolog. Bibl. Polyglott. de Arabia.* (*e*) In dicto tract. L. II. c. 26. p. m. 148. ibi *Turbas tamen &c.* (*f*) Encom. 20. Maji. I.

Lib. I. c. 1. bus proprium & gentilitium *Homeritarum* nomen apud Græcos invaluit. Arabibus
N. XX. dicuntur بنو حمير *Filii Homer* Ὁμηρῖται *Homeritæ*. Viri Arabicæ literatu- 7
ræ summi Coryphæi *D. Eduardus Pocokius* & *Iacobus Golius* vocem حمير *Homer*
In Lexico. vocalibus notant & pronunciant: hic حِمْيَر *Himyar*, ille حَمْيَر *Hamyar*

in *Specim. Histor. Arab.* passim. Ab Arabibus scilicet edocti, qui puncta sua vocalia sic locant, ut mihi retulit ipse Clariss. Pocokius (*g*). Ex errore id factum putaverim à posterioribus Arabibus, qui genuinæ pronuntiationis obliti vocabulum obliteratum talibus punctis donaverunt. Quis enim non multo potius præferret lectionem & pronunciationem Græcorum, qui eam ex ore veterum Arabum audiverunt, & sine ulla ambiguitate protulerunt & scripserunt; præsertim cum in tot aliis priscis vocabulis ي Arabum præcedente vocali *Kesra* non alium sonum habeat, quàm *Tzere* Hebræorum sive e *clarum seu masculinum*, (ut vocant Galli) ex. gr. امين *Amen* اريطا *Areta*; مينا *Mena*. Μῆνας. *Menas*; quæ si quis legere vellet *Imyan* vel *Amyan*: *Iryat* vel *Ariat*: *Mina* vel *Meina*, is utique pessimè pronunciaret. ي enim in istis vocibus non consonantem sed vocalem E repræsentat. Sic Gemmam فيروزج, Æthiopes ex ore Arabum efferri audientes, scribunt ፈርዘዝ: *Fe* (non ፊ Fi) *rozez*.

Geographus Nubiensis de Urbe *Mareba* (*aliàs Mariaba*) Sabæorum metropoli 8
Cl. II. p. 6. scribit: اكثر اهلها سبا من قبايل العرب الحميرية *Multo maxima pars incolarum ejus Sabæi* [sunt] *è tribubus Arabum Homeritarum.* Interpretes Latini *Gabriel Sionita*, & *Johannes Hesronita* malè legerunt *Hemairitarum*, Bochartus (*h*) *Humairitarum:* tam incerta est nominum propriorum apud Arabes lectio. Tale quid contigit Masorethis, qui veram pronunciationem nominum propriorum כורש *Cyrus* & דריוש *Darius* ignorantes, mirabilia puncta supposuerunt *Coresh*, & *Daryavesh* legentes, quæ nos à Græcis Δαρειαῖος longè rectiùs pronunciare & punctis notare possumus. Etenim si de pronunciatione antiquarũ jam mortuarum linguarum quæstio sit, credere oportet iis qui tum vixerunt, & pronunciantes populos audiverunt (*i*); præsertim cum lubrica res sit vocabulum quodpiam peregrinum ignotum in Orientalibus Linguis sine vocalibus proferre; quod mihi cum Orientalibus nationibus conversanti sæpius audire contigit. Quæ monenda fuerunt, ne quis putet *Himyarienses* vel *Hamyarienses*, *Hemairitas* & *Humairitas* diversos ab Homeritis esse (*k*).

Ptolemæus, *Plinius*, & *Arrianus* Sabæos & Homeritas tanquam diversos seorsim 9
recensent, sive errore, sive quod Sabæos urbis incolas, in specie voluerint distinguere à tota gente, ut si Axumitas, quà cives Axumæ, à reliquis Habessinis distinguere velles. Nam revera una eademque gens fuit; ut autoritate tot autorum, situ, & descri-
L. VI. c. 28. ptione liquet. *Plinius numerosissimos* vocat *Homeritas* & ob commercia Indica opulen-
in fine. tissimos: *Sabæos* verò Agatharchides ἔθνος μέγιστον: Strabo ἔθνος μέγιστον *Gentem maximam*. Diodorus Siculus: Σαβαῖοι πολυανθρωπότατοι τῶν Ἀραβικῶν ἐθνῶν, *Sabæi omnium Arabicarum gentium populosissimi*, & sic alii, ut jure dicere non possis, quòd qui illos eosdem faciunt, illos malè confundant (*l*), sed potius quod autores supradicti eos malè distinguant. Hinc credibile fit, quòd multitudinis minuendæ causa, ortâ forte dissensione internâ, collectisque ex variis tribubus hominibus omnis rei & spei egenis, ut in coloniis fieri assolet, alias sedes quæsitum in Africam trajecerint, atque sic Habessinorum genti & imperio originem dederint; qua de re supra n. 15. 1. Ex iis etiam oriunda

(*g*) in lit. Prid. Cal. April. 1679. ad me datis, his verbis: حمير (*secundum Arabes*) *legitur* بالكسر ثم السكون وفتح اليا *per Kesra, dein vocali caret litera*, & Fat-ha *super Ie* (*h*) Geogr. sac. L. 2. c. 15. p. m. 112. (*i*) Ex. gr. Cum quæritur quomodo veteres Latini C. suum pronunciaverint? respondetur: ut כ Caf. vel K. Latinnium K. Germanorum; adeoque ante E. & I non aliter ac ante A, O, & U. Cicero Græci scribunt & legunt Κικέρων *Kikero*. Non *Tsitsero* nec *Siffero* ut Germani & Galli efferunt. Cæsar, Cerasa, Carcer Cicer, Vicia Germani à Romanis priscis olim audientes Kayser / Kirsen / Kärcker / Kichern / Wicken rectè; minimè Zayser / Zirschen / Kärtzer / Zitzern / Witzen protulerunt. (*k*) Equidem improbare non possum Clariss. Pocokii rationem, in literis paulo ante citatis allatam, quod in pronunciando se Arabibus ubique accommodare voluerit, qui aliàs non intellecturi sint Europæum de his rebus secum agentem. Verùm & eruditis Europæis consulendum est, ne & ipsi diversa putent, quæ eadem sunt. (*l*) Hoc putat *Bochartus Geogr. Sacr.* 2. 15. p. m. 111. *Harduin.* ad Plin. L. VI. 5. 32. p. 729. n. 4.

da fuit *Regina Sabæa* quæ Salomonem visitavit, eique tam egregia munera attulit; L. I. c. 1.
de qua in historia nostra L. 2. 3. 20. egimus, & suo loco in hoc Commentario pluribus N. XX.
agemus L. 2. 3. 18.

10 Hoc regnum Homeritarum destruxit *Calebus*, Græcis *Elesbaas* dictus, Æthio 2. 4. 23.
pum Imperator, atque *Aretam*, *Aretæ martyris filium*, populis illis præposuit; cujus
successores, quamvis Arabes, (quòd non è regia Homeritarum stirpe, sed alieni generis, & in clientela Imperatorum Æthiopiæ essent) ab Arabibus non *Homeritæ*, sed
حبشة *Habessini* (m) vocantur, quod rectè intelligendis Arabum historiis hic notare
voluimus. Deinde benè tenendum, *Homeritas* seu *Sabæos* Indis accenseri, ut supra
monuimus, & infra n. 23. plenius docebimus. Postremò notandum quoque est,
in Africâ *Sabas* olim à Geographis nominari. [illegible] enim Strabo: Βερενίκη πόλις ἡ κατὰ Σαβὰς, καὶ Σαβαὶ πόλις ἀξιόλογος. *Berenice urbs propè Sabas, Sabæ autem urbs satis magna.*
Fortassis à colonis Habessinis in metropolis Arabicæ memoriam exstructa, ac sic nominata. Sed neque de ea vestigia hodie extant, neque etiam de oppido *Sabaim*
(Alvarez habet) cujus mentio fit in ficto Regis Æthiopiæ titulo, Axuma duorum di- cap. 41.
erum itinere distante; à quo Reginam Austri nomen habuisse fabulantur.

Additio ad §. 8. n. 20. in notis lit. O.

11 An in nummis Severi Abassenorum mentio fiat) Sic quidem scribit *Scaliger* (n) ex *Goltzio*, (o) quem non nominat. Tanti viri autoritate fretus
ego idem tradidi, illumque autorem laudavi. Sed cùm nummum, Lutetiæ Parisiorum existens, summâ diligentiâ inquirerem, nummariæ rei periti omnes mihi uno ore An. 1683.
dixerunt: *Goltzium parum idoneum nec satis doctum numismatum censorem fuisse, neque* ΑΒΑΣΗΝΩΝ *in ullo Severi nummo reperiri, sed tantùm* ΑΒΑΣ..... *priore litera detrita idque Goltzium malè supplevisse.* Tandem quid rei esset, perfectè nos docuit eruditissimus
& solertissimus *Iohannes Harduinus P. Soc. Iesu, qui in libro de nummis antiquis Populorum & Vrbium illustratis* (p) in voce *Abas* scribit: *A Goltzio, Occone, Scaligero & Patino falso Abassenos intelligi. KABACA enim metropolin Nomi Ægyptii* Καβασιτικοῦ *dicti esse & nisi detritum usu nummum habuisset Goltzius, procul dubio rectius legisset.* Vide apud
eum in K. Καβασιτ. p. 232. In notis ad Plinium addit: *Nummum Hadriano* L. V. S. 9.
Principe cusum KABAC. L. IA. n. 5.

De nummo *Elagabali*, in quo, referente Scaligero, *Exomitarum* mentio fit, vide
mox numero sequente.

1 N[6]. XXI. Axumitæ) Sic Habessini à Regia *Axuma* olim à Græcis nominati fuerunt. Rectè scribit *Stephanus* Ἀξωμῖται *Axumitæ.* Alii variè sed malè *Auxumitæ*, (q) *Auxomitæ, Exomitæ, Auximates* (r). *Philostorgius Hist. Eccles.* L. III. c. 6.

Αὐξουμῖται ἀπὸ τῆς μητροπόλεως οὕτω κληθέντες. Αὔξουμις γὰρ αὐτοῖς ἡ μητρόπολις.

Auxumitæ à metropoli sic dicti. Auxumis enim est eorum metropolis.

Idem: εἰς τοὺς Αἰθίοπας Αὐξουμίτας καλουμένους &c. *ad Æthiopas Auxumitas dictos* [profectus est.] Speciale igitur hujus gentis nomen, ut alibi monuimus, Græci ignotave- Sup. 19.
runt. Procopius Cæsariensis, Περσικῶν Lib. 1. p. 32. §. 21.

Ὁμηριτῶν δὲ καταντικρὺ μάλιστα ἐν τῇ ἀντιπέρας ἠπείρῳ Αἰθίοπες οἰκοῦσιν, οἳ Αὐξωμῖται ἐπικαλοῦνται, ὅτι δὴ αὐτοῖς τὰ βασίλεια ἔστιν ἐν Αὐξώμιδι πόλει. Καὶ θάλασσα ἡ ἐν μέσῳ οὖσα ἀνέμου μετρίως ἐπιφόρου ἐπιπνέοντος ἐς πέντε ἡμερῶν τε καὶ νυκτῶν διάπλουν διήκει.

E regione autem Homeritarum maximè in opposita continente Æthiopes habitant, qui Auxumitæ vocantur, quoniam Regia illorum est in Auxomide urbe. Et mare, quod in medio est, vento mediocriter secundo incumbente, quinque diebus & noctibus trajici potest.

2 Axumitarum neque *Strabo* neque *Plinius* meminerunt, indiciô, eam urbem vel nondum conditam, vel minus celebrem illorum tempore fuisse. *Ptolemæus* tamen

I 2 cjus

(m) Bochartus *in Hierozoico suo P. II. L. 1. c. 10. p. 61. Et L. VI. c. 14. n. 2.* Arabum exemplo *Homeritas Christianos* etiam vocat *Abessinos.* (n) De Emend. temp. in Comp. Æthiop. L. VII. p. m. 680. (o) In Thesauro rei antiquariæ fol. 206. XVI. ΑΒΑΣΗΝΩΝ. *Num. Imp. Severi.* Vide Adolphi Occonis Numismata *Augustæ Vindel. 1617. fol. 362. sub Severo.* Patin. p. 286. (p) Parisiis 1684. Lit. A. (q) Ptolemæus, Nonnosus, Nicephorus, Procopius, & alii. (r) Baronius ad annum Christi 356. num. 24. in fin.

Lib. I. c. 1. ejus ut Regiæ Æthiopum mentionem fecit (*s*) *Scaliger* (*t*) in numiſmate Alagabalis
N. XXII. Imperatoris, legi ſcribit: ΑΞΟΥΜΕΙΤΩΝ; ſed ego nummariæ rei peritiſſimos percunctatus, nihil certi de tali nummo cognoſcere potui (*u*). At tempore S. *Athanaſii* percrebuit nomen iſtius gentis, ut aliquoties monuimus. Plura de urbe ipſa & emendatione *Stephani* & *Arriani* infra Lib. II. c. 11. n. 46. dicturi ſumus.

N°. XXII. Alii originis ratione Habeſſinos cum veteribus Homeritis: alii cum Nubæis ob vicinitatem confuderunt] Prius facit *Ni-* 1
L. 17. c. 32. *cephorus* Calliſti, qui nationes mirè confundit. *Axumitarum Indorum Rex*, (*x*) inquit, *prælium cum Homeritis Indis commiſit.* Utrosque facit Indos, cum neutri eſſent. Nam Axumitæ in Africa: Homeritæ in Arabiâ degebant. Mox alios nominat Homeritas, *qui Ægypto appropinqua*[illegible]*r*, [utique Indi non erant] *& merces ad Axumitas vehebant.* Iſti alii non erant, quam noſtri Habeſſini, Ægypto propinqui.

Quamvis enim Habeſſini origine Homeritæ ſive Sabæi ſint, attamen ab iis di- 2
greſſi alio nomine aliam gentem conſtituerunt; ut non niſi incommodè dixeris, *eos qui in Arabia Homeritæ vocati ſint, in Africa Axumitas cognominatos*; quod in Scali-
N. 19. §. 6. gero ſupra notavimus; cum ſimpliciter dicendum ſit: *Axumitas Africæ progeniem eſſe Homeritarum Arabiæ.*

Bochartus (*y*) de freto maris rubri diſſerens: *Huc facit*, inquit, *quod pro Abaſ-* 3
ſenis vel Abiſſinis quidam veterum Homeritas *appellant, de Arabiæ gentis nomine*; idque imputat *Theophani Byzantio*, quem *Photius* (*z*) ſic inducit ſcribentem.

Ὁ Χοσρόης ἐπ᾽ Αἰθίοπας φίλους ὄντας Ῥωμαίοις τοὺς πάλαι μὲν Μακροβίους, νῦν δὲ Ὁμηρίτας καλουμένους, ἐστράτευσε, καὶ τὸν Βασιλέα τῶν Ὁμηριτῶν Σανατούρκην διὰ Μιράνους τοῦ Περσῶν στρατηγοῦ ἐζώγρησε.	Chosroes adverſus Æthiopes Romanorum amicos, olim quidem *Macrobios*, nunc verò *Homeritas* dictos, bellum movit, Regemq; Homeritarum Sanaturcen per Mitanum [Merwanum puto] Perſarum Ducem, vivum cepit.

Sed ut mihi videtur, Theophanes non Æthiopes Africanos, nec Habeſſinos noſtros, ſed *Homeritas Arabes ſeu Sabæos* intelligit. Iſtos enim olim etiam Æthiopes
N. XIX. vocatos fuiſſe Bochartus ex Stephano novetat, & nos ſupra fusè docuimus. Quippe ex Hiſtoria Choſrois II. conſtat illum Arabes perdomuiſſe, non verò Æthiopes Africanos. Etenim in Africa, expugnata Ægypto usque ad Æthiopes ſolùm per-
Theophanes fallitur. venit, ad Habeſſinos autem noſtros non penetravit. In eo autem fallitur Theophanes, quòd Homeritas illos, quibus Choſroes bellum movit, olim *Macrobios* dictos fuiſſe putavit. Error ex eo, quòd fortè audiverat Homeritarum poſteros (ſc. Æthiopes noſtros) Macrobiorum ſedes in Africa occupaviſſe, ideò Æthiopes Arabicos Macrobios olim dictos fuiſſe incautè ſcripſit. Quod autem addit: Nunc verò, id de Græcis accipiendum, nam apud Arabes id nominis ſemper habuerunt.

Alioquin Homeritas Chriſtianos in Arabia, non quidem originis, ſed clientelæ 4
reſpectu, poſt occiſum Dunavvaſum Homeritam Judæum, Habeſſinos communiter vocatos fuiſſe, paulo ante *n. 19. & n. 20.* indicavimus; pluribus id facturi, cùm ad Lib. II. c. 4. n. 22, pervenerimus. A Procopio in Perſicis (*a*) Homeritæ cum Saracenis confunduntur; nam tum temporis duæ factiones in regno Homeritarum erant; ut infra modò dicto loco dicetur.

DE NUBÆIS.

Nunc de *Nubæis* agendum, quos autores ab Habeſſinis noſtris interdum non 5
diſtinguunt. نوب *Nuba* vel potius ኖባ: *Noba* (ut Habeſſini per *O* obſcurum efferunt) vulgò *Nubia*, regio eſt Æthiopica, in quarta primi Climatis parte ſecundum *Geographum Nubienſem* ſita. Incolæ à Græcis vocantur Νοῦβαι Nubæ, vel Νουβαῖοι
Lib. 17. *Nubæi. Steph. de Urbibus. Strabo* ait: Λοιπὰ δὲ τὰ πρὸς νότον Τρωγλοδύται, Βλέμμυες καὶ Νοῦβαι &c.

Reliqua

(*s*) *Lib. VI. c. 8. Tab. IV. Africæ.* (*t*) De emendatione Temporum Lib. VII. in Comp Eccleſ. Æth. p. m. 682. (*u*) Habetur *apud Goltzium* th. 131. & tit. XVII. fol. 210. ſub *Marco Aurel. Antonin. Elagabal.* De quo viro judicium eruditorum numero antecedente retulimus. (*x*) Sc. Calebus alias Elesbaas, de quo nos infra II. 4. 21. (*y*) Geogr. Sacr. L. 2. c. 23. p. 143. (*z*) *Cod. LXIV p. m 386* (*a*) Photii Biblioth. N. LXIII.

Reliqua ad Austrum Troglodytæ [Nota hic Troglodytas in medio Africæ] *Blemmyes, & Nubæ &c. inhabitant &c. Procopius Cæsareensis* Νοβάτας *Nobatas* vocat: L. I. c. i. N. XXII.

Ἀλλὰ Βλέμμυες μὲν αὐτοὶ δὴ τῆς χώρας ἐς τὰ μέσα ᾤκηνται. Νοβάται δὲ τὰ ἀμφὶ Νεῖλον ποταμὸν ἔχουσι.

At *Blemmyes* quidem hujus regionis interiora colunt. *Nobatæ* vero utramque Nili ripam possident.

Appellantur autem *Nobatæ* à *Noba*, ficut *Sabatæ* à *Saba* apud Festum Avienum.

- - - - - - - *rutili contermina Ponti*

Minai Sabatæque tenent superi

6 Non autem ad utramque, sed ad occidentalem Nili ripam Nubæos habitare dixit Gregorius meus Habessinus:

ሰናርስ፡ ወኖባ፡ ይኀልዉ፡ በአፍሁ፡ ለአበዊ፡ መንገለ፡ ምዕራብ። ወበመ፡ ዓቅም፡ ወእቱ፡ ሎሙ፡ እመንገለ፡ ፩ገጽ፡ ዘምሥራቅ።

Sennâr autem & Noba sitæ sunt ad oram Nili Occidentem versus, qui tanquam munimentum est illis ex aliqua parte Orientis.

Scil. Nilus illis orientem versus pro munimento est, ne hostes facilè ad eos transeant. Quæ melius conveniunt cum relatione Strabonis, cujus locus adscribi meretur. d. l.

Ἐξ ἀριστερῶν δὲ τῆς ῥύσεως τοῦ Νείλου Νοῦβαι κατοικοῦσιν ἐν τῇ Λιβύῃ, μέγα ἔθνος, ἀπὸ τῆς Μερόης ἀρξάμενοι μέχρι τῶν ἀγκώνων, οὐχ ὑποτεταγμένοι τοῖς Αἰθίοψιν, ἀλλ' ἰδίᾳ κατὰ πλείους βασιλείας διῃρημένοι.

À sinistris alvei Nili *Nubæ* habitant in Africa; magna gens, à Meröe incipiens usque ad anfractus [*Nili*] non subjecti Æthiopibus [sc. *propriè dictis*] sed separatim in multa regna distincti.

Magnam gentem esse dicit, & in multa regna distinctam, quod pro scopo nostro benè notandum.

7 *Geographus Nubiensis* spatium itineris duorum mensium illis tribuit: Clim. II. P. 4.

طول بلاد النوبة علي ساحل النيل شهوان واكثر

Longitudo regionum Nobæ [Nubiæ] *ad ripam Nili duorum mensium* [iter] *est, & amplius.*

Quæ de Nubiâ propriè dictâ vera non sunt, utpote quæ in quarto climate desinit. At duorum mensium iter à Meröe meridiem versus ad lineam æquinoctialem & ultra pertingat necesse est, & sic non Habessiniam tantùm, sed & regna olim ignota, *Gingiro, Musaco, Monemugi,* & *Macoco* (b) atque in isto *Pygmæorum regionem* complecti oportet, idque convenit cum verbis Strabonis, qui Nubiam in multa regna distinctam memorat. Nimirum huic nomini accidit quod multis aliis, ut ad regiones remotiores es ignotas extenderetur; cujus rei aliquot exempla suprà dedimus. N. 16. 2. & 17. 6.

Additio

DE PYGMÆIS.

8 Nunc quoniam ad Pygmæos per Nubæorum appellationem venimus, non incongruum videtur ad eos animi causâ paulisper excurrere, quia & illi veteribus Νῦβαι seu Nubæi dicti fuere. Νῦβαι Πυγμαῖοι *Hesychius* art. Vetustissima de iis fama fuit, sed fabulis de cubitali brevitate & pugnâ gruum, equitatione in arietibus &c. contaminata, quasi egregium artificium esset, fabulas fabulis addere, easque in gratiam vulgi miraculis amplificare. Primus *Homerus* Iliad. 3. v. 5. de iis sic canit:

Κλαγγῇ ταίγε πέτονται ἐπ' ὠκεανοῖο ῥοάων,
Ἀνδράσι Πυγμαίοισι φόνον καὶ κῆρα φέρουσαι.

[Grues] *Clangore volant ad Oceani fluenta,*
Viris Pygmæis cædem fatumque afferentes.

Confirmata fuit hæc fama à veteribus Historicis. *Herodotus* enim, ex relatione Cyrenensium de itinere audaculorum quorundam ultra deserta Libyæ profectorum, *Pygmæos* vocat ἄνδρας μικροὺς μετρίων ἐλάσσονας ἀνδρῶν *Viros parvos mediocribus viris*
9 *minores.* Aristoteles, (c) cum dixisset grues migrare ad paludes supra Ægyptum, unde Nilus profluit, addit: Ἐστὶ δὲ ὁ τόπος οὗτος περὶ ὃν οἱ Πυγμαῖοι κατοικοῦσιν. *Est autem locus iste circa quem Pygmæi habitant.* At cum fama illa plerisque videretur fabulosa; asse- Aristot. asseveratio.

(b) Regna hæc in recentioribus Africæ descriptionibus reperiuntur apud Tellezium, *Dapperum & Vossium de Nili al. flum. origine.* (c) Lib. VIII. Hist. Animal. cap. 12.

L. I. c. 1. N. XXII. asseveratione quadam usus subjungit: *οὐ γάρ ἐστι τοῦτο μῦθος, ἀλλ' ἔστι κατὰ τὴν ἀλήθειαν γένος μικρὸν μὲν, ὥσπερ λέγεται, καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ ἵπποι.* Non est fabula, sed planè veritas, *gens parva (quidem), prout dicitur & ipsi & equi.* Plinius Aristotelem intelligit,
L. V. c. 30. dum scribit: *Quidam & Pygmæorum gentem prodiderunt inter paludes, ex quibus Nilus oriretur.* Tam magnam autem & constantem apud veteres famam de Pygmæis fuisse oportet, ut autores quidam eos aliquando extitisse non quidem negent, sed defecisse putent. Nam *Pompon. Mela*, cùm eadem quæ Plinius & Aristoteles de iis re-
L. 3. c. 8. tulisset, *eos dimicando contra grues defecisse* fingit. *Plinius* dum eos modò in *Caria* (d), modò in *Gerania* (e) ponit, in præterito loquitur, quòd dicantur *ibi fuisse vel habitasse.* At *Strabo*, ut est ad incredibilia minimè proclivis, Pygmæos simpliciter profa- 10
Strabonis negatio. Lib. II. p. 70. bulosis habet; & irridet eos, qui *ἐγκαινίζουσι τὴν Ὁμηρικὴν τῶν Πυγμαίων γερανομαχίαν. τρισπιθάμους εἰπόντος.* renovarunt (f) *Homericam Pygmæorum tres spithamas altorum Geranomachiam* [pugnam cum gruibus]. Huic sententiæ plerique eruditorum hodiernorum subscribunt. Scaliger (g) de Pygmæis differens, ait: *At hæc omnia antiquorum figmenta & meræ nugæ; si extarent, reperirentur. At cum universus Orbis nunc nobis cognitus sit, nullibi hæc naturæ excrementa reperiri certissimum est.* Sed ad asseverationem Aristotelis: *Non enim est fabula* &c. nihil prorsus respondet, quin potius eam in versione Latina omisit, &, quod mireris de hoc viro, verba (*ὥσπερ λέγεται*), quæ ad sequentia (quod *Pygmæorum equi* etiam parvi sint) manifestè pertinent, (ni *ἀντιλογίαν* Philosopho impingere velis, qui id, quod modo verissimum dixerat, rursus dubium reddere voluerit) ad antecedentia retrottaxit, ut Aristotelem semper moderatum & prudentem jure meritò vocaret. Quæ monenda fuerunt, quia veram Aristotelis sententiam planè impugnant & pervertunt. Sæpe nobis laudatus Joh. Harduinus ait (h): *Integras pumilionum gentes dari tam falsum est, quàm quod falsissimum.* Casaubonus *in notis & castigationibus ad d. locum Strabonis* sugillat eos, *qui, si Diis placet* (ita loquitur) *Pygmæos ex Sacra Scriptura probare conantur.* Locum Vulgatæ Ezech. 27. 11. intelligit: *Sed & Pygmæi, qui erant in turribus tuis* &c. De quo loco mox disseremus, simulque Fullerum fortiter negantem audiemus. Alii cautiores, famæ tam latè sparsæ, & tot testi- 11
moniis veterum recentiumque firmatæ contraire non ausi, tantummodo mitigare parvitatem eorum voluerunt. *Bochartus* (i), tantæ vir eruditionis, gentem & nationem esse non it inficias, at *cubitales eos fuisse* rectè negat, *staturâ tantùm solito breviores fuisse* statuit; *Herodotus* verò *mediocribus minores* eos fuisse scribit. Jam autem mediocris pet se solitò brevior est; igitur talibus minores fuisse oportet Pygmæos, si vera prædicat antiquus iste Historicus. Nec Aristoteles tantâ asseveratione opus habuisset, si tantùm solitò breviores fuissent.

Isaacus Vossius homunculos tales in meditullio Africæ agnoscit, sed, ne gentem 12
credere cogatur, nanos ex iis facit *in Libello de Nili aliorumque fluminum origine*, cum
c. 18. in fin. dixisset: *Non antiquos solùm sed & plerosque recentiorum Pygmæos ad Nili fontes fabulo-*
Cap. 19. *sè collocare*; scribendo pergit: *Se mirari Aristotelem, quòd tam seriò affirmet, non esse fabellam, quæ de* Pygmæis *& bello, quod cum gruibus gerant, narrantur. Si quis totam pervadat Africam, nullas vel* grues vel Pygmæos *inveniet. Attamen ut solent fabellæ non de nihilo fingi, & aliquid plerunque continent veri, id ipsum quoque hic factum esse existimo. Certum quippe est, ultra Nili fontes multos reperiri* NANOS, *qui tamen non cum gruibus, sed cum elephantis perpetuum gerant bellum. Præcipuum quippe eboris commercium in regno magni Macoki per istos transigitur homunciones. Habitant in sylvis & mira dexteritate elephantos sagittis conficiunt. Carnibus vescuntur, dentes verò* Iagis *divendunt, illis autem* Congensibus, & Lusitanis. *Proprio vocabulo appellantur* Mimos, *aut etiam* **Backeback e.** *Cum pusilli sint corpore, caput attamen his ut cæteris* NANIS *est prægrande. Complures ejusmodi & Lusitani & nostri adfirmant se vidisse inter stipatores Regis Lovan-*

(d) prope Thebaiten amoem. Lib. V. c. 29. (e) à gruibus denominata urbe Lib. IV. c. 11. (f) id est: qui obsoletam jam Homericam de Pygmæis fabulam rursus in lucem produxerunt. Verbum *ἐγκαινίζειν* vulgò tam malè reddi, mirum! *Immutarunt* Xylander sine sensu; meliùs *Interpolarunt* Bochartus in Hieroz. P. II. Lib. 1. c. XI. p. 77. l. 37. (g) in commentario in Aristot. Hist. de Animal. ad d. locum p. 419. (h) in notis ad Plin. L. VI. Sect. 22. 2. (i) Geogr. sac. L. 2. c. 23. p. 142. E.

vangi. Integrum locum exſcribere voluimus, ut ſtudioſus lector judicet, an de *na-* L. I. c. I.
nis accipi poſſint, quæ hic de iſtus homuncionibus narrantur? Itáne natura in illis re- N. XXII.
gionibus adeò degeneravit, ut plures *nanos* quàm alibi gignet? ut ad capturam ele- Pygmæi non ſunt Nani.
13 phantorum quaſi ſocietatem aliquam inire poſſint? Quippe *nani* naturæ quodam errore ex aliis juſtæ ſtaturæ hominibus generantur; qualis verò ea gens ſit, ex qua iſta naturæ ludibria tantâ copiâ proveniant, Voſſium docere oportebat. Quia pumiliones pumilos alios non gignunt, ſed plerumq; ſteriles ſunt, experientiâ teſte; ut plane non opus habuerint Doctores Talmudici *nanorum matrimonia* prohibere *ne digitales ex iis naſcerentur.* Ita enim præcipiunt in *Bechor. f. 45. 2.* ננס לא ישא ננסת שמא יצא מהם אצבעי *Nanus ne ducat nanam, ne fortè oriatur ex iis digitalis* [virunculus]. Nanorum matrimonia.

14 Verùm enim verò omnes autores, qui unquam de Pygmæis ſcripſere, eos non tanquam nanos, ſed tanquam nationem quandam peculiarem nobis repræſentant. Ut taceamus veteres ſupra à nobis memoratos. Nonnoſus, qui eos vidit (*k*), ſequentia tradit: Pygmæi viri.

Ἐπὶ τὴν ἐσχάτην τῶν νήσων καταχθέντι τοῖον δή τι συμβῆναι θαῦμα καὶ ἀκοῦσαι. Ἐνέτυχε γὰρ τισι μορφὴν μὲν καὶ ἰδέαν ἔχουσιν ἀνθρωπίνην, βραχυτάτοις δὲ τὸ μέγεθος καὶ μέλασι τὴν χροιάν, ὑπὸ δὲ τριχῶν δεδασυμένοις διὰ παντὸς τοῦ σώματος. Εἵποντο δὲ τοῖς ἀνδράσι καὶ γυναῖκες παραπλήσιαι, καὶ παιδάρια ἔτι βραχύτερα.

Ad ultimam inſularum delato tale quid accidit vel ipſo auditu mirandum. Incidit enim in quosdam formâ quidem & figurâ humanâ præditos, ſed ſtatura breviſſimos, [*non ſolùm tantùm breviores*] colore nigros, & toto corpore piloſos. Sequebantur autem viros prope æquales fœminæ, & pueri adhuc breviores (*l*).

15 *Dapperus* in Africa ſua, & quidem in *Æthiopiâ inferiore* in Provincia *Bockemeale* [edit. Germ. pag. 571.] refert: **von einer Ahrt kleiner Menſchen Mimos oder Backebacke genennet / die unter dem Gebieth des groſſen Makoko ſtehen;** & tit: *Regnum Makoko* p. 572. **In den Wildnüſſen dieſes Königreichs Makoko befinden ſich die obgemeldten kleinen Menſchen / welche den gröſten Handel mit Elffenbein zu thun pflegen.** *Genus hominum parvorum eſſe, qui vivant ſub ditione magni Regis Makoko, & Elephantorum venationem agitare.* Idem in deſcriptione Regni *Lovango* pag. 527. ait: **Die Schwartzen berichten / daß in einer Landſchafft oder Wildnüß lauter ſolche Zwerge wohneten ꝛc.** *Æthiopes narrare in quodam tractu terræ inculto meros tales nanos habitare*; Quæ verba ſatis indicant nanos propriè dictos non eſſe; meris enim nanis nulla gens conſtare poteſt. Quamobrem in illis regionibus Luſitanis *Mimos* (*m*) non *Anaoens*, *Nani*: Hollandis **Backebacke** non **Dwergens** Nani vocantur. Nani enim opponuntur juſtæ ſtaturæ hominibus, ubi ergo omnes parvi ſunt, propriè nani dici non poſſunt. Thevenotius Itinerarii ſcriptor fide dignus, eos non *Nains*, nanos, ſed *petits Esclaves noirs, parvos ſervulos ni-*
16 *gros appellat.* Vidit eos apud Legatum Regis Habeſſinorum inter dona ad Turcarum Imperatorem miſſa, ſic ſcribens (*n*):

Il menoit encore pluſieurs petits eſclaves noirs de Nubie, & autres confins d' Ethiopie, qui ſervent pour garder les femmes dans le Serail, aprés qu' on les a chaſtrez.

Ducebat ſecum multos parvos ſervulos nigros ex Nubia, & vicinis Æthiopiæ regionibus, qui caſtrati cuſtodiunt pellices Gynæcæi regii.

Happelius in relationibus curioſis narrat: Inter munera Duci Sabaudiæ à Rege n. 85. pag.
Luſitaniæ miſſa, cum illi nuptum dare vellet filiam ſuam, fuiſſe etiam pumilionem 677.
Æthiopem tres tantùm palmos altum.

17 Non ergo eſt, ut cum Strabone Lib. XVII. dicamus Ἑωρακὼς μὲν οὐδεὶς ἐξηγεῖται τῶν πιστῶν ἀξίων ἀνδρῶν. *Neminem fide dignum eos vidiſſe.* Cùm jam recentiore experientiâ *Nonnoſum* Juſtini Imp. Legatum: *Thevenotium* qui de ſuo, aliosq; qui de aliorum viſu teſtantur, produxerimus. Tot tamque diverſa vetera & recentia teſtimonia utiq; plenè perſuadere nobis poſſunt, reverâ dari adhuc Pygmæos.

De

(*k*) In Photii Bibliotheca N. III. p. m. 3. (*l*) Iſti fortaſſis erant τρισπίθαμοι triſpithami cubitales. (*m*) Delicias appellaverunt veteres *Servulos ſuos minutos*, ſcil. *Nanos* iisque ſimiles. *Caſaubonus ad Sueton Aug.* c. 83. in Not. Quæ vox reſpondet Luſitanico, *Mimos.* Græci aliàs vocaverunt ἀνθρωπάρια μικρά, Σκωπαίους, & Στιλπωνας. Idem *Caſaub.* ad dict. loc. (*n*) In itinere Orientali Voyage de Levant. Lib. II. c. 68.

Lib I. c. 1. De loco habitationis eorum cùm ex *Vossio* tùm ex *Dappero* didicimus, quòd in 18
N. XXII. meditullio Africæ, in regnis nec dum satis cognitis habitent. Quæ exactè conveni-
Pygmæor. regio. unt cum veterum traditione, quam supra retulimus; ut falsi sint omnes, qui eos in
ultimum Septentrionem ultra hyperboreos montes rejiciunt, ubi scilicet eos nemo fa- 19
Clim. V. cilè quæsiverit. Geographus Nubiensis de populo terræ Magog scribit:

p. 10. وهم كلهم قصار جدا في نهاية القصر حتي ان الرجل منهم لا يتجاوز ثلثة اشبار ونساوهم مثل ذلك.

Et omnes illi sunt parvi valde in extremitate parvitatis [i. e. staturæ brevissimæ]. *ita ut viri inter eos non excedant tres palmos, & fœminæ eorum similiter.*

Nimirum audiverat Geographus iste parvos homines in Septentrione dari,
igitur fabulam de trispithamis hominibus illuc spectare putavit. Ipse vidi Lappones
solito breviores, sed qui nemini essent miraculo. Non minus errant, qui eos in India
constituunt (*o*), nisi eodem fortassis sensu, quô Æthiopes nostri Indi nominati fuere;
de quo numero sequente agemus.

Quòd autem ex ipsa eorum patria nullum Europæum nuncium habuerimus, id 20
eò factum, quod in meditullium Africæ tot parasangis à littore maris remotum, nul-
lus Europæorum adhuc penetraverit, nisi forte servus captivus, qui ad nos non reme-
avit. Siquidem Africæ interiora circa lineam æquinoctialem nobis hucusque pla-
nè incognita manserunt. Vix nuda peregrinorum regnorum nomina in nova Vos-
sii tabula, quam tractatui suo de Nili al. flum. origine adjecit, comparent; ut verè di-
ci non possit Orbis universi partes navigationibus nunc planè nobis cognitas esse,
quod Scaligeri atque Fulleri negationis fundamentum est. Cùm tamen à viris fide
dignis extra patriam suam visi fuerint; id dubio clarorum istorum virorum satisfacere
debet.

Mensura. Quandoquidem igitur popellus ille Pygmæorum nunc satis sibi constet; de 21
modo tantùm & mensura parvitatis eorum quæstio remanet, quam insolitam & stu-
pendam fuisse ex verbis Herodoti, Aristotelis, atque Nonnosi supra relatis liquet.
Ea tamen minimè cubitalis putanda est; quamvis vulgus Pygmæorum nomen in
Græcâ linguâ inde derivatum putet. Nisi fortè puer vel nanus Pygmæi generis
olim advectus imperitioribus aut minus curiosis ansam præbuit credendi totam gen-
tem talem esse.

[Disputant quidem Grammatici & vetustissimi Homeri interpretes *Didymus* & *Eustathius* de genuina hujus vocabuli Etymologia. Nimirum *πυγμὴ pugnum*. & *luctam quæ pugnis fit*, significat. Itaque non *πυγμὴ* sed *πυγὼν mensuram cubitalem* denotat; quamobrem non *Pygmæi* sed *Πυγώνιοι Pygones* dicendi essent, ut *Eustathius* loquitur. *Jul. Cæs. Scaliger in Arist. Hist. de Animal.* VIII. 15. p. 914. deridet Grammaticorum inscitiam. Πῆχυς *enim*, inquit, *aliud est quàm πυγμὴ.*]

Quamvis autem tot fabulæ huic relationi admixtæ sint, videlicet, quod insiden- 22
tes arietum caprarumque dorsis pugnam cum gruibus conserant, & similia, non
Gigantes. ideò res tota neganda erat: sicuti nec *Gigantes* proprerea negandi sunt, quòd multæ
fabulæ de prodigiosa illorum proceritate, & immanibus sceleris tàm à Poetis, quàm
aliis scriptoribus nobis obtrudantur: nec non balænarum elephantorumque ossa
atque dentes pro giganteis hîc illic ostendantur. Nam fuisse olim & adhuc esse gen-
tes multò nobis proceriores ex antiquioribus & recentioribus autoribus certò liquet:
& fama atque appellatio peculiaris per omnes totius Orbis linguas atque nationes
Enakim. non est planè spernenda; quales fuisse oportet Enakides. Nam בני ענק *filiorum Enak*
tanquam rei alicujus insolitæ aliquoties expressa mentio fit Num. XIII. 23, 29. quam-
vis exploratores illi improbi decumanâ hyperbole usi fuerint, locustis sese respectu
illorum æquiparantes. Attamen nisi planè stupenda eorum species & magnitudo fu-
isset, coram Josua & Calebo, viris integerrimis, tam impudenter ausi non fuissent
mentiri. Ex בני ענק *filiis Enak* autem homines torquatos facere velle, certè perridicu-
lum

(*o*) Athenæus Lib. IX. *ex Basilide*. Plinius Lib. VII. c. 2. §. *super hos &c.* Munsterus *in Cosmographia sua* Lib. VII. cap. 74. qui sine ulla epicrisi obvia quæque congessit & exscripsit.

lum est. Qui istud faciunt, non meminerunt loci Deut. II, 10. & 11. עם גדול ורב ורם כענקים *Populus magnus, multus & excelsus instar Enakidum.* Quis non videt de gente vel familia sermonem esse? L. I. c. I. N. XXII

23 Homines autem ultra modum sive parvos sive magnos asserere, non magis absurdum aut impium putandum est, quam si quis nigros homines statuisset priusquam eos vidissemus. Tanta hominum varietas, *Pygmaeorum, Gigantum*, *Anthropophagorum* dente quasi suillo signatorum: *Nudorum* nullo modo verecundantium: *Troglodytarum*, ferorum hominum in America sine lege sine Rege bestiarum instar palantium, neque deficientis neque fœcundantis naturæ indicium censeri debet, multo minùs quod id à prima intentione Creatoris, ejusque immutabili providentia recedat. Naturæ semper eadem est operatio, quamvis pro diversitate subjectorum diversi prodeant effectus; sive ob climatum: sive ob alimentorum diversitatem id fiat, ut videamus alibi *nigros*, alibi *albos*, alibi *buxeos* aut *spadiceos* homines: ut alibi sive ob frigus, sive ob æstum, aut magni, aut parvi homines prodeant (*p*); denique corruptione ingenii humani luxum appetentis mirum non est, homines & ætate & staturâ deficere. *Tacitus* de Germanis: *In omni domo nudi ac sordidi, in hos artus, in hæc corpora, quæ miramur, excrescunt.* Quis miratur hodiè artus, aut corpora *Germanorum*? Ubi est illa *Patrum antediluvianorum* longævitas? Si ista decrevit, cur non & proceritas? Rectissimè vir doctus (*q*) de Gigantibus disserens, ait: *Exstitisse autem ante diluvialem irruptionem homines, qui pro diversa cœli & terræ, in qua degebant, positura, alios corporis magnitudine superarent, plus quam verisimile est.* Cap. 20.

24 Sed ad Pygmæos nostros revertamur. Fabula de Geranomachia Pygmæorum, seu pugna cum gruibus etiam aliquid de vero trahere videtur, si pro gruibus condoras intelligas, aves in interiore Africa maximas, ut fidem penè excedat. Ajunt enim, quòd ales ista vitulum elephanti in aërem extollere possit; ut infra docebimus. Cum his Pygmæos pugnare, ne pecora sua rapiant, incredibile non est. Error ex eo natus videtur, quòd primus relator, alio vocabulo destitutus, *grues* pro condoris nominarit; sicuti Plautus (*r*) *picos* pro *gryphibus*, & Romani *boves Lucas* pro *elephantis* dixere. Si quis igitur elephantorum ignatus olim audivisset referri, dari in India boves quæ turres gestarent, è quibus quinque vel sex milites pugnare possent; nonne id pro insigni fabula habiturus fuisset, æque ac si quis retulisset: grues juvencos in aerem rapere. Talia contingere possunt, ubi in re & nomine erratur. Geranomachia. I. 12. n. 92.

25 Nunc ad locum *Ezechielis* supra allegatum redeundum nobis est. Pro *Pygmæis*, quos Vulgata habet, in Hebraico textu extat גמדים *Gammadim*; Vox גמד *Gomed* Hebraica Latinis *cubitus* est, seu *mensura cubitalis*. Hinc derivatum putavit Aquila *Gammadim*, & *viros cubitales* id est Pygmæos inepte prorsus intellexit. Eum secuti sunt autor Vulgatæ, & præcipui Rabbinorum *Elias*, R. *Salomon*, & *Kimchi in Libro Rad.* qui *Gammadim* exponit ננסים אנשי מדה קצרה *Nanos*, i. e. *Viros staturæ parvæ*. Ridiculè prorsus. Pulchrè scilicet quadrant Pygmæi in turres, nimirum ut cò minùs post pinnacula ab oppugnatoribus conspiciantur. Vel, *quia propugnatores in excelsis turribus tanquam Pygmæi appareant infernè spectantibus*, ideò sic dictos insignis Lexicographus nugatur. Sed vera & genuina hujus vocis significatio fuit amissa; est enim ex earum numero quæ semel tantùm in Scriptura reperiuntur; igitur per conjecturam *Aquila*, ut modo diximus, exposuit ab affinitate vocabuli גמד *Cubitus* sine ulla ratione. Pygmæi in Ezechiele.

26 *Septuaginta Interpretes* (quos Syrus & Arabs sequuntur) ignoratione vocabuli ex re & sensu φύλακας *custodes* reddiderunt, ii enim in turribus locari solent. Recentiores, quibus neutrum placere poterat, *Viros robustos* reddere maluerunt, quasi *cubito & brachio valentes*, sic enim & originem vocis & rem simul spectari putaverunt. Cùm

K verò

(*p*) *Brevis staturæ causa est æstus & frigus intensum*; ut benè *Harduinus* loquitur *ad Plin.* Lib. VI S. 20. n. 2. p. 682. (*q*) Theod. Ryckius *in Oratione de Gigantibus habita Lugd. Bat. An.* 1681. qui occasionem nobis dedit paulo fusius de hac materia disserendi, & quædam ab illo dicta hic limitandi. (*r*) Aulul. Act. 4. Sc. 8. v. 1.

L. I. c. 1. verò id analogiæ Hebraicæ parum conveniret, nec alibi hoc sensu occurreret, quia
N. XXII. *viri fortes* atque *robusti* aliàs Hebraicè *dicuntur* גבורים vel אנשי חיל nuspiam גמדים.
Idcircò *Theodotio*, Hieronymo teste, tutissimum putavit vocem ipsam Hebraicam,
tanquam nomen proprium gentis, retinere; cujus sententiam amplexi sunt novis-
Gammadæi gens. simi interpretes, & *Gammadæos* reddiderunt. Idque meritò factum ait *Fullerus* (*s*)
Eos enim esse incolas Urbis Phœniciæ Gamades, *quæ vitiosè* Gamales *apud Plinium* (*t*)
scribatur. Hæc Fullerus; qui simul graviter invehitur in expositionem Pygmæo-
rum. *Eos enim non extare in rerum naturâ, idque crebris iisque quam maximè longinquis
profectionibus & peregrinationibus terra marique in omnes Orbis partes susceptis*, [sed non
in meditullium Africæ] *testatissimum evasisse.* Pergit scribendo. *quare exterminetur
tandem aliquando, præcipuè ex sacris voluminibus perridicula & omnino commentitia gens
Pygmæorum.*

Accedimus & nos illorum sententiæ, qui Gammadim gentis cujusdam nomen 27
proprium esse autumant, quarum plurimæ, eæque præstantissimæ, tanquam Tyrio-
rum mercenariæ apud Ezechielem recensentur, ut ex contextu liquet. Idem sen-
sit vetustissimus Chaldaicus interpres קפוטקאי *Cappadoces*, sed sine causâ reddens:
necnon *Symmachus*, Hieronymo teste, qui duas voces per Dages coaluisse putavit,
(*u*) ut גמדים: pro גם מדים *etiam Medi* legatur. Qualis verò populus Gammadæi
sint, dicere non possumus, nec multùm referre putamus. Siquidem Fullero largiri 28
nequimus, ut Plinium corrigat, tanquam codice aliquo Græco mendoso deceptum,
ubi Δ in Λ corruptum legerit, & pro *Gammaden Gammalen* scripserit. Quippe non
uno isto in loco, nec in uno isto autore hoc nomen per L. scriptum reperitur;
L. V. S. 14. Idem paulò inferius dicit: *Sebaste in monte, & altiore* GAMALA. Duplex autem
Gamala urbs. hoc nomine oppidum in Phœniciâ fuisse ex Josepho de Bell. Jud. docet Harduinus
L. 4. c. 1. d. l. *alterum in Samaria. alterum ultra Jordanem*; quam τὰ Γάμαλα πόλιν ἱππέων *Gamalam ur-
L. III. c. 2. bem equitum* (*x*) appellat. Eusebius urbis Galilææ *Gamal* meminit (*y*), quam He-
Cap. 4. rodes instauraverit & Herodium nominaverit. Suetonius de Tito: *Taricheam & Ga-
malam urbes validissimas Iudææ in potestatem redegit.* Urbis validissimæ incolas etiam
validissimos viros fuisse credibile est, qui turrium custodiæ bene imponi potuerint.
Tot igitur autores, & tot loca corrigere ut Ezechielis Gammadæi reperiantur, ne-
mo sanus Criticus unquam permiserit. Nisi itaque in loco illo unico literæ ד per-
pendiculum ' addas, ut fiat ל & ex Gamadæis Gamalæos facias, ex oppido Gamala,
utut validissimo, turrium Tyri custodes prodire non poterunt. Qui vero tali emen-
dationi indulgere & ex כתיב Gam̃adim קרי Gam̃alim facere vellet; is dicere posset ex
גמלים ideò גמדים factum, quòd imperitus quidam librarius, urbis talis ignatus, pu-
tavisset *Camelis* (sic enim vox illa exponi poterat) nihil negotii in turribus esse, ac ob
id pro Gemalim *Camelis*, vel potius Gamalæis Gammadim Gamadæos fecisse.

Ad tam diffusam de Pygmæis dissertationem induxit nos appellatio Nubæo- 29
rum ad tot gentes Australes extensa; ut necesse non sit duplices Nubæos asserere,
quod dissuadet Bochartus (*z*) sic scribens: *Cave! ne cum his Nubais confundas alios Nu-
bas vel Nubæos, quorum regio prope ab ipsis Nili fontibus usque ad Ægyptum patet, duorum
mensium iter.* (*a*). Quia nomen istud omnes Æthiopes, qui in vasto hoc spatio ha-
bitant, adeoque & Habessinos nostros comprehendit.

Quare Bocharto libenter assentimur, quod expeditionem *Cyriaci Regis Nubiæ
in Saracenos Ægypti*, (quam Elmacinus (*b*) tradit) de Habessinis accipiat. Fortassis
etiam tunc temporis ipsâ Nubiâ vel parte illius potiti sunt. Confer Lib. II. c. 10. n. 42.

Nubiani Christiani Guilielmus Postellus, *in Alphabetis XII. Lingg.* (*c*) *Tit. de Indica lingua*, Æthiopicam 30
nostram intelligens, Habessinos nostros *Nubianos Christianos* vocat. Ideò *Duretus*
p. 580. & seq. in historia *de l'origine des langues de cet Univers*, linguam nostram *Æthiopicam* simul *In-
dicam*

(*s*) *Miscell. Sac. Lib VI. cap 2 p. 111.* (*t*) *Lib II. c. 91. Sect. 93.* (*u*) *Fullerus* loco citato
p. 110. ait *in Bibliis Hebraicis occurrere nonnullas tales voces compositas.* Exemplum habes infra l. 8 n. 52.
(*x*) cujus incolæ Gamalim. Gamalæi dicti fuerunt. (*y*) In Can Chron. sub M. Val Messal & P. Sulpitio
Quirino Coss. (*z*) Geogr. Sac. L. II. c. 23. & (*a*) de quibus supra n. 2. §. 7. ex Geogr. Nubiensi egimus.
(*b*) Histor. Saracen. Lib. I. c. 17. (*c*) quæ tanquam rem tunc temporis raram edidit Lut Paris. An. 1538.

dicam & Nubæam facit; Tit. *De la langue Ethiopienne, Indienne ou Noubienne*, tria nomina totam ferè Africam & Aſiam complectentia conjungit, forte ſperans, unum ex iis quadraturum. Lib. I. c. 1. N. XXIII. Mox pag. 581. ex Poſtello ait: *Iceux Ethiopiens, Indiens, ou Noubiens. Illos Æthiopes, Indos, aut Nubæos* (quæcunque demum è tot diverſiſſimis gentibus placuerit appellatio) innotuiſſe noſtro Chriſtiano Orbi a tempore Papæ Eugenii III. [corrige IV.] Scilicet ignoravit, Axumitas diu antea in Eccleſiâ Chriſtiana notos fuiſſe.

1 N°. XXIII. Æthiopes noſtros olim dictos fuiſſe Indos] Appellatio hæc Habeſſinorum ſuperiori ſeculo communiſſima, & ſtylo antiquorum temporum convenientiſſima fuit. Nam ut in Prooemio N. 1. §. 9. diximus, *Legationem magni Indorum Imperatoris Presbyteri Iohannis* edidit Damianus à Goes, de Habeſſinis noſtris agens. Æthiopicam linguam *Ambroſius Theſeus*, linguarum variarum ſuo tempore peritiſſimus, vocat *Indicam*. Idem feciſſe *Guilielmum Poſtellum nu-*
2 *mero præcedente diximus*. *Sebaſtianus Munſterus* (d) confert vocabula quædam *Indica* (ut vocat) cum Chaldaicis & Hebraicis, ſed male deſcribit, & pejus adhuc Latinis literis exprimit, ex. gr. ብስም: *Baſom* pro በስም: *Baſem, In nomine*. አምላኪ: *Amolacha* pro አምላክ: *Amlac, Deus*. እኅል: *Oholo* [*Ocholo* voluit ſcribere] pro *Ekl*, Panis. ይን: *Ion*, mendosè pro ወይን: *VVain, Vinum*. Id tantùm miror, quod iſta tanquam ſingulariter notabilia eruditiſſimis *Prolegomenis Bibliorum Polyglottorum Angliæ* (e) ſint admixta, nec non perverſiſſimè tranſcripta, ut primo aſpectu hærerem, & ignotæ alicujus linguæ vocabula eſſe putarem. Nec adhuc ſcio, quid exſcriptori in mentem venerit, quod pro በስም: *Baſom*. Chald. בשמא, Hebr. בשם *In nomine*; quæ Munſterus ita ſic habet, ille ineptiſſimè poſuerit.

Indic.	Chald.	Lat.
Baſam,	*Betscham*,	*Pinge*. &c.

3 Rectè *Scaliger* (f): *Qui* [Abeſſinos] *Indos vocant, minus imperitè faciunt*; & mox: *Indiæ nomine & Æthiopia intelligitur*; addit: *Præſertim cum quidam ſcripſerint, etiam ab ipſis hoc nomen agnoſci.*

[Joh. Potkenium intelligit, quem *in Proœm. n.* 1. §. 8. allegavimus. Is in præfatione Pſalterii Romæ impreſſi ait: *Habeſſinos ſemet Indos appellaviſſe*. Attamen benè ſciebant illi, ſe non eſſe ሰብአ: ህንድ: *Indos*. Propterea ſimplicitate id factum puto, dum ſatius putaverunt nomine ab aliis indito, & ab omnibus intellecto, quàm novo & inſolito *Ag-azian* vel Habesh, tunc temporis ignoto, uti; & eo ipſo interrogantes ad alias plures interrogationes permovere; Ut ſi Boruſſus aliquis in Oriente interroganti, *Cujas eſſet?* Se *Francum* eſſe reſponderet, ne novis interrogationibus fatigaretur; quod ſciret appellationem Boruſſorum in Oriente non intelligi. Hinc factum puto, quod *Habeſſini* tunc temporis Romæ *ſe dicerent Indos*.

Oſorius ſcribit: *Æthiopes ipſos ante Indiam navigatione repertam id affirmaſſe.* Nimirum veteres Indiam in Africa, poſt Æthiopiam propriè dictam ſtatuebant, adeoque hanc illi cohærere putabant. uti mox ex Ruffino dicetur.

4 Ideò multa veterum loca, quæ de Indis agunt, de *Nubæis vel Habeſſinis* noſtris ſunt accipienda. Procopius (g) Νεῖλος μὲν ποταμὸς ἐξ Ἰνδῶν ἐπ᾽ Αἴγυπτον φερόμενος &c. India pro Æthiopia: *Nilus fluvius ex Indis in Ægyptum delatus* (h). Virgilius Georg. 1. v. 57.

Uſque coloratis amnis devexus ab Indis.

De Nilo canit, quem ultra Æthiopiam propriè dictam originem ſuam habere ſciebat. Idem Georg. IV. v. 293.

India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi.

Veriſimile eſt, Æthiopiam hic intelligi, in qua elephantorum captura. Ea Mari rubro & commerciis Græcorum propior erat quàm India propriè dicta. Elephantos & camelopardales Anaſtaſio Imperatori ex India miſſos, Scaliger (i) meritò cenſet ex *Æthiopia* veniſſe. Servius ad verſum Virgilii Georg. II. 116.

- - - - *Sola India nigrum*
fert ebenum - - -

K 2 rectiſ-

(d) In Grammatica ſua Chaldaica tit. De literis Chaldaicis p. 14. (e) Tit. XV. *de lingua Æthiopica p.* 99. (f) *De Emend. Temp. Lib. VII. Comp. Æth.* (g) Lib. IV. Περὶ κτισμάτων: (h) Vide & Sabellicum Ennead. X. L. 8. (i) De emendat. tempor. Lib. VII. p. m. 681.

Lib I.c. 1. rectissimè notat: *Indiam omnem plagam Æthiopiæ accipimus.* Hoc sensu & Pygmæi
N. XXIII. in India collocantur à veterum nonnullis, ut num. præcedente §. 17. diximus.

Indi interiores. *Sozomenus Lib. II. c. 24.* & *Socrates Lib. I. c. 19.* Ἰνδῶν τῶν ἐνδοτέρω &c. *Indorum interiorum* conversionem per *S. Frumentium* factam ex Ruffino commemorantes, de 5
Axumitis sive Habessinis nostris loquuntur. Quæ diversissimarum gentium appellatio, generalissimo hoc nomine facta, multos doctissimorum Interpretum fefellit, qui eandem historiam discrepantibus circumstantiis narrari putantes, omnes illos autores parum sibi constare crediderunt; ut apparet in *Iac. Gothofredi dissertationibus ad Philo-*
L. II. c. 6. *storgium: De Indis interioribus*; & in *Henrici Valesii annotationibus*; de quibus inferiùs.

Verùm enim verò, veteres neque initium neque finem Indiæ rectè scientes, va- 6
riè locaverunt eam, ut mox audiemus; Sed confuderunt magis, quàm distinxerunt. Quippe post *Saracenos in ipsa Arabia* statim Indiæ gentes collocant, ut ex *Pro-*
d. l. *copio Scaliger docet*: Μεθ' οὓς (Σαρακηνούς) τὰ ἔθνη τῶν Ἰνδῶν ἐστιν. *Post Saracenos sequuntur Indi-*
d. l. *cæ gentes*: Et *Philostorgius eosdem* τοὺς ἐνδοτάτω Ἰνδοὺς, *interiores Indos* vocat, *S. Bartholomæi* Apostoli doctrina conversos, quos Indos mox, olim *Sabæos* nunc *Homeritas* di-
N. XX. ctos, prædicat; verba ipsa supra retulimus. Sic ergo *Philostorgius* explicat, quid per interiores Indos velit, quod *Socrates* inexplicatum reliquit, & fortè ipse nescivit.
N. 22. §. 1. Idem nobis de *Nicephoro* videtur, cujus verba supra citavimus. tam ignari erant veteres Geographiæ.

Ruffini error. *Ruffinus*, quem reliqui sequuntur, omnium pessimè Indiam distinxit, nisi 7
L. 1. c. 9. exemplarium vitium sit. *Thoma Parthia*, inquit, & *Matthæo Æthiopia, eique adhærens citerior India Bartholomæo dicitur sorte decreta. Inter quam Parthiamque media, sed longè interiori tractu India ulterior jacet, multis variisque linguis & gentibus habitata.* Nescit quid dicat. Paulò ante ex Procopio & Philostorgio didicimus, *interiorem*, id est *remotiorem* Indiam [Sabæorum regionem, nempe Arabiam felicem] à Bartholomæo conversam; at hîc Ruffinus idem de *citeriore*, id est *propiore* India dicit. Conciliet mihi aliquis *citeriorem Indiam Æthiopiæ adhærentem*, & tamen Parthiæ vicinam. Hæc enim Indiam non attingit; imò si illam ultra Carmaniam meridiem versus usque ad veram Indiam extendere velis, quomodo India ulterior [*hoc est*: remotior] media fieri potest inter Parthiam & Indiam citeriorem? Hæc ἀσύστατα inter se sunt, & sanæ Geographiæ prorsus adversa.

L. 3. c. 43. *Marcus Paulus Venetus majorem & minorem Indiam* satis angustis terminis circum- 8
scribit; ut nesciam quomodo Indiam *intermediam* sibi imaginari potuerit, quam Abasciam (lege Italica pronunciatione Abaschiam) propriè appellari ait. Alii *Abassiam* sic intrudi non posse videntes, *majorem Indiam* in Africa comminiscuntur, ut Abasseni in ea quoque locum inveniant. Sic enim Joh. Pothkenius: (k) *Peregrini Christiani, qui ad nos ex ea parte Æthiopiæ, quæ sub* (supra oportebat dicere) *Ægypto est,*
India major. *& nunc* major India appellatur &c.

Sebastianus Munsterus duplicem facit Indiam, *unam Orientalem*, quæ scil. in A- 9
siâ extremum occupet locum: alteram *Australem.* Nam mox dicit: *Alia est India Meridionalis, in Africa scil. sita &c.* Occidentalis Indiæ planè obliviscitur. Sic veterum plerique, cùm aliud nomen nescirent, Indiam finxerunt & constituerunt, prout lubuit; ita ut illis India nihil aliud sit, quàm ignota quædam & remota australis regio, cujus nomen speciale ignoretur.

Non tamen dixerim ego: *Veteres trans mare mediterraneum sitas regiones omnes* 10
Indiam vocavisse: eoque nomine etiam Libyam, Ægyptum, & Palæstinam complexos fuisse. Nimiùm notæ erant priscis istæ regiones, quàm ut eas ad Indiam referrent.

Error Geographicus. Distinguendus autem est error Geographicus, cùm gens, vel regio malè collocatur & India vocatur quæ ea non est, ab errore historico, cùm res vel historia Indiæ adscribitur, quæ alibi fuit vel contigit; veluti cùm Fulgentius opinatur: *Sareptanum vinum* [à Sarepta Phœniciæ urbe dictum] Indicum *esse*, utique erravit in cognitione

(k) In Præfat. Psalterii Æthiopici.

rei,

rei, non regionis. Nam facilè ſciebat Phœniciam non eſſe Indiam. In eo tantùm erravit, quod vinum Sareptanum ex India venire putaret. Sic Hyginus, cùm *Jovem Thebas*, [in Ægypto ſitas,] *in* India *nutricis ſuæ nomine condidiſſe* fingit, errat in hiſtoria & ſitu urbis, non quòd crederet Ægyptum ad Indiam ſpectare. Servius certè ad Virgilii verſus ſupra prolatos §. 4. L. I. c. I. N. XXIII. Fab. 175.

- - - - - - *Sola India nigrum*
fert ebenum - - -

notanter dicit: *Atqui & in Ægypto naſcitur:* Virgilium obliquè carpens; quod non feciſſet, ſi veteres Indiæ nomine etiam Ægyptum complexi fuiſſent, ſed id potius monuiſſet; prout fecit, cum ſentiret, objecturos aliquos non ſolum Indiam, ſed & Æthiopiam, peculiariter *Meroën*, hebenum ferre, unde *Meroetica hebenus*; ſtatim addens: *Sed Indiam omnem plagam Æthiopiæ accipimus.* Hinc conſtat, veteres quidem plagam Æthiopiæ, minimè verò Ægypti, pro India accepiſſe. Porro Hyginus hiſtorias & regiones mirè confundit, dum *Liberum Patrem in India Ammonem condidiſſe* ſcribit, cum id in Libya factum fuerit. Ex eo tamen non ſequitur illum Libyam, adeò Fab. 153.

11 notam, pro India habuiſſe. Tametſi habuiſſet, unius tamen vel alterius autoris error ſingularis non ſtatim toti antiquitati tribuendus eſt; ut cum Curtius *ſinum Gangeticum* mare rubrum vocat, quod nemo alius facit.

[Dum iſta ſcribo, nunciatur ab amicis Rudbeckium Tomo II. Atlant. cap. 4. p. 69. inter alia hæc tradere: *Spondeo autem loco ſuo me monſtraturum eſſe, Scriptoribus antiquiſſimis non prorſus inſolens fuiſſe* Indiæ *nomine cenſere, quidquid terrarum ab Oriente uſque ad Sueoniam protenditur.* Et cap. V. p. 367. *De India veterum ſcripſimus Atlant.* P. I. c. 2. p. 62. *plura addituri cum ad majorum noſtrorum expeditionem denuo reverſi fuerimus; ſcilicet* Indiæ *nomine tum* Phœnicia, Perſia, Chaldæa, Aſia minor, pars Moſcoviæ, & univerſa Tataria venerant. Mihi tale quid hucusque non occurrit. Oportebit itaque exſpectare, donec id ex ſcriptoribus antiquiſſimis monſtret. Neque enim putaverim Viro clariſſimo contingere poſſe id, quod modo vitandum monuimus, ne ſcilicet error in loco vel facto accipiatur pro errore in ſitu regionis.]

12 Igitur ſtat ſententia; *Veteres* (in univerſum acceptos, non unum & alterum ſcriptorem) *ultra, non citra Ægyptum & Arabiam propriè dictam* Indiæ *regionem communiter ſtatuiſſe*, δι᾽ ἄγνοιαν (ut Strabo loquitur) propter ignorantiam genuini nominis gentium & regionum remotarum: autoresque priſcos omnes, ſi unum vel alterum excipias, uſque ad ſeculum decimum ſextum, in ea opinione fuiſſe, quidquid ignotæ regionis ultra Tropicum Cancri occurreret, Indiam vocari poſſe. Nec alia cauſa dari poteſt, cur *America* ſuperiori ſeculo India Occidentalis vocata fuerit, toto hemiſphærio à verâ Indiâ diſtans. Ideirco ſi apud veteres, quibus America ignota fuit, Indiæ nomen nudum ſine aliis circumſtantiis reperias, de certa aliqua regione vix quidquam certi pronunciaveris.

13 Legimus apud Plinium ex Cornel. Nepote: *Ignotos homines in mari Suevico captos, & à Rege Suevorum L. Afranio Galliæ Proconſuli dono datos, qui* ex India *commercii cauſa navigantes tempeſtatibus in Germaniam abrepti eſſent.* Torquet locus iſte interpretes, τὸ [illegible] non intelligentes. Itaque valdè ſoliciti ſunt, quomodo & quâ viâ Indi iſti illuc pervenerint. *Voſſius in Melam* de Suevis hodie ita dictis agi putans, neque Suevis neque Bojis locum hîc eſſe ait, cum ſint mediterranei populi, ideò novè contra omnium codicum fidem, *à Rege Batorum*, corrigendum putat. *Harduinus* nihil mutandum cenſet, *Indos enim illos ad oram Germaniæ tempeſtate abreptos terreſtri itinere deductos.* At naufragos iſtos vel Indos vel Æthiopes fuiſſe nemo crediderit, qui ſitum Orbis atque Oceani, veterumque navigationes noverit. Neque enim tantum maris illo tempore uſque in mare Balticum, quod Suevicum veteribus dictum eſt, emenſi fuiſſent: quod nam terreſtre iret aliquis ſibi imaginabitur, quô homines iſti venerint? Crediderim ego ignotos homines ex Septentrione fuiſſe, quibus miraculi cauſa nomen Indorum falſo inditum fuit, quò rarius donum eſſet; additô L. 2. S. 67. Indi falsò dicti. p. 249.

L. I. c. 1. figmentò, quòd commercii causa tam procul navigaverint. Nam dato uno falso
N. XXIII. alterum necessariò excogitandum erat.

Nihil dicam nunc de *epistola Alexandri III. Summi Pontificis ad Illustrem & Magnificum* Indorum *Regem, Sacerdotum Sanctissimum*, qui propè Chinam Septentrio- 14
L. 4. c. 12. nalem habitavit, ab omni India remotissimè. At cùm apud Florum legitur: *In-*
62. *dorum Legatos Augusto Cæsari gemmas, margaritas, & elephantos attulisse, eosque iter quadriennio implevisse*; verisimile videtur veros Indos fuisse; cùm ob viæ longin-
L. 6. c. 17. quitatem: tùm ob munera in India gigni solita. *Plinius* Indiæ propriè dictæ fines
S. 21. satis bene descripsit, Indum amnem ab occidente finem Indiæ faciens: ut mirum sit scriptores post illum tam procul evagatos fuisse.

Cæterùm parum refert, quomodocunque sive gentem sive linguam vocaveris, 15 modo non ipsa Historia Ecclesiastica hoc pacto obscuraretur. Nam Indos, (scil. Æthiopes nostros) quos Scriptores Ecclesiastici à Frumentio conversos docent, recentiores Historiæ Ecclesiasticæ scriptores pro Indis propriè dictis malè accipiunt
Frumentius unus. (*l*). Hinc dubiorum plena efficiuntur omnia. *Baronius* (*m*) de duobus Frumentiis accepit, quæ de uno erant intelligenda; ut supra in prolegomenis mo-
Pr. I. §. 82. nuimus. *Henricus Valesius* (*n*) quæ Historici illi unanimiter tradunt, nimirum *quòd Indi à Frumentio conversi, nondum verbo Dei antea fuerint illuminati* in dubium vocat. *Ante Frumentium*, inquiens, *Pantænus jam Indis istis* [loquitur quasi benè Indos istos novisset] *verbum Dei prædicaverat, ut scribit Eusebius Lib. V. Hist. Eccl. c. 10.* Ad Eusebium provocat, qui tamen disertè dicit, quod Pantænus prædicaverit τοῖς ἐπ' ἀνατολῆς ἔθνεσιν, *Orientis gentibus*, & paulo post: [illegible] κηρύξαι, *quibus* [contigerat] *Bartholomæum unum ex Apostolis Evangelium prædicavisse.* Itaque non iidem isti Indi fuerunt, quos Frumentius Fidem Christi omnium primò docuit. Hi enim non Orientales, sed Australes gentes erant, neque ad eos Bartholomæus venerat, sed ad *Homeritas Arabes*, qui & ipsi Indi vocabantur, ut ex *Procopio* & *Philostorgio* paulò ante demonstravimus.

Indiæ multæ. Habuimus itaque Indias veterum sat multas, sed certis finibus nullas; nem- 16 pe *Majorem*, *Minorem*, *Citeriorem*, *Ulteriorem*, *Interiorem* [intellige remotiorem, seu quod verius est, *ignotiorem*] *Intermediam*, *Orientalem*, *Occidentalem*, *Meridio-*
§. §. 12. *nalem*, & nescio quas amplius. Hic ut ius (quod n. 17. §. 7. & paulo ante fecimus) inculcamus, ex circumstantiis colligendum esse, quænam regio propriè sub
Apostolor. prædicatio. tam amplo Indiæ nomine apud veteres veniat. Neque nos à vero aberraturos putamus, si asseramus *Indos*, *quibus* S. FRUMENTIUS Evangelium prædicavit, esse *Axumitas*, seu Habessinos nostros: quibus S. BARTHOLOMÆUS & post ipsum *Pantænus*, esse *Arabes*, post Saracenos colentes: quibus S. THOMAS, *Indos propriè dictos* in aurea Chersoneso habitantes: Æthiopes autem, quibus S. MATTHÆUS, vel S. MATTHIAS, *Nubæos*: quibus EUNUCHUS Candaces Reginæ; *Æthiopes propriè dictos*, Ægypto conterminos esse. Et sic, quod *Baronio* (*o*) *de profectione Apostolorum* perdifficile visum fuit investigatu, ob promiscuam Indiæ & Æthiopiæ appellationem, nunc, ut puto, lectoribus facilius cognitu videbitur. Confer quæ Lib. III. c. 2. n. 13. de hac re tradimus.

AD LIB. I. CAP. II.

COMMENTARIUS.

Æthiopiæ appellatio. N°. XXIV. ÆThiopia superior] Cur Habessinia nostra sic à quibus- 1 dam vocitetur rationem non capio. Nam nulla certa inferior datur. Littus Africæ tàm Orientale quàm Occidentale Tabulatum Geographicarum autores *inferiorem Æthiopiam* nominant, sed parùm com-

(*l*) *Compend. Histor. Eccles. Gotæ* 167 . Lib. III. c. 3. Sect. 1. n. 10. p. 209. And. Muller. *in Hebdom. Obs. III. S. IV. p. 16. b* & alii plures. (*m*) In notis *ad martyrolog. Romanum, d.* 27. Octobr. lit. e. (*n*) In annotat. p. III. *ad Sozomenum* L. II. c. 24. p. 476. (*o*) *Ad Ann. Christi* 44. § 41.

commodè, & sine certis finibus: nec sola nostra hoc pacto erit superior. *Supra Æ-* Lib. I. c. 2.
gyptum quidem sita est, tàm montium quàm fluminum ratione, sed quomodo sic N. XXIV.
distinguatur ab Æthiopia antiqua propriè sic dicta, & longo tractu intermedia, non videò. *David* equidem *Habessinorum Rex, superioris atque inferioris Æthiopiæ Imperator* in titulo vulgato cognominatur, sed titulum istum supposititium esse in *historia* II. 1. 50.
nostra docuimus, & infra Lib. II. c. 1. n. 10. amplius docebimus.

2 *B. Tellezius* in titulo historiæ suæ Æthiopiam nostram Lusitanicè vocat *Alta* i. e. *superiorem*, rationes addit: Unam, *quod ex illa descendat Nilus, & irriget Ægyptum, propterea & jam dici Æthiopiam supra* [sobre non sub] *Ægyptum*: alteram non capio, *quod respectu alius Æthiopiæ propior sit Polo Arctico, qui respectu nostri nobis semper sit superior, secundum Poetam Virgil.* Georg. I. v. 242.

Hic vertex semper nobis sublimis . . .

Ob hanc causam Æthiopiam nostram dici superiorem; quod certè prorsus incongruum. *Alta* reverà est, & (ut Gregorius ajebat) *Africæ* velut *gibbus*. Sed aliud est describere regionem, aliud dividere.

3 Cognomenta autem regionum ita comparata esse oportet, ut differentia quædam appareat specifica, quâ ab aliis vicinis distinguantur. Verùm hac ratione, si *Æthiopia* nostra sola *superior* vocetur, ab aliis Æthiopiis non distinguetur: & omnis circum circa eam Lusitanicè *Æthiopia à baixa, Æthiopia bassa*, i. e. *humilis & inferior* dicenda erit.

4 Rectissimè loquitur Tellezius *supra Ægyptum*; & sic Herodotus ὑπὲρ τῆς Αἰγύπτου οἰκημένων &c. *Æthiopum supra Ægyptum habitantium*. Nam vulgo Geogra- L. 7. c. 70.
phi communiter omnes Abassiam nostram absurdissimè *Æthiopiam sub Ægypto* appellitant (p); quasi vel situm Ægypti vel vocem *sub* nescirent. In tabula IV. Africæ Ptolemæi sic scriptum reperio, nulla scil. alia ratione, nisi quòd Ægyptus, si delineationem tabulæ spectes, supra Æthiopiam sit depicta, & sic Æthiopia inferiorem Sub Ægy-
chartæ partem sub Ægypto occupet, quo pacto reliqua Africa omnis usque ad pto absurda.
Promontorium bonæ spei *sub Ægypto* dicenda erit, *Ægyptus* autem *sub mari mediterraneo supra Æthiopiam*, quia superiorem locum chartæ tenet. Sed apage tales ineptias.

1 N°. XXV. Geographi omnes] Qui tabulas Habassiæ Chorographicas hucusque ediderunt, latitudinem ejus ultra lineam æquinoctialem porrexerunt, ut videre est in tabulis *Ortelii, Gerardi Mercatoris, & novi Atlantis editi Anno 1653.* quibus fidem habuere historici plerique, & Ecclesiæ Æthiopicæ topographi, tanquam rei omni dubio carenti. Qua de re videlis *infra judicium Vossii*. Atque sic immen- I. 4. n. 35.
sam vastitatem quadraginta ferè graduum huic regno attribuerunt. Error ex eo natus videtur, quòd *Ptolemæus* Nili fontes longè ultra æquinoctialem circulum locaverit, fortè credens, cum aliter crescere non posse, nisi in hemisphærium australe accipiendis imbribus illarum [re]gionum hyemalibus transferretur. Posteriores Geographi, certiores facti, fontes illos in Habessiniâ reperiri, hanc regionem necessariò eousque extendendam esse censuerunt, falsam hypothesin non animadvertentes, & regiones remotiores ignorantes.

2 Primus *Iohannes Barrius* (q) insignis *Lusitanorum historicus* à Lusitanis, qui cum *Christophoro Gamao* intraverant, edoctus, extensionem Habessiniæ immodicam restrinxit, & scienter admodum *viginti septem gradus*, (cùm multò plures potuisset) à solitâ computatione detraxit. Nam Patrum societatis testimonio (quos Tellezius L. I. c. 3.
allegat) ultra octo vel ad summum novem gradus latitudinis hoc tempore non con- p. 7.
tinet.

3 Quo magis ambigo, quid dicendum sit de *Antonii Fernandii Iesuitæ* epistolâ à P. L. I. c. 11.
Nicolao Godigno allegata, in qua disertis verbis legitur: *Ex hoc, in quo degimus, Denbeæ* p. 69.
regno,

(p) Golius in notis ad Alfergan. p. 88. & 8[illegible]. *Hæc pars est Æthiopia sub Ægypto*, & alibi passim.
(q) Decad. 3. Asiæ L. 4. [illegible] 1. circuitum Habessiniæ facit *sexcentarum septuaginta & duarum leucarum.*

L. l. c. 2. *regno, uterque conspicitur cœli vertex, sublimior antarcticus, prope illum stellæ variæ sunt,*
N. XXVI. *crucem situ figurantes; unde apud nos datum huic polo à cruce nomen, credo & apud Europæos usitatum.* Hæc Godignus. De polo ipso Antarctico (qui in tota Habesinia non conspicitur, nedum in Dembea in decimo tertio latitudinis Septentrionalis gradu sita) intelligi non potest ille locus. De sideribus igitur circa polum illum accipiendus est; ut si quis in australi æquatoris parte constitutus, dicat se conspicere utrumque cœli verticem, eò quòd Septentriones videat. Ista conciliatio si non sufficiens sit, viderint ipsi Patres, quomodo P. Antonius contra P. Tellezii modo citati autoritatem defendi possit.

N.° XXVI. De Etymologia Maris rubri multis disquirere necesse non est. Nomina propria regionum & urbium, nec non fluviorum & Marium rarò à peritis & scientibus, plerumque à vulgô & infimâ nautarum plebe casu ferè imposita fuerunt, ut sæpe vanum sit in rationem illorum inquirere. Sed ad *Mare rubrum* quod attinet, jam tum subodorati sunt eruditi ab *Edom*, quod Ebraicè *rubrum* sive *rufum* significat, hanc appellationem ortam esse. Sed non opus est, ut cum Græcis ab *Erythra Rege* (quem *Fullerus* (r) *Esavum* sive *Edom* fuisse putat) derivatio petatur. 1

Simplicissima & omnibus gentibus consuetissima ratio est maria à terrâ continenti proximâ appellandi, prout dicimus: *Mare Germanicum, Hispanicum, Indicum*, & sic porrò. Ita ים אדום *Mare Edom* nihil aliud est, quàm *Mare Edomicum* sive *Idumæum* non *rubrum*; sic dictum à regione *Edom*, quam Mare istud alluit, uti constat ex 1. Reg. 9. 26. *Naves fecit Rex Salomo:* 2

בעציון גבר אשר את אילות על שפת ים סוף בארץ אדום:	*In Etzion Gaber, quæ est prope Ailath, ad littus Maris Suph* in terra Edom.

Quod ergo Hebræi vocaverunt *Mare Suph*, hoc vicini vocaverunt ים אדום *Mare Edomicum* seu *Edomæum*. Græci hoc audientes, vocaverunt Ἐρυθρὰν θάλασσαν i. e. *Mare rubrum*. Istis enim perfamiliare fuit nomina propria regionum significativa in suam linguam convertere, quod in præclarâ suâ *Geographiâ Sacrâ* Bochartus (s) passim docet. Verùm mos iste cùm in Historia, tùm in Geographia maximam sæpe parit obscuritatem, ut vel appellativa putes, quæ propria sunt: vel eadem nomina pro diversis habeas, nisi utramque linguam pariter intelligas; quare bonos scriptores in primis Geographos ab eo abstinere oportet. Hoc autem exemplo factum, ut & alia maria à coloribus ineptè appellarentur *album, nigrum* (t), & *viride*, quamvis non magis istos colores repræsentent, ac Mare Edomicum rubedinem. Sed ad rem veniamus. 3

Pro genuino historiarum intellectu Geographiæ studiosos, veterumque scriptorum interpretes easdem cautelas observare hic oportet, quas supra N. XVII. §. 6. & alibi suppeditavimus. Sicut enim nomen regionis notæ ad alias ignotas remotiores extendi solet, ut exemplis Æthiopiæ, Indiæ, Nubiæ, nec non Cusæorum & hodiè Tartarorum demonstravimus: ita contigit Mari rubro, ut appellatio hæc à littore *Idumææ* non solùm per universum sinum Arabicum, sed in ipsum Oceanum Australem, qui Arabiam & Indiam alluit, longissimè porrigeretur. 4

Quin & de loco, ubi hoc nomen primum cœpit, paulatim decessit, & soli Oceano Indico mansit; tanquam sinus Arabicus Maris nomine indignus haberetur. Ab eo enim *Ptolemæus* mare rubrum manifestè distinxit, Arabiæ felicis terminos hoc pa- 5
L. 6. c. 7. cto describens:

Ἡ εὐδαίμων Ἀραβία περιορίζεται &c. ἀπὸ δύσεως τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ: ἀπὸ δὲ μεσημβρίας τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ.	Arabia felix terminatur &c. ab occasu *sinu Arabico*, à meridie verò *Mari rubro*.

An. 2. 61. 4. *Tacitus de profectione Germanici* scribit: *Exin ventum Elephantinen & Syenen, claustra olim Romani Imperii, quod nunc* [tempore scilicet Trajani] *rubrum ad mare patescit.* Patebat utique jam tum temporibus Augusti Cæsaris ad mare olim & nunc rubrum dictum

(r) Miscell. Sacr. l. 4. c. 20. (s) *Phaleg. Lib. II. c. 19. & IV. 27.* (t) Sic hodie vocant Græci Pontum Euxinum. Μαυροθάλασσα enim Nigrum Mare significat.

dictum. Ægyptus enim adjacens ab eo in formam provinciæ redacta erat. Nimi- L. I. c. 2.
rum sinus Arabicus Taciti tempore non amplius Mare rubrum vocabatur. Eodem N. XXVI.
sensu Plinius scribit: *Irrumpit deinde & in hac parte geminum mare terras, quod* L. 6. c. 23.
Rubrum *dixere nostri, Græci Erythræum à Rege Erythra* &c. *Sed in duos dividitur si-* in fin.
nus. Is qui ab Oriente est, Persicus appellatur &c. Et iterum: *Rursus [illegible] ambitur si-* Cap. seq.
nu Arabico nominato &c. Idem scribit: *Persæ rubrum mare semper [illegible] oluere, propter* Cap. 26.
quod is sinus Persicus vocatur. Attamen idem ille Plinius *sinum Ar[illegible]um* etiam *Ma-* L. 6. c. 29.
re rubrum vocat; *Sexaginta duorum M. intervallum*, inquit, *inter Nilum & Mare ru-*
brum interest, ubi scil. Sesostris ex illo in hoc fossam perducere cogitavit. adeò non terræ tantùm sed & maria nominibus & finibus à priscis confunduntur. Quod autem Q. Curtius Mare rubrum in sinum usque Gangeticum dilatet, id proprium illius errorem supra vocavimus; nisi locus sit corruptus, & ad *Indum* flumen referenda, quæ de *Gange* dicuntur, quia Lib. 8. scribit: *Gangem amnem rubro mari accipi.* Cap. 9. v. 6.

6 Idem igitur quod de Æthiopia & India monuimus de mari rubro quoque observandum venit; videlicet, ut secundùm circumstantias expendatur, quodnam mare, vel quænam pars illius intelligenda sit. Veluti cum Tacitus de margaritis Bri- Agr. 12. 9.
tannicis scribit: *eaque subfusca ac liventia, at in rubro mari viva ac spirantia saxis avelli*, i. e. *in mari Indico vel sinu Persico.* Ibi enim piscatio est margaritorum, quæ non, vel rarò in sinu Arabico reperiuntur. Ita de *sinu Persico* accipienda sunt, quæ idem ha-
bet Ann. XIV. *Hyrcanorum Legatos regredientes, Corbulo, ne Euphratem transgressi* Cap. 25. 3.
hostium custodiis circumvenirentur, dato præsidio ad littora maris rubri deduxit.

7 Verùm enim verò appellatio ista Maris rubri, quasi fluxum & refluxum aliquem maris passa, e vasto Oceano sensim intra primos fines sinus Arabici se recepit. Sic enim Philostorgius Lib. III. c. 6.

ἣν ὁ ταύτῃ ὠκεανὸς εἰσκολπωθεὶς ἐργάζεται τόπον. Ἡ μὲν δὲ Ἐρυθρὰ ἐπὶ πλεῖστον μῆκος [illegible] εἰς δύο τινὰς ἀπομερίζεται κόλπους.

Quod (*sc. mare rubrum*) illius loci Oceanus in terras sese insinuans totum efficit. Cæterum mare rubrum in maximam longitudinem protensum in duos quosdam dividitur sinus.

Quorum unus Ægyptum versus prope urbem Clysma [Sic lege cum Bocharto & corrige ma-
8 lam versionem] *alter Palæstinam versus propè Aelam vergit.* Quin etiam, quasi vice versa, *Maris Indici* nomine a nonnullis scriptoribus dignatum fuit. Procopius ad L. I. Reg. scribit: (*x*)

Γασιὼν γάβερ τῷ Ἰνδικῷ πελάγει παράκειται Βερονίκη καλουμένη.

[*Urbs*] Gasion-Gaber [*Etzeon-gaber*] Indico pelago adjacet, Beronice dicta.

At supra ex S. Scriptura docuimus, *Etzeon-gaber* ad mare Edomæum sitam fu- §. 2.
isse. Theodoretum quoque *Arabicum sinum* Ἰνδικὴν θάλασσαν *Mare Indicum* vocare Num. 19.
supra cum Scaligero observavimus. Nimirum, Axumitæ & Homeritæ utrimque §. 37.
adjacentes Indi veteribus vocari fuerunt, eapropter & mare inter utrosque medium ita vocari absurdum non videbatur. *Habessini*, cum speciale nomen hujus Maris in linguâ suâ non haberent, Græcum ἐρυθραῖον retinuerunt ባሕር፡ ኤርትራ፡ *Mare Ery-*
thræum vocantes. Siquidem nullum aliud mare cognoscentes istud cognomento Pr. 1. §. 12.
aliquo distinguere non opus habuere.

9 A nostratibus parùm frequentatur, quia navigatu periculosissimum est ob brevia plurima. Sic enim *Procopius in Persicis* Lib. I. p. 32.

Ἐν σκότῳ δὲ ναυτίλλεσθαι ἐν ταύτῃ τῇ θαλάσσῃ ἀδύνατόν ἐστι, ἐπεὶ βράχους αὐτὴν ἔμπλεων ἐπὶ πλεῖστον συμβαίνει ᾖ.

In tenebris enim navigare in hoc mari impossibile est, quia brevibus maximâ sui parte plenum habetur.

(u) Ita omnino legendum pro μὴ κινουμένη, ex rationibus à *Bocharto* allatis L. II. c. 18. §. *Putaveram* p. 321. Sic quoque olim legit *Nicephorus* L. IX. c. 18. Mox ibidem pro κλίνεται lege ἀνιοῦσα. Videatur Valesii editio Philostorgii cum Theodoreto.

(x) Scaliger de emend. temp. L. VII. p. m. 686 citat hunc locum.

Idem testatur *Geogra us Nubie.* *lim. 1. p. 5.*

Lib. I. c. 3. N. XXVII. & XXIIX. وقعر هذا البحر اناصير كله متصلة الي باب المندب لا تعبره المراكب الكبره وربما تجاسرت عليه المراكب الصغير فتخطفها الرياح فتتلفها.

Et fundus hujus maris (y) bre bus totus pl nus ,us ad ostium [fretum] *Babe ende (z)* [u] *Non transeunt per ludnave ma* *Et si forte audeant super eo* [navigare] *naves parvæ, tunc abripiunt eas venti & perdunt eas.* [naufragium patiuntur.]

L. 6. c. 29. Memorabile est quod *Plinius* memoriæ prodidit: *Sesostrim a Ægypti Regem* 1
navi abilem fossam ex hoc mari in Nilum perducere cogitavi , mox Darium, deinde P o-lemæum; sed nunc deterritum inundat onis metu, excelsiore tribus cubitis Rubro mari comperto quam terra Æ ti. Addit: *aliquos non eam afferre causam, sed ne immisso mari corrumperetur aqua Nili, quæ sola potus præbet.* Si nostro ævo ista contig ssent, hydragogi nostri remedium facilè reperissent, vel claustris aquarum, vel relicto exiguo isthmo naves mediocres machinis è mari super aggerem in fossam trax ssent: vel fossam in mare Ægyptium (seu mediterraneum) circum obstantia duxissent. Si enim Tabulis fides, istud non multò longius a Sinu Arabico dist t quàm Nilus.

COMMENTARIUS.

Ad Lib. I. Cap. III.

N°. XXVII. Tesfa-zion Æthiops sexaginta duo regna Æthiopiæ 1
tribuit] Sic enim (*b*) vastationem patriæ suæ a *rasmo Adel* factam deplorans, Jeremiam Threnœdum ic alloquitur:

ላሕነሰ፡ ኦኢርምያስ፡ ኢኮነ፡ ከመ፡ ላሐ፡ ኢትዮጵያ፡፡ ሕዝባ፡ ይዐቢ፡ እምሕዝብከ፡ ወሀገራ፡ ኢምሀገርከ፡፡ እሉቱ፡ መንግሥት፡ ብከ፡ ወባቲስ፡ ፷ወ፪፡፡

us tuus o Jeremia! *non est us Æ* hiopiæ. *Populus major est populo uo re-gio istius a or est one . m tum re m apud te t a ea ver fuit* *I . & II.*

Sed mendum typographicum subesse puto & pro LX. scribendum esse XX. 2
ob affinitatem notarum numericarum ፷: LX. & : XX. q mvis Ma æus Armenius eundem fere numerum falso pr u P œmio diximus, & de nume-
N. XXIX. ro regnorum Æthiopiæ infra pluribus dicen D mendis numericis nunc.

N°. XXIIX. Mendæ numerorum in sacris & profanis scriptoribus frequentissimæ] 1 umeras in profani sc iptoribus mendas dari in confesso est, numeros sæpe additos, sæpe omissos, & ut plurimum corruptos esse Criticorum.
L. 2. c. 25. Veluti cùm apud Plinium d c meta legitur: *Br mum, quo cometæ cernerentur, spatium septem dierum annotatum st, long mum XX.* Liquido apparet hoc loco *C. Centum* addendum esse. *Nam x mensibus hic, quem nos N principatu lætissimo vidimus, spectandum præbui* ait *neca* (c). Centu enim & octoginta dies sex menses tricenorum dierum singulos c c unt, uti recte observavit *retus ad d.*
L. 6. c. 5. *locum.* Tale sphalma subesse puto in alio *Plinii* loco: *In urbe Col horum D. seu idè CCC. nationes confluxisse scribit & Romanorum negotia a CXXX. interpret bus gesta.* Numerus incredibilis itaque *triginta* olim tricinta *nationes cum triginta interpre-*
N. CXI. *tibus* legendum arbitror, ut infra ample docebo.

At de Sacræ Scripturæ numeris quos literis, ceu notis numericis olim designatos 2
fuisse non absi le est vero inter eruditos multum disceptatur. Non valde urgebimus nunc *tricenos binos milites* in singulis elephantis 1. *Maccab. 6. 37.* quod mendosum

(*y*) quod Arabibus القلزم *Kulzum a vadepa Cyma* urbe dicitur (*z*) i e *porta afflictionis*, malè in tabulis ceu mo ssimi *Babelmandel.* (*a*) Alii hoc faciunt u *Neco Psammeti hi F.* De hac re vide sis *Marshami n. Chron.* . XV. p. m. 396. (*b*) In estam. Æthiop. in Epilogo Evang. Johannis. (*c*) *Nat. quæst. L. VII. c. 21.*

ſum eſſe jam pridem collegerunt viri docti, & quivis facile animadvertit. Freinshemius (d) ait: *Facilis ut omnes norunt, in numerorum figuris lapſus.* Quare pro mendoſo numero ΛΒ *XXXII.* ſcribendum putat ΙΒ i. e. *XII.* idque non ſine autoritate; quia in *Chronico templi ſecundi*, quod *Druſius* citat, & *compendio Ioſephi a Munſtero edito* de elephantis habetur: שנלחמים עליהם הגבורים יב *In quibus militabant armati XII.* Quem numerum, quamvis & alii autores prodiderint, adhuc nimium eſſe rectè putat *Bochartus*; pleroſque enim conſentire in eo: *Elephantem, præter rectorem, ad ſummum ſex ferre bellatores.* Ideóque putat interpolatum & aliunde accitum fuiſſe numerum hunc. Quæ cuncta eruditè more ſuo pertractat. Credibile ſanè eſt ſex viros in uno elephanto, ſi ſe movere & arma tractare debeant, locum vix habere. L. I. c. 3. N. XXIIX.

3 Sed de *numeris Canonicorum librorum*, cùm in computatione, vel locis parallelis diſcrepare deprehenduntur, difficilior eſt quæſtio; veluti cum Num. III. 39. *Numerus omnium Levitarum XXII. Millium omnino fuiſſe* traditur, at v. 22. 28 & 34. computatione particulari trium ſtirpium facta, *XXII. millia & trecenti* prodeunt: Vel cùm numeri Judæorum, qui è Babylonica captivitate in patriam reverſi ſunt, aliter à *Nehemia*, aliter ab *Eſra* recenſentur. Item cùm numeri in libris Regum in iisdem planè hiſtoriis differunt à libris Paralipomenon. In his & ſimilibus caſibus doctorum virorum ſententiæ in duo extrema abeunt.

4 *Ludovicus Capellus* & qui illum ſequuntur, ſphalmata & lapſus librariorum, qui codices ſacros ſubinde deſcripſerunt, interveniſſe cenſent; utrumque enim numerum verum eſſe non poſſe; ideoque alterutrum, ſi fieri poſſit, emendandum & corrigendum. *Iohannes Buxtorfius* contrà in *Anticritica ſacra* (e) acriter illi obſiſtit, quaſi numerum aliquem ex alio libro Canonico emendare idem eſſet ac manus ſacrilegas ſacris literis inferre. Etenim *diverſum reſpectum*, diverſamq; temporum & locorum conſiderationem *tollere omnem contradictionem*; multisque exemplis è Rabbinis (qui in hoc operoſi ſunt) docet; *diverſimodè mentem ſacrorum ſcriptorum accipi, adeóque utrumque numerum diverſa ratione bene conſiſtere poſſe.*

5 Mihi animus non eſt hìc in partes ire, neque etiam nunc vacat. Temperamento tamen opus eſſe putaverim, nimirum non temerè ad correctiones talium locorum, tametſi [illegible] procedendum, ſed ſi aliqualis idonea conciliatio haberi poſſit, admittendam eam eſſe. Aſt ſi ea non detur, & tamen rationes validæ atque urgentes à viris doctis proferantur, cur hìc vel ille numerus ſtare non poſſit, eæ, tanquam in re adiaphorâ, ex ſolo metu ſequelæ non ſtatim rejiciendæ, ſed ponderandæ: & ſi vinci non poſſint, in medio relinquendæ ſunt. Si verò quis objectas rationes refellere velit, non unam tantùm refutatu facilem excerpere, ſed omnes aggredi, totiusque hiſtoriæ contextum conciliare oportet. Veluti cum de ætate *Roboami* quæritur, non ſufficit, ut aliquis verba נער ורך לבב *Puer & tener corde*, quæ *de adoleſcentiâ corporis & teneris annis* agere videntur, metaphoricè *de animo puerili & mente molli* accipiat, alias verò circumſtantias intactas relinquat; (f) de qua re mox pluribus. 2. Par. 13, 7. §. 8.

6 Quæ cuncta nullo alio fine adducimus, quàm ut moderationem Chriſtianam viris doctis ſuadeamus, ne illico damnent, aut ſacrilegii accuſent alios, ſi alicubi mendum librarii interveniſſe putent, in cæteris autem integritatem & ſinceritatem S. Scripturæ in rebus Fidei & morum agnoſcant & defendant; quia ſcimus nos *autographa* Prophetarum non habere, ſed *apographis* hominum ab erroribus non immunium uti. Modò à vocabulis corruptionis vel erroris abſtineamus; ſicuti *Maſoretha*, lectione vulgatâ כתיב intactâ relictâ, ſimpliciter dicunt, quomodo legenda vel accipienda ſit vox per קרי. Ita illi putant autoritatem ſacri textus conſervari, & ſimul veritatem Hebraicæ Grammaticæ, & genuinum ſenſum loci tradi poſſe. Quô pactô noſtrates vernaculam verſionem corrigentes, nullâ erroris aut depravationis mentione factâ, locum ſecundùm authenticum textum exponunt his vel ſimilibus verbis: *ita quidem tranſlatum eſt, ſed Hebræus vel Græcus textus ſic habet.*

(d) In Indice Curtii voce India. (e) ſeu Vindiciis verit. Hebraicæ, P. II. per tot. (f) D. Mich. Walther in Harm. Biblica ad dictum locum.

L. I. c. 3. Neque etiam aliis scriptoribus antiquis hallucinatio, error, aut lapsus memoriæ 7
N. XXIIX. imputandus, si numeri eorum cum S. Scripturæ libris, vel aliis probatis autoribus non ubique conveniant; fortassis non eorum, sed librariorum culpa; ut cùm apud *Josephum* legitur: *Salomonem octoginta annos regni, nonaginta quatuor vitæ implevisse*.
L. 8. c. 3. Prior numerus ex sacris literis 1. Reg. II. 42. facilè emendari, & pro *octoginta, quadraginta* poni poteruut quia fortè olim pro Græco M. *quadraginta*, exscriptor Græcum Π *octoginta* fecerat, & sic pro *nonaginta quatuor* scribendum *quinquaginta quatuor*. Nam Salomon admodum adolescens regnum exorsus est, ut inter omnes constat.
Salomonis ætas. Ipse enim de se dicit 1. Reg. 3. 7. ואנכי נער קטן לא ארע צאת ובוא *Ego autem sum puer parvus, ignorans egressum & introitum* [meum] (*g*); annos autem ejus S. Scriptura non exprimit. Plerique veterum duodecennem fuisse scribunt, cum regnum adipisceretur, quò facilius Judæorum traditio vel conjectura quatuordecim annorum, quam Josephus habet, locum inveniat.

1. Reg. 14. 21. 2. Par. 12. 13. Alia exinde quæstio nata de ætate *Roboami*, de quo in Sacris legitur, quod *quadragesimo primo* ætatis anno ad regnum pervenerit; quo posito, ex supradictis sequitur, Salomonem impuberem adhuc, & vivo parente, alienigenam *Naharnam Ammonitidem* duxisse, & Roboamum, cum nondum undecennis esset, ex ea genuisse. 8
Roboami ætas. Roboamum autem virum scilicet XL. annorum vocari נער ורך לבב *Puerum & tenerum corde* & consiliarios coæteneos ejus ילדים אשר גדלו אתו *Pueros* (*h*) [Scilicet XL. annorum] qui adoleverant cum illo. Quam ob causam in numero XLI. mendum subesse censet *Lud. Capellus in sua Critica sacra, & legendum videri XXI.* Grotius istum intelligit, dum ad III. Reg 14. 21. scribit: *Putant viri docti errorem esse numeri &c.* (*i*).
Lib. I. c. 10. n. 11.

Sulpitius Severus (k) ait: *Roboam Filius anno ætatis sexto & decimo regnum patrium tenere cœpit.* Drusius *in notis ad h. l. Corrige audacter, ait, uno & quadragesimo, ex 2. Paral. 12. 13. Error, ut apparet, ex numeris; nam proclivis profectò lapsus de XLI. in XVI.* Hæc Drusius. Sed error iste non natus est apud *Sulpitium Severum*, sed apud Græcos interpretes. Datur enim in versione Græca LXX. Interpp. (*l*) post III Reg. c. 12. v. 24. longa additio, in qua varia ex aliis locis petita inseruntur, inter alia de Roboamo expressè dicitur: υἱὸς ὢν ἑξκαίδεκα ἐτῶν (Hebraismus est בן יו שנים) ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτὸν, *quòd sedecim annos natus fuerit, cùm regnum capesseret.* Attamen apertè alibi legitur: 9
3. Reg. 14. 21. Roboam υἱὸς τεσσαράκοντα καὶ ἑνὸς ἐνιαυτῶν. *Filius quadraginta & unius annorum*; quæ repetuntur II. Par. 13, 13. Igitur si quid ex mente Drusii corrigendum est, non tantùm *Sulpitius Severus*, sed & *Biblia Græca*, ex quibus ille sua desumsit, corrigi debent. Apud 10
d. l. eundem Sulpitium alia occurrit dubia lectio, dum dicit: *Roboamum ad trecenta millia paravisse exercitum.* Rectè censent Critici, Sulpitium scripsisse *ad CC. millia*, numero rotundo; quia textus habet *CLXXX. millia* II. Paral. XI. 1. Cum quo numero concordat exemplar Græcum Alexandrinum, Vulgata, & reliquæ versiones (*m*); quamvis in editione Romana legatur Ἑκατὸν καὶ εἴκοσι χιλιάδας, *Centum & viginti chiliades*, [millia]. adeò numeri hîc & illic variant, quòd olim notis, non verbis expressi fuerint.

Glossa Germanicæ Bibliorum versionis de censu Levitarum, qui triginta an- 11
1. Par. 24. 3. norum erant, sic habet: Es scheint die Hebräische Bibel hier verfälscht seyn / dann sonst allenthalben zwantzig geschrieben stehet / *ut paulo infra in 40. paragrapho & in Mose.* Hîc ergo plura loca uni præferuntur.

Porro numerus CC. millium agnorum & vervecum, IV. Reg. 3, 4. interpreti Germanico nimius visus fuit; nam verba: *Mesah Rex Moabitarum pecuarius* השיב למלך ישראל מאה אלף כרים ומאה אלף אילים צמר : reddidit: Zinsete dem König Israel Wolle von hundert tausend Lämmern / und von hundert tausend Wiedern. De *vellere* solo accepit locum contra genium linguæ Hebraicæ, & contra omnes alias

(*g*) De quo pluribus videri poterunt Commentatores, & præ aliis Caspar Sanctius ad dictum locum. (*h*) Hoc loco LXX. Interpretes habent παιδάρια puerulos Suetonius tales vocat *Pueros minutos* in Aug. cap. 83. (*i*) D. Abrah. Calovius ad h. l. *Quinam viri illi docti sint non nominat Grotius &c. Hactenus qui scrupulum hic moverit in textu Hebræo inveni neminem &c.* scil. *Ludov. Capellum* non legerat. (*k*) *Sacr. hist. lib. 1. c. 72.* (*l*) Editionis Romanæ ex Exemplari Vaticano factæ. (*m*) In Bibl. Polyglott. Angl.

alias versiones; cum sit reddendum: **hundert tausend Lämmer und hundert tausend Hämmel in der Wolle** i. e. **ungeschoren**; agnos & verveces intonsos. Nimirum illi visum fuit tam parvam regionem tam ingentem summam pecorum annuatim præstare non potuisse. Quo posito, si quis conjecturis indulgere vellet, dicere posset: *scriptum primo fuisse* אלף מ quadraginta *millia, exscriptorem vero qui* מ *non pro nota numerica, sed pro una ex* ראשי תיבות i. e. *initiali litera numeri habuerat per* מאה centum *expressisse. Veluti si quis reperiens* V. millia *exscriberet* Viginti millia. Vice versa error contingere potest, *si quis literam initialem alias numerum denotantem, pro numero incautè accipiat*; quod aliqui contigisse putant in historia S. Ursulæ, ejusque comitibus *XI. M. virginibus*, ubi imperitus quis legit: *Undecim mille virgines*, cum legere oportuisset: Lib. I. c. 3. N. XXIX.

12 Undecim martyres virgines. Sed in loco *de tributo Moabitico* nihil opus conjecturâ, quia aliæ conciliationes suppetunt. Veluti *quòd tributum non fuerit annuum*, quamvis ita reddiderit Chaldæus & Arabs: vel quod semel tantùm certa quadam occasione datum fuerit, ex. gr. sub initium regni in recognitionem investituræ; ut Feudistæ loquuntur. Huc LXX. Interpretes respexisse videntur, dum de suo addunt: Ἐν τῷ ἐπαναστάσει *in rebellione*, ita ut השיב Latinè per Plusquamperfectum reddendum sit, scil. *In defectione præteritâ pro damnis illatis & impensis factis reddiderat vel solverat Regi Israel* centum mille *agnos* & centũ mille *verveces intonsos*. Sic potius reddendum, quàm *arietes*. Sciunt enim rei pecuariæ vel modicè periti tot arietes gregem non pati. In Lexicis igitur notandum, איל etiam *arietem castratum* denotare.

13 Quæ cuncta accuratiùs pertractare non est nostri instituti. Integritatem, perfectionem, & perspicuitatem S. Scripturæ, in dogmatibus ad salutem & mores hominum pertinentibus, agnoscimus & confitemur. In rebus mediis audiendi sunt viri docti, non minus ac *Masorethæ* cum suo כתיב & קרי: aut *Rabbini* cum suis סבירים *opinionibus* & conjecturis, manente textu; ne plus autoritatis istis Judæis tribuamus quàm viris Christianis & Theologis, doctrinâ, pietate & autoritate præstantibus; servatâ tamen semper fidei analogiâ.

14 [Non aversantur viri docti *Masorethas, Judæos privatos & erroribus obnoxios*. quòd aliud quid in margine scribant quàm in textu est, modo textum in integro relinquant. Exempli gratia Lev. XI. 21. in textu legitur לא *Non*, proquo illi & quidem rectè in margine scribunt לו *Ei*. Sed hoc non vocant corrigere vel emendare, sed tantùm aliter scribere, aliter legere; idque in infinitis aliis locis. Hic ergo quæritur: *Num illi plene & sufficienter id præstiterint, ut nullus locus supersit, qui necessitate sensus & constructionis vel saltem Orthographiæ causâ idem requirat?*]

1 N°. XXIX. Enumeratio Regnorum Habassiæ ex Nicolao Godigno] In prolegomenis diximus P. *Nicolaum Godignum* regna Æthiopiæ confusè retulisse. Nominat quidem autorem suum *Johannem Gabrielem*, militum Lusitanorum in Æthiopia tribunum, qui etiam à Lusitanis Patribus passim laudatur. Sed non ex istius viri relatione, quæ nunquam lucem vidit, sed ex *Pp. Societ.* relatione Lusitanica (n) nomina ista desumta fuerunt, quæ imperitissimè scribuntur & recensentur; referentis, linguæ & scripturæ Æthiopicæ imperiti, culpâ. Verba *Godigni* cum τάξει nostra αὐτολεξεὶ ordine referemus. Lib. I. c. 4. n. 1. §. 42.

2 *Tradidit hic Gabriel*, inquit, *Abassinum imperium sex & viginti regna, quatuordecim distributa regionibus antiquo jure complecti.*

I. Primum ex his quidam Tigraim *alii* Tigrim *appellant.* At ትግሬ: *Tegrè* vel *Tigre* genuinum illius regni nomen est, idque *Tegra* vel *Tigra Latinè reddendum Lusitani vel Itali* scripserant *Tigra* r tanquam z pingentes, quod ab imperitis pro *i*, lectum; hinc erronea illa traditio de lingua Tigiana, quam in proœmio memoravimus, N. I. §. 95. *Tractus continet justæ magnitudinis septendecim.* Imo plures, quorum nomina habes in historia nostra Lib. I. c. 3. 27. Ad hoc regnum antiquitus spectare dicunt Patres *Suaquen* insulam, & duas alias parvas *Dahalac* & *Matzua*. Sed eas

 Turcæ

(n) de Annis 1607. & 608. L. I. c. 15. p. 60. tit. Reinos & Provincias.

L. I. c. 3. N. XXIX. Turcæ nunc poſſident. 2. *Tigrim excipit* Dancali. ደንካሌ: *Dancale* regnum eſt ad Occidentale Maris rubri littus, è regione *Moccha* ſitum, parvum & infructuoſum, â Muhammedanis incolitur. Habeſſiniæ pars propriè non eſt. Rex ejus Habeſſinorum quidem eſt amicus, ſed non amplius tributarius. *Alphonſus Mendez*, in portu ejus, *Baylul* dicto, appulit, & ſic in Habeſſiniam ſalvus penetravit. Vide *B. Tellezium Lib. IV. c. 38.* 3

3. *Sequitur* Angote. አንጎት: *Angot*, vel ሐንጎት: *Hangôt* Habeſſinis. *Angota* Latinè dicendum.

4. Boa. *quartum regnum* dicitur. Neſcio quid ſit. Vocabulum vel ex *Xoa*, (quod infra *Sua* vocat) corruptum: vel *Boxa* ſcribendum, qui *tractus Enarea eſt*, non regnum, nec ſitus huc quadrat. 4

5. Amara. አምሓራ: *Ambara* ſcribendum, & mediâ longâ pronunciandum.

6. Leca. ወላቃ: *VValaka* genuinum nomen eſt. *Oleca* ſcripſerunt primò Luſitani, mox *O.* abjecerunt, putantes id eſſe articulum ſuum malè appoſitum. ወ: W. verò Anglorum more pronunciatum, quodammodo refert vocalem *O.* Plura exempla habes infra l. 8, n. 54.

7. Abagamedri. በገምድር: *Bagemder* verum regni nomen eſt. *A* verò Luſitanicus eſt articulus. *Septendecim* dicit continere *tractus*, ut Tigra; ſed *tredecim* tantùm mihi nominavit Gregorius. 5

8. Dembea ደምብያ: *Dembeya.* Duos tantùm habere tractus ait; ſed quatuordecim â Gregorio mihi nominatos reperis in Hiſtoria mea L. I. c. 3. n. 17.

9. *Aucaguerle.* Sic peſſimè ſcribitur in relatione annua ſupra allegata, unde col- 6
B. Tell. IV. ligo, quòd nullâ aliâ uſus fuerit Godignus. Sed corrigendum *Auçagurrelé.* Craſ-
29. ſus autem eſt error, metropolin regni hoſtilis *Adel* pro regno Habaſſiæ apponere.

10. *Adelum.* *Adela* dicere præſtat. *Totum regnum Mauris incolitur*, inquit. *Abaſſino Principi infeſtiſſimis.* Quî ergo poteſt inter regna Imperatori Habeſſinorum ſubjecta referri? Autor hujus relationis in ea videtur fuiſſe opinione, regnum iſtud olim paruiſſe Imperatori Æthiopiæ, quod & apud Tellezium (*o*) reperio. Sed obſtat
L. I. c. 4. quòd ipſe Tellezius in recenſendis Æthiopiæ regnis olim & nunc Neguço ſubjectis,
p. 9. nullam *Adelæ* faciat mentionem. Imò Patres ipſi (*p*) reſtantur: *Adelenſes ſemper bella cum Habeſſinis gerere*; quî igitur regnum hoc ad iſtos pertinere poteſt? niſi dicas antiquiſſimis temporibus, ante perfugium Principis illius Habeſſinici, de quo L. II. c. 15. n. 55. agemus, *Adelam* ad Imperium Habeſſinorum ſpectaviſſe, â B. Tellezio autem propterea inter amiſſa non relatum, quòd non ſuperiore ſed multis ante ſeculis ab hoc Imperio fuerit avulſum.

11. Dahali. Mombaçam verſus ſitum regnum, mihi ignotum.

12 Oecie. Alias *Ogge* ſcribunt Luſitani, mire corrupta vox. ወጅ: *Wed* 7
dicunt Habeſſini, *d* Bohemorum more pronunciato.

13. Arium. Nihil eſt. Ex *Dawaro* factum puto, abjecto D, tanquam articulo Luſitanico, & W in pronunciatione non obſervato, quia ex auditu, non ex ſcripto Luſitani pleraque perceperunt.

14. Fatagar. ፈጠጋር: *Fatagar* Habeſſinis; poteſtate literæ ጠ *t* Europæis notâ.

15. *Zingerum.* Aliàs *Gingiro* Luſitanis. ዠንጀሮ: *Iendero* vocatur Habeſſinis. 8
Hoc regnum gentilium, plane extra fines Abaſſiæ ad Auſtrum ſitum eſt, nec unquam ejus fuit. B. Tellez in tabula ſua Geographica diſertè ait: *Eſta Gingiro nam per[tence] ao Imperio. Hæc* [provincia] *Gingiro non pertinet ad Imperium* [Habeſſinorum]. [Ex quo] ruſus apparet, Catalogum iſtum ab imperito fuiſſe compilatum.

16. Roſan-

(*o*) Lib. I. c. 2. p. 5. in fin. (*p*) d. Rel. ann. p. 60. b. in fin.

16. Rosanagum. *Rozanegus* extat in d. relatione p. 61. Quid [illegible] velit assequi [illegible] N. XXIX.
non possum. *Christiani habitant*, inquit, *Abassini imperio nequaquam subje[illegible]*. Cur
ergo illius partem facit? Hoc loco judicium adhibere debebat Godignus. Si quidem Christiani sint, quemnam Principem habent?

17. Roxa. Nec hoc novi. *Boxa* quidem corrigi posset, sed [illegible] non est regnum, ut diximus §. 4.

18. Goma. Scribe *Gomar*. Regio est Habessiniæ, sed regni nomen non obtinet.

9 19. Nerea. Aliàs *Narea* Lusitanis, Æthiopicè እናርያ: *Enarja* sive *Enarea*. E breve in pronunciatione abjectum fuit. Valdè magnum regnum esse ajunt triplo majus Bagemdrâ, & duorum mensium itinere distare Fremonâ, remotissime d. p. 61.
Austrum versus (q), nec dum Gallæos illuc venisse. Abundare ferunt auro, musco, ebore, aliisque pretiosis naturæ donis.

20. Zethe. ዜት: *Zêt* dicunt Habessini.

21. Conche. ኮንች: *Conč* Habessinis. Pronunciatio proximè accedit ad Conch Lusitanorum.

22. Machaola. Nihil est, ne conjecturæ quidem locus.

10 23. Goroma. Corrige *Gojama*. ጎጃም: *Gojam* Habessinis. Pessimè efferturt hoc vocabulum, ut dicemus N. 30. §. 1. *Viginti novem tractus vel præfecturas* d. rel. p. 61.
habet. Vix unquam bello carere scribunt, quod victu abundet, ut multos alere possit exercitus.

24. Damotæ. ዳሞት: *Damot* Habessinis.

25. Sua ሸዋ: *Shevva*, vel *S[illegible]* Habessinis. Lusitani scribunt Xoa quod pronunciant *Shoa*, Germ[illegible] Æthiopice dicta fuit ሸዋ: *Scevs* [lege Shewa, Paul[illegible] Jo[illegible]. Sed [illegible] regni male describitur.

11 26. Fasc[illegible]lum. Alias [illegible] bu[illegible]t [illegible] tres Societatis in sæpe dicta relatione. *quod trans Nilum Æg[illegible] tum versus sit [illegible] sit istud regnum*. *& quòd peregrinantes devoti, Hiero[so]lymam pergentes, illud transire necesse habeant. A Muhammedanis habitari, qui commercia cum Imperio [illegible] exerceant.* Hæc Patres. Ergo non est Habessinicæ ditionis, nec quicquam mihi de hoc regno, neque in Historia Tellezii, neque in conversatione cum Gregorio occurrit.

12 Ubi autem [illegible] regna: *Ganz, Garague, Cambat, Ifat, Gedm Gañ, Bizamo?* quæ ex relatione Gregorii nostri in tabula nostra Chorographica, & in Tellezio quoque reperies loco supra citato. Quidquid sit; regnorum numerus incertus manet, quia provinciæ seu regiones, quæ regni nomen non habent, cum regnis confunduntur. *Simenam* pro regno mihi nominavit Gregorius: *Cemen* quod idem) inter provincias numeravit *B. Te[illegible]* l. 1. c. 4. p. 9. a & c. 15. p. 38. a.

13 Sequuntur XIV. Provinciarum nomina.

1 *Dubane*. ዶባ: *Doba* esse crediderim. Gentem, quam Lusitani vocaverunt *Dobas*. Ethnici incolunt.

2. *Xancho*. In Tigra, confinis Dancalæ.

3. *Daraita*. *In Angota sitam* & à Christianis habitari ait, me latet.

4. *Bora*. Inter Tigrim & Bagemdram sitam novi.

5. *Calaoa*.
6. *Aga*.
7. *Arima*.
8. *Arbum*.
} ignotæ.

9. *Xancala*. *Shankala* legendum. Nomen est, non provinciæ alicujus, sed *Æthiopum Nomadum*, sive *ferorum*, qui in desertis passim vagantur.

(q) Sandoval de Inst. Æth. Sal. l. 2. 34.

10. *Xan-*

L. I. c. 3. 10. *Xancora*; ignota. Ethnicorum.

N. XXX. 11. *Suggamo*. Christianorum & Muhammedanorum.

12. *Bergamo*, alias *Bahargamo*.

13. *Aris.*
14. *Evara.* } Pleræque, ut notavi, ignotæ mihi sunt, & procul dubio pessime scriptæ, neque etiam apud Tellezium repeiuntur. Ubi autem provinciæ *Mazaga*, *Wegra*, *Abargale*, *Walkait*, aliæque plures.

Operæ pretium nobis visum fuit, nomina ista hîc recensere, ne quis putaret ea 14
in historia nostra per incuriam omissa fuisse. Ex relatione PP. Societatis supra allegata, & ex Lusitanico in Hispanicum sermonem An. 1614. versa, in Godignum & alios autores, præsertim Geographos, infeliciter influxerunt; imposterum corrigenda.

N°. XXX. Gojamam Meroën veterum non esse | Primò monen- 1
dum est, mirè corrumpi vocabulum Gojam, Æth. ጎዣም: quod Gallico more *Gojam* legendum. *Gorgiam* habet P. Jovius. *Goroma* Nicol. Godignus. *Goyome* M. Frid. Wendelinus, & sic plerique ambiguam literam I. in minus ambiguam Y. scil. mutaturi; non soliciti, quæ natio primum sic scripserit, ut de genuina pronunciatione judicare potuerint.

L. I. c. 9. p. 23. Tellezius, de famosâ Æthiopiæ insulâ *Meroë* differens, memorat: *Doctores so-* 2
dalitatis suæ Patres in Æthiopiam profectos, causa bene ponderatâ & examinatâ, statuisse: Gojamam, *regnum Habassiæ, in qua Nilus scaturit, eamque ambit, & quasi peninsulam efficit*, Meroën *esse*: situm enim duodecim vel tredecim graduum insulæ Meroes, Gojamæ regno convenire, eamque, quòd ferè peninsula sit, à veteribus pro insula habitam; nullam vero aliam hujus positionis in Habassia reperiri. Itaque Tellezius in-

d. l. sulam Meroën bis fabulosam vocat. *A muy celebre &* fabulosa *ilha Meroë* i. e. *Valde celebris &* fabulosa *insula Meroë*. Et paulò post ibidem: *Teve a desgraça de ficar* fabulosa. i. e. *tam infortunata fuit, ut* fabulosa *putanda sit*. Hæc ita nove di- 3
cta assensum fere aliquem à nonnullis viris claris obtinuerunt. Inter quos *Thevenotius* (r) opinionem Patrum pro veritate habet. *Cette verité se confirme*, inquit, *aussi par la largeur.* At Vossius, (s) quamvis *hanc opinionem sibi non placere* dicat, tamen nimis audacter scribit: *Veteres* Meroën *perperam insulam statuisse, cum nullam Nilus in Æthiopia Insulam efficiat.* *Sanè*, inquit, *ut in cæteris Æthiopiæ locis, ita quoque in longitudine insulæ & oppidi Meroes plurimùm peccatum a veteribus.* Addit: *Astaboram omnino esse flumen Mareb seu Marabo; Meroë oppidum vero Beroam seu Baroam.*

Quæ Vossii verba erudiss. *Mich. Anton. Baudrandus* (t) exscribit, & *P. Hierony-* 4
mo Lobo Lusitano adscribit, typographi vitio, an memoriæ lapsu, nescio. Tandem concludit: *Vix aliquid certi de hac insula dici posse.* Quæ, cum tot veterum autorum testimoniis repugnent, ideò operæ pretium visum mihi fuit descriptionem istius insulæ ex illorum scriptis excerpere, eamque cum regno Gojamâ conferre; ut lectores ipsi de quæstione hac eò melius judicare possint.

Lib. II. Primam Meroes mentionem facit *Herodotus* sed tantùm metropolis, cui insula 5
est ὁμώνυμος his verbis: Καὶ ἔπειτα ἥξεις ἐς πόλιν μεγάλην τῇ οὔνομά ἐστι Μερόη. *Deinde ve-*

L. I. p. m. 28. *nis in magnam urbem cui nomen est Meroë.* At multò clariùs & prolixiùs *Diodorus Siculus* cursum Nili describens, de insula hac loquitur:

Περιείληφε δὲ καὶ νήσους ἐν αὑτῷ κατὰ μὲν τὴν Αἰθιοπίαν, ἄλλας τε πλείους καὶ μίαν εὐμεγέθη τὴν ὀνομαζομένην Μερόην, ἐν εἴκοσι καὶ δυοῖν σταδίων ἐπὶ τὸ πλάτος.

pag. 29. Ἐν ᾗ καὶ πόλις ἐστὶν ἀξιόλογος ὁμώνυμος τῇ νήσῳ.

Insulas etiam amplexu suo efficit in Æthiopiâ, cum alias complures, tùm unam sat magnam nomine Meroën, viginti & duo stadia latam. Et paulo post. *In qua etiam urbs est memorabilis, insulæ cognominis &c.*

Tau-

(r) Histoire de la haute Ethiopie extraite du P. Tellez p. 4. (s) De Nili alior. flum. orig. c. 16. p. 57. (t) In Lexico Geograph. voce *Meroe*.

Ταύτην δὲ τῷ μὲν σχήματι φασὶν ὑπάρχειν θυρεῷ παραπλησίαν. Τῷ δὲ μεγέθει πολὺ προέχειν τῶν ἄλλων νήσων τῶν ἐν τούτοις τοῖς τόποις. Τὸ μὲν γὰρ μῆκος αὐτῆς εἶναι λέγουσι σταδίων τρισχιλίων: Τὸ δὲ πλάτος χιλίων: ἔχειν δ' αὐτὴν καὶ πόλεις οὐκ ὀλίγας ὧν ἐπιφανεστάτην ὑπάρχειν τὴν Μερόην &c. Ὑπάρχειν δ' ἐν αὐτῇ καὶ μέταλλα χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου καὶ σιδήρου καὶ χαλκοῦ. Πρὸς δὲ τούτοις ἔχειν πλῆθος ἐβένου, λίθων τε πολυτελῶν γένη παντοδαπά. Καθόλου δὲ τοσαύτας νήσους ποιεῖν τὸν ποταμόν, ὥστε τοὺς ἀκούοντας μὴ ῥᾳδίως πιστεῦσαι.

Figuram scuti quodammodo referre, cæteris-que insulis in hac regione magnitudine præsta-re. Ter mille stadia in longum, & mille in latum patere ferunt. urbesque habere non paucas, quarum nobilissima sit Meroë. Esse in ea memorant fodinas auri, argenti, ferri, æris, magnamque ebeni copiam & variis pretiosorum lapidum genera. Tot denique insulas effici ab hoc fluvio, ut auditores vix credendum arbitrentur. L. I. c. 3. N. XXX.

6 *Strabo*, quem ad fabulas minimè proclivem prædicavimus, non unâ vice insu- n. 22. §. 10.
lam hanc nominat & describit, quin & passus & stadia computat. Lib. 1. p. 32. lin. C.

Πλάτος δὲ ὥστε καὶ νήσους ἀπολαμβάνειν μυριάνδρους, ὧν μεγίστη ἐστὶν ἡ Μερόη, τὸ βασίλειον καὶ ἡ μητρόπολις τῶν Αἰθιόπων.

Latitudo autem [Nili] *t[illegible] amplissimas quoque & multis hominum millibus [illegible] titatas insulas includat, quarum maxima est* Meroë, *Regia & metropolis Æthiopum.* Et Lib. XVII. p. 821.

Ἔστι δὲ τὸ μέγιστον αὐτῶν βασίλειον ἡ Μερόη πόλις ὁμώνυμος τῇ νήσῳ.

Maxima illis Regia est Meroe urbs ejusdem cum insulæ nominis. Lib. XVI. p. 771. A.

Βασιλεύονται δ' ὑπὸ γυναικός, ὑφ' ἣν ἐστι καὶ ἡ Μερόη πλησίον τῶν τόπων τούτων νῆσος ἐν τῷ Νείλῳ νῆσος.

Regnantur a fœmina, sub qua est & Meroe, vicina loci isti insula in [illegible]. Lib. XVII. p. 786. B.

Ἐμβάλλουσι δὲ εἰς αὐτὸν δύο ποταμοί, φερόμενοι μὲν ἐκ τινῶν λιμνῶν ἀπὸ τῆς ἕω, περιλαμβάνοντες δὲ νῆσον εὐμεγέθη τὴν Μερόην.

Influunt in eum [Nilum] *duo flumina è lacubus quibusdam ab Oriente delata, & Meroën satis magnam insulam complectentia.* Et mox p. 790.

Καμβύσης τε τὴν Αἴγυπτον κατασχὼν προῆλθε καὶ μέχρι τῆς Μερόης, καὶ δὴ καὶ τοὔνομα τῇ τε νήσῳ καὶ τῇ πόλει τοῦτο παρ' ἐκείνου τεθῆναί φασιν &c.

Cambyses, Ægypto potitus, progressus est porro usq; ad Meroen, quem etiam aiunt & Insulæ & urbi nomen dedisse.

Heliodorum fabulantem & Josephum peregrinarum rerum ignorantem non Lib. 10.
moror, quamvis & ipsi de Meroe sat multa habeant. Ptolemæus L. 4 c 8.

Ἐκ τούτων περιοχεῖται ἡ Μερόη χώρα, ὑπὸ μὲν τοῦ Νείλου ποταμοῦ ἀπὸ δυσμῶν ὄντος, ὑπὸ δὲ τοῦ Ἀσταβόρα ποταμοῦ ἀπ' ἀνατολῶν ῥέοντος.

Hinc Insula efficitur Meroë regio, Nilo flumine ab occidente: Astabora vero ab Oriente existentibus.

7 Plinius eadem prorsus habet, de Nilô scribens: *Insulas ita innumeras spargit &c.* L. 5. c. 9.
circa clarissimam earum Meroën &c. Idem Lib. 6. tot circumstantias de hac insula c. 29. S. 35.
profert, ut planè *Pyrrhonicum* esse oporteat, qui de veritate hujus Insulæ dubitare velit. Exscribere ejus verba libet: *Primus Dalion* ulrra *Meroën longè subvectus: mox Aristocreon, & Bion & Basilis. Simonides minor etiam* quinquennio in Meroë *moratus, cum de Æthiopia scriberet. Nam Timosthenes classium Philadelphi præfectus, sine mensura, dierum LX. à Syene Meroën iter prodidit. Eratosthenes DCXXV. mill. Artemidorus DC. mill. Sebosus ab Ægypti extremis sedecies centena LXXV. mill. pass. &c.*

Verum omnis hæc finita nuper disputatio est, *quoniam à* Syene *DCCCLXXIII.* millia Neronis exploratores renunciavere his modis:

A Syene Hieran sycaminon	Millia passuum	54
Inde Tama		72
Regionem Evonymiton *Æthiopum primam*		120
Acinam,		54
Pitaran		25
Tergedum		106
Insulam Gagauden esse in medio eo tractu. Inde primùm visas aves psittacos, & ab altera (quæ vocatur Artigula) animal Sphingion, à Tergedo cynocephalos. Inde Napata		80
Oppidum id parvum inter prædicta solum. Abeo ad insulam Meroën		360
	Summa	871 (u)

(u Sphalma hic uspiam latet, quia cum summa supra polita 873 non congruit. Errorem reperire & corrigere proclive non est.

L. I. c. 3. N. XXX. *Herbas circa Meroën demum viridiores silvarumque aliquid app[illegible], & rhinocerotum elephantorumq; vestigia. Ipsum oppidum Meroën ab introitu insulæ abe[illegible] LXX. mill. pass. juxtaque aliam insulam Ta[illegible] dextro subeuntibus alveo, quæ portum faceret. Ædificia oppidi pauca. Regnare fœminam* Candacen, *quod nomen mult[illegible] jam annis ad reginas transiit. Delubrum Hammonis & ibi religiosum, & toto tractu sacella. Cæterùm, cum potirentur rerum Æthiopes, insula ea magna claritatis fuit. Tradunt armatorum CCL.*
cap. 30. *mill. dare solitam, artificum CCCC. mill. alere.* Hæc Plinius. Jul. Solinus: *Ab Oceano ad* 8
Meroën, quam insulam amplexu primo Nilus facit, millia passuum sunt sexcenta viginti. Ultra Meroën super exortus solis Macrobii Æthiopes vocantur. Dimidio enim eorum protensior quàm nostra vita est. Et ibi Salmasius; qui præclare corrigit Melam, sic legendum: *Æthiopes ultra sedent, Meroen habent, terram quam Nilus primo ambitu amplexus insulam facit.* Idem Mela *de Nilo*, lib. 1. *Circa* Meroën *latè patentem insulam, in Æthiopiam diffunditur, al[illegible] parte Astaboras, alterâ Astapus dictus est.*

Pausa[illegible] lib. *V. Quotcunque Græcorum vel Æthiopum in Æthiopiam supra Syenen &* Meroën *profecti sunt, Nilum paludem ingressum narrant, atque inde tanquam è continenti terrâ ipsum per Æthiopiam decurrere.*

Steph. Byzantius de urbibus: Μερόη πόλις Αἰθιόπων. Ἔστι καὶ νῆσος, Meroë *urbs Æthiopum. Est & insula.*

Audiamus nunc unum & alterum Poëtam. *Lucanus Lib. X. Insulam hanc v[illegible] optimi feracem esse* canit. Idem:

Donec in autumnum declinet Phœbus & umbras
Extendat Meroë - - - - - -

Ovidius l. 4 Fastorum:

Nam modo thurilegos Arabas, modo despicit Indos.
Hinc Lybie, hinc Meroë *siccaque terra subest.*

Juvenal: Satyr: 13 scribit: *Fœminas in* Meroë *dari grandes mammas habentes*, ut:

Quis tumidum guttur miratur in Alpibus? aut quis
In Meroë crasso majorem infante mamillam.

De Africanis fœminis in itinerariis tale quid deprehenditur. Tam longas enim mammas habere leguntur, ut infantibus suis, quos in dorso bajulant, eas commodè præbere possint.

Alios autores innumeros, qui obiter illius meminerunt, recensere supersedemus.

Quibus perlectis neminem dubitaturum putaverim, *Meroën* olim reverâ extitisse, non peninsulam sed veram insulam, præsertim cum omnia *in ea, circa eam, & ultra eam* tam bene cognita fuerint. *Simonides minor* quinquennio in ea moratus: *Dalion* etiam longè ultra eam subvectus fuit: & post eum *Aristocreon* & *Bion* & *Basilis*. Istine omnes veram insulam â peninsula distinguere nescivissent? Dantur quidem 11 exempla quarundam regionum maritimarum, quæ â veteribus pro insulis habitæ fuerunt, antequàm eas circumnavigassent, cùm tamen peninsulæ essent; veluti in Septentrione *Scandinavia*. Quin & ipsa *Italia* à Phœnicibus; primis Orbis terrarum nautis, pro insulâ habita, & אי־טלי *I-tali* h. e. *Insula caprarum* appellata fuit, quòd magnam earum copiam in ea reperirent. Verùm istud factum est priusquam regiones istæ totæ exploratæ fuissent, conjecturâ à majori parte factâ. At hîc Meroe
L.16.p.771 tota cognita, tota perspecta fuit; imò regiones ultra eam. Strabo *supra Meroën aliam haud procul in flumine insulam* esse scribit, exulum habitationem.

Describitur autem illius *situs* equidem non adeò certus; quoniam elevatio poli 12 tum temporis Astronomicâ methodo non fuit explorata. *Longitudo* stadiorum trium millium: *latitudo* autem millium.

Distantia à Syenè & à Mari rubro. Narratur *regia urbs* & intervallum ab introitu insulæ, nec non cognomentum Reginarum *Candace*.

Denique insulæ *opulentia & fertilitas, metallorumque feracitas.* Quæ cuncta ad 13

Goja-

Gojamam applicari minimè possunt. Quamvis enim positio Meroës, quam Ptole- Lib. I. c. 5.
mæus habet, certa esset, neutiquam tamen sufficit gradus latitudinis alicujus regionis N. XXX.
scire, nisi simul de longitudine constet. Itaque non Habessiniam tantùm, sed ma-
gnam Africæ partem per multos longitudinis gradus ab Oriente ad Occidentem per-
currisse eo oportet, si asserere velis talem insulam in duodecimo vel decimo tertio gra-
du latitudinis non dari. Veteres enim communiter testantur: *Nilum plurimos gyros* l. 8. n. 53.
*& meandros, nobis ignotos, modo Orientem modo Occidentem versùs facere, & ingenti tra-
ctu meridiem versùs retroflecti*, planè aliter ac in hodiernis tabulis nobis depingitur.
Igitur fieri potest, ut, postquam ex Habessinia excessit, in aliâ longitudine illos gra-
dus (si relationi fides) rursus repetat.

14 Sed sciendum est, *gradus Ptolemæi* utplurimum fallere, quia in remotioribus
Africæ atque Asiæ regionibus gradus latitudinis, non arte mathematicâ, sed fallaci
conjecturâ ex spatio itinerum tantummodò desumti fuerunt, quod Geographi
communiter in Ptolemæo observant (x). Exempla passim sunt obvia. Axuma Ha-
bassiæ Regia à Ptolemæo in *undecimo* latitudinis gradu ponitur, quam PP. Societatis
15 sub *decimo quarto* gradu sitam esse compererunt. Tametsi Ptolemæi positionem
agnosceremus, attamen Meroën non simpliciter sub XIII. vel XII latitudinis gradu
locat, sed XVII. gradu insulæ initium facit, finem verò ubi conjunctio Nili & Asta-
podis amnis contingit, scil. gradu XI. cum dimidio, ita ut insula per *sex gradus à Se-
ptentrione ad meridiem usque* porrigatur, quod de Gojama dici minimè potest, quæ
tantummodo latitudinis à Septentrione in meridiem *sesquigradum* continet, neque
XIII. latitudinis gradum attingit. Itaque triplo vel quadruplo longior dicitur Me-
roë quàm Gojama, quod ipse Tellezius agnoscit. Nec figura clypei Gojamæ ullo
modo convenit: nec talis fluminum conjunctio, qualem veteres describunt, illic
locorum datur.

16 Ratione longitudinis, Meroë apud Ptolemæum inter *sexagesimum primum &
secundum*. at in Tellezii tabula Chorographica inter *quinquagesimum sextum & quin-
quagesimum nonum* gradum collocatur, ita ut in situ, figurâ atque formâ utriusque
insulæ maxima appareat differentia. Quod autem Patres scribunt: *nullam aliam
insulam in illo situ reperiri*, id firmiter asserere non possunt, quia non omnes gradus
longitudinis, qui latitudinem graduum Ptolemæi secant, permearunt. Quin plu-
rimas, & multis hominum millibus habitatas insulas Nilum in Æthiopia efficere Stra- L.1.p.32.C.
17 bo scribit, quæ in Habassia non repetiuntur. De Meroë scribit Diodorus, *quòd
urbes habeat non paucas*; inter quas eminuit Regia, ejusdem cum insulâ nominis: at,
teste eodem Tellezio, *in tota Abassia nullæ sunt urbes, quia vicatim habitatur*. Quòd si L. 1. c. 22.
à tam longo tempore destructas dicere velis, utique rudera & vestigia adhuc exta-
rent, de quibus tamen Patres nihil memorant.

18 *Candaces* nomen multis jam annis ad Reginas Æthiopiæ transiisse Plinius autor L. 6. c. 29.
est; at apud Habessinos fœminæ nunquam regnarunt, neque tale nomen in illorum
lingua Regumque catalogis occurrit.

19 Postremò facile crediderim, nullam tantæ *opulentiæ* insulam, qualis Meroe ab
autoribus describitur, hodie intra Africam dari. Nimirum mutatus regnorum A-
fricæ status, etiam insulæ hujus, in qua Æthiopiæ propriè dictæ Regia olim fuit, sta-
tum à tot retro seculis ita corrupit, ut cum divitiis illius simul fama omnis & gloria
exuncta fuerit.

20 Prætereа multa adhuc alia de Meroë dicuntur, quæ Gojamæ non competunt.
Exploratores Neronis retulerunt, Plinio teste: *Herbas circa Meroen demum viridiores,* Sup. §. 7.
sylvarumque aliquid apparuisse. Nimirum usque ad Meroen pleraque regio erat
squalida atque deserta, at in Habassia multæ regiones cultæ veluti *Sennar* atque *Dem-
bea* antecedunt, antequam ex Ægypto in Gojamam venias.

21 Prope Meroen primùm *imbres æstivi* statis temporibus sentiuntur, ut etiam mi-
retur Strabo: *cur, tot oblatis investigandi occasionibus, ignota manserit imbrium historia tunc* Lib. 17.

(x) Andr. Corsalus Epist. ad Magn. Hetrur. Ducem cap. 10. & Vossius loco supra citato.

L. I. c. 3. *temporis viventibus* (y) : at in Habessinia multò prius, in regionibus longè ante Gojamam Septentrionem versus sitis, *pluviæ æstivæ* incipiunt.
N. XXX.

Tot autorum testimonia, tot argumenta sufficere putamus ad refellendam novam Tellezii de hac insula sententiam, ne in recentiores Geographorum libros ulterius irrumpat. Etenim nunc satis constat Meroen in aliâ prorsus regione ac PP. Societatis opinati sunt, nempe in Æthiopia propriè dictâ; Gojamam verò in ipsa Habassia sitam esse. 22

Verum enim verò respondeat aliquis meis rationibus prout velit, non video quo pacto respondere velit quæstioni : *Si Gojama veteribus cognita fuit, cur ignorati manserunt fontes Nili indubiè in ea reperti?* Istine potuerunt latere viros, qui *quinquennium* in ea morati sunt, & qui ultra eam fuerunt profecti? An *Neronis exploratores* mentitos fuisse dicemus? Cur non potius mentiti sunt de repertis Nili fontibus? Hi, si maximè peregrinos incuriosos latuissent, *Æthiopesne Meroës Domini : & Persæ Meroës victores*, utique Ægyptiis & Græcis familiarissimi, eos siluissent? Ignorúsne mansisset veteribus Geographis magnus ille *lacus Tzana*, quem Nilus retentis undis suis permeat, ipsamque Gojamam alluit? *Ptolemæus* fontium, montium & lacuum Africæ diligentem mentionem, hujus verò nullam facit: nec alii qui de Meroe prolixè & crebrò loquuntur. 23

Sed nec Vossii sententiam, quam de fluvio *Marebo* & oppido *Barua* profert, probare possumus. *Mareb* enim nullam facit insulam. Regionem quidem (in qua ዶባርዋ : *Dobarua* Bahrnagassi sedes sita) ferè ambit, sed arenâ absorbetur. Etiamsi in aliud flumen influeret, estne verisimile, veteres mediocrem fluvium à Nilo, Meroen circumdante, discernere non potuisse? Fortassis convenientia vocabulorum *Barua* & *Meroës* Vossium fefellit, sed verum nomen urbis est *Dobarua*, Lusitani autem syllabam *DO*, tanquam articulum suum improvidè abjecerunt. Adhæc nimis prope distat hæc urbs & regio à mari rubro, navigantibus tunc liberrimo, quàm ut Strabonem adeò deceptum putemus, ut spatium tridui quindecim dierum itinere dilataverit. 24

Sed, ut mihi videtur, multo longiùs à Mari rubro, & multò propiùs Ægypto quærenda est celebris illa insula (si adhuc extat) in Nubia vel Sennara, quæ est Æthiopia veterum proprie dicta, circa XVI latitudinis borealis gradum, sed procul Occidentem versus circa LIV. vel LV longitudinis gradum. Quæ regiones à nostratibus Europæis hodie non frequentantur, propterea de hac insula nihil certi nunc auditur; & qui nova illius nomina prodiderunt, id sine ullo autore fecerunt, ut de illis judicari non possit. Castaldus *Guegnere* quod nomen in tabulis hodiernis plerisque reperitur: Jovius *Naulelabe*, Marmolius *Naulebabe* Ægyptiis. *Neube* incolis vocati ait; *Barros* (z) judiciosus autor Lusitanicus, *Nobam* dici putat. Multas alias appellationes *Thevetus* habet, quas transcribere piget, ut incertissimas, & sine ullis argumentis vel circumstantiis propositas. *In Thesauro Geograph. Ortelii* sub voce *Meroe* legi possunt. 25

Quod si non reperiatur, nullatenus tamen dixerim, tot autores priscos, cæteroqui veraces, nobis fabulas de Meroe reliquisse. Crediderim potius unum ex duobus Nili alveis, qui illam insulam fecerunt, tanti temporis spatio obstructum, & arena completum fuisse: altero alveo solummodo servato; quod utique insolitum non est. Habemus exemplum hoc nostro seculo in inferiore Germania. Dexter *Rheni* alveus juxta munimentum *Schenckenschanz* sensim ita decrescit, ut in æstate vadari possit, aquâ omni in alterum alveum, qui *Vahalis* die Wahl vocatur, magna vi decurrente. Quam ob causam deliberationes Ordinum Hollandiæ de alveo hoc deprimendo & purgando, ne planè obstruatur, toties habitæ fuerunt. Quanto magis istud tot seculorum decursu contingere potuit in arenosis illis locis, in quibus procellæ interdum oriuntur, quæ arenam instar undæ attollunt, & tanquam fluctus decumanos in loca cultiora propellunt. Sallustius de Africâ sic loquitur: 26 27

Bell. Jug. c. 79.

(y) De qua te pluribus infra. L. I. cap. 8. num. 61. (z) Decad. 3. de Asia. Lib. IV. c. 1. p. 84.

tur: *Cæterum solet in locis illis tempestas haud secus atque in mari retinere. Nam ubi per loca æqualia & nuda gignentium ventus coortus arenam humo excitavit, ea magna vi agitata ora oculosque implere.* Sic quondam *Cambysis* exercitus, ad deprædandum opulentissimum *Hammonis* fanum missus, arenarum molibus tempestate excitatis oppressus, interiit (*a*). Memini me de tali tempestate legisse, quòd aliquando portas urbis cujusdam sabulo obstruxerit. l. c. 3. N. XXX.

8 Videmus adhuc in *Hollandia* colles ingentes arenæ, quos vis aquæ ex imo fundo maris, sævo coro impellente, seculo (ni fallor) nono in littus protrusit, ipsumque Rheni ostium (mirum dictu!) obstruxit. Quid non faceret tenuis Africæ arena, non aquâ tecta, sed ipsâ humum tegente, & ventorum flatibus tota patens? ut fortè & ipsa Meroë, & tot Oases olim per Africam sparsæ hodie nuspiam amplius appa-
29 reant. Egregie de talibus locorum mutationibus *Ovidius* cecinit (*b*):

Nil equidem durare diu sub imagine eâdem
Crediderim; sic ad ferrum venistis ab auro
Secula: sic toties versa est fortuna locorum.
Vidi ego quòd fuerat quondam solidissima tellus,
Esse fretum. Vidi factas ex æquore terras:
Et procul à pelago conchæ jacuere marinæ:
Et vetus inventa est in montibus anchora summis.
Quodque fuit campus, vallem decursus aquarum
Fecit: & eluvie mons est deductus in æquor.
Eque paludosa siccis humus aret arenis:
Quæque sitim tulerant, stagnata paludibus hument.
Hic fontes natura novos emisit, at illic
Clausit: & antiquis tam multa tremoribus orbis,
Flumina prosiliunt: aut exsiccata residunt.
Sic ubi terreno Lycus est epotus hiatu,
Existit procul hinc, alioque renascitur orbe.
Sic modo combibitur, tecto modo gurgite lapsus
Redditur Argolicis ingens Erasinus in agris.
Et Mysum capitisque sui, ripæque prioris
Pœnituisse ferunt; altâ nunc ire Caycum.
Nec non Sicanias volvens Amasenus arenas
Nunc fluit: interdum suppressis fontibus aret.
Ante bibebatur; nunc quas contingere nolis
Fundit Anigrus aquas, postquam (nisi vatibus omnis
Eripienda fides) illic lavêre Bimembres
Vulnera clavigeri quæ fecerat Herculis arcus.
Quid? non & Scythicis Hypanis de montibus ortus,
Qui fuerat dulcis, salibus vitiatur amaris?
Fluctibus ambitæ fuerant Antissa, Pharosque
Et Phœnissa Tyros, quarum nunc insula nulla est.

Quæ valdè vereor, ne etiam de Meroe dici possint.

N°. XXXI. De provincia maritima Æthiopiæ ad Mare rubrum

1 sita. *Tigra* pars, quæ *Bahrnagassum* præsidem habet, Æthiopicè vocatur ባሕር፡ Bahr *Mare* per ellipsin pro ምድረ፡ ባሕር፡ *Medra-Bahr, Terra Maris* i. e. *provincia maritima. In tabulis vulgaribus Præsidis titulus* ባሕር፡ ነጋሢ፡ *Bahrnagasso* malè pro regione ponitur, quod tamen Chorographi ex *Alvarezio* melius scire potuissent, qui *cap. 24.* ait: *Nagas significat Regem & Bar mare.* Itaque *Bahrnagasso* idem est ac *Præfectus maris.* Si Alvarezium, ut decebat, legissent, poterant etiam scire *Tigremahon* & *Ambian-cantiva*, non esse regionum, sed præfectorum nomina. al. 25.

(*a*) Justin Lib. I. cap. 9. 1. (*b*) Metamorph. Lib. XV. v. 259.

Lib. I. c. 4. N. XXXII. Multæ autem regiones à vicino mari nomen sortitæ sunt, veluti *Aremorica*, nunc *la Basse Bretagne* veteri Gallorum linguâ *ad mare sitam provinciam* denotat. *Quo pacto & Pomerania*, quæ nunc Germanicâ linguâ utitur, à *Venedis* (Wenden) Slavonicâ linguâ utentibus, nomen accepit. 2
Pomore enim *Vvendis*, Pomorze Polonis *juxta* vel *ad mare* significat, Saxonibus ac Belgis Seeland. Nam vocabulum See/ ut alia pleraque, cum aliis substantivis componitur, ut: Seehafen/Seestadt/ non Ansee Stadt/ ut imperitiores Critici (vocem antiquam Saxonicam Hanse/ *Fœdus, Societas*, non intelligentes) malè scribunt pro Hanse-Stadt. *Civitas fœderata* vel *socia*. Nunquam enim præpositiones ad talia composita adhibentur; quia non dicimus Ambergstadt/ Bey Waldstadt/ sed Bergstadt/ Waldstadt, Seestadt & ita porro. 3

COMMENTARIUS
Ad Lib. I. Cap. IV.

N°. XXXII. De mala expressione vocabuli **Axuma** quæ caput regni Habessinorum olim fuit] *Cassume*, alibi *Caxumo*, imo & *Chaxume* legitur apud Alvaresium à cap. Itinerarii Æthiopici 37. usque 42. & in epistola secunda Andreæ Corsali c. 19. Idque prorsus malè pro *Axum*, Æthiopibus አክሱም፡ *Acsum*; quod sonuit in auribus Lusitanorum, quasi Gallus diceret, *Ac, çum. E.* breve enim seu Scheva (ut Hebraismi periti norunt) vicinæ vocalis sonum quasi assumit, additaque terminatione Lusitanica *O* factum est *Acassumo*, rursus abjecto ab imperitis *A.* tanquàm articulo Lusitanico, factum est *Cassumo*. 1

Alvarezii *Chaxumo* (Lusitanicè sonat Chaschumo) inde fortassis factum, quòd populari dialecto audiverit pronunciari Achshum. Nam literam ሰ፡ antiquitus ut ש Hebræorum seu ش Arabum pronunciatam fuisse censeo; adeò, ut in illius auribus sonuerit ut Hebræum אחשום Germanicè Achschum. Quocunque modo id contigerit, cacographia ista effecit, ut multi viri docti fallerentur. Nam primò *Scaliger* (c) nimis confidenter scribit, imò fingit τὴν Ἄξωμα *hodie ab ipsis Æthiopibus vocari* ኀሡም፡ חָשׁוּם *Arabicè* خشوما quod manifestò falsum esse deprehendi, cùm regium Conciliorum codicem Romæ vidissem in urbe አክሱም፡ *Acsum* scriptum, simulque ex Gregorio meo intellexissem, nullum aliud illi urbi nomen esse. Quare Tellezius à PP. Societatis edoctus, rectius Lusitanicè scripsit *Acçum*, 2 3

Lib. I. c. 22.

Scaligeri autoritas porrò fefellit summum virum *Bochartum* (d), qui Axumam Arabicè dici putat حشوم *Chashum* Chaschum. Incolas verò خشوميون *Chashumenses* vel *Chashumitas*, quod *simos*, vel *simo naso homines* significare dicit. Et sic Axumitas illos ipsos esse *Æthiopes simos*, Struthiophagis vicinos & inimicos, quorum apud autores mentio fit. At nostri Æthiopes simi non sunt, nam Lusitani, dum formam Habessinorum laudant, semper addunt illos habere *narizes afilados*, h. e. *tenues nasos*, miniméque simos. 4

Cap. 9. Denique etiam eruditissimum *Iacobum Golium*, qui, cum in Alfergano reperisset, Regiam Habessiæ urbem esse جرمي *Germa* vel *Giurma*, (cum tamen tale nomen alibi non legatur) putavit, id corruptum esse pro جومي *Giuma*. (e) Cùm verò falsum sit suppositum nominis Chaschumo, tanta vocis emendatio, vel potius mutatio locum habere nequit. Plura & quomodo à veteribus etiam malè expressa fuerit urbs ista, habes *infra* L. II. c. 11. n. 46. 5

(c) L. VII. de emendat. tempor. in comp. Æthiop. p. 682. (d) Hieroz. Part. I. Lib. 3. c. 27. p. 906.
(e) In not. ad pag. 34. lin. 4. pag. 89.

N°. XXXIII. De vera pronunciatione vocis CHINA Lib. I. c. 4.
n. XXXIII.
34. & 35.

1 Hoc regni nomen in oriente Tschina effertur: Italis *Cina*. Polonicè Czina. Hinc Hollandi in India *Chinenses* vocant Tschinesen. Istam pronunciationẽ Hispani & Lusitani per *Ch.* expresserunt. At reliqui Europæi ch pro more suo pronunciant. Germani & Belgæ, ut & Poloni, legunt *China* χῖνα per ח Galli *Schina* שינא per ש. Itali *Kina* per ק, e[...] fit, ut de *Sinarum* regno Latinè loquentes, alter alterum non intelligat. Id mihi acci[...], cum ego Hollando ex India reduci Germanico more dicerem die Chineser per ח,
2 ille, quid vellem, nesciret; nam die Tschnesen pronunciabat. Hinc colligere est, quam necessarium sit de *Alphabeto* aliquo convenire, cùm inter Geographos, tum inter alios, quô exotica vocabula Latinis literis uniformiter scribantur. Etenim nisi autorem, ejusque scribendi & pronunciandi modum noveris, voces peregrinas alterius cujusdam nationis nunquam rectè efferre poteris.

3 Peregrinatores, nec non mercatores in magnis emporiis, quique scientiam suam ex tabulis solùm & libris Geographicis hauserunt, non nisi difficillimè de peregrinis rebus atque hominibus cum exteris agere possunt. Id mihi contigit cum Gregorio Habessino colloquenti. Lusitanica enim *Xoa*, *Gojam*, & similia, Germanico more *Ksoa* Gojam *Gojam &c. legens*, non intelligebar, nec illum aliter pronunciantem initiò intelligebam, ut in historia mea dixi. Literæ autem ambiguæ, & pronunciatu variæ sunt sequentes: C. Ch. G. Gn Gl. I. Ll. S Sch. Sh. Th. U W. X Z quæ non uno modo ab Europæis, sed â diversis diversissimè pronunciantur, & efferuntur: ut periti linguarum norunt.

1 N°. XXXIV. Syllabus elementorum generalis] *Alphabetum universale*, de quo modò diximus, Lectori hîc damus duabus tabulis, quarum altera consonantes, altera vocales continet. Necessitatem hujus inventi satis intelligunt ii, qui cum exteris nationibus conversantur, aut res & linguas peregrinas, præsertim vi-
2 rorum, regionum, & urbium nomina propria, Orationem Dominicam exoticarum linguarum & similia, literis Latinis exarare volunt. Agnovit hoc Nobilissimus & Amplissimus Vir, *Franciscus Mesgnien Meninski* qui præclaro suo linguarum Orientalium thesauro, in quo Turcicæ, Arabicæ, & Persicæ linguæ Lexicon & Grammaticam exhibet, tale Alphabetum legendis peregrinis vocibus, secundum nostrum scopum, præmisit, valoremque figurarum ex aliis linguis docuit. Quapropter opera danda est, ut inter viros doctos de illo conveniat, quô obtentô Europæi omnes peregrina vocabula in Latinis operibus reperta rectè legere & effari discent.
3 Frustra verò sunt ii, qui putant sonos literarum ita describi posse, ut etiam sine auditu rectè proferri queant.

1 N°. XXXV. De tabula Habessiniæ chorographica] *Tabulam* nostram chorographicam pridem edidimus, non quidem numeris omnibus absolutam, omnibus tamen aliis ad hunc diem editis pleniorem & correctiorem. De quibus rectissimè *Vossius* (f): *Pleraq; mappæ Geographicæ hodiernæ quæ partim ex hoc*, Leone Afro] *partim ex Francisco Alvaro, admixtis etiam nominibus antiquis Ptolemæi, sunt compilatæ, adeò sunt ineptæ, & nullo judicio digestæ, ut ne unum quidem vocabulum rectè locatum in iis invenias.* Confer quæ supra diximus ad Procemium N. I. § 101.

2 Regnorum & populorum, aliaque nomina propria ex ore & scripturâ *Gregorii* nostri desumpta habemus; qui indignabatur tam vana atque manca publicè vulgari. Dimensionem verò graduum ex tabula B Tellezii mutuati sumus, qui scribit: *factam eam esse à doctissimis nonnullis sodalitatis suæ viris, speciatim ab ipso Patriar-*
2 *cha* Alphonso Mendezio, & P. Emanuele d' Almeyda *viro erudito & verace.* Edidit etiam *P. Franciscus Æschinardus* tabulam chorographicam Habassiæ majorem, sed rudiorem, cum Tellezianatamen in summa rei convenientem, si *lacum Tzanicum* excipias, quem ille malè ab occasu in ortum per latitudinem potrexit, cùm in longitudinem deducere debuisset. Tabulam nostram Æthiopicis quoque literis depictam habe-

(f) De Nili & al. flum. orig. cap. [...] p. 7[...].

L. I. c. 5. XXXVI. habemus, prælo quidem paratam, ſed nondum æri inciſam, quia nec Bibliopolæ ſumtus facere voluerunt, nec publice neceſſaria videtur, cum pauciſſimi Æthiopicæ linguæ & ſcripturæ ſint periti. Novam Africæ tabulam quidem promiſimus, ſed eam tantum Africæ partem intelleximus, quæ ab utraque æquinoctialis lineæ parte titulo Æthiopiæ ſuperioris & inferioris olim edita fuit, Abeſſiniâ enormi ſed falſa magnitudine continens: ut diverſitas noſtræ & veteris tabulæ eò magis eluceret. Si ... editionem hujus operis abſolvi poſſit, cum ſtudioſis communicabitur.

COMMENTARIUS

Ad Lib. I. Cap. V.

N°. XXXVI. De incredibili Zonæ torridæ æſtu, propter quem priſci illam inhabitabilem crediderunt.] Negari nequit, æſtum 1
in nonnullis Zonæ torridæ locis intolerabilem prorſus eſſe, verba *Senecæ* & *Gregorii Habeſſini* in Hiſtoria noſtra retulimus.

Patriarcha Luſitanus *Alphonſus Mendez* in relatione itineris ſui Æthiopici (g) per regnum Dancalè menſe Majo & Junio facti, ſic ſcribit: *In regno Dancalè iter nobis faciendum; tantus enim vapor Solis interdum eſt, ut eò & homines & jumenta quaſi præfocentur, & calces tanquam in prunis corrugentur & torreantur.* Addit exemplum de puero quodam, qui æſtu & ſiti exanimatus, niſi aquam guttatim in os inſtillaſſent, haud dubiè mortuus fuiſſet.

De æſtu regni *Coilum* [*çoilum* per ç caudatum ſcribendum puto, & intelligi *Ceylan* i.e. *Taprobanam inſulam*] ſcribit M. Paulus *ovum in profluentem poſitum citra magnam moram decoqui poſſe.* Non putaverim, illum flumina ipſa intelligere, niſi thermarum fontes inſint, (ex. gr. prope Emſam, in flumine die Lahn dicto) in quibus ovum ſine igne ſolo aquæ fervore coqui poteſt; ſed quod aqua è flumine hauſta Solis ardore tam fervida reddatur, ut ovum in ea coquere poſſis. Nam ſi ſaxa velut igni fereſcunt, ſi plumbum liqueſit, ut *Seneca* tradit (h) credibile eſt etiam aquam, ſoli expoſitam ita calefieri poſſe, ut ovum in ea coquatur. Idem claris verbis teſtatur *Diodorus*:
L. 3. c. 31. (margin)
L. 3. p. 167. *Si quis in vaſe æneo eſculenti quid cum aqua ſol exponat*, ταχέως ἕψεται χωρὶς πυρὸς καὶ ξύλων: *citò coquitur ſine igne & lignis.*

Jam reputet aliquis, an æſtus illis in locis tolerabilis ſit? Sanè multo exitioſior vi- 2
detur frigore: contra hoc enim iter facientes aliqua remedia habent, veluti pelles, agitationem corporis & ignem: contra illum verò nulla. Imo multò moleſtior eſt, eo quòd aquam abſumat, vel corrumpat, quæ in torridis iſtis locis vel fœtida vel planè inſalubris reperitur: & quod peſſimum, umbra plerumque deeſt, neque enim in
Bell. Jug. c. 79. ſqualidis illis locis arbor gignitur. *Loca æqualia & nuda gignentium* vocat Salluſtius.

Hæc cauſa fuit, quòd Philoſophi nonnulli, inter quos *Ariſtoteles* (i) & Geogra- 4
phi veteres plerique *Zonam torridam inhabitabilem* putaverint, experientiæ neglectu, & incuriâ ſciſcitandi. Tyriorum enim & Ægyptiorum nautæ, qui diu ante Ariſtotelem per mare rubrum, procul in Zonâ illâ usque in Indiam navigaverunt, id illis meliùs dicere potuiſſent. Interim opinio iſta apud veteres obtinuit; ſic enim Virgilius *Georg:* Lib. I. v. 33.

Quinque tenent cœlum Zonæ, quarum una coruſco
Semper Sole rubens, & torrida ſemper ab igne.

Ad quem locum *P. Ramus*, alioquin doctus interpres, ait: *veterem opinionem* 5
de Zona torrida inhabitabili à Plinio & Ptolemæo *fuiſſe refutatam.* Sed *Plinius*, quam-
L. II. c. 68. vis deſcribat gentes longè introrſum in ipſa Zonâ torridâ habitantes, attamen ita diſſe-
rit;

(g) Apud *Tellez*, *l. 4. c. 38. p. 404. b.* (h) *Natural. quaſt. l. 4. c. 2.* (i) Meteorolog. L. 2. c. 5.

rit, ut Zonam torridam inhabitabilem minimè refutet, ſed approbet. *Media terra-* L. I. c. 1.
rum, inquit, *quà Solis orbita eſt, exuſta flammis & cremata, cominus vapore torretur. Cir-* XXXVI.
ca duæ tantum, inter exuſtam & rigentes, temperantur: eæque ipſæ inter ſe non perviæ, pro- & 37.
pter incendium ſiderum. Quaſi ex noſtra in oppoſitam temperatam Zonam ob torridæ calores penetrare nequiremus, cum tamen ipſe capite præcedente quamvis falsò Cap. 67.
6 narret: *quòd Hanno Pœnus à Gadibus ad finem Arabiæ circumvectus fuerit.* At Zona illa non habitabilis tantùm eſt, ſed nonnullis in locis æque temperata ac ipſa Europa. *B. Tellez.* more ſuo egregiè & acutè, cùm Aſtronomorum quorundam commentum de decem ſphæris cœleſtibus, quas tanquam cœleſtem veritatem credi voluerint priſci, exploſiſſet: *Non mirum eſt*, inquit, *homines errare in rebus cœli, quo volare non poſſunt, cùm tot errores committant in rebus terræ, quam pedibus quotidie calcant. Malè igitur putaverunt, in Zona torrida homines non aduri tantùm, ſed planè torreri, cùm tamen in illa degant gentes innumerabiles, quarum aliquæ eâdem cœli clementiâ fruantur ac* Europæi *in* L. I. c. 8.
7 *temperatiſſimis Hiſpaniæ vel Lombardiæ regionibus.* Iſtud exemplo Habeſſiniæ, in ipſa Zona torrida ſitæ, evidenter demonſtrat; quæ tantum abeſt, ut immodico æſtu torreatur, ut potius miti cœlo fruatur pariter ac Luſitania: & regiones habeat, in quibus frigus magis timeatur quàm æſtus, & quæ Luſitanicos dierum canicularium ardores vehementes minimè ſentiant; ut idem Tellezius teſtatur. *Thevenotius* (k) de d. l.
Habaſsia noſtra:

L' Ethiopie eſt froide (me diſoit cet Ambasſadeur) comme Alep, & Damas, ſeulement les pais proches de la mer rouge, & le pais de Sennar ſont chauds.	Æthiopia frigida eſt. [*comparatè loquendo*] (ajebat Legatus) ſicut Chalybon & Damaſcus, at regiones mari rubro vicinæ & Sennara calidæ ſunt.

N°. XXXVII. De Philoſophis nonnullis, qui de cœli ſiderumque natura ita differunt, quaſi in æthere diu iter feciſſent]

1 *Senecæ* verba ſunt, quæ ille in temerarios Philoſophos vibrat. Legantur modo Phyſici vulgares *de Cœlo*, *Sideribus* & *Syſtemate mundi*, affirmabunt tanquam interfuerint, ut *Senecæ* verbis utar (*l*). In illorum ſcriptis reperient viri gra-
2 ves & Mathematices periti pleraque incerta, multa riſu digna. Profectò non hodie tantùm, ſed & olim reperti fuerunt, qui, ignorantiam vitiorum turpiſsimum putantes, nollent videri quidpiam neſcire, quamobrem ad quæſita omnia habent quod reſpondeant, cum tamen ſatius ſit (ut *Auguſtinus* loquitur) *cautam ignorantiam confiteri, quàm falſam ſententiam profiteri; illud enim modeſtiæ; hoc arrogantiæ, imò ſtultitiæ eſt.* Talibus Philoſophaſtris *Ciceronis* verba *de natura Deorum* meritò exprobraveris: *Quid eſt temeritate fœdius? aut quid tam temerarium, tamque indignum ſapientis gravitate atque conſtantia, quàm aut falſum ſentire, aut quod non ſatis exploratè perceptum ſit & cognitum, ſine ulla dubitatione defendere?* Epiſt. 78. Lib. 1.

3 Tales erunt ferè, qui naturam rerum præceptis ſuis tanquam cancellis contineri poſſe putant, arcana ejus vanâ ſubtilitate rimantes; quæ potius cum ſummâ Creatoris veneratione admirari deceret; quia pro infinitâ potentiâ & ſapientiâ ſua plus efficere poteſt, quam ſapientiſſimi mortalium mente concipere, aut ſibi imaginari. ὁ δυνάμενος ὑπὲρ πάντα ποιῆσαι ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ ὧν νοοῦμεν. *Qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter quàm intelligimus*, ait *Apoſtolus. Eph.* 3. 20.

4 Quàm multa tradiderunt veteres Philoſophi, quæ hodie falſa prorſus deprehenduntur? quàm multa viris gravibus exciderunt illis planè indigna? ut cum *Plinius* de *Oceano* ſcribit: *Omnes cæteras fundens recipiensq; aquas, & quidquid exit in nubes,* L. 2. c. 68.
5 *ac ſidera ipſa tot & tanta magnitudinis paſcens.* En pabulum ſiderum! Quanta & in princ. quàm multa adhuc ſuperſunt quæ neſcimus! Sola ſtellarum fixarum conſideratio exclamationem hanc ſapientiſſimis extorquere debet; quarum cùm tanta vaſtitas ſit, tam remotè tamen poſitæ ſunt, ut omne rationis artisque acumen fugiant, oculis autem nil niſi ſcintillam aliquam inextinguibilem repræſentent. Quæ ſola contempla-

N

(k) In Itinerario ſuo P. II. c. 69. p. 479 (l) Natural. quæſt. L. IV. c. 3.

Lib I.c.5. templatio bonis omnibus contemtum Mundi, & desiderium cœli, ubi cognitio-
XXXIIX. ne operum divinorum æternùm delectabimur, excitare debet.

N°. XXXVIII. De aëris natura.] Dedimus numero præcedente exem- 1
plum vanitatis ingenii humani in tradendis rebus naturalibus. Aliud nunc sese of-
fert apud *Peripateticos*, de *aëris naturâ summè humidâ & moderatè calidâ* differentes;
quos si legerit vir mediocri judicio præditus, nullisque disputantium sententiis præoc-
cupatus, stupebit, viros doctrinâ insignes, & artis philosophandi peritos ea scribere, quæ
vel planè intelligi non possunt, vel rationi & sensui communi repugnant: quæque
nullis rationibus, nec exemplis stabiliuntur, tantùm ut dicant aliquid, quò *Aristotelem*
quasi cœcâ obedientia sequantur, lectorem autem ubique hærentem atque incertum
relinquant.

Peripatetic. sententia. *Gilbertus Iacchaeus* (m) ait: *Magnum esse dissidium, cui elemento debeatur frigus,* 2
alios enim aquam, alios terram frigidissimum facere elementum. *Peripatetici*, eorum-
que sectatores *aquam & terram* frigida faciunt elementa: *aërem* verò calidum & humi-
dissimum, ut videre est apud *Aristotelem L. 1. Meteor. c. 3. th. 18.* Quos sequuntur
alii innumeri; & non ita pridem *Albertus Kyperus* (n) nobis hæc dedit argumenta:
Aër maxime omnium elementorum diffluit, ergo humidissimus est: Aër magis humectat hu-
mectatione propriâ, quæ est per immutationem contrarii; aqua contra magis humectatione im-
propriâ per humidi corporis associationem: Aër magis humidus est intensivè, aqua magis ex-
tensivè &c. Nego humidum necessario humectare &c. & similia futilia prorsus, vel si mol-
liùs accipias, vecordia, quorum Doctor mereretur in aquam conjici, & deinde inter-
rogati, utrum aqua vel äer eum magis propriè, intensivè vel extensive humectasset?

Conimbricensium argumenta meliora non sunt (o). Ajunt enim: 3

(1) *Aerem à calido produci & conservari; à frigore verò condensari & in aquam*
verti. Ubi, quæso! quando & quomodo äer à calido producitur & conservatur?
Quidnam calidum istud est? Quidnam est, & unde venit frigus istud, quod aerem
condensat & in aquam vertit? Nulla certe substantia frigida nominari potest, quæ in
aerem operetur, illumque cogat & in aquam vertat. Respondeant obsecro, *unde aë-*
ri sit frigus? quid sit? & unde veniat?

(2) *Levitatem esse caloris indicem; Levitatem enim calorem insequi & comitari.* 4
Sed nec hoc argumentum ullius est pretii, neque si ab igne argumentari velint,
consequentia valet. Quia aer non absolutè levis est, quin pondere suo constat, quod
& ipsi agnoscunt, & *Nobiliss. Robertus Boyle Anglus*, eminenti atque polito judicio in
omni literaturâ pollens, clarè demonstrat in tractatu suo de hac materia. Deinde
tot gradus levitatis statuendi essent, quot gradus habet frigus; & sic quo magis ad Se-
ptentrionem accesseris, eo gravior foret aer, quod experimentis demonstrari non
poterit. Et levior foret aer terræ propinquior, quia calidior, gravior verò quo altior
& frigidior, quod contra est.

(3) Argumentantur: *Si aer frigidus esset, nullum daretur corpus simplex calidum* 5
& humidum. Quasi verò aquæ tribui non posset, quòd summè humida sit & calida.
Aquam autem suâ naturâ summè frigidam asserere, tam absurdum est, quàm quod ab-
surdissimum. Etenim summo nihil addi potest, quare igitur non tota gelu riget,
cum semel superficies ejus in gelu cogitur, ita ut aqua sub glacie ab aëre externo se-
cundum mentem illorum calefieri nequeat, & quomodo pisces in ea vivere possunt.

Denique si aer calidus est, quî fit, quod nix per illum decidens non solvatur. Nec 6
juvat contradicentes, *vapores aqueos, utpote suapte naturâ frigidos, id efficere*, quomodo
enim in tantam altitudinem scandunt naturâ suâ graves? & cur æstate non idem effi-
ciunt? Respondebunt *Solem id impedire.* At eo ipso agnoscunt, *Solem solum omnis*
caloris principium & causam esse; Sibique in eo sunt contrarii, dum infimam regionem
aeris mediâ calidiorem asseverant, quam tamen aquei vapores multo magis replent.

Iidem Philosophi *aërem* ceu regnum quoddam in *regiones* dividunt, videlicet: 7

Supre-

(m) in instit. Phys. l. 6 c. 2. p. m. 165. (n) In instit. Phys. L. 2. c. 6 §. 12. (o) *Colleg. Conimbr. l. 2. de gener. & corrup. c. 3. quæst. 4. a. 1. assert. 3.*

Supremam, mediam & infimam. Quæ diviſio vaniſſima eſt, quidquid enim terminis L. I. c. e.
diſtinguere non poſſumus, id nec in regiones dividere. Equidem aer quò ſubli- XXXIIX.
mior eò frigidior eſt; at ſenſim variatur per gradus, qui nullam neque diviſionem neque diſtinctionem admittunt, nec ubique eodem modo. Veriſſimè Seneca: *Per omne ſpatium ſui ſimilis non eſt* [aer] *mutatur enim a proximis.* Quare frivolum eſt, quod quidam ſcribunt: *melioris doctrinæ gratia ab Interpretibus Ariſtotelis diviſionem hanc factam eſſe.* Nam mala eſt omnis doctrina, quæ fundamentum in re ipſa non habet. Reputa nunc, quam farui ſint illi, qui has regiones metiuntur. Nimirum ſi de finibus regundis lis oriatur, ut limites ponere poſſint. Quippe nubium altitudinem definiunt, & quouſque vapores aſcendere poſſint, paſſus numerant; haut aliter, quã ſi [illegible] iſti in *Buraco, Muhamedis jumento,* cœlum peragraſſent. *Vitellio,* LII. M. paſſ. definiens à *Cardano* reprehenditur (*p*); ipſe verò maximum ſpatium, quousq; vapores aſcendere poſſint, dicit eſſe 172000 *paſſuum,* id eſt, *Centum & nonaginta trium millium milliarium Germanicorum.* Proh! quantum eſt in tali Philoſophiâ inane.

8 Multò ſapientiùs *Stoici* aërem per ſe frigidum eſſe jam olim docuerunt. Sic Aer frigi-
enim *Seneca*: (q) *Aer frigidus per ſe & obſcurus, lumen illi calorque aliunde ſunt.* Ibid: diſ. elem.
in fine: *Natura aëris gelida eſt.* Nullam, ut aliàs, contraſentientium mentionem facit. *Cardanus* (*r*) ei adſtipulatur. Cui ſententiæ & nos ſubſcribimus, *aërem frigidiſſimum pariter & ſiccum* cenſentes *elementum*, ſequentibus argumentis inducti:

9 *1. Id naturale cuique corpori cenſendum eſt, quod illi per ſe ſine alterius admixtione vel auxilio perpetuò ineſt.* Id enim, quod aliunde & extrinſecus accedit, naturale illi cenſeri nequit; jam verò ignea effluvia à Sole, atque vapores aquei è terra & mari aëri admiſcentur, quos ſi tollas, manebit ſummè frigidus & ſiccus.

10 2. Id demonſtratur, quòd *Sole abſente aër friget*; id videmus atque ſentimus noctu & hyeme, ſed maximè in borealibus plagis: nec non ex gradibus caloris & frigoris, quô propius Sol adeſt vel abeſt; quod non fieret, ſi aliunde calorem aliquem haberet; nam quo magis purus manet, eò magis friget.

11 3. *Partes aquæ aëri proximæ hyberno tempore congelaſcunt*; quod non contingeret, ſi aer ſuâ naturâ calidus, & aqua frigida eſſet; tunc enim aquæ partes remotiores glacie concreſcerent: aëri propiores verò, tanquam elemento calido vicinæ, fluidæ manerent; quia, niſi aëris frigiditas accedat, aqua ſemper fluida, etiam in profundiſſimis maris abyſſis manet.

12 4. *Hyemis tempore aëri expoſita gelu magis ſentiunt, incluſa & tecta minùs*; unde ſequitur aerem frigidiſſimum eſſe ſuâ naturâ elementum.

13 5. *Nulla ratio dari poteſt, cur aër, quantò altior, tanto frigidior ſit, ſi ſuâ naturâ calet.* Si verò afferas aerem calefieri exhalationibus terræ aquoſis, & ſolis effluviis, tunc utique intelliges, id prope terram densè ac confertim fieri, eoque aerem calidiorem eſſe: in alto verò & laxiùs & rariùs; quòd vapores terræ eò minùs pertingant: effluvia verò ſolis in ſphæra latiore magis diſſipentur.

14 6. *Id denique confirmatur ex grandine & nive, è ſuperiore aeris regione decidente.* Etenim vapores terræ eousque exſurgentes, frigiditate aeris, prout tenuiores vel craſſiores ſunt, in nivem vel grandinem concreſcunt; ut veriſimile ſit, pleraſque pluvias priusquam decidant, prius nivem eſſe. Id vel ex eo conſtat, quòd in montanis ningere ſoleat eodem tempore, quo in vallibus proximè ſubjectis pluit.

15 Huic ſententiæ multi adſtipulatores adduci poſſent. Extat libellus Gallicus *Diſſertations Academiques ſur la nature du froid & du chaud par le Sr. Petit Intendant des fortifications in 12. Paris.* Qui ſtrenuè oppugnat Ariſtotelicos, aſſerens: *non alium ignem naturalem eſſe, quam Solis, & qui in ipſa terra ſit: & nullam ſphæram igneam ſub concavo Lunæ eſſe, ut quæ pura ſit Chimæra i. e. enormis fabula.* Quæ paulo prolixiùs pro confirmanda ſententia noſtra diſputanda fuerunt.

1 N°. XXXIX. De nive ſub Zona torrida.] Zonæ torridæ incolæ, imò & Ægyptii & plana Africæ inhabitantes nivem ignorant, ejusque deſcriptio-

 nem

(*p*) *De ſubtil. L. 4. p. 205.* (*q*) *Natural. quæſt. L. II. c. 10.* (*r*) *Lib. II. de Elementis.*

Lib.I.c.1. nem valdè mirantur. Hoc argumento *Herodotus L.2.c22.* refellit eos, qui è nivibus li-
N. XL. quefactis Nilum creſcere dixerunt. In montibus tamen quibusdã Habeſſiniæ celſiſ- 2
ſimis nivem dari conſtat. *Thevenotius* (*ſ*) ex relatione Legati Æthiopici de rupibus Judæorum *Samen & Sanet* ſcribit: *Dans les dites montagnes il y a toujours beaucoup de neige.* i. e. *In dictis montibus ſemper multum nivis datur.* *Gregorius* quidem non multam in patria ſua dari ſcripſit; Sic enim ait in Epiſtola de curſu Nili:

ሐመዳስ: ዘውእቱ: *Neve* ኢኮነ: ብዙኅ: በብሔርነ: ዘእንበለ: በረድ: ወዝናም: | Hameda *autem* h. e. [Neve Ital.] Nix *non eſt multa in regione noſtra, ſed tantùm grando & pluvia.*

At diſtinguendæ ſunt regiones, quia pro locorum diverſitate utrumque verum 3
eſſe poteſt. Ipſe certè nivem non viderat, & propterea farinæ aſſimilabat, ሐሪጽ: ሐሪጽ: *Farina, Farina* ſæpè exclamans, cum eam in Tirolenſi comitatu mecum permeare cogeretur, ut in Hiſtoria noſtra diximus. Nota hic nomen ሐመድ: *Nix*, Habeſſinis peculiare, & aliis linguis inuſitatum, quod arguit illos eam rem habere; quamvis id neget Sandovallus (*t*).

No. XL. De pluviis ſub Zona torrida] Pluviæ ſub Zona torrida 1
planè ſunt ſtupendæ, nobis æque ac veteribus nonnullis ignotæ. Nimbi ſunt continui & quotidiani non guttatim, ſed rivulorum inſtar cœlo defluentes.

L.2.c.10. *Odoard. Lopes in relatione de regno Congo,* referente & interpretante *Ath. Kirchero* (u): *Præcipua cauſa inundationis Nili eſt ingens aquarum pluvialium abundantia, quâ verno tempore, ad initium Aprilis nimirum, Æthiopiam ultrò citroque perpluere incipit, non ſtillis & guttis, uti Europa imbres, ſed veluti* aquarum rivis *terram perfundendo.* Scilicet Nilum ultra æquatorem fontes ſuos habere putavit. Nam in pleriſque Habaſſiæ 2
regionibus non niſi Junio menſe pluviæ incipiunt. Hinc exundationes fluminum & ſcaturigines locis inſolitis veluti in cellis & domibus humiliori loco poſitis. Unde ſatis validum argumentum ducitur, fontes plerumque omnes pluviis ortum ſuum de-
N. LXI. bere, quâ de re pluribus infra agemus, cùm ad diſſertationem *de cauſâ exundationis Nili*
Cap. XI. venerimus. Eruditiſſimus *Iſaacus Voſſius in libro* ſæpius citato, rationem canonicam pluviarum in Zonâ torridâ benè tradit.

d. l. Tantarum pluviarum cauſas *Ath: Kircherus* exponere quidem ſatagit; ſed ita 3
comparatæ ſunt, ut lectori penitus non ſatisfaciant. Nam quas ille cauſas ponit, eæ etiam aliis in locis reperiuntur, ubi tales pluviæ non dantur. *In Libyæ plurimis*
pag. 60. *locis*, ait, *omnia ſabulo ſqualeſcunt, quo circa nec imbres gigni queunt*; & tamen paulo poſt dicit: *Vapores tum è Sinu Arabico & utroque Oceano & fluminibus attracti, reſolutique: tum ex altis montibus montiumque cavernis, ac lacubus corrivatis aquis, immenſam ſuppeditant humentis ſubſtantiæ congeriem* &c. ergo non opus eſt, ut è ſabulo imbres gignantur. Addere etiam potuiſſet *Mare Mediterraneum*; nihilominus in Ægypto aliiſ- 4
que depreſſis Africæ locis, pluviæ vel nullæ ſunt vel rariſſimæ: Quapropter vapores non ſufficiunt, montes ſimul requiruntur, certum anni tempus, Solisque certa in cœlo poſitio, quæ præcisè dicere, atque exemplis per univerſum terrarum orbem conformibus demonſtrare non eſt humani ingenii. Quam enim rationem diverſitatis dabit nobis Kircherus, ſi de *Arabia Petræa*, ſeu *montoſa*, ſoli oppoſita, inter ſinum Perſicum & mare rubrum ſita quæratur. Illic omnes, ut puto, Kircheri circumſtantias reperies, & tamen ibi vix pluit.

Id verò planè mirum eſt, quòd Æthiops quidam ad illum ſcripſerit. (x) *Scias* 5
itaque Pater: quòd pluviæ in tota Æthiopia ordinariè incipiant circa Maſcaram & Thikmith, menſes noſtros Paſchales, *tunc enim cœlum ſingulis diebus operitur nubibus. Quæ maximas terræ ſiccæ pluvias parant; Durant autem hæ pluviæ per viginti propè ſeptimanas, hoc eſt, per quinque ferè menſes, omnibus fluviis & lacubus jam redundantibus. His verò elapſis toto reliquo tempore ſolem habemus ſine ulla pluvia.* Iſta ſanè non ad Habeſſinos, ſed ad alios Æthiopes, inter æquatorem & tropicum hybernum degentes, ſpectare videntur;

(*ſ*) *in Itin Orient. L. II c. 69.* (*t*) De inſtaur. Æth. ſal. P. I, Lib. 2. c. 14. (*u*) *Synt. L. I c. 7. p. 62.* (*x*) d. cap. 7. p. 61, in fin.

dentur; & tamen Habeſſinus fuit, qui id ſcripſit, nam መስከረም: & ጥቅምት: Lib. I.c.5.
Meſcarem & *Tekemt* i.e. *September* & *October*, Æthiopica ſunt menſium nomina, quos N. XLI.
cum vocet menſes Paſchales, ſatis ſanus fuiſſe mihi non videtur. Si enim de Habaſ-
ſia loquitur falſiſſima ſunt omnia; nam ibi non niſi Junio menſe pluviæ cadunt, ne-
que diutiùs quàm usque ad finem Septembris durant, ut in Hiſtoriâ noſtrâ diximus, L.I.5.29.
idque Kircherus ex relationibus Societatis ſuæ certiſſimè ſcire poterat. Vide quæ
docemus numero ſequente ex *Tellezio*, & propriâ experientiâ *Emanuelis Almeydæ*.
Quod autem vulgò dicitur in Ægypto non pluere, de eo peculiari tractatione age-
mus infra N. LX.

Nº. XLI Num Periœci ubique eandem æſtatem atque hye-
1 mem habeant?] *Periœcos* eandem æſtatem & hyemem habere, incautè ſatis tra-
dunt Geographi quidam ex *Ariſtotele* (y) qui ſcribit: *æſtum & frigus non excedere ratio-
ne longitudinis ſed latitudinis*. Quod quidem verum eſt in Zona temperata, at planè
fallit in Zona torrida, maximè in noſtra Habeſſinia; de qua B. Tellezius ſcribit:
*quòd furor æſtus minimè tantus ſit ac in Luſitania, tot gradibus Septentrionem verſus remo-
2 ta*, ut ſupra retulimus. *Ariſtotelem* meminiſſe oportebat alium ſitum eſſe regionum N.36.§.7.
inter utrumque Tropicum, quarum verticem Sol bis in anno irradiat; exinde colli-
gere poterat magnam aëris diverſitatem, quæ ſanè tanta eſt, ut nulla certa regula æſta-
tis vel hyemis ſub Zona torrida dari poſſit; quandoquidem ab excelſiſſimorum mon-
tium jugis potiùs quàm à Sole æſtas & hyems proficiſcatur, ut egregiè docet & exem-
plis demonſtrat ſæpe laudatus *Voſſius de Nili al. flum. orig.* c. XII.
3 Probabile quidem erat eandem caloris & frigoris rationem eſſe, ubi eadem ra-
tio eſt elevationis Poli; ſed etiam conſiderare oportebat adjacentes montes & maria,
quæ varietatem aëri ut plurimum afferre ſolent. Audiamus Tellezium, qui ex
P. Emanuelis d' Almeyda experientia ſic ſcribit: *Littus occidentale maris rubri ab in-
ſula Matzua usque ad regnum Dancalè hyemem habet menſe Decembri & Ianuario, ut in
Luſitania, idque ſpatio X. vel XII. Leucarum terræ continentis, ſed leniſſimo frigore & mo-
dicâ pluvia*. At *paulo interiùs in montibus monaſterii* Bizen, *cis* Dobarnam *hyems non
incipit, niſi X. die Iulii usque ad finem Septembris. Itaque hyems in meditullio Æthiopiæ
iisdem menſibus exiſtit*, *ac* in littore *Indiæ ab oppido* Dio *usque ad promontorium* Como-
rinum; *& in Arabico littore à freto maris rubri usque ad inſulas* Curiæ Muriæ *hyems eſt
menſe Iunio, Iulio, Auguſto & Septembri: contra mediterranea Arabiæ hyemem ſentiunt in*
Novembri, Decembri, Januario & Februario, ut *in Luſitania*. Hucusque *Tellezi-
4 us ex d' Almeyda*. Plura exempla apud *Voſſium* habes, inter quæ memoratu digniſſi L.1. c.12.
mum eſt, quod de ora *Malabarica* refert, & mihi quoque ex aliis relationibus conſtat. p.31.
Peninſula illa magna Indiæ, quæ inſtar Italiæ in Oceanum excurrit, celſiſſimis mon-
tium jugis, tanquam *Apennino* quodam diſtinguitur. In orâ Occidentali, quæ *Mala-
barorum* eſt, hyems à menſe Aprili in Septembrem usque dominatur: in littore
verò Orientali, quod Hollandi **de Kuſt van Coromandel** *Oram Coromandellæ*
vocant, trans illos montes, in iisdem latitudinis gradibus, contrariò planè modò
à Septembri usque ad Aprilem hyemem habent. Itaque ſi Rex vel Princeps illorum
locorum in perpetuâ æſtate vivere vellet, tantùm montes illos tranſcendere opus
haberet.
5 Imò in ipſis Habeſſiniæ regionibus non iisdem menſibus hyems & æſtas eadem
eſt. Etenim *Alvarez c.47.* Itinerarii ſui ſcribit: *Cùm menſe Auguſto, quo hyems in re-
liquis Habeſſiniæ partibus adhuc eſt, iter feciſſent, atque de montibus in regionem Dobaorum*
[Dobas] *deſcendiſſent, nullam hyemem amplius fuiſſe, qua ibi Februario, Martio & Apri-
li obtinet, contra ac in aliis dicti regni partibus*. Tam incerta ſunt ſub Zona torrida
hyemis atque æſtatis tempora.

1 Nº. XLII. De ignavis fucis] Poëta noſter Æthiops (z) *fucos* rectè
cum apibus conjungit, quibus ad opus faciendum, tanquã mancipia ſubjecti ſunt. Et-

 enim

(y) *Meteor. L.2.* (z) Cujus carmen habes in Hiſtoria noſtra hoc loco.

L.I.c.5. enim *quasi servitia verarum apium* censentur, *quas tàm in opere quàm in fœtu adjuvant*,
N. XLII. ut rectè *Plinius* loquitur; addens Lib. II. c. II. *Apes imperare illis, primosque in opera*
43. & 44. *expellere, tardantes autem sine clementia punire.* Idem c. 17. S. 19. scribit: *Apes amisso*
aculeo fucos tantùm esse. Ignavia istis communiter imputatur, ut hîc & apud Vir- 2
gilium Georg. IV vers. 168.

Ignavum fucos pecus à præsepibus arcent.

In vocabulariis nonnullis *Fucus* ineptè exponitur, eine Hummel / *vel malè conjun-*
guntur diversa: eine Thräne/eine Hummel. *Varro* (a) confundere videtur fucos cum
apibus prædatoribus, nobis Raubbienen *fures* enim vocat mel depascentes. Ve-
rùm istæ minime ignavæ, sed fortes sunt, pugnaces atque rapaces. Eam obrem
mulctari solent in nonnullis pagis rustici, qui eas habent & alunt. At fuci operæ 3
sunt, ut diximus, aquam mellificio necessariam bajulantes, quam ob causam à no-
stratibus Wasserbienen/frequentiùs Thränen vocantur. Autumno adulto, apes
majorem eorum partem inclementer trucidant, videlicet eùm eorum operâ non am-
plius opus habent, quod cuivis diligenti spectatori observare licet; nam mortui sub
alvearibus jacentes visuntur, majores reliquis apibus, & aculeo carentes. Alii
narrant. *quòd calefaciant alveos & fœtus foveant*, quæ gratis dicta puto; quis enim
hoc vidit?

Apum naturam optimè intelligunt Habessini, ingens enim copia illarum apud 4
eos datur ob perpetuum calorem, & continuò virentes atque florentes campos. Ii-
dem artem eas curandi benè norunt, ut ipse Romæ in domicilio eorum vidi. In-
ter alia asseverabant, qui vulgò *Regulus* putatur, non ducem esse, sed marem, qui
apes gravidaret.

N°. XLIII. Turbo sævus SENDO i. e. anguis Dembeanis
dictus] Turbinem talem ሰንዶ: *Anguem* Dembeanis dici, Gregorius meus, ut- 1
pote Amharensis, ignoraverat. Igitur in pago quodam existens, audiverat tu-
multum ሰንዶ: ሰንዶ: *Sendo, Sendo*, clamitantium. Putaverat verum serpentem
intelligi, sumtoque baculo suo incurvo procurrit ad necandum illum. Sed in-
colæ trementes ostenderunt illi quandam nubeculam, variis spiris & gyris instar
magni serpentis in sublime elatam, idque turbinem esse dixerunt, qui obvia quævis
everteret & perverteret, donec ingenti strepitu in lacum *Tzana* præcipitaretur; uti
tunc temporis factum. Eâdem igitur ratione *Sendò* Æthiopibus *Serpens*, qua Græ- 2
L.24. c.13 cis *turbo* sævissimus πρηστήρ *Prester* dicitur. Quem *serpentem sceleratissimum* Plinius
S.73. vocat, ab igneo ardore, quem morsus affert; ut Germanis eine Brandschlange. שרף
Saraph Hebræis eodem sensu. Derivatur enim à verbo πρήθω *Incendo, inflammo.*
Quam nominis notationem secuti videntur ii, qui turbinem hunc flammam admi-
xtam habere scribunt, & accensum, dum furit, amburere contacta pariter & prote-
rere; propterea igneum turbinem Latinè dicendum (b). Verùm cùm talis turbo
igneus cum flammâ permixtus nobis hodie nusquam describatur, ideò vanam puta-
mus *Fromondi* descriptionem (c), qui rei falsæ rationem profert: *quòd longâ vertigine*
partes inter se confricentur [quasi verò ligna essent] *& sic turbo flammam concipiat, & transe-*
at in presterem. Flamma fortè veteribus cum vortice venti simul visa fuit, quam illi
turbinis crediderunt, cùm fulguris esset. Quamobrem nobis potius â figurâ, quâ 3
apparet, serpentis, & quidem nocentissimi, quàm â flamma nomen accepisse videtur.

Venetorum *Bissa bova*, turbinis species, inde fortassis originem traxit. Ete- 4
nim *Bissa* (vel communiter *Biscia*) colubrum serpentem significat: *Bavare* autem
est *mugire*, quasi diceres: *Coluber mugiens*; à spiris simul & mugitu seu fragore istius
venti. Effectus hujus turbinis passim leguntur stupendi, ut mox dicemus. N. XLV.

N° XLIV. De Typhone vento qui Belgis Hoos dicitur] 1
Etiam Belgæ narrant & scribunt, quæ modò de prestere diximus, videlicet quòd
cerni possit. Dependere enim de Cœlo quandam velut nubem quæ flexuosa in acu-
men

(a) De re rust. L. 3. c. 16. (b) Aristoteles lib. 3. Meteor. c. 1. tit. 12. Plin. L. 2. c. 48. in fin. Seneca Nat. quæst. L. 5. c. 13. (c) Meteor. L. 2. c. 4.

men quaſi deſinat; mox vertigine agi, ſpumantesque maris undas in ſublime rapere, L. I. c. 5.
& in denſiſſimas nebulas ſpargere. Quô viſo, nautæ vela illicò contrahunt, crebrò N. XLIV.
enim naves ſubvertit & mergit, ſæpe etiam ſine noxâ tranſit, non enim ſpatium val- & 45.
dè magnum occupat. Quæ verò ſive terrâ ſive mari obvia habet, deſtruit atque
confringit. Arbores, ulnâ ſæpè craſſiores, radicitùs evellit, & procul abripit.
2 **Dragwinden** nautæ vocant. Plura habes in Walteri Schulzii itinerario Indico
(*d*); ubi etiam reperies veram deſcriptionem venti, quem nautæ hodierni **Orcan** vo-
cant, qui propriè non eſt ventus, ſed aër craſſiſſimus à nubibus condenſatus, qui in
ſummâ maris tranquillitate & quaſi planitie, premit aquam, & in ea naves, ut videan-
tur ſidere & mergi, tanquam hauſtâ undâ graves. Mare igitur ita compreſſum ce-
dit, & circumcirca ſpatio ſat magno quaſi aſſurgit, dein, rupturâ nubium factâ, maxi-
mo impetu in æquilibrium ſuum rediens, attollit & jactat naves tantâ vi, tamque inor-
dinatè, ut paucæ evadant.

3 Veluti, ſi in lacu ſeu vaſe quodam amplo aquam inſtrumento quodam globoſo
in medio ſenſim deprimas, id verò ſubitò tollas, videbis quantos fluctus datura ſit aqua,
antequam ad æquilibrium redeat. Multa ad hanc rem facientia A. Kircherus
habet (*e*), quomodo ventus ex preſſura nubium oriatur, &c. quo ſtudioſum lectorem
remittimus.

N°. XLV. De horribili Typhone qui d. 2. Sept. 1679. in Illyri-
1 co, Cæſareæ ditionis, graſſatus eſt.] Iſtius in textu Hiſtoriæ noſtræ memi-
nimus, de quo ſequentia Venetiis ſcripta & evulgata fuerunt: Anno 1679. Den 2ten.
Sept. umb 9. Uhr entſtunde zu Villa de Fuavis im Käyſerl. Gebiet 3. Meilen
von Palma nova ein Wind / den man alhier Buſſa bova nennet / welcher mit ſolcher Turbo
erſchrecklichen Gewalt zu wüten begunte / daß er underſchiedliche Bauern / wel- horribilis.
che Hew machten / und etliche Karn / ſambt dem Hew und Ochſen in die Lufft
führete / die gantz zerſchmettert ziemlich weit von dannen wieder niederfielen.
Die Bäume wurden auß der Erden geriſſen / und weit hinweg geworffen / und
war die Erde / da dieſer Wind vorbey gieng / dermaſſen verbrand / daß man nicht
2 ſehen konte / daß jemals alda etwas geſtanden. Zu Villa Bagnaria hat derſelbe
die Häuſer von Grund auß niedergeſchlagen / und Balcken / Bretter und andere
Sachen durch die Lufft geführet / wie auch underſchiedliche Perſonen ſehr übel
angegriffen / aber niemand getödtet. Von S. Thomas Kirchen / welche auſſer-
halb ſelbigen Orts ſtehet / iſt das gantze Dach abgeſchlagen / und ein Theil von
3 der Mauer ruinirt. Die Glocken von den Thürnen ſind dergeſtalt weggefüh-
ret worden daß man ſie des folgenden Tages nicht wieder finden können. Von
dannen gieng er nach Sevigliano, alda er das gantze Land in Grund verderbet /
das Dorff aber hat er zu allem Glück nicht angerühret: Alda er aber nicht weit
davon den Pallaſt des Graffen Horatio Straſoldo biß in Grund ruiniret, und al-
les Vieh / ſo ſich alda befand / tod geſchlagen / allerhand Mobilien biß auf die
Fäſſer durch die Lufft geführet / daß Volck aber / ſo zu ihrem Glück im Felde ar-
beitete / blieb unbeſchädiget; Zwey Häuſer ſo auf dem Wege nach Straſoldo
ſtunden / wurden gantz zu nichte gemacht / nebenſt einer Frauen und einem Kin-
4 de / auch unterſchiedlich Vieh / ſo tod geblieben. Von dannen wendete er ſich
nach Palma und Villa di Privano, welches letztere er mehr als halb ruiniret, und
unterſchiedliche ſchöne Palläſte darnieder geriſſen / darneben alles mit durch die
Lufft geführet / und viel Menſchen getödet / auch das Feld herumb gantz verder-
bet. Von dannen gieng er nach Villa di Visco unter dem Käyſerl. Gebiet / all-
da er unter andern den neuen Pallaſt des Herrn Marco Fiscolini gantz ruiniret.
Von dannen gieng er nach S. Vido di Cranglio, ſo gleichfalls Käyſerl. welches er
gantz zerſtöret / und kein Hauß alda ſtehen ließ / und gieng mit Balcken / Brettern /
ſtücken Mauern / Haußrath / und anderen Sachen umb / wie vorher gemeldet;
verletz-

(*d*) Wouter Schoutens Oſt-Indiſche Voyagie. L. I. c. 5. p. 41. & cap. 9. p. 68.
(*e*) In Mundo ſubterraneo L. 4. Sect. 2. prop 6.

Lib. I. c. 5. N. XLV. verletzte auch eine grosse Anzahl Menschen/ und brachte theils umbs Leben; also daß man wegen der grossen menge Schutt/ Bäume und anderer Sachen/ mit Wagen und Pferden nicht dadurch fahren konte/ auch ist alda sehr viel Vieh tod geblieben. Von dannen wendete er sich nach Villes, so ebenmässig ein kleiner Käyserlicher Ohrt/ den er zum theil ruiniret/ und von dannen nach Montaleona, alda er das Land in Grund verderbet/ und viel Menschen und Viehe umb den Hals gebracht hat. Andere Ohrte hat er ebenmässig beschädiget/ aber nicht so hart/ und weiß man noch nicht/ waß er ferner in selbiger Landschafft wird für Schaden gethan haben. Dieses hat allda eine solche allgemeine Bestürtzung verursachet/ daß alle Menschen/ welche zu dem Ende in grosser Menge zusammen gelauffen waren/ von dem grossen Schrecken zitterten und bebeten. Sensus 6
est: *Ventum istum, quem Veneti* Bissabova *vocant, ingentem stragem ædificiorum, hominum atque pecudum edidisse: carros fœno onustos cum bobus in aerem abripuisse: campanas tam procul abstulisse, ut postero die reperiri non potuerint.* Horrenda vis venti illo tractu non infrequens.

[Legat aliquis Carniolæ luculentam & eximiam descriptionem Joh. Weichardi Valvasoris Labaci impressam An. 1689. L. II. c. 61 p. 263. mirabitur in monte Gabrek dicto, impetuosissimum ventum tempore hyemali sævire, & saxis tanquam pilis ludere, cum maximo proficiscentium vitæ periculo.]

Quicunque ista in nostra Europa contigisse legerit, facilè credet relationibus, quæ de talibus ventis è Zonæ torridæ regionibus scribuntur.

Organtinus Brixianus Iesuita Goanus Ao. 1568. scribit: *Typhonem in plaga ori-* 7
entali Indici maris sævire maximè. Nam à Sinarum regione in Iaponiam navigantibus, tanta semper tempestatis incensorem esse, ut illo flante non nisi miraculo naufragium evitari possit, si vel unam perduret noctem; Vela enim, quamvis egregiè firma, discindi, malos abrumpi quamvis integros ac solidos: partes quoque navigiorum, quæ ab aquis eminent, dissolvi, ac demum si naves onerata non sint, etiam ab undis in aere elevatas efferri ultra littus, unde
d L. V. c. 13. *facile collisione rumpantur.* Hoc ipsum est, quod Seneca paucis verbis exprimit: [Venti] *quibus armamenta rapiantur, & totæ naves in sublime tollantur.* Notus itaque etiam veteribus fuit perniciosissimus iste turbo.

COMMENTARIUS

AD LIB. I. CAP. VI.

N°. XLVI. De monte Lamalmono] Stupendæ altitudinis & mirabi- 1
lis figuræ montes Habessiniæ in Historiâ nostrâ descripsimus. Unum tantùm ma-
L. 1. c. 12. ximè notabilem graphicè describit B. Tellezius his verbis: *Antequam accedas ad*
p. 32. Lamalmonum, *pervenis ad radices altissimi montis* Guca *dicti, qui velut fundamentum & basis est* Lamalmoni. *Iste autem conscenditur semidiei spatio, ita ut cochleæ in modum circumeundus sit, ascensu valde angusto,* & *in una parte aperto,* (i.e. declivi) *ut, si* sursum *spectes, altitudinem tremendam:* si deorsum, *præcipitia horrenda; adeoq́, si semel cespites, vel turma peregrinantium ascendens obviam veniat descendenti, nisi nautarum more bolidem semper in manu habeas* [h. e. nisi exploratores præmittas] *planè pereant & homines & jumenta, simulque merces amittantur, quæ plerumque sunt vestes & tela Indica & sal.*
Utique satis salsus est insanus iste labor, rupes tales transeundi. In summitate hujus 2
montis Guea *planities est valdè ampla, ambitu Leucæ Lusitanicæ, ubi peregrinantes defatigati cum jumentis suis aliquam requiem capiunt, ut reliquum itineris eò melius facere possint. Die sequente maximè arduum scandunt collem, qui est instar aggeris, acutus & angustus, ut metum incutiat iis, qui eum vident oculis, nedum illis, qui eum metiri coguntur pedibus; nam utrinque præruptus & quasi abscissus est, ab utroque enim latere valles sunt tam*
profun-

profunda, ut oculis fundum earum videre non possis. Quem aggerem si transieris, denuo Lib 1. c. 6.
pervenis ad radices montis quasi ex saxo vivo excisi, instar altissimi & fortissimi propu N. XLVII.
gnaculi (Baluarte Bolwerck) *è terra aggesti. Hic demum asperrimus est & maximè* & 48.
arduus ascensus. Nihilominus natura ei dedit certos quosdam gradus, valde tamen accli-
ves, in quibus, tanquam in gradibus domus, pedem ponere possis. Verum saxa sæpè duo-
bus vel tribus cubitis à se invicem distant, ut valdè stupendum sit, quomodo jumenta,
3 *quamvis non onerata, pedem ponere, aut saltem rependo ascendere possint. Dantur autem*
ibi homines, qui, merces per aspera illa loca bajulando, vitam tolerant. Et paulo post:
Conspicitur ex hoc monte tota Tigra, & montes concatenati, in se quidem altissimi, at si
desuper spectentur, veluti humiles apparent colles. Hucusque Tellezius. Ex his de
reliquis Habessiniæ montibus judicium esto. Patres Societatis illos ita describunt,
ut terrorem incutiant legentibus, nedum scandentibus. *Precipitii*, ajunt, (f) *non mai*
più veduti, h. e. *Præcipitia nunquam alibi visa.*

1 N°. XLVII. De rupibus præruptis] Tales plurimæ dantur in *Habessinia*, ascensu certò carentes, ut in sportis attrahendi & demittendi sint homines. Hoc pacto attracti fuerunt Lusitani in *Amba-Damo*, qui opitulatum venerant Reginæ *Claudii* matri, quæ Adelensium metu ibi latebat. Talis est *Amba Sanet*, quæ à Graino fraude capta, Lusitanorum virtute recuperata fuit; ut taceamus alias plurimas variæ & admirandæ figuræ rupes. (margin: 2. 15. 22. & 23.)

2 Memoratu dignum est, quod P. Athanas. Kircherus ex P. Petri Paisii relatione (g) narrat: *Est in Gojama montibus rupes ingens ea natura industria excavata, ut speculi speciem remotè aspicientibus præbeat. Huic alia rupes opposita est, in cujus cacumine nihil adeò submissè, etiam à procul remotis dici potest, quod non audiatur. Clamantium verò sonum dicto in loco adeò intendi, ut exercitus alicujus celeusma audiri videatur.*

COMMENTARIUS

Ad Lib. I. Cap. VII.

1 N°. XLVIII. De auro Æthiopiæ] In *Enarea*, ut & *Damota*, Æthiopiæ regnis, magna auri ubertas est, de qua *Ioh. Bermudes* (h):

No Reyno de Narea ha tanto ouro, che d' elle se enche toda. Ethiopia. *Et paulo post:*	*In Enarea regno tantum auri datur, ut ex eo impleatur tota Æthiopia.*
No Reyno de Damut &c. que ali nam havia mais que cauar e recolher.	[*Tantum auri datur*] *In Damota, ut modò opus sit illud eruere & colligere.*
Thevenotius (i): Ces mines ne sont pas profondes, comme en plusieurs autres païs.	*Metalla illa* [in Enarea] *non sunt profunda, ut in aliis regionibus.*

(margin: Auri ubertas.)

2 Aliàs multum auri in Æthiopia dari plerique scribunt, ut & in aliis Africæ regnis. In fluminum ramentis reperiri *Plinius* tradit. Modum legendi & cernendi habes in *Africa Dapperi.* (k) *In regionibus Guineæ*, inquit, *maximè in littore, quod aureum vocant* (Goudt Kust) *apud fluminum catarrhactas, Æthiopes urinatores in fundum se demittunt, patinis ligneis arenam haurientes, quam postea lavant, & graviora, quæ subsidunt, haud satis purgata, peregrinis mercatoribus vendunt.* Addit Dapperus: *etiam è metallis passim effodi*; & fabulis accenset quæ Æthiopes retulerunt: *Spectra in fo-* (margin: L. 33. c. 4)
3 *dinis apparere, multosque operarios vapore metallico suffocari.* Quæ in Europa insitata non sunt, vix enim metallum est, ubi metallarii de spectris non aliquid referant. Ea dicuntur hominibus incumbere illosque opprimere. Larva talis der Münch (margin: Spectra metallica.)
4 *Monachus* vocatur in *Hercynia Sylva.* Alibi alia nomina habent. Præfectus *metalli Lapponici* Germanus *Antonius* Trotzig nomine, vir fide dignus, mirabilia mihi de Spiritu quodam metallico illius loci retulit, qui eundem fragorem edidit noctu, quem

O fosso-

(f) In relationibus annuis Italicè editis. (g) in Musurgia sua universali Tom. 3. L. 9. c. 6. in Coroll. (h) *In relat. supra allegata*, Pt. I. §. 31. (i) In itiner. c. 69. p. 476. (k) tit. *Regio Insche* p. 460.

I.l.c.7. foſſores pulvere pyrio, rumpendis ſaxis, interdiu fecerant. Vapor ille metalli-
N.XLIX. cus, qui metalli foſſores ſuffocat, Schwaden vocatur, eſtque frequentiſſimus in me-
& L. tallis noſtris.

N°. XLIX. De metallis ac mineralibus Æthiopiæ] De his *An-* 1
tonius Fernandez ſic ſcripſit: (l) *Univerſa regio metallorum & metallicorum medicami-*
num ſcatet venis. Sed incolæ partim inertiâ, partim metu, (quia valde timent, ne ſi iſta
hic eſſe malorum irritamenta agnoſcant Turcæ, regnum armis invadant) latere ſinunt omnia
in terræ viſceribus. Solummodò ferri tantum accipiunt, quantum in ipſa ſuperficie ſine foſ-
ſione reperiunt. Hæc Fernandez.

Ferrum In nonnullis Thuringiæ agris ferrum legi mihi notiſſimum eſt. Poſtquam 2
legitur. pluit, (tunc enim meliùs cognoſcitur) pueri catervatim egrediuntur, idque ſilicum
inſtar ferruginei coloris per arva ſparſum, legunt, Leſeſtein vocant. Optimum
eſt ferri genus, fluidum & ductile, admiſcetur alii ferro duriori, ut eò facilius lique-
fiat & fundatur.

N°. L. De Sale Æthiopiæ] In multis mediterraneis Africæ locis vel nullus 1
Bell. Jug. vel rariſſimus eſt ſal. Hinc *Salluſtius* de Afris ſui temporis: *Neque ſalem neque alia gu-*
c. 89. *læ irritamenta quærunt.* [*Non habent* vel *ignorant* dicere oportebat, alioquin certiſſimè quæſi-
turi fuiſſent.]

Non tamen invida prorſus natura fuit erga ſolam hanc Orbis terrarum partem;
dantur enim alicubi fodinæ ſalis uberrimæ, & qui juxta mare colunt, illo abundant; ut
mox dicemus. Admiranda ſanè eſt Dei providentia, quòd non unô modô ſalem
tam neceſſarium vitæ humanæ condimentum producat. Nam primò aqua 2
marina, ſuapte naturâ ſalſa, fervore ſolis in calidioribus regionibus in ſalem ſiccatur;
ut in Galliæ littoribus, in Luſitania, & aliis locis videre eſt; ubi unda æquoris in areo-
las intromittitur, quæ ſenſim fervore ſolis in ſalem denſatur, & ſic corraditur. Si
album habere velint, in ahenis excoquitur. Id, teſte *Dappero* (m) in *Guinea* fit, deinde
in modum ſacchari in metas diffunditur, & latè per commercia differtur. Quòd in
aliis Africæ littoribus non fiat, inertiæ incolarum tribuendum.

At in Septentrione ſal ita confici nequit, minùs enim ſalſus eſt Oceanus Septen- 3
trionalis, & minor Solis ardor. Quin & maria interna, quæ reſpectu Oceani inſtar
lacuum habentur, multò ſunt dulciora, veluti *Mediterraneum* & *Balticum mare, Pon-*
tus Euxinus & *Mare Caſpium*, quæ quamvis ſalſa ſint, ſali tamen excoquendo non
ſufficiunt. Fuit in Suecia qui id tentaret, verùm tantam ligni vim combuſſit, ut
multò viliùs ex ipſa India, vel longo terreſtri itinere ſal peti potuerit.

Deinde in mediterraneis Europæ locis fontes ſalſi id præſtant, ex quibus ſal 4
igne excoquitur. Probabile autem eſt, ſalem nativum & ſolidum in intimis mon-
tium receſſibus dari, cujus virtutem aqua pertranſiens abluendo ſenſim attrahit, atque
vi ignis reſoluta, reddit.

Poſtremò in diverſis orbis partibus ſalis fodinæ dantur, quarum celeberrimæ 5
in Polonia, ubi in modum metallorum effoditur. Dum ſub terra latet, mollis in la-
teres ſcindi poteſt: egeſtus in aëre dureſcit, eodem planè modô, ut nos ſalinas Æ-
thiopicas deſcripſimus; de quibus ipſa *Tellezii* verba ex relatione *Alphonſi Mendezii*
L.4.c.38. *Patriarchæ* referemus. *In confinio regnorum Dancala & Tigra campus eſt, quatuor*
p.404. *dierum itinere longus, & unius latus, quem illi vocant* Terram ſalis, *ubi colligitur omnis*
ille ſal, qui in Æthiopia pro pecunia eſt. Lateres ſunt dodrantis longitudine, & palmi altitu-
dine. Tam durus & purus eſt, ut ſatis appareat naturæ Magiſtrum ſolum operari in illa
ſalina, quæ nunquam deficit, nec minuitur, quantumvis ex ea exſcindant. Occurrit 6
nobis turma mercatorum, quæ plus quàm ſexcentis jumentis conſtabat, videlicet camelis,
mulis & aſinis. Camelus ſexcentos lateres geſtat, reliqua jumenta minimùm centum quin-
quaginta vel quadraginta (n). Thevenotius ſcribit: (o) *Il y a un certain ſel, qu' ils redui-*
ſent en petits morceaux quarrez comme des morceaux de ſavon, & ces morceaux de ſel ſer-
vent

(l) Referente *Nicol. Godigno* Lib. I. c. 11. (m) *in Africa.* Tit. *Inſoko* Æthiop. regno. p. 460. (n) Con-
fer *Plin.* Lib. 31. c. 7. 8. 9. (o) *Voyage de Levant.* Lib. II. c. 69.

vent de monnoye. Hoc eſt: *In partes quadratas inſtar ſaponis ſecant, & moneta loco adhibent.* L. I. c. 7. N. LI.

N°. LI. De ኵሕል: Cuchel ſeu Cohol, oculorum medica-
1 mine, & apud Orientales ornatu. *Cohol* minerale eſt in toto Oriente antiquitùs notum. Nobis *Stibium* ſeu *Stimmi*, Vulgò *Antimonium*, Hebr. פוך *Fuc.* In lingua Chaldaica radix כחל *Cahal* eſt in uſu, ſed pro פוך ponitur צדירא. Rabbinice כחול,כחל vel כוחלא [nam diverſimodè ſcribitur] Syr. ܟܘܚܠܐ Æthiop. ኵሕል: Arab. كحل *Cohol* & cum articulo *Al-cohol.* Ex Arabicà vocabulum hoc in Hiſpanica lingua remanſit, quia in proverbio Hiſpanicè dicunt:

El poluo de las ouejas alcohol es para el lobo.	*Pulvis, quem oves excitant, eſt lupis tanquam* ALCOHOL.

i. e. gratus, ſicut Orientalium oculis *Stibium.*

2 *Antonius Oudin* (p) cum Hiſpanicum *Alcohol* de *Antimonio* rectè expoſuiſſet, addit: *c' eſt auſſi une poudre fort deliée bonne pour la veüe, & pour farder.* Dicere eum oportebat; *idque in minutiſſimum pulverem contuſum, uſui eſt Orientalibus pro oculis &*
3 *profuco.* *Th: Petraus in adagiis ſuis Æthiopicis* (q) rem claram deſcriptione obſcuram facit; ait enim: ኵሕል: *Metallum* [*Minerale* dicere voluit] *eſſe plumbo mortuo, ſeu lapidi plumbario ſimile, quod contuſum, & madida fuligine miſtum, non ſolum à mulieribus, ſed & à viris in Oriente adhibeatur, ad faciei venuſtatem & lippientium oculorum medelam.* Addit: *& ad oculorum dilatationem, & propterea Græcis dici* πλατυόφθαλμον & ὀμματογράφον; Ipſe in Oriente fuit, & tamen non genuino ſuo nomine *Stibium* ſeu *Antimonium* vocavit.

4 Alioquin certum eſt, Stibium etiam apud Medicos eſſe Ophthalmicum medicamentum præſtantiſſimum, & eo nomine ingredi varia collyria, tùm ſicca: tùm humida; in illa crudum fere: in hæc autem crocum metallorum & vitrum, inde præparata. Hinc præ aliis celebris eſt aqua Ophthalmica Rulandina. Hagendorn in ſecretis Spagir. Rulandi. p. 33.

[Confer Celſi, Latinorum Medicorum Principis Medicinam Lib. 6. c. 6. & excellentis judicii & experientiæ Medicum G. W. Wedelium in Pharmacia Acroamatica. Videatur etiam Ioh. Pet. Lotichius in ſuis obſervationibus Medicinalibus L. II. c. 2 Obſerv V. §. 7. in aqua Ophthalmica habet *Stimmeos rite præpar.* ℈j. Sennertus, & Platerus in Libris ſuis practicis. Schröderus in Pharmacop. de Antimonio. Et ſic alii Germaniæ practici celeberrimi. D. Theodorus Craane Archiat. Elect. Brandeb. in Praxi medica reformata. Cap. 29. p 164. D. Ioh. Michaelis Arch. Sax in Praxi Clinica generali P. 1. Lib. 2. c. 22. Tit. 8. & 9. D. Michael Ettmuller, in Colleg. Pract. P. II. c. 13. & Dan. Ludovici Arch. Sax. in Pharmacia moderno ſeculo applicanda. diſſert. 1. p. 301. edit. prima.]

5 Radix כחל, Cahal in omnibus Orientalibus linguis frequentiſſimè occurrit, idque στιμμίζειν, vel στιβίζειν *Stibio illinere* LXX. Interpp. reddiderunt. Hebræis Cohol פוך *Fuc* dictum fuit. Nam ubicunque vox iſta in textu Hebraico occurrit, ibi Chaldæus Paraphraſtes & reliqui Orientales utuntur verbo כחל quod bene retinet Hiſpanicus interpres. Ut 2. Reg. 9. 30.

ותשם בפוך עיניה	Vulg. *Depinxit oculos ſuos ſtibio.*
וכחלת בצדירא עינהא Chald.	Hiſp. *Adornò ſus ojos con alcohol.*
Ἐστιμμίσατο τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς.	i. e. Adornavit oculos ſuos Coholo.

Et Jerem. IV. 30.

כי תקרעי בפוך עיניך	Vulg. *Et pinxeris ſtibio oculos tuos.*
תכחלין בצדידא עינך Chald.	Hiſp. *Que alcoholas con alcohol tus ojos.*
Ἐὰν ἐγχρίσῃ στίβι τοὺς ὀφθαλμούς σου.	i. e. Cohole tingis oculos tuos.

Ex Chaldaismo radix כחל ſequioribus ſeculis etiam in Hebraicam linguam influxit apud Ezechielem, qui in Chaldæa ſcripſit c. 23. 40. כחלת עיניך ἐστιβίζου τοὺς ὀφθαλμούς σου, *Stibio illeviſti oculos tuos.* Hiſpanus appoſitè: *Alcoholaſte tus ojos.*

O 2 Sed

(p) *In Lexico Hiſpano-Gallico* Lit. A. (q) Poſt Prophetam Jonam Æthiopicè & Latinè editum, p. 23. N. 19. in Notis.

L. I. c. 7. Sed quoniam in Hebraicum פוך *Fuc* incidimus (unde Latinum *Fucus* petitum 6
N. LI. videtur) quod Kimchi aliique Rabbini rectè exponunt per כחול *Cohol* cum aſpira-
tione aſpera, non poſſumus non proponere eruditis opinionem noſtram, quam de
c. 54. v. 11. loco *Eſaiæ*, variæ apud interpretes expoſitionis, concepimus הנה מרביץ בפוך אבניך
Ecce ego conſternens [i. e. conſternam tanquam lapide] פוך Fuc *pavimentum tuum* &c. In-
terpretes plerique putaverunt τῶ *Cohol Stibii*, tanquam pulveris, ſignificationem huc
non quadrare, cum viderent, de lapidibus pretioſis hîc agi, ex quibus ædificium in al-
legoria Eſaiæ conſtaret. Igitur per meram conjecturam, ſine ulla autoritate, quem
quisque lapillum convenientem putavit, ita interpretatus eſt. *R. Ben Melech* ex *Kim-
chio* in Michlal Jophi *Carbunculum* exponit, quem Hiſpanus d. l. ſequitur, ſcil. in
verſione τῶ LXX. repererat ἑτοιμάζω σοι ἄνθρακα τὸν λίθον σου *præparabo tibi carbunculum lapi-
dem tuum.* At Lexicographi plerique ignotum & nimis pretioſum lapillum *Carbun-
culum* eſſe putantes, ex merâ conjecturâ *Alabaſtriten*, vel *marmor nigrum Stibii ſpeciem
referens*, reddunt, quia ſcilicet iſtorum lapidum in pavimentis Magnatum uſus. A-
lii alias gemmas comminiſcuntur; Syrus *Berillum*, Arabs *Hyacinthum*; lectoribus
quaſi optionem relinquentes. Vulgatus maluit aliud quid quàm falſum lapidem
apponere, reddens: *Sternam per ordinem lapides tuos.* At mihi non neceſſarium vi- 7
detur à nota vocabuli ſignificatione ad aliam ignotam atque incertam confugere; et
enim Hebraicum פוך & Chaldaicum צרירא ubique unum eundemque lapidem, ſive
minerale denotat, ex quo *fucus* ſive *oculorum pigmentum* olim præparatum fuit. Chal-
dæus hîc, ut alibi ſemper, vocabulum פוך per צרירא exponit, ut: הא אנא כביש
בצרידא אבני רצפתיך, *Ecce ego ſternam* [בצרידא] *ſtibio lapides pavimenti tui.* Græci
omnes præter LXX teſte Hieronymo, tranſtulerunt: *Sternam in ſtibio lapides tuos.*
Symmachus, ἰδὲ ἐγὼ συντίθημι στιμμίας λίθους σου, & ſic *Theodotio* eandem ubique ſignificatio-
nem retinentes.

Eſt autem allegorica & prophetica locutio; propriè enim ſicuti nec ex ſapphi- 8
ris fundamenta, nec portæ ex gemmis ædificari poſſunt, ita nec pavimentum ex anti-
monio ſeu ſtibio. Attamen quia pulvis τῶ Cohol ſeu ſtibii oculis tam ſalutaris eſt,
ideò nullus gratior pulvis è tali pavimento excitari poſſet, quàm ſi hoc minerali con-
ſterneretur. Huc igitur reſpexit Propheta. Quippe *in omni interpretatione, ubi
propria ſignificatio locum habere poteſt, impropria minimè eſt fingenda.*

Sed redeamus ad noſtrum *Cohol*, quod nuper admodum ab amico Perſâ accepi, 9
qui id *Surme* linguâ ſuâ vocabat. In pulverem tenerrimum contuſum erat, ita ut
chartæ ſubtiliſſimæ adhæreret. Ille ſublatis digito palpebris, ſtylum hoc pulvere tin-
ctum oculo applicabat, mox demiſſis rurſus illis pertrahebat, idque innoxiè imitatus
ſum. Cùm id amico meo ſingulari Domino D. *Chriſtiano Menzelio Archiatro Bran-
denburgico* mitterem, affirmabat: *verum Cohol eſſe.* Gregorius meus, cum genui-
num nomen Italicè neſciret, deſcriptione utebatur; ajebat enim: *Minerale eſſe fria-
bile, punctulis nitens, coloris cærulei.* Colorem proximum deſcripſit, nam non eſt pla- 10
ne cæruleus color, ſed cæſius obſcurior. Neque etiam nigri coloris eſt; ſed nigrum
fieri, admixtione fuliginis, credo. Juvenal *Satyr. I.*

Illa ſupercilium madidâ fuligine tinctum
Obliquâ producit acu - - - - - - -

Etenim collyria paſſim nigra vocantur. Horat. L. I. Sat. V. v. 30.

Heic oculis ego nigra meis collyria lippus
Illinere. - - - - - - - -

Item in parabolis Alani:

Lippo non luſco collyria nigra medentur.

Hinc eſt fortaſſis, quòd LXX. reddiderunt ἄνθραξ, *carbo*, unde Latinorum
carbunculus; quæ tamen vox non de carbone mortuo, ſed vivo accipienda, ut *Rubinum*
denoter, ſicuti alibi docemus.

Apud Orientales in tanto uſu eſt, ut multa proverbia de eo forment: 11

አድባራተ፡ ኵሕል፡ የኀልቁ፡ በብሊ፡ ወከማሁ፡ ዕድሜሁ፡ ለብእሲ፡ በዕለታት፡ | *Montes coholis consumuntur specillo oculario, & ita ætas hominis* [transit] *diebus.* Lib I. c. 7. N. 11.

i. e. Tempora labuntur, tacitisque senescimus annis. Arabes:

جبال الكحل تفني المراود او تفني الميل ، وكثر المال تفني السنين * | *Montes Coholi* [stibii] *consumunt specilla ocularia: vel consumit stylus* elmîhl *dictus: & copiam opum absumunt anni.*

12 Græcum κωλλύριον *Collyrium*, quasi *Cohollyrium* dictum putaverim, neq; enim spiritum Orientalium *H* vel *Hh*. in medio vocis exprimere potuerunt Græci (r). Vana enim semper mihi visa fuit derivatio quorundam doctorum Grammaticorum (s) ἀπὸ τ̃ κωλύειν [ubi nota differre vocalem ω] vel κωλύειν τ̃ ῥεῖν, *à prohibendo vel quasi glutinando fluxum* [scil. oculorum.] Si verò terminatio tot nominibus Græcis communis ριον est à verbo ῥέω Fluo, dicendum erit ἰχώριον & ξυλλύριον ab ἰχώρ & ξυλίζειν τ̃ ῥεῖν derivari; & ita porro, quod æquè ridiculum est, ac si *Testamentum* à *testatione mentis* derivare velis (t). Hoc exemplo nutrimentum *nutritio mentis*; cognomentum, *cognitio mentis* erit; quæ, mirum! à *Connano* defendi. L. 9. c. 1. Collyrii derivatio.

13 Ista postquam elaboravissem, atque sententiam meam cum expertissimo Viro *Dn. Iacobo Grandio* Medico, Philosopho, atque Anatomico Venetorum celeberrimo, amico meo singulari, communicavissem, indefessus ille variæ doctrinæ cultor, eruditissimam lucubrationem de hoc minerali composuit, & ad me misit, quæ simul cum Ephemeridibus *Collegii Naturæ curiosorum* in Germaniâ imprimi meruit Norimbergæ Anno 1688 Omnia in ea apprimè placent; nisi quòd ex communi Lexicographorum sententia scribat: *In duobus sacrorum Bibliorum locis* פוך *reperiri in significatu* pag. 91.
14 *lapidis cujusdam pretiosi, aut gemmæ, nempe Esaia* LIV. 11. & I. Paralip 29. 2. At nemo dicere potest, quæ vel qualis gemma intelligatur, ut ex dissensu interpretum apparet. LXX Seniores talia antiqua vocabula vix intelligentes, primum locum per ἄνθραξ *Carbunculum* reddiderunt, sed illis non assentitur Chaldaicus interpres, qui suum צד־רא pro פוך *stibio* rectè retinet: alterum verò locum, ubi אבני פוך lapides פוך inter alias res pretiosas recensentur, planè omiserunt, utpote significationis incerti. Quin & ibidem gemmam שהם *Onychem* inexpositam reliquerunt; Hebraicum Σοὰμ retinentes, indiciô, gemmarum significationem in captivitate Babylonica deperditam fuisse. Vulgata *quasi Stibinos lapides* habet: Alii *gemmas colore vel figura stibio similes* reddunt; quos si interroges, quid hoc sibi velit, ipsi nescient: Alii *figuratè mar-*
15 *mor nigrum* significare fingunt, ut dicant aliquid quod ad ædificia quadret. Sed Rabbinorum doctissimi nonnisi dubitanter de hac voce loquuntur; *Ajunt*, inquit Kimchius (u), *Carbunculum esse.* Sed mox cautè subjungit:

ר״ל ער״ל הפוך עצמו כי גם הוא אבן | Dicerem ego quod sit פוך stibium ipsum, quia & id quoque lapis est.

Lapidis nomine generalissime sumto, quia mineralia dialecto Ebraicâ dicere non possunt. Rabbi David ad hunc locum: פוך Fuc *potest esse lapis Cohol, aut pretiosus lapillus ejusdem coloris.*

16 In tanta variatione & hæsitatione interpretum mihi tutissimum videtur propriam significationem retinere, & quantum fieri potest, textui accommodare, prout in loco Esaiæ fecimus; obviam euntes objectioni, quam *Malvenda* ad hunc locum habet: *Ex fuco sive stibio non posse pavimenta confici*; per retorsionem quasi respondendo: *Neque etiam fundamenta ex Sapphiris: nec propugnacula ex Jaspide, nec portas ex lapidibus sculptis*, ut Vulgata reddidit.

17 Difficilior quidem applicationis ratio est in altero loco Chronicorum, quia cuncta ad ædificia & vasa templi destinata videntur, ubi stibio nullus est locus. Quandoquidem verò nonnulla adjecta sunt, quæ etiam ad alia, nimirum ad *vestimenta sacerdotum* pertinent, veluti רקמה *opus Phrygionicum* seu *Acupictum*, non incongruum videtur,

(r) ex. gr. Σοὰμ pro שהם. I. Paralip. 29. 2. (s) Pasor in *Lexico Græco Latino ad Novum Testamentum*, quam derivationem deridet Henricus Stephanus in Thesauro Linguæ Græcæ. (t) *Institut. Iuris Tit. de Testam. ordin. in pr.* (u) In libro radicum Lit. פ.

L. c. 8. N. LII. tur, Davidem inter alia pretiosa prospexisse quoque Sacerdotibus de rebus ad medelam & sanitatem corporis spectantibus; præsertim cùm פוך *stimmi* non κοσμητικὸν tantùm sed & θεραπευτικὸν habeatur. Nisi fortè dicere malis פוך quod in *mundo muliebri* ponitur, utroque loco metaphoricè *ornamentum* denotare, ut quosvis lapides, qui ædificium ornare possunt, subintelligas. Non refragabor, modò non aliam dubiâ lapilli speciem confingas. Quam opinionem doctiorum judicio libenter submittimus.

COMMENTARIUS

Ad Lib. I. Cap. VIII.

Cap. 13. N°. LII. **D**E fontium origine] De fontium causis variæ veterum fuerunt sententiæ. *Aristoteles lib. I. Meteorol.* refert opinionem eorum, qui aquam pluviam pro solâ fontium causâ habuerunt. Nam postquam disseruerat de origine ventorum, subjungit:

Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῆς τῶν ποταμῶν γενέσεως δοκεῖ τισιν ἔχειν. Τὸ γὰρ ἀναχθὲν ὑπὸ τοῦ ἡλίου ὕδωρ πάλιν ὑόμενον ἀθροισθὲν ὑπὸ γῆν ῥεῖν ἐκ κοιλίας μεγάλης. ἢ πάντας ἐκ μιᾶς, ἢ ἄλλον ἄλλης. Καὶ οὐ γίνεσθαι ὕδωρ οὐθέν; ἀλλὰ τὸ συλλεχθὲν ἐκ τοῦ χειμῶνος εἰς τὰς τοιαύτας ὑποδοχάς, τοῦτο γίνεσθαι τὸ πλῆθος τῶν ποταμῶν. Διὸ καὶ μείζους ἀεὶ τοῦ χειμῶνος ῥεῖν ἢ τοῦ θέρους. Καὶ τοὺς μὲν ἀεννάους εἶναι: τοὺς δὲ οὐκ ἀεννάους; ὅσων μὲν γὰρ διὰ τὸ μέγεθος τῆς κοιλίας πολὺ τὸ συλλεγόμενον ὕδωρ ἐστίν, ὥστε διαρκεῖν καὶ μὴ προαναλίσκεσθαι πρὶν ἐπελθεῖν τὸ ὄμβριον ἐν τῷ χειμῶνι πάλιν, τούτους μὲν ἀεννάους εἶναι διὰ τέλους: ὅσοις δ' ἐλάττους αἱ ὑποδοχαί, τούτους δὴ δι' ὀλιγότητα τοῦ ὕδατος φθάνειν ξηραινομένους πρὶν ἐπελθεῖν τὸ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, κενουμένου τοῦ ἀγγείου.

Similiter quoque fluviorum origines sese habere nonnullis videntur. Aquam enim à sole in altum tractam rursus depluere, congregatam sub terra fluere [tanquam] ex alvo quadam magna; Sive omnes [fluvios] ex una, sive alium ex alia [ex diversis alvis]. Nullam enim aquam gigni sed collectam ex pluvia (x) in talia receptacula, [atque] ex ea fieri multitudinem fluviorum. Propterea majores semper hyeme fluere quàm æstate. Alios autem perennes esse, alios minus perennes; qui enim propter magnitudinem alvi multam aquam collectam habent ita ut sufficiat, neque absumatur, priusquam imbres in hyeme rursus accedant, illos perennes esse in perpetuum: quibus verò receptacula parva sint, illos propter paucitatem aquæ exarescere, donec alia cœlo descendat, evacuato interim vase.

Quæ tam plana atque cuivis intellectu facilia sunt, ut jure mireris, quòd tantus Philosophus alibi dissentire voluerit. Præoccupatum illum fuisse oportet vanâ de mutatione aëris in aquam opinione. Præsertim cùm contrariis argumentis & problematibus diversis non respondeat. At *hodiernorum Physicorum* pleríque Aristotelem propterea reprehendunt, atque sententiam illam veterem de origine fontium ex aquâ pluviâ confirmant. Supervacaneum putamus aliquid addere ad id, quod *Isaacus Vossius* in sæpe citato libello, (y) ad oculum demonstrat: *Omnia flumina ex collectione aquæ pluvialis oriri*, ait, *seque satis mirari non posse, qui factum sit, ut aliqui de eo dubitare potuerint, cum totidem quotquot usquam labuntur flumina, tam manifestè ad legem & mensuram pluviarum aut redundent, aut deficiant; & adeò quidem, ut complures alvei cessantibus pluviis penitus siccentur.* Argumentis utitur mechanicis, quibus nihil certius & clarius dari potest. 2 3

His congruentia tradit *Athan. Kircherus* in *Oedipo.* (z) *Naturam*, inquit, *in montibus fecisse communia quadam receptacula, ex quibus tanquam aquarum penuariis flumina omnia promanant*, idque plurimis exemplis demonstrat. Notabiliter addit: *Nisi enim talia receptacula in visceribus terræ darentur, aqua pluvia, uti caderet, ita efflueret, atque sic fontes perennes non essent. Collecta autem in receptaculis istis laxioribus, tanquam è piscinis per angustiores meatus sensim effluit, atque ita tam diu durare potest, donec alia nova plu-* 4

via

(x) χειμὼν pluviam sæpe significat, & hoc loco sic reddendum. (y) *De Nilo aliorumque fluminum origine cap. V. p. 13.* (z) *Syntagm. l. 4. c. 7. p. 55. §. Secundum &c.*

vias ſupervenias. Quæ veriſſima ſunt. Idem tamen *Kircherus*, tanquam ſui oblitus, aliam ſententiam defendit *in Mundo ſuo ſubterraneo* (a). De quâ paulo interius §. 14. L. I. c. 8. N. LII.

5 Qui ſententiam Ariſtotelis rejiciunt, neque ſibi perſuadere poſſunt, ex vaporibus è terra marique continuò aſcendentibus tantam aquarum copiam generari (*b*), illi aliam multò minus credibilem proferunt ſententiam, nempe: *aquam marinam per meatus ſubterraneos ad fontes ſuos redire, & ſic contra naturam gravium in altiſſimos mon-*
6 *tes elevari.* Pro confirmanda hac ſententia allegant dictum Eccleſiaſtæ אל מקום שהנחלים הלכים שם הם שבים ללכת quod ad literam aliter non poteſt reddi, quàm: *Ad locum ubi flumina eunt, ea revertuntur ad eundum.* Quæ verba ita lecta & verſa, nullum vel planè incommodum ſenſum habent. Non enim revertimur illuc ubi imus, ſed unde egreſſi ſumus. Reverſio enim præſupponit egreſſionem. Neſcio qua vanitate aquis vanitatem hoc loco tribuunt quidam interpretum (*c*). Circulum omnium rerum deſcribit Eccleſiaſtes, ut antecedentia docent, & ſenſus eſt, ut exactè reddidit Vulgata: *Ad locum, unde exeunt flumina, revertuntur, ut iterum fluant.* Nec malè Germanus noſter: An den Ohrt/ da ſie [die Flüſſe] her flieſſen/ flieſſen ſie wieder hin/ rectius ad literam textus Hebraici kehren ſie wieder umb zum flieſſen. Et ſic alii neceſſitate ſenſus abſolutâ reddunt UNDE. Seb. Munſterus ad hunc locum, & qui Vulgatam ſequuntur, omnes. cap. 1. 7.

7 Sed cuncti Hebraicè docti norunt, Hebraica verba, (ut vulgò leguntur) verum hunc ſenſum non habere. שם enim Adverbium eſt & ſignificat in loco *Ibi*: non de loco *Unde*. Nam ſi per UNDE reddere velis, legendum eſt: משם. Nempe אל מקום שהנחלים הלכים משם הם שבים ללכת *Ad locum, ex quo* [vel unde] *flumina fluunt, illa revertuntur ad fluendum.*

Contigit autem propter concurſum duorum ם in fine præcedentis, & initio ſequentis vocis ut מ initiale vocis שם omiſſum fuerit; ſive quod exſcriptor protographi prophetici alio dictante ſcripſerit: ſive commate toto lecto, cùm pronunciando alterum מ vix audiatur, illud ſcribendo omiſerit: ſive per craſin tanquam dageſch aliquo conjunxerit הלכימשם quo pacto *Symmachus* (ut Hieronymus notavit) vocem difficillimam Ezech. 27, 11. גמדים coaluiſſe putavit, ac legendum גם מדים *Etiam Medi* [in turribus eorum] quod jam tum ſupra obſervavimus. n. 22. §. 27.

8 Talia exempla apud autores profanos paſſim reperiuntur. *Strabo* de Pardis ſcribit, quòd variegati ſint ῥαβδωτοῖς ἐπίλοις. Quod bene correxit Salmaſius ῥαβδωτοῖς σπίλοις *virgatis maculis.* In editionibus quibuſdam Corporis Juris, ubi ultima præcedentis, & initialis litera ſequentis vocis eadem eſt, majuſcula interponitur, veluti *iNumero*, pro *in numero.* Sic ineptus ille puravit INOVASIN.... legendum eſſe: *In novas inſulas*, ut ſupra innuimus. Hoc pacto legerunt Æthiopes Jud. 3. 15. ΤΟΝΑΩΔ : τὸν Ναὼδ & ex Ἀὼδ Aod, nomen proprium ናኦድ: Naod fecerunt. Sit ergo nobis שם in textu כתיב, & משם in margine קרי. L. 16. p. 775. l. 15. §. 5.

9 Sed à Criticis ad realia redeamus: הלך *Ire*, de fluminibus eſt *fluere.* Textus autem Hebraicus non habet: *Unde fluunt, eò refluunt*, ſed *eò revertuntur, ut fluant*, ut modò ſignificavimus. Modus autem reverſionis hîc non exprimitur, ideo ex Phyſicis & Mathematicis petendus eſt: non contra omnem rationem & gravis aquæ naturam, affluxus aquæ ſurſum in montes fingendus. Reverſio illa aliter non contingit, quàm coactione vaporum è fluminibus, terrâ, & mari quotidiè confertim aſcendentium in nubes: ubi frigore ſuperioris aëris in pluvias condenſantur, quæ cadendo in montes ſeſe inſinuant, atque in cavernis & retinaculis tanquam ſtagnis ſubterraneis tamdiu continentur, donec exundent, atque in fontes erumpant.

10 Iſte eſt circulus quem Salomon innuit. *Ad fontes, ex quibus flumina profluunt, revertuntur* [nimirum per exhalationes perpetuas, & exinde natas pluvias] *ut rurſus profluant.* Aben Ezra interpres minimè malus, circulum quem diximus innuens, ad hunc locum ſic ſcribit:

Non

(a) L. V c. 2. & ſeqq. (b) Sennertus *in Epitome natural. Scientiæ lib. IV. c. 10. de fontibus*, aliique plurimi ante & poſt illum. (c) *Mercerus* ad hunc locum.

Lib. I. c. 8. N. LII.

אין קץ להם כי תמיד יעלה איד מהים אל הרקיע והם רוב העננים והמים המתוקים יעלו והאיד ישוב גשם

Et paulo poſt :

ומימי המעיינים מהגשם וכל הנחלים יצאו מהמעיינים הלא תראה כי בשנת בצורת יבשו המעיינים וכתוב ויבש הנחל כי לא היה גשם בארץ!

Non eſt finis illis [aquis] *quoniam ſemper aſcendit vapor è mari ad firmamentum, & inde multitudo nubium, & aquæ dulces aſcendunt, & vapor convertitur in pluviam &c. Et aquæ fontium ex pluvia, & omnes fluvii egrediuntur e fontibus. Nonne vides, quod tempore ceſſantis pluviæ exaruerunt multi fontes ſicut Scriptura ait: Et exaruit flumen, non enim fuerat pluvia in terra.*

Reg. 17. 7. Hic habemus autoritatem Scripturæ & locum manifeſtum de cauſis fontium, quô expoſitio noſtra ad locum Eccleſiaſtæ confirmatur. Idem rectè obſervavit *Voſſius d. libr. c. 4. §. Quod attinet &c.*

L. 4. c. 10. Haud ſatis digna ſunt viro Philoſopho, quæ *Sennertus* in Phyſica ſua *de rotunditate terræ & aquâ marinâ tradit, quòd aquam fontanā in altiſſimos montes pondere ſuo quaſi protrudat & extollat.* Quæ verba ſenſum nullum habent, niſi credere velis noſtrum mare aquam fontanam in Antipodum montes, tanquam noſtri maris reſpectu inferiores, pondere ſuo propellere: & viciſſim Antipodum mare noſtros fontes in montes noſtros trudere; quæ ſi ita intelligerentur, certe puerilia forent; cùm vulgò notum ſit, quamlibet guttulam aquæ marinæ non ſurſum, ſed deorſum ad centrum terræ, non ultra tendere. 11

Marcus Friedericus Wendelinus (d) de tali aquarum contra naturā elevatione tanquam de re plana & comperta loquitur hoc pacto: *Eſt porro admirabilis aquarum motus. Etſi enim graves naturâ deſcendant aquæ, tantum tamen nullius eſt montis faſtigium, quin aſcenſu ſuperent, vel ex abyſſo elevatæ.* Quis quæſo hoc rimatus eſt? Aquas ſanè videmus in cacuminibus montium, ſed ex vel ex pluvia tanquam in ſtagno quodam colliguntur: vel ex altiori monte, quamvis procul diſſito, per rivos ſubterraneos illuc truduntur; ut fingere non neceſſe habeamus, quòd ex abyſſo aſcendant. 12

Alii excogitant: *Montes iſtos inſtar ſpongiæ ſeſe habere, atque aquam ſubterraneam quamvis ſuâ naturâ gravem, ad ſe inſtar magnetis cujuſdam attrahere.* Verùm & hîc experimento opus eſt, ut tale ſaxum, vel talis terra producatur, quæ ſpongiam referat, & aquam ſua ſponte in altum trahat. Ariſtoteles id quidem dicit loco ſupra citato. Cur autem per terram rimoſam hîc illic non erumpunt aquæ, antequam in montium faſtigia veniant? Cur in locis planis nulli vel rari fontes reperiuntur? quod ipſe fatetur dicto Lib. I. Meteor. c. 13. 13

Αἱ κρῆναι αἱ πλεῖσται ὄρεσι καὶ τόποις ὑψηλοῖς γειτνιῶσιν: ἐν δὲ τοῖς πεδίοις ἄνευ ποταμῶν ὀλίγαι γίγνονται πάμπαν.

Fontes plerique montibus, atque locis excelſis propinqui ſunt: in planis verò locis ſine fluminibus pauci gignuntur omnino.

Sed cauſam diverſitatis non reddit.

Si aqua marina fontium cauſa eſſet, utique in locis planis & arenoſis potius quàm in altis & ſaxoſis proſiliret: & una eademque quantitate ſemper flueret, quia aqua marina ſemper uno eodemque modo ſeſe habet. *Athanaſius Kircherus in Mundo ſuo ſubterraneo* multiplices fontium cauſas nobis promit, quas omnes expendere integrum requireret tractatum. Video quidem & credo hydrophylacia innumera in ipſis terræ viſceribus dari: video etiam meatus & flumina retroflua depicta, ſed ita in ventre terræ reperiri non credo; multo minus, quòd aër levior Mare gravius ita conſtanter & æqualiter premat, ut aqua in altiſſimos montes aſcendere cogatur. 14

d. Lib. V.

Porro tradunt: *aquam marinam, per longas terræ venas & anfractus percolatam, ſalſedinem amittere*; Quî fit, quod amittat? Reſpondebuntne univerſam terram omnibus in locis virtutem hanc corrigendi maris ſalſedinem perpetuò habere. Poſito, quod habeat; neceſſe ergo eſt, ut maris ſalſedinem in ſe trahat; hoc conceſſo ipſam aquam dulcem, ſi perflueret, poſt tot annorum millia ſalſam reddere quiret; tantum abeſt, ut ex meatibus tanto ſale imbutis, pro marina ſalſa, dulcem eructare poſſit. 15

Sed *à mari Caſpio* argumentantur; quod multa flumina in ſe recipit, nullum 16
tamen

(d) *In Admirandis Nili in Præfat. dedicatoria.*

tamen exitum habet; inde sequi, meatus subterraneos dari, per quos aquæ hujus ma- Lib. I. c. 8.
ris uspiam exonerentur. Sic enim Grotius ad h. l. *Flumina cum mari intrant meatus* N. LII.
subterraneos, & ibi colati in fontes erumpunt. Apertissimum id in Caspio mari, quod nus- & 53.
quam in aperto cum Oceano esse continens, satis jam constat. Habet ergo mare canales suos,
17 *sic ut multa flumina terris absorpta ex longo intervallo resurgant.* Verum hoc non est in quæstione: *An maria interna, lacus & flumina vortices habeant in abyssum, & fortassis in ipsum Oceanum tendentes?* Hoc tantùm quærimus: *An & quomodo aqua marina in excelsissimos montes, & non æque in planitiem ascendat? & cur fontes tempore pluviali magis quàm sicco exundent? vel æstate torrida planè exsiccentur?*

18 Hieron. Cardanus (e) cum de ortu fluminum tractat, bene agnoscit sententiã de P. 162. circulatione aquæ in sua substantia stare non posse, sic enim loquitur: *Nec ex mari ipso ad tantam altitudinem, quanta est montium vertex* [aqua] *potest ascendere, & antequam ad montes perveniat, nulla est ratio, quin ubique erumpat: nec unquam flumina minuerentur: mareque ipsum non tot fluminibus sufficeret, verùm quandoque sicearetur, cùm maxima pars aquarum Solis calore evanescat.* Et paulo post: *Quòd etiam tam pura reddatur ab omni sedsedine & amaritudine, vix est verisimile.* Quæ Cardani dicta, quantum ad scopum nostrum, rationi consentanea sunt.

19 D. Gejerus, ut neutram partem offendat, in Commentario ad locum Ecclesiastæ supra allegatum utramque sententiam amplectitur: *Redeunt autem flumina*, ait, *partim per occultos terræ meatus, partim per pluviarum è mari extractarum descensione &c.* Sed primum assertionis hujus membrum nullâ demonstratione mechanicâ, sed con-
20 jecturis tantùm nititur. Huc autem redit plerorumque doctissimorum virorum sententia, qui paucis abhine annis de hac materia scripserunt; inter quos *Rob. Plot Anglus* (f) & D. Mich. Bernh. Valentini Profes. Giessensis celeberrimus. (g) Ii præter aquam pluviam alias quoque causas fontibus adsignant; quas examinare à scopo nostro nunc paulo longius abest. Id tantùm non capio, quomodo *Plot* lectoribus suis persuadere velit, *aërem* [quem *immensam molem* facit] *superficiei maris incumbentem* §. 6. p. 146. *aquam marinam semper premere, ut altiùs quam ad libellam in subterraneis meatibus ascendat.* Credidit ne aerem, quamvis supernè liberum, premere posse aquam marinam? ut corpus suâ naturâ levius premat id quod est gravius? Si hoc; cur non premit mare è vasto suo alveo foras in littus patulum & apertum magis quàm in arctas terræ cavernas? & si aër tanta moles est, cur premitur à densis nubibus, quæ vapores tantùm Sup. 44. sunt maris, & non potiùs illas reprimit iisque resistit, si ponderosior est aqua? Fon- §. 2. tes plerosque ex aqua pluvia scaturire dissentientes negare non possunt, imò hanc sententiam pro regula agnoscere tenentur. Exceptionibus non adversabimur, modò eas legitimè probent. Casparus Bartholinus quoque dissertationem Physicam de fontium fluviorumque origine ex pluvia, Hafniæ An. 1689. vulgavit, quam mihi nondum videre contigit.

1 N°. LIII. De Nili præstantia] Nili laudes hic multis extollere nec temporis nec instituti nostri ratio patitur; & multi autores id ante nos præstiterunt. Plura de hoc flumine, quàm de ullo alio, apud scriptores reperiuntur. πάσαις ταῖς ἀρεταῖς κεκόσμηται, *Omnibus virtutibus exornatum eum prædicat* Ætius. Notatu dignum est, quod Strabo scribit: Lib. I. p. 36.

Οἱ προσαχθέντες πρὸς τὴν Αἴγυπτον, οὐδὲν περιττότερον ἱστοροῦσι περὶ τῆς χώρας, ἢ τὴν τοῦ Νείλου φύσιν διὰ τὸ τοὺς ἐπιχωρίους μήτε καινότερον τούτου λέγειν ἔχειν πρὸς ἀνθρώπους ξένους, μήτ' ἐπιφανέστερον περὶ τῶν παρ' αὐτοῖς.

In Ægyptum delati de nulla hujus regionis re curiosius loquuntur quàm de Nili naturâ, quia nihil magis novum narrare possunt incolæ peregrinis: neque illustrius quid de rebus suis.

2 Veteres omnes, qui res Ægyptiorum scripsere, Nili prolixam faciunt mentionem, ut *Herodotus*, *Heliodorus* & alii plurimi. Inter recentiores *Marcus Fridericus* Lib. II. *Wendelinus* librum integrum de *Admirandis Nili* scripsit. *Ath. Kircherus in Oedipo suo Ægyptiaco* (h) de eo latè disserit. Adde *Vossium* in libello sæpius à nobis memorato.

P Quia

(e) *De Subtil. l. 2. de elementis.* (f) De origine fontium *Tentamen Philosophicum* edidit Oxonii An. 1685.
(g) In epistolâ valdè eruditâ de ortu fontium ad me datâ, & Giessæ 1688. impressâ. (h) Synt. 1. c. 7.

L. I. c. 8. Quia verò Æthiopiæ noſtræ ortum ſuum debet, ad ſtabilienda ea, quæ in Hiſtoria
N. LIII. noſtra paucis habentur, nonnulla addemus.

i) MAGNITUDO ejus & LONGINQUITAS omnium fluminum maxima eſt, non quòd ultra æquinoctialem lineam ortum ſuum habeat, prout ex vana 3
I. 2. 25. §. 1. conjectura veteres finxerunt: multò minùs, quòd apud *Antichthonas* ortus, ſubter
L. I. c. 9. maria cæco alveo tranſiens, in noſtro hemiſphærio rurſus emergat; ut *Pompon. Mela* nugatur: (quem malè ſequitur *Wendelinus*, (i) ſcribens: *quod die ſimul & nocte fruatur:* neque etiam, quòd in Paradiſo ortum ſuum habeat, uti malè crediderunt veterum ple-
Inf. n. 56. rique; ſed quòd tot ingentes mæandros & flexus faciat, quos Geographi noſtri ignorant; ideoque rectâ quaſi lineâ illum à meridie ad Septentrionem in tabulis vulgatis derivant. Audiamus de hac re unum & alterum è veteribus. *Diodorus* 4
lib. 1. p. 28.

Μέγιστος δὲ ὢν τῶν ἁπάντων ποταμῶν καὶ πλείστην γῆν διεξιὼν καμπὰς ποιεῖται μεγάλας, ποτὲ μὲν ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν καὶ τὴν Ἀραβίαν ἐπιστρέφων, ποτὲ δ' ἐπὶ τὴν δύσιν καὶ τὴν Λιβύην ἐκκλίνων. Φέρεται γὰρ ἀπὸ τῶν Αἰθιοπικῶν ὀρῶν μέχρι τῆς εἰς θάλατταν ἐκβολῆς στάδια μάλιστά πως μύρια καὶ δισχίλια σὺν αἷς ποιεῖται καμπαῖς.

Cum autem ſit omnium fluviorum maximus, & plurimũ terræ percurrat, flexus facit magnos, modo ad Ortum & Arabiam verſus ſe convertens, modo ad Occaſum & Libyam [Africam propriè dictam] *verſus declinans. Fluit enim a finibus Æthiopiæ usque ad maris oſtium ſtadia maximè duodecim millia cum ſuis, quas facit, ambagibus.*

Strabo Lib. I. p. 32. 5

Μῆκος μὲν ἀνατείνων ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν πλειόνων ἢ μυρίων σταδίων.

Longitudo equidem ſeſe extendit ad meridiem ultra decem millia ſtadia.

Curſum ejus à Meroë usque ad mare ſic deſcribit Lib. 17. p. 786.

Ῥυεὶς γὰρ (φησὶ) ἀπὸ Μερόης ἐπὶ τὰς ἄρκτους ὡς δισχιλίους καὶ ἑπτακοσίους σταδίους. Πάλιν ἀναστρέφει πρὸς μεσημβρίαν καὶ τὴν χειμερινὴν δύσιν, ὡς τρισχιλίους καὶ ἑπτακοσίους σταδίους, καὶ σχεδὸν ἀντάρας τοῖς κατὰ Μερόην τόποις. καὶ εἰς τὴν Λιβύην πολὺ προσπεσὼν καὶ τὴν ἑτέραν ἐπιστροφὴν πεποιημένος πρὸς τὰς ἄρκτους φέρεται πεντακισχιλίους μὲν καὶ τριακοσίους σταδίους ἐπὶ τὸν μέγαν καταῤῥάκτην.

Fluens enim [Eratoſthenes] (*inquit*) à Meroë verſus Septentrionem ad bis mille & ſeptingenta ſtadia, rurſus convertitur ad meridiem & hibernum occaſum ad ter mille & ſeptingenta ſtadia, & ferè obverſus locis circa Meroen, & ad Africam [propriè dictam] undâ gravis delatus, & alteram converſionem faciens Septentrionem verſus, fertur quinque millibus & trecentis ſtadiis uſque ad magnum catarracten.

Nota ubique converſiones & ambages magnas.

Quod autem tam magnos gyros faciat, etiam ex relatione *Gregorii* colligitur, 6
§. 31. quam in *hiſtoria noſtra hoc capite* vulgavimus. Is ibidem dicit; *quod exiens Gongâ de-*
§. 39. *ſcendat in regionem Schankalarum*, cujus notitiam ille non habuit. Rurſus narrat:
§. 45. *quòd peregrinatores Habeſſini Nubiam permeantes eum à dextra relinquant, & poſt iter quindecim dierum denuò reperiant.* Ex quo ſequitur, quòd minimè rectâ lineâ, (ut vulgò delineatur) ſed procul, modò ad Occidentem, modò ad Orientem feratur, priusquam in Ægyptum veniat. *Perpetuam quidem hyemem & æſtatem ſimul patitur*, ut *Wendelinus* ait, ſed non, ut ille putat, ab auſtrali æquatoris latere hyemalibus ibi menſibus profluit; verùm iisdem menſibus æſtivis, Junio, Julio, Auguſto, & partim Septembri quibus in Æthiopia hyems, æſtas eſt in Ægypto.

2.) Ingentem aquæ molem Nilus ſecum vehit, omnia enim 7
Abaſſiæ flumina, uno & altero excepto (ut Gregorius teſtatur) in ſe recipit. Plura deinde in aliis Æthiopiæ regionibus colligit, ut tanta vis aquæ uno alveo contineri
§. 57. non poſſit. Duos enim magnos alveos illi eſſe, in *hiſtoriâ noſtra hoc capite* memora-
Inf. n. 65. vimus; quorum alter per *Nigritarum* regionem in Oceanum *Atlanticum*: alter per *Ægyptum* in Mare mediterraneum ſeſe exonerat.

Oſtia Nili. De *Oſtiis Nili* in Ægypto pauliſper diſſerere operæ pretium putamus, quia magna hîc contigit mutatio. Septem oſtia veteres omnes unanimiter illi tribuunt, & 8
inter eos Romani, qui illud benè ſcire poterant.

Seneca (k) ait: *Sic quoque cum ſe ripis continet Nilus, per ſeptem oſtia in mare emittitur.* Virgil. Lib. VI, Æneid.

Et

(i) Dict. lib. c. IV. §. 1. (k) Natural. quæſt. Lib. IV. c. 2.

Et septem gemini turbant trepida ostia Nili. L. I. c. 8.
Ovidius: - - - *Septemflua flumina Nili.* N. LIII.

Dionysius Perieg: ἑπτὰ διὰ στομάτων εἰλυγμένος εἰς ἅλα πίπτει. | *Per septem ostia devolutus in mare cadit.*

Quapropter Straboni ἑπτάστομος *Septemostialis* vocatur.

Herodotus Lib. II. *Ptolemæus* Lib. IV. cap. 5 & *Plinius* ea nominant. Iste L. V. c. 10. S. 11. tradit; *Oppida* [quædam] *nomina dedere ostiis, non omnibus* (*XII. enim reperiuntur, superque quatuor, quæ ipsi falsa ora appellant*) *sed celeberrimis septem, proximo Alexandriæ. Canopico, deinde Bolbitino, Sebennytico, Phatnitico, Mendesico, Tanitico, ultimoq;*
9 *Pelusiaco.* Strabo adhuc exactius:

Δύο μὲν ἐν τούτοις τοῦ Νείλου στόματα, ὧν τὸ μὲν Πηλουσιακὸν καλεῖται, τὸ δὲ Κανωβικὸν καὶ Ἡρακλεωτικόν, μεταξὺ δὲ τούτων ἄλλα πέντε ἐστὶν ἐκβολαὶ ἀξιόλογοι, λεπτότεραι δὲ πλείους. | *Duo igitur Nilo sunt ostia: quorum alterum* Pelusiacum: *alterum* Canopicum *sive* Heracleoticum *vocatur; Inter quæ alia quinque dantur mentione digna, alia minora verò plura.*

10 Olim igitur tot ostia fuisse dubio prorsus caret, at nunc multo pauciora ab hodiernis peregrinatoribus observantur. *Marinus Sannutus* (l) quatuor tantum reperiri scribit, *primum* esse inter urbes maritimas Tafnin & Pharamiam: *secundum* apud Damiaram: *tertium* apud Sturionem: *quartum* apud Reffith. [Arabicè رشيد *Reschid*, Ital. *Rescid* scribendum.] *Johann Michael Wanslebius* (m) *tria* tantùm recenset, *primum* propè Damiatam, *alterum* apud Rosettum, & *tertium* media viâ Alexandriam inter & Rosettum, *Masdyje* dictum i. e. *Trajectus.*

Credibile autem est reliqua tam longo tempore limo obstructa fuisse. Id observatum fuit tempore Augusti, qui fossas omnes in quas Nilus exæstuat, oblimatas longâ vetustate militari opere detersit, ut *Suetonius* narrat in *Augusto.* Cap. 18.

11 Alexander Pinus (n) *Archiater Serenissimi Venetorum Ducis Morosini*, triennium in Ægypto versatus, duo tantùm vera Nilo ostia esse docet, propè *Damiatam* & *Rosettum* [scil. vetera illa duo: *Canopicum* & *Pelusiacum*] *essendosi divertiti tutti sette ne i due soli di Damiata e Rosetto.* Huc enim redacta septem illa antiqua ostia, inquit: & reprehendit Geographos, *qui in hodiernis Ægypti tabulis tot ostia, quot veteres, frustra ponant. Iuxta Alexandriam fossam quidem in mare dari, sed arte factam;* nec *fluere, nisi cum Nilus exundat, ostium verò illud, quod Iulius Cæsar describit, nunc non reperiri. Olim tamen portum commodum fuisse, quòd ibi Pharos turris cum lumine nocturno, dirigendis navibus, à Cleopatra fuerit exstructa;* ut *Amm. Marcellin.* scribit. Causam tantæ diversitatis ex eo ortam rectissimè judicat, quòd aggeres, quos antiqui Ægyptii, (*Diodoro* teste) tantis impensis conservaverant, neglecti jaceant, ita ut quædam ostia arena & limo fuerint obstructa; quædam verò nempe viciniora inter se planè confluxerint. Lib. 22.

12 Quin & Gregorius duorum tantum ostiorum mentionem facit his verbis.

ወእምድኅረ፡ በጽሐ፡ አባዊ፡ ሀገረ፡ ምስር፡ በሀየ፡ ይትከፈል፡ ንበ፡ ክልኤቱ ። መንፈቁ፡ መንገለ፡ ባሕር፡ ዘደምያጥ፤ ወመንፈቁ፡ ይበውእ፡ መንገለ፡ ባሕር፡ ዘእስክንድርያ ። | *Postquam pervenit Nilus in urbem Cairum, ibi dividitur in duo: Dimidium ejus* Mare Damiatæ *versus: & dimidium eius* Mare Alexandrinum *versus.*

Sic parum propriè distinguit Mare mediterraneum Gregorius. Nec plura ostia agnoscit *Thevenotius* (o): *Nilus*, inquit, *in Mare mediterraneum exoneratur par les deux bouches de Rossette & de Damiette*, i. e. *per duo ostia Rossetta & Damiata.* Ista duo ostia & olim celeberrima præ cæteris fuere, ita se findente Nilo infra Cairum, ut triquetram terræ figuram efficiat, Græcæ literæ vocabulo *Delta* appellatam.

12 3.) Dulcedo aquæ Niloticæ tanta, quanta nulli fluminum. *Seneca:* (p) *Nulli fluminum dulcior gustus est.* Aristides quasi interrogans ait: *Aquæ Niloticæ dulcedinem quantam esse credis?* R. *Quantam nunquam dixeris.* Vino æquipara-

P 2 barur

(l) Lib. I. part. 1. c. 6. allegatus à *Wendelino* cap. 21. (m) *In relatione dello stato presente del Egitto Part. I. c. 4. p. 46.* quam illi Monachus quidam Italus Italicè vertit. (n) In peeruditio libello nondum edito, cui titulus: *Discorso del Nilo all' Illust. S. Iacobo Grandi Medico Anatomico publico in Venetia.*
(o) *Ind. Itinerario Lib. II. c. 69.* (p) *Lib. 4. Natur. quæst. c. 2.*

L.I.c.8. N.LIII. batur olim à Pescennio Nigro Imperatore, qui militibus vinum petentibus *Spartiano* teste, respondit: *Nilum habetis, & vinum petitis* Nam accolæ, Nilum habentes, de vino soliciti non erant. *Achill. Tat.l.4.* (q) Causam dulcedinis inquirere, quod nonnulli faciunt, non est hujus loci. *Vide Scal. Exerc. 48.*

4.) Sequitur de salubritate aquarum Nili. Hanc aliqui colligunt 14
ex vivacitate populorum juxta Nilum degentium; quam ob causam σωτῆρα *Servatorem* dictum putat *Plato in Timæo.* Martyr. *in Legat. Babyl.* scribit: *quòd stomachum, quò tamen laboraverit, nunquam læserit, nec alicui corporis parti damnum attulerit.* Febricitantes durante paroxismo innoxiè eam bibunt. Id I. M. Wanslebius de semet ipso prædicat (r): *Aqua Nili valde grata, dulcis & sana est, neque quidquam nocet, quantumcunque de ea bibas, quod de me ipso testari possum; cum enim in* Girge & Momfallot *ægrotarem, in maximo febris ardore vas aquæ continuò ori admovebam, nec quidquam mali mihi fecit.* Et paulo post: *Quamvis sit turbida, nihil tamen nocet; claram autem eam reddere possunt amygdalis amaris bene contusis, & cum aqua mixtis.* Marinus Sanutus: (s) *Nili aqua omnium totius mundi aquarum optima.* Et sic autores alii plurimi. *Galenus de bonit. aquæ*, Nilum ita laudat, *ut bonitatis excellentiâ paucis admodum fluminibus comparari possit.* Georg. Hieron. Velschius librum hunc 15
inter Galeni spurios legi, & verba allegata non aliter quam de Nili aqua clarefacta accipienda esse, ait; adeoque dicta Prosperi Alpini (t) de *turbida ac putrida aqua*, de *Nilo turbido atque limoso* intelligit, idque inter causas dracunculorum suorum non obscurè refert. At Velschius, (prout alibi monebimus,) res suas sæpe confundit, nec autorum dicta satis accuratè expendit, aut distinguit. Nam *de inopibus* & *pauperibus Ægypti* manifestè loquitur Alpinus: *Multos*, ait, [non omnes] *inopia coactos* [non divites] *pessimis tùm cibis, tùm turbida ac putrida aqua ali.* & XIV. *pauperes aquam cœnosam semiputridamque epotare.* Ista profectò non accolas Nili tangunt, sed ab hoc flumine paulo remotiores, qui aquam à Nili restagnatione residuam è lacunis aut cisternis parum purgatis vel puteis malè salubribus potare coguntur; cùm extra Nilum aqua in Ægypto sit rarissima, ideoque jumentis in monasteria aut oppida remoriora pro ditioribus est advehenda.

Lib. 3. c.7.p.168. I.13.n.96.

Sup. §.11. lit. n. Pinus testis αὐτόπτης in tractatu suo Mſto scribit: *Sed ne putes tantùm aquam* 16
Nili fluvialem in Ægypto dari, innumeri passim dantur putei & parùm & satis profundi, &c. *quorum aqua tamen impura, & quodammodo salsa, neque ad aliud quàm ad lavandum & irrigandum idoneæ sunt.* Paulo post, ubi de incisione aggeris Nili agit, ut in fossam Cairi [*Chalidus* Wansleben vocat] intret, id ideò inter alia fieri dicit: ut repleantur cisternæ & putei in usum plebis, quæ sumtibus destituta ordinariè bibit aquam putealem, nam (ut ante dixerat) nunquam in Ægypto ita pluit, ut cisternæ aquâ pluviâ impleantur.

Cap. 5. De *Alexandria* A. Hirtius (u) scribit: *Est ferè tota suffossa, specusque habet ad* 17
Nilum pertinentes, quibus aqua in privatas domus inducitur, quæ paulatim spatio temporis liquescit ac subsidit. Hac uti domini ædificiorum, atque eorum familiæ consueverunt; nam quæ flumine Nilo fertur, adeò est limosa atque turbida, ut multos variosque morbos efficiat: sed ea plebes ac multitudo contenta est necessario, quòd fons urbe totâ nullus est. At bene tenendum, de Alexandria hunc locum agere, quæ aquas Nili non nisi per fossam tempore exundationis accipit; tam puræ itaque ac salubres esse non possunt, quàm quæ ex ipso alveo fluminis hauriuntur, ut mirum non sit plebem cisternis destitutam, si aquam ex fossâ illâ, certâ tantùm anni parte, bibat, morbos sentire.

Igitur quæ tàm de salubritate quàm in salubritate Nili memorantur, cum grano 18
salis accipienda: nec non tempora & loca benè distinguenda sunt. Nam quæ Wanslebius narrar, *quòd nihil quidquam noceat, quantumvis de ea bibas, etiamsi turbida sit*; id de certis subjectis, vel certo anni tempore accipiendum. Nam Pinus insignis Medicus,

(q) Allegatur à Wendelino cap. X. qui plura de hoc capite habet. (r) In dicta relatione de statu Ægypti Part. 1. c. 4. p. 43. (s) Lib. II. P. 4. cap 14. (t) I. Med. Ægypt. XIII. (u) De Bello Alexand. cap. 5.

dicus, cujus judicium hìc meritò præferendum, testatur: *aquam Nili valde nitrosam esse, adeoq; intestina vellicare, ut illius insueti per aliquot dies diarrhœa laborent; imò & lacerare ea, ut in æstate plebs communiter dysenteriam patiatur.* Sed, ut mihi videtur, ipsa aquæ cruditas, fervidis mensibus, hoc morbo etiam alias regiones infestat. Aquam verò Niloticam, quocunque modo depuratam, ut salubrem laudat, & ad potum optimam prædicat, *esse enim levissimam & insipidissimam & facile transire, alvum nihilominus aut parumper aut sufficienter laxare.* His igitur distinctionibus adhibitis autores de Nili salubritate diversimodè differentes facilè conciliari, & à Velschio confusè tradita meliùs intelligi & applicari posse speramus. L. I. c. 8. N. LIII.

19 Id verò planè falsum est, quod *Kircherus in Oedipo suo* (x) ex Aristide scribit: *quòd à peste liberi sint Ægyptii*; cum tamen ex relationibus superioris seculi scire potuerit, *pestem Alcairi sæviter grassatam esse*: & hoc ipso, quo hæc scribimus, anno millesimo sexcentesimo octogesimo septimo, à fide dignis hominibus relatum nobis fuit: *octies centena hominum millia, atque inter eos Legatos Habessinorum Regis contagio periisse.*

20 5.) Transimus ad peculiarem Nili virtutem, quâ non tantum terrarum, sed etjam hominum materna fœcundat arva, ut Solinus loquitur. Galenus, vel quicunque libri autor est, de Nilo: *Mulierum partus insigniter adjuvat. Non oves solùm & capræ sunt pinguissimæ, sed & fœminæ; non geminos tantùm, sed tergeminos, imò* τετράδυμα (ne plures dicamus) *quatergemina pariunt.* Quæ confirmat Strabo L. 15. p. 695. Cap. I.

τοῖς τε γυναῖκας ἐσθ' ὅτε καὶ τετράδυμα τίκτειν. Ἀριστοτέλης δὲ καὶ ἑπτάδυμά τινα ἱστορεῖ τετοκέναι. | *Mulieres interdum & quatergeminos parere. Aristoteles autem quandam & septem geminos peperisse narrat.*

Ex hoc habuit procul dubio Trogus, qui *in Ægypto septenos uno utero simul gigni* scripsit, teste Pliniô. Seneca (y): *quorundam causa non potest reddi, quare aqua Nilotica* fœcundiores fœminas *faciat, adeò ut quarundam viscera longa sterilitate præclusa ad conceptum relaxaverit.* Et sic alii quoque autores ad unum omnes. Ipse *IureConf. Paulus* (z) testatur: *Non leves autores tradidisse multas Ægypti* [fœminas] *uno utero septenos enixas.* Ob tantam Nili fœcunditatem *Ptolemæus Philadelphus* filiæ suæ *Berenice* Syriæ Regi nuptæ, aquam Niloticam tanquam donum quoddam nuptiale dedit; erat enim olim inter regia munera, referente *Stuckio* (a). Plura habentur apud *Wendelinum supra citato tractatu* (b), ex quo pleraque desumsimus. L. 7. c. 3. d. loc. p. 50.

21 Porrò Kircherus Æthiopes, ejus fœcunditatis participes, Nilum passim appellare scribit: *Ankaata marat schamatawi*, quod ille significare dicit, *Fontem aquarum cœlestium*, quæ malè reddita & pejus adhuc expressa sunt. Hoc enim si Æthiopicè dicere velis, reddendum est: ንቅዐ፡ ማያት፡ ሰማያዊያት፡ *Nek-a majât samajawjat*: i. e. *fons aquarum cœlestium*, አንቅዕት፡ *Ankeet* pluralis est ሰማያዊ፡ *Samajawi* singularis sine constructione; sed ista alibi mihi neque lecta neque audita: nec video, quare flumen *fons* appelletur. Arabes Nilum passim vocare scribit *vitam terrarum* حياة الارضين idque Latinis literis exprimit *Giatellarthina*, quasi Arabicè prorsus nihil scivisset, pro *Hhajât-elardhina*.

22 Vana denique Gematria est CCCLXV. dierum anni, quam in Græco ΝΕΙΛΟΣ Heliodorus quærit; στοιχείων εἰς ψήφους μεταλαμβανομένων literis in calculos adhibitis c. 9.

N	- - - -	50		Quasi verò Rabbinicâ sapientiâ nomina fluminibus imponerentur.
E	- - - -	5		
I		10		
Λ	enim denotat	30	365.	
O	- - - -	70		
Σ	- - - -	200		

23 Tractationem de Nilo concludimus inani veterum opinione, quasi nullos emitteret vapores, ut alia flumina; propterea ἄναυρος *aura carens* dictus. Sic enim Herodotus Lib. II. c. 19.

αὔρας ἀποπνεούσας μοῦνος πάντων ποταμῶν οὐ παρέχεται. | *Solus omnium fluminum nullos vapores exhalat.*

(x) Syntag. I. c. 6. p. 49. (y) Lib. III. quæst. natur. cap. 25. (z) L. 3. ff. *si pars her. pet.* (a) *In antiq. convival.* L. 3. c. 6. (b) Cap. X. & sequentibus.

L. I c. 8. N. LIII. & LIV. Hæc exſcripſit *Plinius* L. 5, c 9. Eadem refert *Ath. Kircherus* (c), ſed non refutat, quod
egregiè præſtitit *Wendelinus d. lib. c. XI.* Scilicet boni illi viri putaverunt Nilum nul
los exſpirare vapores, quia nulli videntur. Nimirum in Ægypto frigore non con-
ſtringuntur, ut oculis videri poſſint. Æque ac ſi *Lappo* quidam ſcriberet: *Ægyptios*
non reſpirare, quòd halitus oris in Ægypto non cernatur, ut in Septentrionalibus
regionibus magnâ anni parte.

Aura fluminum. *Cardanus* (*d*) rei falſæ (quod multis Philoſophis accidit) cauſas quærit, *cur ſolus Ni-* 24
lus aura careat: in re cuivis obvia ſtolidè ſubtilis. Agnoſcit *auram fieri, ubi aqua tepo-*
rem à ſole [ut putat] *conceperit, indicio eſſe*, quòd ſub ortu & occaſu, non media die aura
circa flumina æſtate oriatur. Cui rei longas ſed malas applicat rationes, quas
exſcribere piget. Breviùs & meliùs dixiſſet: *Quia ſcilicet manè & veſperi exhalatio-*
nes illæ à tepore aquæ, vel nativo ſubjectæ terræ calore aſſurgentes à naturali aëris frigore
conſtringuntur, ut oculis videri poſſint: medio die verò à calore ſolis reſolvuntur, ne videri
queant. Ubi ergo ſummus æſtus eſt, ut in Ægypto, ibi vapores nunquam viden-
tur: ubi ſummum frigus, ut hybernis menſibus in Septentrione, ibi aperto fortè flu-
mine, quamvis calore ſolis minime tepefacto, toto die cernuntur, ut ipſe in Svecia
vidi. Inde frequentiſſimæ nebulæ. Quod etiam mechanicè demonſtrari poteſt; 25
Boreas in balneo. ut mihi ipſi contigit in Sveciâ menſe Decembri in balneo ſedenti. Accidit, ut orbis
vitreus frangeretur, Boreas acer in hypocauſtum inflans, id continuò tantâ nebulâ
velut nube replebat, ut alter alterum vix videret, donec rurſus obſtrueretur. Dice-
retne hîc vapidus quidam Philoſophus: *balneum ante & poſt ventum hunc vaporibus*
pag. 695. *caruiſſe.* Ariſtoteles certè non in ea fuit ſententia, teſte Strabone, cauſas ſalubritatis
Nili reddens: *aquam à ſole mediocriter coqui*, ait, *nutrientia relinquendo & ſuperflua*
per vapores reſolvendo.

De Kirchero tantùm mirum, qui alibi aſſerit: *corpora omnia habere ſuam atmo-* 26
ſphæram, ſive ſua effluvia; & tamen iſta de aura Nili tam frigidè refert. Præſertim
L. 21. c. 7. cum Plinium legerit, qui quaſi immemor ſui ſcribit: *In Ægypto minimè odorati ſunt*
flores, quia nebuloſus & roſcidus aer eſt à Nilo flumine. Quod etiam experientia recen-
tiorum peregrinatorum confirmat, ut abſoluiè verum non ſit: *omni tempore Nili au-*
ram non videri; niſi malis hoc accipere de aere caliginoſo quidem, ſed minimè ma-
dido, quem nos æſtivo tempore Heydrauch *fumum campi ſterilis* vocamus.

N°. LIV. De Nili nomine AbaWi] Nilum ab Habeſſinis linguâ 1
n. 59. §. 2. vulgari Amharicâ አባዊ: *Abawi* vocari, in hiſtoria noſtra diximus. *Abaoi* ſcri-
bunt Luſitani, (*e*) quod illorum pronunciatione eodem modô ſonat ac *Abawi*, li-
tera W. Anglorum more pronunciatâ; quia in Æthiopicis vocabulis pro ወ: W:
I. 3. n. 29. Æthiopico, communiter ponunt O, ut pro ሐዋሽ: *Hawaſch* abjectâ aſpiratione
§. 4. & 7. ſcribunt *Aoax*. *Ogge* pro ወዬ: Oleca pro ወለቃ: & ita porro. Nomen illud Nili
ab imperitis mirè corruptum fuit, qui *Abanhi* pro *Abahus*: *Abanhus* (f) *Abachius* &
Abahvis (g) alii verò aliter corruptiſſimè ſcripſere.

Derivari quidem poſſet vox አባዊ: *Abawi* ab Æthiopico & Amharico አብ: 2
Ab, Pater, ſicut ab ኢትዮጵያ: *Itjopia, Æthiopia* fit ኢትዮጵያዊ: *Itjopiawi, Æthi-*
ops; à ምድር: *Medr* terra ምድራዊ: *Medrawi: terrenus*, ita ab አብ: *Ab, Pater* fie-
ri poteſt አባዊ: *Paternus*. Nam terminatio *awi* gentilia ferè omnia, nonnulla etiã de-
nominativa adjectiva format; Sed quid ſub tali adjectivo intelligi debeat, non liquet.

In prima quidem Lexici noſtri editione አባዊ: dictum putavimus tanquam 3
patrem fluminum; non quidem ex illo prognatorum, quod eſſet abſurdum, ſed
quòd magnitudine & excellentia ſuâ cætera quaſi ſuperaret, alluſione magis pöetica
quàm Grammaticâ derivatione. At *Georg. Hieron. Velſchius* (*h*) iſta reperiens, fin-
git: *E Nilo multos hinc inde amnes & rivulos procurrere, aliis nominibus notos.* Quo-
modo ſibi imaginatus fuerit, rivos ex magno fluvio & quorſum procurrere, equidem
neſcio.

(c) dicto L. 1. c. 6. p. 48. (d) d. lib. 2. pag. m. 77. (e) Relat. P. Petri Pays apud Ath. Kircherum in Oedip. Ægypt. Synt. 1. c. 7. p. 56. (f) Baudr. in voce Aſtapus. (g) P. Jov. Hiſt. lib. 18. (h) De vena Medinenſi cap. VII. pag. 193.

nescio. Alveos & brachia vocamus, si fortè contingat flumen dividi, non amnes Lib. I. c. 8.
4 & rivos, qui suos peculiares fontes habent. Aliàs veteribus, inprimis Poëtis, insolitum non fuit, magnum quoddam flumen *Patrem* vocare. At iste noster fluvius non *Pater* modò sed ipse Ζεὺς Αἰγύπτιος, *Iupiter Ægyptius*, Σωτὴρ *Salvator*, aliisque Deorum Ægyptiorum nominibus vocatus fuit, cui quotannis tanquam Deo, dies festi τὰ νειλῷα *Niliaca* dicti, celebrati fuerunt. Tanta vis erat superstitionis illorum temporum, ut creaturas etiam inanimatas passim pro Creatore colerent. Similia ferè de *Gange* Indorum flumine narrantur.

N. LV. & 56.

1 N°. LV. Nilus omnia flumina in se recipit] *Cardanus* loco supra citato scribit, *nullum flumen in Nilum influere*, & propterea à *Scaligero* (i) reprehenditur: Sed tollenda est controversia distinctione locorum. Veteres, qui istud scribunt, de *Ægypto* solummodò loquuntur, ubi verum est, nullos influere fluvios; quia in Ægypto nulla vel exigua est pluvia, ideò nulli vel paucissimi fontes ibi dantur, & consequenter nulli fluvii. Idque nostram *de origine fontium* sententiam firmat. Sup. n. 52.

2 At in Æthiopia, ut paulò ante diximus, Nilus omnia flumina, uno & altero excepto, colligit, atque sic magna gloriâ tanquam Heros & Rex in Ægyptum defertur. Ita loquitur Gregorius in relatione de cursu Nili; & nos in tabula nostra Chorographica id demonstratum dedimus. I. 8. 33.

1 N°. LVI. (k) Nili nomen ግዮን፡ Gijôn unde venerit] Quod Nilus linguâ literatâ Æthiopum sic vocetur, ex versione LXX. Interpretum fluxit. Illi textum Gen. 2. 13. *Nomen fluvii secundi*

גִּחוֹן הוּא הַסּוֹבֵב אֵת כָּל־אֶרֶץ כּוּשׁ׃ | *Gichon; ipse ambiens* [est] *totam terram Cush.*

reddiderunt secundùm usum seculi sui

Γεὼν· οὗτος ὁ κυκλῶν πᾶσαν τὴν γῆν Αἰθιοπίας. | *Geon; ipse circumdans omnem terram Æthiopiæ.*

Et locum *Ieremiæ II. 18.* qui manifestè de *Nilo* agit,

מַה לָּךְ לְדֶרֶךְ מִצְרַיִם לִשְׁתּוֹת מֵי שִׁחוֹר׃ | *Quid tibi cum viâ Ægypti, ut bibas aquas* (fluvii) Shichor. (*l*)

exposuerunt:

τί σοι καὶ τῇ ὁδῷ Αἰγύπτου τοῦ πιεῖν ὕδωρ Γηών. | *Quid tibi & viæ Ægypti ad bibendum aquam Geonis.*

Putavêrunt ergo *Gehonem* ipsissimum Nilum esse. Habessini quoque nostri, nullam aliam Æthiopiam præter suam cognoscentes, in eadem sententiâ fuerunt.

2 Autoritas illorum Interpretum post Siracidem & Josephum fefellit tàm Græcos quàm Latinos Patres, & Historicos veteres. Vide *Philostorgium* Lib. 3. c. 10. *Pausaniam* in Corinthiacis & alios. *Theodoreti* & *Augustini* loca in Historia ipsa allegavi (*m*). *Hieronymus in Geographia sua* ait: *Geon fluvius qui apud Ægyptios Nilus vocatur, &c.*

3 Cùm ergò *Gichon* vel *Gehon* fuerit unum è quatuor capitibus fluminis Paradisiaci, quæ Moses dicto loco describit: Paradisus verò indubitanter in Asia circa Mesopotamiam situs fuisset: contrà Nilus in Africa tot parasangis ab illa distante flueret; ideò ex falsissima hypothesi necessarium erat absurdissimum consequens, nimirum *cuniculos subterraneos, &* (quod mireris) *meatus submaritimos* fingere, per quos Nilus ex Asia in Africam deduceretur. Addere oportebat inventores hujus commenti: *Cuniculos illos subtus bene fornicatos fuisse, ne fortè profluens Nili aqua cum marina uspiam ascenderet, & alicubi ante tempus in fontes erumperet.* Philostorgius dicto loco illum *subter Mare Indicum & Mare rubrum* deducit, quasi de re valde probabili addens: ὡς ἔστι συμβαλεῖν, *ut conjicere est*, & ὡς εἰκάσαι *ut verisimile est.* Propterea rectè perstringitur à
4 *Gothofredo* in dissertationibus ad hunc locum. Modò non *Conimbricenses* tam celebres Philosophi, infrunitæ huic opinioni calculum suum adjecissent, scribentes (*n*):

Nilum

(i) Exercit. 48. (k) Numerus hic *in Historia nostra* umissus ad §. 10. hujus capitis pertinet. ubi simul notandum ጊዮን፡ esse *Th. Petrai*, at ego in MSS. meis non nisi ግዮን፡ reperii. (l) Vulgata appellativè exposuit: *aquam turbidam*: Et Josuæ 13. 3. *fluvium turbidum.* Nimirum aqua *Nili* limosa est. (m) §. 19. hujus capitis. lit. f. (n) Tractat. IX. de Meteoris, cap. 10.

L. I. c. 8. *Nilumè terrestri Paradiso ortum, subterraneis cuniculis abscondi, tum quasi primùm nasci*
N.LVI. *in quodam Africæ lacu in regno Congensi.* Fortassis putaverunt cum Ammiano Marcel-
Lib. 22. lino, *fontes ejus etiam posteras ætates ignoraturas*; nec fore quenquam qui cuniculos illos investigaret & derideret.

[Eodem ferè modò nugatores Rabbini *septingenta genera piscium mundorum cum Israelitis in Babyloniam migrasse* dicunt, *atque cum iis rediisse.* De eo, quò minus dubitares, R. *Honna Bar Joseph* asseverare ausus est; *illos pisces measse ac remeasse* דרך תהום *via abyssi*, quam scilicet vesanus ille Honna cognitam habuit. Hierosl. Taanith. fol. 69. 2. (o)]

Nihilominus invaluit ista opinio in hodiernum usque diem, quo Nili fontes tam 5
benè cogniti sunt. Non referam autores superioris seculi, qui in dicta Scripturæ loca commentarios ediderunt. Ipse *Petrus Pays* fontium Nili in Africa primus Europæorum spectator, illum *Gehon* unum ex Paradisiacis fluminibus vocat, ut mox audie-
N. LIX. mus. Quin & vulgus Ægypti, nimirum *Coptitæ, Turcæ & Judæi* adhuc credunt: *Ni-*
§. 1. *lum originem suam in Paradiso habere* (p) atque isti origini magnas virtutes attribuunt, dum crescere incipit, in eo ludunt & lavantur, haud secus ac Indi in Gange, blandis & honorificis vocibus illum appellantes. Sed frivolam hanc de Gihone e-
d. tr. c. 3. jusque meatibus subterraneis narrationem *Wendelinus* deditâ operâ refutandam in se recepit; quare nos actum agere nolumus.

Ecclesiasticus c. 24. 37. cùm dicit: ὡς Γηὼν ἐν ἡμέραις τρυγητοῦ, *sicut Geon in diebus* 6
vindemiæ, Nilum sine dubio intellexit; nam in illis regionibus circa medium Septembris vindemia est, cum maxima cernitur Nili inundatio; at Æthiops, *autor Organi* Manuscripti dum illa ipsa Siracidis verba refert, pro *vindemiâ* ponit *hyemem* ከመ፡ ተከዚ፡ ግዮን፡ በመዋዕለ፡ ክረምት። *Sicut flumen Gijon in diebus hyemis.* Nilum intellexit, stylum autem patriæ suæ accommodavit, quæ exundationem tunc temporis sentit.

Alia Nili nomina referre & exponere nihil attinet. *Siris* ab Æthiopibus pri- 7
scis, Ægypto conterminis, lingua eorum dictus fuit usque ad Syenen Æpypti, ubi primum Nili nomen accepit; (q) ut vanissimum sit derivationem vel expositionem illius nominis ex aliis linguis petere. Id pridem de eo rectissimè monuit *Eustathius*, οὐ χρὴ ζητεῖν Ἑλληνικὴν ἐτυμολογίαν. *Non oportet quærere Græcam etymologiam.* Addiderim ego *nec Hebraicam*, quod incautè nimis fecit Wendelinus.

Sed apprimè rursus fallitur Velschius, (*) qui nomina *Gir*, *Giris* & *Siris* per 8
aphæresin è nomine *Tegyrosy* facta putat. Ad cujus monstrosæ vocis aspectum primò stupebam, mox agnoscens vocalem Y in voce Æthiopica meæ inventionis esse pro vocali sexti ordinis in syllabario Æthiopico; recurrebam ad Lexicon meum Æthiopicum, (r) (quod ille quidem hoc loco non allegaverat) ad vocem ተከዚ፡ ubi vocabula ተከዚ፡ ጤግሮስ፡ *Flumen Tigris* neque exposueram, neque Latinis literis *Tacaze Tegros*, expresseram. Velschius, rationem legendi nesciens, characteres in Syllabario meo quæsitos expressit *Takazè Tegyrosy*, atque de Nilo interpretatus est, meam expositionem parum expendens atque confundens. Scripseram enim vocem Takazè primò appellativum esse, & flumen quodvis significare, exempla addens: ተከዚ፡ ግዮን፡ *Flumen Gihon* Nilus; & ተከዚ፡ ጤግሮስ፡ scil. Tigris. Secundo κατ᾽ ἐξοχὴν proprium esse fluminis cujusdam in Æthiopia, quod in Nilum exoneratur, in Tabulis vulgatis *Tagazi*. Quæ omnia Velschius commiscuit *Takaze Tegyrosy*, inquiens, *flumen Æthiopicum esse in Nilum influens*, *ideoque* κατ᾽ ἐξοχὴν Nilus dictum. Quæ, quia à me profecta, necessario expurganda fuerunt; quod quivis alius facere potuisset, si me allegasset.

N°. LVII. De Imperatoribus & Regibus Nili fontes quæ- 1
tenti-

(o) *Lightfoot* ista habet in Centur. Chorograph. Matthæo præmissa cap. 4. p. 13. (p) In relat. Ægypt. Ital. P. I. c. 4 p. 38. (q) Id clarum est ex autoribus in notis Harduini ad Plin. cap. V. sect. 10. p. 555. 4. allegatis. Et Steph. de Urb. in voce *Syene*. (*) d. tract. de Venâ Mediu. Cap. 7. p. 192. (r) quod alias diligenter allegat, ita tamen ut ferè ubique aliquid monendum reperiam, ut cum cap. 2. p. 52. pro *Spina*, in meo Lexico p. 146. *Spicam* legit.

1 rentibus] Quinam isti fuerint, hic referre voluimus. Primus *Dicaarchus Hammoniorum Rex* duos juvenes è *Nasamonibus*, Psyllorum hostibus, populo Libyæ, Nili fontes exploratum misit, qui nova retulerunt, non quidem de fontibus, sed de fluvio quodam ab occasu in ortum fluente, in quo ut in Nilo *Crocodilos* viderint. Si Nilus non fuit qui in Sennara talem cursum servat, alius in Nilum influens fluvius esse potuit. *Sesostris* idem tentavit. L. 1. c. 8. Nº LVII.

2 *Cambyses* ipse idem fecisse fertur, exercitum suum secum trahens, de quo lepidè Tellezius: *Etiam de Cambyse scribitur, quòd cum magno exercitu (quasi investigatio illa armis occupanda esset) percurrerit multas regiones, sed frustra, quia tandem rediit multis suorum amissis, & fonte non reperto, sicut de illo scripsit Cordubensis.* Nempe Lucanus Lib. X. Lib. 1. c. 5.

- - - - - - Vesanus in ortus
Cambyses longi populos pervenit ad ævi,
Defectusque epulis, & pastus cæde suorum,
Ignotô te, Nile, redit. - - - - -

3 Tantum olim erat desiderium originem Nili sciendi, ut *Alexander Magnus*, in Asia Indi fluminis originem inveniens, valdè lætatus ad matrem scripserit: *se Nili caput reperisse.* Reputa hic quæso ignorantiam Orbis terrarum apud veteres! Antequam verò literas mitteret, meliùs edoctus, quæ modò scripserat expunxit (s).

4 *Ptolemæus Philadelphus* idem conatus est (t).

De *Julio Cæsare* id quoque testatur *Lucanus*, fide, ut puto, Poëticâ:

- - - Nil est, quod noscere malim,
Quam fluvii causas per secula tanta latentes.

Et mox:

- - - Spes si mihi certa videndi
Niliacos fontes, bellum civile relinquam.

At *Nero Cæsar*, ut erat incredibilium cupitor (Taciti verba sunt) duos centuriones ad investigandum caput Nili misit, quos Seneca ipse narrantes audivit (u): *Longum illos iter peregisse, cum à Rege Æthiopiæ instructi auxilio, commendatique proximis Regibus penetrassent: ad ulteriora quidem*, ajebant, *pervenimus, ad immensas paludes,*

5 *quarum exitum nec incolæ noverant, nec sperare quisquam potest*, &c. Verùm enim verò vanæ & incertæ fuerunt omnes istæ explorationes. Facilè quidem est, secundô flumine descendentibus, exitum illius reperire, ad versô autem ascendentibus, verumque ejus alveum ignorantibus contingere potest, ut prospectu à montibus vel sylvis impedito, aliud flumen aspectu majus, reipsa verò minus principale ingrediantur, cum nec videre nec scire possint, utrum majus & longius sit. Idem in pro principali habetur quod longissimum est, nomenque suum, quod reliqua minora amittunt, retinet. Deinde exploratores tædio periculorum atque viarum, ipsoque annonæ defectu facillimè occasionem revertendi arripiunt, vanum Regum studium incommodis suis postponentes.

6 Nec credibile est veteres Æthiopiæ Reges, qui verum alveum proculdubio noverant, centuriones illos verum viam ducere voluisse, gnari Romanos imperio orbis terrarum inhiare; sed ad paludes duxisse, ne ulterius progrederentur, propositum istud summam stultitiam putantes. Interfecturi eos erant, tanquam regionum non fontium exploratores, nisi metus iræ Romanæ illos deterruisset. Crederentne ulli mortalium operæ pretium esse in fontes fluminis peregrini inquirere. Sanè hodie investigatio fontium fluminis *Obi in Moscovia* capite staret exploratoribus peregrinis.

7 Hinc inter proverbia vani laboris etiam hoc recensetur: *Nili caput quærere.* Idem Poëta dicto Libro:

Arcanum natura caput non prodidit ulli,
Nec licuit populis parvum te, Nile, videre.

Q *Amovitq;*

(s) Arrianus *de exped. Alexandri L. 6.* (t) *Strabo L. 17. p. 789.* (u) *Nat. quæst. L. 6. c. 8.*

L. I. c. 8. *Amovitque sinus, & gentes maluit ortus*
N. LVIII. *Mirari, quàm nosse suos - - - - - -*
& 59. Et sic plures eodem sensu. Claudianus:

Secreto de fonte cadens, qui semper inani
Quarendus ratione latet, nec contigit ulli
Hoc vidisse caput, fertur sine teste creatus.

Tandem *PP. Societatis* hanc gloriam adepti sunt, ut ipsi pro repertoribus rei 8
per tot secula absconditæ habeantur. Verùm inquisitores illos omnes, quos nominavimus, deridet *Isaacus Vossius, tot fontes flumini esse*, inquiens, *quot sint ejus rivi.* De quâ sententia mentem nostram exponemus numero LIX. §. 10.

N°. LVIII. De Lunæ montibus] τὸ τῆς σελήνης ὄρος, *Lunæ montem* 1
L. 4. c. 9. â quo Nili paludes nives suscipiunt, in singulari *Ptolemæus* habet ex auditu, nemo enim illius tempore in mediterranea Africæ ad latitudinis Australis gradum XII. penetraverat, multo minus hanc elevationem poli, quam ille constituit, mathema-
Cl. 1. p. 4. tica arte ceperat. *Arabs Nubiensis Geographus* جبل القمر *Lunæ montem* etiam in sin- 2
gulari sub decimo sexto latitudinis australis gradu locat, simulque addit relationem fabulosam de *decem Nili fontibus*, in duos magnos lacus sese effundentibus.

Geographi sequentes, ex uno monte tot fontes oriri non posse putantes, juga 3
montium esse crediderunt, quibus imposito *Lunæ* nomine, locum procul in Australi Africæ parte assignaverunt, ut pluviis illarum regionum hyemalibus Nilus augesceret. Quæ omnia vana atque falsa esse, ex recentioribus descriptionibus innotuit, ut in historia nostra diximus, & ex sequentibus clarissimè constabit.

N°. LIX. Descriptio fontium Nili] Non referemus hic *quæ Paulus* 1
Iovius Hist. Lib. XVIII. de ortu Nili fastuosa sed vana habet. At relationem *P. Petri Pays* Lusitani, quia hodiernæ sententiæ fundamentum est, verbis *Ath. Kircheri* (x) quantum ad rem nostram faciunt, exscribemus, cum notis & dubus nostris interspersis. *Inter flumina Æthiopiæ*, ait, *primo loco sese offert, maximus ille & toto orbe celeberrimus fluvius NILVS, qui non apud antiquos solùm & modernos doctores autoresque gravissimos in admiratione fuit, sed & ejus frequentem mentionem facit S. Scriptura. Gen. 2. 13. vocatur GEHON, unus è quatuor fluviis Paradisum irrigantibus.*

[Itane *P. Petr. Pays* putavit *Gojamam fuisse Paradisum*, si prope fontes Nili stans, eum putavit esse *Geon* vel *Gihon*, de quo dicto S. Scripturæ loco agitur.]

n. 54. §. 1. *Hic hodierno die vocatur ab Æthiopibus ABAOI*, [*Abawi* sonat ut paulo ante monuimus] 2
originem suam tenet in regno Goyam [corrige *Gojam*] *in uno territorio, quod vocatur* Sabala [lege *Sacahala*] *cujus incolæ vocantur* Agaus. [lege *Agaw* Thevenot.d.c.69. *Ago. Au* mutato in O] *Fons autem Nili in parte occidentali regni Gojam situs, in summitate unius vallis* [summitatem in valle non capio] *quæ assimilatur ingenti campo, jugis montium undique circumdata.*

Anno 1618. d. 21. mensis Aprilis, cùm in hoc regno unà cum Imperatore ejusque e- 3
xercitu degerem, hunc locum ascendi, omnia diligenter lustravi, invenique primò duos ibi fontes rotundos, utrumque quatuor quasi palmis latum in diametro, summaque animi mei voluptate vidi id, quod nullis votis consequi potuerunt Cyrus *Rex Persarum*, [de hoc mihi nihil tale unquam lectum] *&* Cambyses, Alexander M. *ac famosus ille* Julius Cæsar. *Sciendum tamen, hosce duos oculos fontis* [עין. ዐይን፡ ut Hebraicè ita Æthiopicè *oculum* & *fontem* significat. Habessini fortassis dixerunt ዐይነ፡ንቀዐ፡ vel ዐይነ፡ማይ፡ & sic *P. Petr. Pays* pro *fontibus* intellexit oculos] *nullum in supremâ montis planitie exitum habere, sed in radice montis* [quomodo verò aqua, quæ exitum infra habet, in supremitate montis consistere potest?]

Secundus fons vergit à primo in Occidentem ad jactum lapidis, dicuntque incolæ 4
totum montem plenum aquis, cujus hoc signum dabant, quod tota circa fontem planities tremula erat, & bulliens [istud non capio] *manifestum aquæ latentis vestigium, eandemque ob causam non redundat aqua ad fontem, sed ad radices impetu maximo sese egerit, affirmabant-*

(x) *In Oedipo Syntagm.* I. cap. VII. p. 57.

mabantque incolæ, ut & ipſe Imperator, qui præſens erat unà cum ſuo exercitu: eo anno L. I. c. 8.
terram parùm tremuiſſe, ob magnam anni ſiccitatem, aliis verò annis tremere & N. LIX.
ebullire, ut vix ſine periculo adire liceat. *Circuitus loci inſtar lacus cujusdam rotundi, cujus latitudo fundæ jactum conſtituere poſſit. Infra apicem hujus montis populus degit ad mantem, leucâ circiter unâ à fonte diſſitum verſus occidentem, vocaturque* Guix [lege Gall. *Guich*] *& videtur hic fons bombardâ attingi poſſe.*

5 *Porro campus fontis Nili ab omni parte difficilis aſcenſu eſt, præterquam ex parte boreali, ubi facile aſcenditur. Infra montem circiter unâ leucâ in profundiſſimâ quadam valle è terræ viſceribus alius fluvius emergit, qui ſe tamen cum Nilo paulo poſt conjungit: credunt eandem cum Nilo ſcaturiginem obtinere, ſed infra terram per occultos canales deductum hoc loco primum erumpere. Rivus verò fontis, qui infra fontem erumpit, in Orientem ſpatio ictus bombardæ vergit, deinde ſubitò declinando Boream petit, & poſt quartam circiter leucæ partem novus ſeſe offert rivus, è ſaxis & ſcopulis ebulliens, cui paulò poſt ſe jungunt duo alii rivi, ex Orientis plaga erumpentes, & ſic deinde aliis & aliis identidem collectis rivis notabiliter creſcit Nilus.*

6 *Poſt ſpatium verò diurnum itineris magno fluvio, qui dicitur* Jama, *conjungitur, qui deinde flectit ſe verſus Occidentem usque ad XXV. vel XXX. leucas, à primâ ſua ſcaturigine; poſtea mutato curſu Orientem repetit, inſinuando ſe in unum lacum ingentem,* [Eſt hic ſitus in provincia quæ dicitur *Bed.* regnoque partim *Gojamæ* ſubjacet, partim *Dembeæ*] *quem ita pertranſit, ut aquæ Nili notabilem differentiam ab aquis lacus oſtendant, totusque fluvius aquis paluſtribus impermiſtus, ſuum curſum flexumque teneat; qui mox, ubi exit, variis gyris declinando in meridiem, terram irrigat nomine* Alata, *quinque leucis ab epiſtamio lacus diſtantem, ubi per rupes 14 brachiarum* [braſſeés *Ulnas*, ut videtur, intelligit] *altas præcipitatus, immenſo ſimul & fragore & fumo aqueo, qui eminus nebula mihi videbatur, præcipitatus, paulo poſt intra duas rupes ingentes ita abſorbetur, ut vix oculis attingi potuerit. Sunt cacumina dictarum rupium ita vicina, ut Imperator aliquoties, ſtrato per illa ponte, cum toto ſuo exercitu tranſierit, quibus omnibus & ego præſens fui.*

7 *Poſtquam igitur à parte orientali regnum* Begamidri [lege በገምድር፡ Bagemder] Gojam, *cæteraque intermedia regna* Amhara, Olaca [lege ወለቃ፡ Walaka] Xaoa [lege ሸዋ፡ *Schewa*] Damota, *longe lateq; irrigavit, mox fluxu ſuo regnum Gojam repetit,* [potius circumdat, illud enim nunquam deſerit] *irrigatisque territoriis* Bizan & Gumancana *ita ſenſim regno* Gojam *appropinquat, ut non niſi unius diei itinere à fonte ſuo diſtare comperiatur. Hinc fluxum retorquendo verſus* Fazelio & Ombarea [Hæc fluxus converſio non reperitur neque in Tellezio, neque in Æſchinardi tabulis, neque convenit cum Gregorii mei relatione] *regnum Gentilium, quod anno 1613. ingenti exercitu ſubegerat* Eraz-Sela-Chriſtos, *frater Imperatoris, regnumque utpote incognitum, & ob vaſtitatem vocavit* Avz Olam [lege ሐዲስ፡ ዓለም፡ Hadis alam i.e. novum mundum. *Hinc ex Oriente in Boream declinans, per innumeras a ſuis regiones altiſſimaque præcipitia dilapſus in Ægyptum, & hinc in mare mediterraneum ſe exonerat.*

8 Hæc eſt deſcriptio *Petri Payſii*, in qua ſe fundat *Kircherus*, & cui imposterum ſtandum eſſe dicit. Illam deridet *Iſaacus Voſſius* (y) his verbis: *Sanè ſi quis legat illa, quæ nonnulli* [neminem niſi *Ath. Kircherum* ut quid fecerit] *prodidere de quodam religioſo Luſitano, ut opinor* [P. Petrum Pays intelligit] *qui Imperatori & univerſo ejus exercitui fontes Nili oſtenderit, vix eſt, ut riſum temperet. Iſte ſcil. Imperator cum toto exercitu neſciebant Nilum in ſuis oriri terris, & advocandus erat aliquis ex Europa, qui hoc ipſos doceret.* Videtur mihi paulo iniquius cum bono illo fontium Nili repertore, vel ejus exſcriptore *Kirchero* agere. Non enim jactat ſeſe *P. Petrus Pays*, quòd Imperatori & univerſo ejus exercitui fontes Nili oſtenderit, ſed tantum, quòd præſens fuerit.

9 Tellezius hujus equidem profectionis ad fontes Nili nullam facit mentionem, ut quidem par erat; attamen (z) de bello Regis Æthiopiæ Anno 1618. geſto ſcribit: *quòd propè* Ancaſcham *iverit, haud procul* Agawis. Oportet igitur *P. Petrum Pays*

cum

(y) In libello ſæpe allegato de Nili aliorumq. flum. origine cap. 16. p. 54. (z) *Lib. IV. c. 17. p. 344 b.*

L. I. c. 8. eum illo ivisse, & tunc temporis fontes Nili perlustravisse, qui apud *Agæwos* existunt. N. LIX. Alioquin P. Petr. Paysii narratio, si excipias quæ nos inseruimus, in substantiâ non discrepat ab ea, quam Gregorius meus *Ernesti Saxoniæ Ducis* jussu literis consignavit, & nos in *Historia nostra* retulimus. I. 8. 31.

Quo loco non possumus non dissentire à nova Viri Clarissimi (a) sententia, 10 quam de fontibus fluminum vulgavit. *Vanum esse* putat, *certos fontes flumini alicui magno assignare, cùm tot sint ejus fontes, quot rivi.* Verba ipsa afferemus: *Nec multo melior Geographorum quorundam ratio, qui quamvis torrentes & rivos infinitos, unde flumina componantur, ob oculos habere potuerint, unum tamen fontem signare conati sunt, e quo totus promanaret fluvius. Hoc enim perinde esset, ac si quis in arbore, cui innumeræ sint radices, unam aliquam indicare velit, per quam adfluat alimentum: aut si quis in amplo tecto istam conetur monstrare tegulam, quæ imbricem tempore pluviæ exundare faciat. Quapropter, si quis veram fluviorum originem nosse desideret, frustra is vel certum aliquem locum, vel fontem quærat, unde flumina oriantur,* sed quotquot inveneris rivos, totidem quoque scito te invenisse fontes, imò *quotquot guttæ pluviales cadunt, aut in illos montes, aut in istos campos, quorum declivia latera aut planities alveum versus inclinantur, totidem puta te habere principia, unde flumen constituatur.*

Verùm non memini me observasse, *quòd Geographi fontem unum signent, unde* 11 *totus promanet fluvius*, ut ille vir insignis loquitur, sed *unum & alterum fontem solent signare, ex quo magnum quoddam flumen initium & caput suum habet; uti sunt* fontes Rheni ex *Adulâ* monte: fontes Rhodani ex *Furca monte*; & sic alii. Idque jure meritò ita mihi fieri videtur. Nam *differentia* facienda est *inter rei alicujus principium, & augmentum; atque istius augmenti intervalla*, quæ vir doctissimus confundit. Rivi quidem & fluvii omnes accessiones sunt & augmenta fluminum majorum, sed non eorum principia & fontes. Flumina inferiora in Rhenum influentia, ut: *Nicrus*, *Mænus*, *Mosella*, & reliqui minores omnes, non possunt dici principia & fontes *Rheni*, quia iste jam ante existit, antequam illi fluvii accedant. Rei autem prius existentis principium dici non potest id, quod longo intervallo post additur; ita nec rivi & torrentes inferiores superioris fluminis procul ab hinc existentis fontes esse possunt. Nec *Basileæ* interroganti, ubi Rhenus ibi præterfluens fontes suos habeat? vir sanæ mentis responderit, in *Suevia*, *Burgundia*, *Franconia*, *Westphalia*, *Belgio* & aliis locis, quia longè inferius flumina modo dicta in Rhenum influunt; *itaque inventis tot rivis, dicere non potes, te invenisse tot Rheni fontes*, ni asserere velis, Rhenum non esse Rhenum, nisi postquam omnes suos alveos ex infinitis suis fontibus collegerit. Quamdiu autem Rhenus est & vocatur, tam diu meritò quærere possum, ubi sit fons ejus & origo, donec ad caput ejus perveniam. Adeoque optima ratione, ubi flumen nascitur & incipit, fontem certum illi assignare possumus, non unde totus promanet, sed unde promanare incipiat. Eodem modo se habet Nilus & reliqua flumina omnia, *ubi nominis initium est, ibi est eorum fons.*

Contingere quidem potest, ut unus fluvius plures habeat fontes, videlicet cùm 12 è propinquo confluunt rivi, certo nomine carentes, eorum initia pro fontibus fluvii illius habenda, donec in unum alveum coeant, atque is certum nomen accipiat. Sic *Rhenus & Rhodanus*, ut diximus, binos habent fontes. *Nilus* itidem *duos* secundum P. Petrum Pays: *quinq;* verò secundum Gregorium meum quia tot rivi innominati concurrunt. Constituto igitur semel in alveo suo flumine aliquo, qui postea accedunt rivi, non fontes nec alvei, sed accessiones fluminis prioris & plerumque minores sunt, rarissimè majores, ut in *Danubio*, qui in Suevia superiore in pago Doneschingen Fürstenbergicæ ditionis, è fonte sat amplo, ut ipse vidi, erumpit, & adventanti fluvio sextuplo ferè majori die Priege dicto, nomen adimit, quasi in ultionem, quod maximi Europæ fluminis fontes recto quærentibus, nomen suum obscurum longè clariori cedere noluerit.

Porrò

(a) Isaaci Vossii dicto tractatu Cap. V. p. 16.

13 Porro flumina minora alveos facere unius magni ἄτοπον planè est, & usui Lib. I.c. 8.
hujus vocabuli repugnat. Quippe plures alvei de uno flumine nunquam aliter ac- N. LIX.
cipiuntur, quam si objectu insulæ cujusdam dividatur in diversa brachia, ut lo- & 60.
quuntur, non cùm alia extrinsecus accedunt. Quin concedamus, parva flumina alveos majorum vocari posse; negari tamen nequit, unumquemque suam propriam habere scaturiginem, i. e. fontem, quem si de flumine principali denominare & *fontem Nicri, Rheni fontem* vocare velles, ideò quòd in Rhenum influit, nonne te deridendum accolis omnibus præberes, qui id fortiter & quidem rectè negaturi, atque Rhenum procul abesse dicturi sint. Denique si hoc verum est, *tot fluvio fontes esse, quot sint rivi*, sequitur, flumina illa inferiora nullos habere fontes, cum sint fontes fluvii principalis. *Nicrus* enim & *Mœnus* non sunt *Rhenus*, si autem illorum fontes dici debeant *Rheni fontes*, illi fontibus carebunt, quod absurdum.

14 Similia ab arboribus & tegulis tectorum petita (quod bona illius pace dixerim) planè sunt incongrua; quia radices arboris in unam stirpem quasi æqualiter confluunt, non per intervalla, longo spatio distincta, ut flumina nascuntur. Si verò fingeres radicem aliquam præcipuam & longissimam, aliasque per intervalla accedentes, & singulis nomina dares, utique facilè indicare posses unam illam maximam, per quam affluit alimentum. Eodem modo in tecto imbrex optimè nomen habere posset, si tegulæ ita dispositæ essent, ut per pluta intervalla ex parvis imbricibus in majorem deflueret. Ad lacum vel stagnum quadrant ista similia, cui malè assignaveris fontem, cùm ex tot fluminibus tanquam torrentibus colligatur.

15 Quæ ideò fusiùs dicenda fuerunt, ne stolidos putemus, non quosdam, sed omnes *Geographos* qui certos fontes magnis fluminibus assignant: nec non *Reges & Principes*, qui Nili fontes quæsiverunt: nec tot *Historicos & Poëtas*, qui de illis non repertis vel non reperiendis scripsere: imò omnes universi Orbis populos, qui singulis fluminibus singulos assignant fontes.

1 N°. LX. An in Ægypto pluat?] Gregorius hoc loco scribit ግብጽ፡ እንተ፡ አልባቲ፡ ዝናም፡ *Ægyptus cui non est pluvia*; & sic communiter veterum Geographorum plerique. Tibullus:

Te propter nullos tellus tua postulat imbres
Arida nec pluvio supplicat herba Iovi.

Nimirum talis pluvia intelligenda est, quæ planis vel segetibus sufficiat. Sanè hybernis mensibus in Ægypto pluit, ut ex novissimis itinerariis & relatione MSS. *Pini* n. 53. 11. n.
supra citata constat, rarissimè quidem in superiore, sæpissimè in inferiore, nimirum *Alexandriæ*, aliisque maritimis locis, flante *Africo* (b): Cairi aliquoties, interdum per diem & noctem pluit; sed quò altior Ægyptus, eò rarior pluvia.

2 Eadem est ratio nubium, quæ in superiore Ægypto rariùs conspiciuntur. Tonitru vix semel in anno: Terræ motus rarenter & parùm sentiuntur. Audiamus *Thevenotium* sæpius à nobis allegatum (c)

Ce n'est pas a dire pour cela qu'il n'y pleuve point, comme plusieurs resveurs nous veulent faire accroire en Chrestiente, s'alambiquans l'esprit pour trouver les raisons d'un estre de raison, car il pleut fort en Alexandrie, & a Rossette aussi, mais au Caire, qui est plus haut, il y pleut moins, & toutesfois j'ay veu pleuvoir chaque année bien fort durant deux jours dans le mois de Decembre, & il y tonna en mesme temps, & le tonnerre tua un homme au chasteau, quoy que personne n'eust jamais entendu dire, que le tonnerre eut tué qui que ce soit au Caire.	*Attamen dici non potest quòd ibi non pluat, prout plurimi delìri scriptores id nobis persuadere conantur, sibimet caput turbantes de invenienda aliqua ratione hujus entis rationis. Quippe maximè pluit Alexandriæ ut & Rosettæ, verùm Cairi, cujus situs altior est, minùs pluit. Nihilominus quotannis multùm pluere vidi mense Decembri per duos dies: eodem tempore etiam tonuit, & fulminis ictu quidam in arce percussus fuit, cùm tamen antea inauditum fuerit aliquem Cairi hoc mortis genere periisse.*

3 Causas, quare in Ægypto tam raræ, in Æthiopiâ vero interiore tam densæ pluviæ cadant, apud *Kircherum in Oedipo* (d) ut & apud *Vossium* (e) reperies, quas legere & examinare, si lubet, poteris.

(b) *VVansleb. Relat. Ægypt. c. 3.* (c) P. II. c. 72. p. 493. in itin. Or. (d) *Syntagm. L. I. c. 7. p. 60.*
(e) *dicto lib. c. XI p. 32.*

L. I. c. 8. No. LXI. Exundationis Nili causa] Causam exundationis Nili 1
N. LXI. Æthiopiâ nunc probè cognitâ, neminem ampliùs latere puto. *Ath. Kircherus* ita
& 61. scribit: *Restat, ut de incremento Nili, tot scriptorum monumentis celebrato, a nemine verò omnino penetrato, dicamus; vires in hac quoque palæstra experturi, in qua adeo turpe non est ante victoriam deficere, ut doctissimus quisque in ea frustra ad hunc usque diem desudarit. Si ergo labemur, illud nobis continget, quod eruditissimis quibusq; erit commune.* Kircherus, ut aliàs sæpe, ita hîc parùm cautè loquitur, tanquam ardua aliqua disquisitione ad hanc rem opus esset; cùm tamen ipse mox subjiciat: Extra omnem dubitationem ponendum, vehementibus pluviis incrementa Nili augeri. Cur ergo veretur, ut ante victoriam deficiat aut labatur? Pergit & confundit quæ- 2
stionem de causis pluviarum, *sed inquit, quia ignoratur à quibus* [pluviis] *aut quomodo, nihil hactenus certi pronunciari potuit.* Atqui de causa proxima incrementi Nili jamdiu certi aliquid pronunciari potuit, ut mox audiemus; sed de remotâ, nempe causâ pluviarum, disputare hoc loco necessarium non est, cùm causas causarum inquirere exitum plerumque nullum habeat, & candidus Philosophus tandem fateri cogatur: *Non omnium rerum rationes reddi posse.*

Hîc tantùm docebimus multos veterum satis clarè scripsisse: *pluvias Æthiopiæ* 3
æstivas veram inundationis Nili causam esse. Id exploratores à *Ptolemæo Philadelpho*
L. XV. missi retulerunt. *Strabo* id minimè ambiguis verbis scribit ex Aristobulo:
p. 692. D. τῷ Νείλῳ μὲν ἐκ τῶν νοτίων ὄμβρων ἐστὶν ἡ πλήρωσις, h. e. *Nilo ex austrinis imbribus impletio contingit.* Idem *Lib. XVII.* p. 789 C. tradit:

Οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι στοχασμῷ τὸ πλέον, οἱ δ' ὕστερον αὐτόπται γενηθέντες ᾔσθοντο ὑπὸ ὄμβρων θερινῶν πληρούμενον τὸν Νεῖλον, τῆς Αἰθιοπίας τῆς ἄνω κλυζομένης, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς ἐσχάτοις ὄρεσι.	*Enim verò antiqui conjecturâ, recentiores autem visu ipso cognoverunt Nilum augeri quando superior Æthiopia imbribus æstivis perluitur, maxime in extremis ejus finibus.*

p. 790. A. Mox cùm de expeditione *Sesostris & Cambysis* in Æthiopiam *Meroën* usque loquitur, miratur, *tot occasionibus datis ignotam mansisse imbrium historiam illius temporis hominibus.* Θαυμαστὸν ἦν, inquit, πῶς ἐκ τῶν τοιούτων ἀφορμῶν, οὐ τελέως ἐναργὴς ἦν ἡ περὶ ὄμβρων ἱστορία τοῖς τότε. Quomodo nunc dici potest, quòd doctissimus quisque in hac re, oculis visibili & manibus palpabili, in hunc usque diem frustra desudarit? Plures autores in *Histo-*
L. 8. 17. l. i. *ria* nostra allegavimus. Habes & alios apud Clariss. *Vossium d. Lib. c. 20.*

His rationibus claris, imò certissimis, plerique scriptorum etiam usque ad hoc 4
seculum fidem non habuerunt, quòd illis incredibile videretur & naturæ contrarium, in æstate juges pluvias cadere, quæ tantam exundationem efficerent. *Joh. Baptista Ramusius* (f) *in dissertatione de causa exundationis Nili* ait: *Non si sà che ella sia determinata ne chiarita.* Id est: *Nescitur an* [causa] *nunc sit determinata & clare demonstrata.* De quo tamen nostro seculo gloriari possumus. Igitur alias rationes quærentes tam turpiter sese dederunt, ut magni Philosophi pueriliter planè de hac re loqui videantur. Sententias illas obsoletas hic referre nunc non vacat, legat qui vo-
c. 7. & 8. let *Wendel. de admirandis Nili*, ubi vanissimis quorundam argumentis latè respondet.

No. LXII. Etesiæ ἐτησίαι sc. ἄνεμοι *venti*, ab ἔτος *annus*. Sunt enim *anni-* 1
versarii venti, qui mensibus æstivis à Septentrionali plagâ latissimè furata continuo flatu spirant; ita tamen, ut nonnunquam *Eurum*, sed ut plurimum *Favonium* versùs declinent. *Statos æstivis flatibus dies*, *Tacitus* eos vocat, quorum flatu mare in Orientem navigantibus secundum est, ut idem loquitur. (*h*) Quem locum benè emendatum nobis edidit Theodotus Ryckius in novissima Taciti editione *Anni 1687.* Ex Oriente vero venientibus Etesiæ sunt adversi. Sic n. Cæsar: (i) Ipse necessariò Etesiis tenebatur, qui Alexandriâ navigantibus sunt adversissimi venti. *La più sicura Tramontana* Italis dicuntur, quasi ventum transmontanum diceres, à montibus qui Italiam & Germaniam interjacent. *Wansleben* (k) eos vocat: *Venti maestrali.* In Germa-

(f) Ad Hieron. Francastorum c. 1 (g) L. 4. Hist. c. 81. (h) Hist. L. 2. c. 98. 4.
(i) L. III. Belli Civil. (k) *In relat. de statu Ægypt. Ital P. 1. c. 4.*

Germanica descriptione Nord Nord Westwind / qui *Circius* Latinis & Θρασκίας L. I. c. 8.
Thrascias Græcis est. Addit: *Consulem Hollandicum Thyls* ventorum utiq; peritissi- N. LXII.
mum eos Cairi diligenter observavisse; Attamen Plinius eos *Aquilones* nominat. 65. & 64.
Hoc est, Nord Ost / vel Nord Nord Ost Winde / Africo contrarii. Quæ ita con- L. 18. c. 34.
ciliandaputo, quòd venti illi anniversarii semper quidem ex plaga Septentrionali, non autem ex uno semper angulo spirent sed, modò ad ortum, modò ad occasum & huc quidem communissimè declinent.

3 Quare rectissimè autor libri de mundo:

Οἱ ἐτησίαι λεγόμενοι μῖξιν ἔχοντες τῶν τε ἀπὸ τῆς ἄρκτου φερομένων καὶ ζεφύρων.	*Venti, qui Etesiæ dicuntur, mixturam habent cum illis, qui à Septentrione veniunt & cum Zephyris.*

Similiter Diodorus Lib. 1.

οὐ Βορέαι γὰρ οὐδ' ἀπαρκτίαι μόνοι, ἀλλὰ καὶ οἱ πνέοντες ἀπὸ τῆς θερινῆς δύσεως ἀργέσται κοινωνοῦσι τῆς τῶν ἐτησίων προσηγορίας.	*Non enim Aquilones neque Septentriones tantùm, sed etiam qui ab occasu æstivo flant Argestæ, participant de appellatione Etesiarum.*

Nord Westwinde Germanis & Belgis. Benè igitur Tacitus dicto loco *Etesiarum flatus in Orientem navigantibus secundos* narrat.

4 Lucanum equidem deceptum scribit Salmasius, quòd eos *Zephyros* vocet, ut:

- - - *Zephyros quoque vana vetustas*
His adscripsit aquis - - - - - -

Quia Zephyri à latere venientes cohibere non poterant Nili fluxum à meridie promanantem. Sed ut Poeta ob metrum defendi potest. Veteres enim ventos non secundum certas quasdam lineas dividebant, ut hodierni nautæ, sed cardinales latè accipiebant; sic apud Tacitum *Oriens hybernus* intelligitur, & apud Lucanum *Occasus æstivus*, qua ratione Etesiæ etiam à Poëtâ *Zephyri* dici potuerunt, quia de Zephyris latius sumtis aliquid participabant, ut jam modo ex Libro de Mundo docuimus.

5 Isti anniversarii venti, cum in Germania sint ignoti, non tantùm in trivialibus vocabulariis, sed & in probatis Lexicis ineptè redduntur: Die kühlen Lüfftlein im August Monat und Hundstagen / cum reddi oporteat die jährlichen beständigen Winde auff dem Mittel-Meer / so die Sommer-Monate durch / eine geraume Zeit blasen.

6 De duratione illorum quæstio superest. *Plinius* diebus *quadraginta* perflare dicit, & incipere sub initium mensis Julii. Ammian. Marcellinus dies illis quadraginta quinque tribuit. At *Wanslebius* loco suprà citato disertè scribit, quòd incipiant in Ægypto sub finem Junii, & durent usque ad dimidium Octobris? (quod spatium est *centum* & ampliùs dierum) idque se non solum anno 1664. sed & Consulem Hollandicum anno 1663. sedulò notavisse. Conciliationem rursus à differentia locorum petendam credo, ut spatium temporis *Plinii & Ammiani Marcellini* in Italiâ & vicino mari obtineat: *Wanslebii* verò in Ægypto. Lib. 22.

7 Fuere inter veteres, qui Etesiis causam exundationis Nili adscriberent, quos refellit *Herodotus* & *Seneca* (l). Incrementum ejus diurnum tantummodò inæquale Lib. II. reddunt, ut in *historia nostra* diximus.

I N°. LXIII. Ex nivibus solutis minimè augeri Nilum]

Anaxagoras inter vanas Nilotici incrementi causas etiam nives in Æthiopiæ jugis resolutas refert. *In qua opinione*, ut *Seneca* loco modò dicto scribit, *omnis vetustas fuit.* Non certè *Herodotus*, qui eam falsissimam dicit. *Æschylum*, *Sophoclem*, *Euripidem* d. lib. II.

2 hoc tradere, Seneca scribit, eosque rectè refutat. Nihilominus *Cardanus* (m) tam subtilis Philosophus (ut videri vult) ubi de Nilo agit, etiam nives solutas admiscet: *Nives imbresque incrementum fluminis præstare* scribit; cum tamen nives in Æthiopiâ vel nullæ vel rarissimæ sint. Sup. n. 39.

I N°. LXIV. Pauli Jovii verba de exundatione Nili]

Viri hujus autoritatem in rebus Habessinicis, quam tot scriptores sequuntur, in pro- §. 37.
legomenis nostris elevavimus. Hic tantùm verba ejus *L. 18. de exundatione Nili* insere- & seq.
mus

(l) *Nat. quæst. l. 4. c. 2.* (m) *De Subt. L. 2. p. 77.*

Lib. I. c. 8. mus, ut appareat, quantâ circumspectione relationes peregrinæ accipiendæ sint: si-
N. LXIV. mul ut cognoscatur hallucinatio ingenii humani in re quotidiana, qualis est fluminis
& 65. alicujus superstagnatio, quam quotannis aliquoties ex nimiis pluviis in omnibus terræ partibus contingere videmus. Quid non accidet miseris mortalibus in rebus divinis, in quibus plane cœcutimus, si eousque sapientiam nostram extendere ausi fuerimus.

Sup. n. 61. §. 1. Is igitur de inundatione Nili eodem fermè modô ut *P. Athanasius* loquitur. *De Nili incrementis ad subtilium studiorum ostentationem differere, & proferre causas audere, planè ambitiosum esse putaverim, quando hac illustrium Græcorum pariter & nostrorum ingenia, inani, ut arbitror, labore, jampridem exercuerint. Quis enim vel naturæ: vel cœli & terrarum opificis arcana, jure quodam curiosis mortalibus abscondita, rimatus est? Quis ingentes illas in ipsis terrarum visceribus cavernas, vel maximè vasti ingenii luminibus introspexit, quæ cuncta maria, per tantum ævi spatium tot incursu fluminum nusquam crescentia, perpetuo hauriunt & exsorbent?* [si ergo cavernas illas non introspexit, cur dicit, quòd mare hauriant, & absorbeant] *Quis denique subterraneorum anfractuum mensuras, certâ ratione deprehendit, quibus repletis universa exuberantis aquæ moles in apertum cælum per gibbosa montium evomatur? & ea quidem optimâ naturæ fide, quantum acceperit, irrequietâ dispensatione rependentis. Imbecillitatis profecto nostræ non meminimus, quum hac superba ingeniorum vastitate perscrutamur:* [& tamen ipse satis apertè, sed malè definite audet] *unde jam hoc totum rerum scientiæ nomen, tot vigiliis & sumtibus partum, profiteri dispudeat; postquam adeò pauca scire, & de singulis ambigere disputando confitemur. Verum Habessini hoc unum pro constanti certis conjecturis persuasum habent,* Nilum ex eliquatis nivibus quotannis augeri, *& pro ratione frigoris & caloris, prout natura indulsit ac imperavit, in varias exundationes excrescere &c.* Hæc P. Jovius. Quis talia apud celebrem Historicum legens, conficta esse putaret? nam supra omnem fidem est, *Petrum Æthiopem* (quô ille nititur) talia dixisse: vel tam impudenter in re quotidiana, quam melius scire poterat, mentitum esse. Si verò *Jovius* ex aliis Habessinis istud intellexit, credibile est, illum de allio, hos verò de cepis locutos fuisse. Sed transeamus ad alia. 2

N°. LXV. Nigrin, Nigritarum flumen, Nili sinistrum esse

Pr. §. 99. alveum] Citavimus hoc loco pro sententia nostra *Joh. Leonem Africanum*, qui laudatur à *Vossio*, (*n*) his verbis: *Hoc pro compertissimo affirmare audemus, quotquot hactenus de interioris Africæ gentibus scripsere, illas meras nobis obtrusisse fabulas, si unum excipias* Leonem Afrum, *qui tamen non tam longè progressus est, quam vulgo creditur: & in quo meritò istud requiras, quod non tam situm & positionem locorum, quàm mores & naturam gentium nobis tradiderit.* 1

Scaliger (*o*) *Opus ejus eximium* passim vocat, nec aliud in eo reprehendit, quàm quòd annos Christi cum annis Hegiræ non rectè computaverit. Elevatur ejus autoritas à viro docto, qui illi proprerea ignorantiâ & inscitiâ Geographiæ imputat (*p*), quòd scripserit: *Nigritarum regio, per quam Nilus fluere dicitur &c.* Nimirum Nilum Ægypti tantùm in mente habuit, de quo *Leo* non agit, sed de alveo ejus sinistro, qui per regionem Nigritarum reverâ fluit, ut mox docebimus. Quin id clarè dictum reperio in versione Italica (*q*): 2

Secondo che affermono i nostri Cosmographi; Il Niger e un ramo del Nilo, il quale si perde sotto la terra, ed ivi esce formando quel Lago.	*Prout affirmant nostri Cosmographi, Nιer est ramus seu brachium Nι, qui se terrâ condit & rursus exit Lacum illum efficiens.*

Et mox:

La terra de' Negri che è dove il Nilo passa. | *Regio Nigrorum, quam Nilus transit.*

Huic testi, tanquam viro in Africa multum diuque versato, & cum tot Afris ad emporia maxima confluentibus collocuto, plus fidei tribuendum esse puto, quam omnibus aliis Geographis, ex relationibus parùm fidis tabulas suas consarcinantibus; 3
prout

(*n*) *De Nili & alior. flum. orig. C. 20. p. 70.* (*o*) *De emend. temp. p. 137 d. & 70 c. d.* (*p*) *In dissertatione de Ecclesia Æthiopica c. 2. p. 8.* (*q*) Giov. Battista Ramusio. p. 1. c. iii Divisione di Africa.

prout in Chorographicâ Habessiniæ tabulâ factum, de qua exactissimum Vossii ju- L. I. c. 8. N. LXV.
dicium supra num. 35. §. 1. retulimus.

4 Idem Vir doctus in *Leone* reprehendit, quòd (r) *Æthiopiam nostram Africâ extermi-*
net. Verùm id facit secundum hypothesin priscorum Geographorum, quos ille se-
quitur. Sic enim *Plinius*: *Tota Gætulia ad flumen Nigrin, qui Africam ab Æthiopia* L. V. c. 4.
5 *dirimit.* Quo loco ignorantia illi exprobranda non est. Quippe veteres Geogra-
phi Africam non pro tertia Orbis parte, sed pro certâ istius partis regione habent,
quam postea Africam propriè dictam, vel Africam minorem vocaverunt. Deinceps
nomen hoc ad ingentem illam terræ partem extenderunt, ut supra n. 17 § 7. dictum.

6 Utique inter veteres de Africæ finibus multùm diuque disceptatum fuit, ut in *Stra-*
bone legere est: & nos supra (s) latè docuimus. Quæ verò *Leo Afer* de Nigri flumine
tradit, non quidem ex sua experientiâ, sed ex famâ magnâ habuit; eaq; sententiam &
7 conjecturam nostram confirmant, sic enim scribit: *Niger sumit suum ex quodam deser-*
to initium, quod Seu *apud illos dicitur, atque hoc ex Oriente. Alii volunt hunc fluvium*
suam habere ex quodam lacu scaturiginem, seseque Occidentem versus volvere, donec in
mare Oceanum delabitur. Porro affirmant nostri Cosmographi, Nigrin fluvium è Nilo
derivari, quem sub terra sese condere volunt, unde tandem hujusmodi lacus nasci videtur.
Et paulo post. *Advertendum autem est, quod (ut volunt nostri Cosmographi) ea Nigri-*
tarum regio, per quam Nilus fluere dicitur &c. At versio Italica, quam supra retulimus,
multò clarius loquitur.

[Extat inter opera *Joh. Bapt. Ramusii*, in quam linguam ex Arabica ipse Leo vertisse dici-
tur Opera sua. Sed non satis congruè Latinè versa sunt à *Johanne Floriano*, *Antverpiæ*
1556. Versioni igitur imputo, quæ hic illic parùm accuratè vel obscure sese habent.

8 *Livius Sanutus* in descriptione Africæ, Italicè edita sic habet: L. 8. p. 97.

Secondo affermano alcuni Cosmografi, pare
che questo fiume [de Nigri loquitur] non solo si
debba comparare col Nilo, ma sia un ramo pro-
prio d' esso Nilo; e benche habbia la sua fonte
dal Nilo lontana, nondimeno dicono che è pur
un ramo suo, il quale si perde per lungo tratto sot-
9 to la terra, & esce in quel deserto; poi formando
quel lago grande. Si legge essere di cio eviden-
tissimo segno, perche in un istesso tempo insie-
me col Nilo cresce ed inonda tutte le vicine
campagne, lequali esso con l' acque sue rende
fertilissime, e morbide, non altrimenti di quello
che fa nell' Egitto il Nilo, per giorni 40. cre-
scendo, e per giorni 40. scemando, ne piu ne
meno. Oltre che si sà di certezza ritrovarsi in
lui Cocodrili, Cavalli marini, ed altri animali,
sicome si ritrovano nel Nilo, &c.

Prout affirmant quidam Cosmographi, flumen hoc [Niger] non solum comparandum videtur cum Nilo, sed est ipsissimum illius brachium. Licet enim habeat fontem suum longè à Nilo distantem, nihilominus brachium ejus esse, sub terram intrans & rursus in deserto prorumpens, atque lacum illum magnum formans. Cujus rei signum evidentissimum id esse traditur, quod uno eodemque tempore cum Nilo crescat, & inundet vicinas regiones, quas aquâ sua reddit fertilissimas & fœcundissimas. Eodem planè modò ac Nilus facit in Ægypto; qui per quadraginta dies crescit, & per totidem dies decrescit, ita & hoc flumen nec plus nec minus. Ad hæc certissimum est, in eo quoque reperiri Crocodilos, Hippopotamos, aliaque animalia sicuti in Nilo.

10 Hæc debeo Clariss. *Jacobo Grandio* supra laudato; atque eadem sunt, quæ nos in Hi- N. 51. §. 13.
storia nostra de hoc flumine tradidimus, tot autoritatibus & argumentis suffulti.

11 [De fluvio *Nigri* quem vocat Rio *de Senega* multis loquitur *Cadamustus* in
editione Italica pag. 101. *Questo fiume, secondo che dicono gli huomini savii,*
e un Ramo del fiume Gion, che viene dal Paradiso terrestre. Scilicet!]

12 Postmodum monendus est lector, cum §. 73. hoc capite 8 Historiæ nostræ
dicimus: *Nomen* Nigris *non abludere à colore Nili, cum Hebræis & Græcis ipsis* Niger *vo-*
cetur. Non nomen, sed significationem vocum שיחור & Μέλας, quæ *Nigrum* signi-
ficant, innuere voluimus. Sententia hæc confirmatur etiam ab autoribus illis, qui
Nilum ex *Nigri* sive fonte sive flumine ortum habere scribunt; nam & hi confitentur
quòd Nigris sit pars Nili, seu ejus alveus, id enim, prout lubet, accipere poteris.
Si enim Nigrin pro principali flumine habeas, Nilus erit alveus Nigris, & vice
versa.

13 *Solinus* ait: *Omnis hæc plaga ab Æthiopia & terminis Asiæ Nigri flumine, qui Nilum* cap. 27.

(r) Tit. *Africa divisio.* Sub fin. (s) L. I. c. 1. n. 17. §. 1. & seq.

L.I. c. 8. *parte, ab Hiſpania fretô ſcinditur*, &c. tam confuſè loquitur. *Idem c. 30. Æthiopes &*
N.LXVI. *gentes Atlanticæ Nigri flumine dividuntur, quem Patrem putant Nili*; Sic *Salmaſius* cor-
rexit, cum tamen fateatur in omnibus legi, *quam partem putant Nili*, quod eodem re-
cidit. Fluvium enim in duos alveos æquales diſcedentem, utrum partem vel pa-
trem vocare malis, nihil refert. *Plinius de Nilo: Iterum arenis receptus, conditur rurſus* 14
XX. dierum deſertis ad proximos Æthiopas, atque ubi iterum ſenſerit hominem, proſilit fonte
(ut veriſimile eſt) illo, quem Nigrin vocavere. Idem Lib. VIII. cap. 21. ſcribit: *Apud He-*
ſperios Æthiopas fons eſt Nigris, ut plerique exiſtimavere, Nili caput, ut argumenta, quæ
diximus, perſuadent. Sed *Plinius* utrumque flumen confundit, & quæ mox apud il-
lum ſequuntur, ad verum Nilum ſpectant, qui in Ægyptum fluit. Præter Geogra- 15
phum Nubienſem, quem in Hiſtoria noſtra allegavimus, etiam alii Arabes duos Nilos
diſtinguunt, atque dextrum brachiū نيل مصر *Nilum Ægypti* vocant. Alferganus p.36.v.3.
p. 89. ad quem locum Golius in notis: *Eſt enim alius* نيل السودان *Nilus Nigrorum*, ſeu *Niger di-*
ctus. Quos unum eundemque eſſe amnem, duobus hiſce brachiis protenſum, demonſtrat Geographus
Nubienſis parte quarta Climatis primi. Hæc Golius. Iſta paulo prolixius pro confirmandâ
noſtrâ de Nigri ſententiâ dicenda fuerunt. Nunc ad quæſtionem haud minùs ar-
duam pergimus.

N°. LXVI. An Nilus diverti poſſit, ne in Ægyptum fluat?]

Nolumus hic repetere ea, quæ in Hiſtoria noſtra de hac quæſtione latè diſputavimus. 1
Hornius (*t*) de ea ſic diſſerit: *Sed hæc non niſi inanis & incredibilis fabula eſt. Quis*
enim credat, tam vaſtum flumen poſſe diverti à ſuo curſu? & pone, poſſe, non minori damno
afficeretur Æthiopia quàm Ægyptus, denique nihil eo terrore commotos fuiſſe Turcas, eventus
L.I. c.7. *docuit.* Tellezius de hac materia fuſè: Eam *valde fabuloſam & a veritate aberran-* 2
tem vocat, cùm exemplis tùm argumentis utens. Agnoſcit objici ſibi poſſe, quòd
Alphonſus Albuquerquius Nilum avertere, & ob id fœdus cum *Presbytero Iohanne* ferire
voluerit. Sed reſpondet: *Albuquerquium magis magnanimitatem ſuam, & animum*
metu vacuum, quàm rei naturam conſideraviſſe; ſicut olim Dictator Cæſar magnas res fa-
cere deſtinaverit, ut viam munire à mari ſupero per Apennini dorſum ad Tiberim uſque.

[Hoc malè *Tellezius* d.c. 7. p. 20. b. de *foſſâ* accepit, quâ *Tiberim* in *Adriaticum*
mare deducere voluerit.]

Verba ipſa ex Commentario *Albuquerquii*, quem filius ejus ex literis Patris, ad 3
Regem Emanuelem ſcriptis, collegit, (*u*) Lectori conſideranda proponemus, ex
Luſitanico ſermone à nobis verſa:

Duas res magnas Alphonſus Albuquerquius meditabatur, quas effectui daturus
erat, niſi morte præventus fuiſſet, vel potius, niſi Rex Emanuel ab inimicis ejus inſtiga-
tus ex Indiâ eum revocaſſet. Prima *erat*, perfodere montem valde exiguum, *qui por-*
rigitur juxta Nili *ripam in regione* Presbyteri Johannis, *ad derivandas aquas ejus ali-*
orſum, ita ut non irrigent agros Cairi. *Propterea multoties ſcripſerat ad Regem* Dn.
Emanuelem, *ut mitteret ſibi opifices ex inſula Madeyra, qui ſolebant fodere montes de-*
primendis foſſis, per quas irrigantur arundineta ſacchari, poſſe autem iſtud facile fieri,
quia Presbyter Johannes *id valde deſideret, & tamen rationem efficiendi iſtud neſciret.*
Et ſi hoc factum fuiſſet, (prout credo fieri potuiſſe, ſi Alphonſus Albuquerquius vixiſſet,)
regio Cairi *prorſus deſtructa fuiſſet. Nam ſi* Arabes *in deſertis inter* Canaam & Ca-
çaer *viventes, id præſtare poterant, ut interrumperent curſum Nili, quotiescunque ira-*
ſcebantur Magno Sultano, [Ægypti] *ut infra dicetur, quantò faciliùs id potuiſſet facere*
Albuquerquius, *ſubnixus auxilio* Presbyteri Johannis.

Altera *res magna fuit, quod voluerit expugnare* Meccam atque Medinam, *eas-* 4
que planè deſtruere, priusquam Sultanus ex Ægypto *ſuccurrere poſſet.* Quæ huc non
ſpectant. Paulo interius dicto loco & capite, cum de littore maris rubri Occidentali
agit: *Trium dierum iter in terra continenti eſſe*, ait, *usque ad Nilum. In iſta degere multos*
Arabes tam equites, quam pedites, qui cùm ſæpe lites haberent cum Sultano Ægypti, *ut ul-*
ciſcerentur injurias acceptas, rupiſſe nonnunquam alveum Nili, & diffudiſſe illum per val-
les

(*t*) *In Orbe Imperante. Sub Africa. Period.* 2. §. 2. (*u*) *Part.* 4. c. 7. 3. *Duas couſas grandes &c.*

les quasdam vastas suarum regionum. Sultanum *vero, ne tantum damnum Cairo inferrent* L. 1. c. 8.
(siquidem agri alii, alioquin a Nilo humefacti, inculti mansissent) aliquoties armis eos aggres- N. LXVI.
sum fuisse, aliquoties verò donis demulsisse, ut eos amicos sibi haberet, &c. Hucusque Al-
buquerquii filius.

5 Ad has circumstantias oportuisset Tellezium respondere, si conatus Albuquerquii vanos prædicare, & curioso Lectori satisfacere voluisset, dicitur enim: *quòd multoties scripserit ad Regem Emanuelem, ut mitteret opifices, i. e. metallarios, qui montes fodere & saxa rumpere nossent.* Verisimile verò non est, tantum virum tam vana ad Regem suum scripturum: aut sine rationibus idoneis tales operas petiturum fuisse, in nullum alium finem, quàm ut se, Regemque suum ludibrio irriti conatus exponeret. Feci quantum potui, ut per amicos literas hasce ex *Archivo Regio Lusitanico* obtinerem, quò rationes, quibus Albuquerquius usus fuit, ex illis cognoscerem; sed responsum mihi fuit, repositoria illa chartarum in pessimo statu esse, nec quicquam reperiri posse, quòd eo tempore, quô Castellani rerum potiebantur, omnia dispersa atque disjecta fuerint.

6 Porro, quæ de *Arabibus* narrantur, vel planè neganda fuissent, vel explicanda; apertè enim dicitur, *quòd diffundere potuerint Nilum.* Nos eam rem in medio relinquimus, quamvis non desint responsiones ad dubia *Hornii* & *Tellezii*; Scilicet non totum flumen, sed rivum tantùm modicum divertendum esse in arenas Æthiopiæ, ita ut ad justam magnitudinem sedecim palmorum Nilus in Ægypto non ascendat. Id enim sufficeret ad famem Ægypto inferendam. De reliquo sententiæ in Historia nostra expositæ tam diu insistimus, donec meliùs erudiamur. Utraque pars suos habet autores; cum *Tellezio* faciunt *Hornius* supra citatus, *Herovallius* in *extractu exiguo Hist. Æthiopicæ Tellezii*, Rothomagi *impresso Anno 1671.*

7 Pro alterâ sententiâ stant *Luis de Bavia* (x), *Iohannes Cantacuzenus* & filius *Al-* L. 4. c. 15.
buquerquii in commentario supra citato. Nugas *Vrretæ* (y) hîc non referemus. In-
ter alia stulta scribit: *Pontificem Romanum,* Menæ *Æthiopiæ Regi scripsisse, ut Nilum a-
verteret, neque curaret tributum seu pensionem annuam, quam à Turca acciperet, quæ sit
trecentorum millium aureorum.* Idem dicit: *El Turca le paga de tributo trezientos mil* pag. 366.
zequies de oro, a diez y seys reales cada uno; hîc quò minùs dubitemus, taxatò nobis
dat aureos Venetos, simulque allegat *Laurentium Ananiam* & sequens *Ariosti*
carmen:

Dizese que el Soldan Rey del Egypto
Al Senapo *tributa, y es sujeto,*
Porque en su mano està mucho, o poquito
Dar y quitar el Nilo sin respeto,
Y porque dexar pude pobre y afflito,
Y hambriento el Cairo, y Reyno.

Hoc est: *Sultanum Ægypti tributum Senapo* [sic vocat Regem Æthiopiæ] (z) *solvere, ne Cairum aversione Nili fame affligat.*

8 Idem laudat *Fr. Antonium d' Aranda Franciscanum, in descriptione Terræ Sanctæ, qui id ex Habessinis Hierosolymitanis* [videlicet monachis] acceperit. A quibus, ut puto, profecta sunt, quæ *Sandys Anglus* in suo Itinerario: *Bernardus Surius Belga* in descriptione Terræ Sanctæ hac de re memoraverunt.

Mich. Eitzinger, (a) cui credidit *Reinhardus Konig,* (b) crassam nobis fabu-
9 lam refert contrarii sensus: *Bellum inter Turcas & Habessinos Anno 1572. ideò exortum fuisse*, narrat, *quod isti Nilum nimis largiter ad submergendam totam Ægyptum immiserint.* Quasi faciliùs esset tantum flumen augere, quàm imminuere. Habet tamen & hæc sententia suos autores. *Iohannes Bermudes* scribit: *Davidem Æthiopiæ Regem à Rege Lusitaniæ fossores petiisse ad perfodiendum collem, ad exemplum* Eylale Belale *antecessoris sui, quò tam copiosè immitteretur Nilus, ut Ægyptum submerge-*

(x) Part. 3. *Hist. Pontif. in vita Gregorii XIII. c. 6.* (y) *L. 1. c. 28. p. 307.* (z) De quo infra Lib. II. c. 1. n. 4. (a) Part. prim. Paralip. Thesaur. (b) In Theatro Politico part. 1. c. 20. n. 141. p. 333.

L. I. c. 8. *mergeret.* Quæ tam abſurda ſunt, ut refutatione non egeant, nec quis ille *Eylale*
N. LXVI. *Belale* fuerit, fando unquam audivi.
67. & 68. *Wanslebius* à Duce Saxoniæ *ERNESTO* juſſus ſedulò in hanc rem inquirere, pri- 10
mo reſcripſit; *ſe nihil certi cognoſcere potuiſſe. Europæos in Ægypto habuiſſe hanc traditionem pro fabulâ ſimplicium Habeſſinorum, potentiam Regis ſui temere extollentium,*
prout videre eſt in *Relatione ejus Italica* (c). At in relatione ſecundi itineris de annis
1672. & 1673. quam 1677. Pariſiis Gallicè edidit, ſententiam ſuam plane mutavit,
pag. 61. Narrat enim: *Reperiſſe ſeſe Epiſtolam* Davidis Regis Æthiopiæ, *cognomento* Con-
ſtantini, *ſcriptam ad Regem Ægypti* *Abu-Seid Barcuk Anno martyrum 1193. ejusque*
apographum Arabicum ſe habere, in qua Rex Æthiopiæ Regi Ægypti ſemel atque iterum
minetur, ſe alio derivaturum curſum Nili, ut omnes incolæ Ægypti fame moriantur, niſi
ceſſaret vexare Chriſtianos Coptos, quos fratres ſuos vocat. Regem enim ſe jactare, quòd
hoc inventum à Deo acceperit, nulli anteceſſorum ſuorum revelatum.

Sed oportebat illum in re tam magni momenti epiſtolam integram inſerere, ſic 11
enim de ea lectores eo melius judicare potuiſſent. Tempus enim neutiquam qua-
drat, niſi in numeris mendum ſit. Si enim ad annos martyrum addas annos Chriſti
ducentos & octoginta tres, quibus æra Martyrum cœpit, prodibit annus Chriſti 1476.
quo tempore in Æthiopia regnavit *Alexander*, non verò *David* cognomento *Con-
ſtantinus*; de quo mihi nihil conſtat. Quomodo vero Rex ille jactare ſe potuit
anno Martyrum 1193. quòd hoc inventum à Deo accepetit? ſi jam ante quadringen-
tos circiter annos, tempore Michaelis Patriarchæ Alexandrini, *anno Martyr. 809.*
L. 3. c. 8. arte Regis Habaſſiæ Nilus præcluſus fuit, ne in Ægyptum flueret, ut *Elmacinus in*
p. 289. *Hiſtoria ſua Saracenica* memoriæ prodidit. Quam narrationem in Hiſtoria noſtra
l. 8. 60. Arabicè & Latinè retulimus, & ipſe Wanslebius eam novit & allegavit, quæ ſola illi
epiſtolam ſuam ſuſpectam reddere poterat.

N°. LXVII. De fluminibus Africæ in arena pereuntibus] 1
Frequentiſſimum hoc eſt in Africa, ut meritò ſcribat *Voſſius* (d). *E centum iſtic flu-*
minibus vix unus reperitur qui non aliquando exareſcat. Si qui vero ſint qui perpetuo flu-
ant, illi è longinquo adveniunt. Niſi enim e multis magnisque montibus magna fiat a-
quarum collectio, haud longè progrediuntur, cum tanta ſit ferventium arenarum ſitis, ut
etiam complures amnes poſt centum & plurium leucarum curſum penitus imbibantur & de-
ficiant, priusquam exeant in mare. Complures tales ſunt in regionibus quæ ſoli ſub- 2
jacent, & præcipue in Libya atque Æthiopia, qui a Leone Africano & aliis recenſentur.
In iis terris, quæ vulgo temperata vocantur, pauci admodum occurrunt, ac præter Chry-
ſorrhoam *vix eſt alius, qui dignus ſit memorari.*

N°. LXVIII. Sambation flumen] סמבטיון *Sambatjon* Rabbini 1
malè ſcribunt & pronunciant, quaſi neſcirent, quod nomen iſtud a שבת *Sabbato*
derivetur, q. d. *Sabbaticum flumen.* Dageſch reſolutum eſt in נ ſicuti ex Hebr.
אתתא fit Chaldaicè אנתא Syr. ܐܢܬ Æthiop. አንተ: *Anta* pro *Atta.* Sic Arab. انبا
Anba dicitur pro *Abba*; & ipſum vocabulum *Sabbat* Æthiopicè dicitur ሰንበት:
Sanbat, נ N. autem propter ſequentem labialem mutatum fuit in מ M. quod non
tantùm in Arabica, (ut Fullerus putat) (e) ſed & in Græca & aliis linguis paſſim
contingit, prout Germani pro Sabbats-Tag dicunt Sambats-Tag contractè
Sambſtag/ deinde mutatum fuit ש in ס ת in ט: contra naturam originis, ad-
ditâ terminatione Græca in ων, ut hybrida vox efficeretur. De fabuloſo hoc flu- 2
mine in Hiſtoria noſtra paucis egimus, quod illud Judæi terram *Preſtegani* præter-
fluere fabulentur, ideò hìc pleniùs de eo agendum.

In *Breſchith Rabba* Sect. LXXIII. ſequentia habent:

עשרת השבטים גלו לפניהם מן נהר סמבטיון | *Decem tribus in captivitatem miſſa ſunt ante eos, ultra fluvium Sambatjon.*

Et

(c) Part. 1. cap. 4 pag. 47. (d) *In ſæpe alleg. tractat.* cap. 7 pag. 20. (e) Miſcell. Sacra l. 1. cap. 9. p. 60.

Et sectione præcedente XI: L. 1. c. 8. LXVIII.

מושך אבנים כל ימות השבוע ובשבת הוא נח	Trahit lapides omnibus diebus hebdomadis, Sabbato verò quiescit.

Quidam ad lapides etiam addunt *arenam*, *lapidum nempe fratam*. *Rabbi Gedaliah* libro שלשלת tradit, *quod Deus circum decem illis tribus flumen hoc* [instar tossæ...] *duxerit.* Sed vel hoc insigne documentum est obstinationis Judæorum, qui, quamvis jam remotissima Asiæ loca satis cognita sint, talem tamen flumen in aliquo mundi angulo ultra hyperboreos fortassis montes dari, pro certo sibi persuasum habent, ne fidem Talmudi suo derogare cogantur.

3 Cùm aliquando Rabbinis eorum objecissem, quod nulli prorsus nuncii ex hac regione venirent, atque illi responsum solitum, de *natura fluminis id non permittente*, mihi dedissent; *Nihil obstare*, respondi, *quo minus Judæos variarum linguarum & regionum peritos usque ad ripam fluminis mitterent, assumtis pauperibus Christianis, quorum ministerio pro tabellariis uterentur, ut tempestuosum hoc flumen quieto Sabbati tempore trajicerent, atque à tribulibus suis literas referrent.* Prout hic Francofurti die Sabbati pro officiis servilibus domesticis egenos Christianos assumere solent, גוים corruptè Gohen eos vocantes. Sin minus, testimonia saltem fide dignorum hominum referrent, qui flumen ipsum viderint. Ad quæ non nisi frivolas responsiones dederunt. Tanta est illorum perversitas! Cæterùm de Judæis, suo imperio in Æthiopiâ quondam ulis, infra *additione post Num. 101.* pluribus dicendi locus erit.

4 Fabulam autem valdè veterem esse necesse est, tam longo tempore magis magisque auctam, instar globi nivalis, quem quo magis volutaveris, eò magis auxeris, donec veritatis celi solis radiis ictus liquescat. Nam *Jonathan Ben Uziel* (f) sic scribit: *Faciam mirabilia illis* Israelitis, *quo tempore proficiscentur in captivitatem ad flumina Babel.*

ואפיקינון מתמן ואשרינון כן לגיו לנהר סמבטיון:	Et efferam eos exinde, & habitare faciam ... ultra fluvium Sambatijon.

Et IV. Esræ. 13. 40. dicitur: *quod Salmanassar decem Tribus trans fluvium duxerit*; qui ita describitur, ut appareat *Sambationem* intelligi; dicit enim: *quòd Deus stare fecerit fluvium, donec transierint, & iterum staturus esset in extremis diebus.* En! fabulæ initium, progressum mox videbimus. Vide Librum Rabbinicum Meor Enaim. Cap. XIII.

5 Josephus fabularum gentis suæ strenuus propagator Lib. VII. ἁλώσεως (g) narrat: *Titum* (h) *Berytho Antiochiam profectum in itinere spectavisse fluvium inter Arcas & Raphanæam fluentem, cujus ab omnibus diebus mirac...lo siccus fit, septenis verò fluat, propterea Sabbaticum dici.* Contrarium tradit *Plinius* (i). *In Judæa rivum Sabbatis omnibus siccari.* Igitur crediderunt multi viri docti talem quodpiam flumen *Josephi, Plinii* ætate (quamvis adversis ubus descriptionibus) extitisse, & de nomine atque situ illius, tum non de natura atque causis defectus tanti miraculi solicite disquisiverunt, posteriorum tantùm Judæorum commenta de hoc fluvio damnantes.

6 At mihi totus fabulosus videtur iste fluvius, nec unquam uspiam terrarum extitisse; cujus rei sequentes habeo rationes.

1. ORIGO hujus narrationis FABULOSA est, quæ enim *Jonathan Ben Uziel* & autor *quarti Libri Esræ* narrant; videlicet, *quod flumen steterit, donec Israelitæ in captivitatem ab... irent*, falsissimum est. Non tantùm enim testimonio canonico & historico caret, sed & verisimile non est, Deum genti reprobatæ, & ad dispersionem damnatæ, miraculum tantum facere voluisse, quod omnes prudentes Christiani mecum agnoscent. Falsa igitur esse necesse est, quæ ex tam falso primordio deducuntur. Occasio fingendi desumta fuit a Jordane, qui stetit, donec Israelitæ in terram promissionis transirent. Sup. §. 4.

7 2. NARRATIONIS hujus in substantialibus *Variatio* falsitatis eam arguit. Nihil veteres illi autores modò citati de sex dierum sive fluxu sive quiete. *Josephus*

 autem

(f) In Paraphras. sua Chald. Exod. 4. c. (g) Cap. 13. in Græca & c. 24. in Latina editione.
(h) Vespasianum male habet Baronius An. XXXIII. §. 37. (i) Lib. XXXI. c. 2. Sect. 18.

L. I. c. 8. autem, ut paulo ante retulimus, *senis diebus illum siccari*, *& septenis fluere* tradidit.
LXVIII. Quod cùm repugnaret figmenti scopo, & universæ Rabbinorum Scholæ, (Σαββατίζειν enim, i. e. *quiescere* decebat istum fluvium, si *Sabbati* typum & nomen nobis repræsentare vellet, non moveri, & agitari) ideò Casaubonus (*k*) & Fullerus (*l*) valdè laboraverunt in corrigendo Josepho, textum ipsum & verba ejus immutantes & invertentes, (*m*) quo fluvium istum sex diebus currere & septimo demum quiescere facerent. Quandoquidem verò omnes codices Mss. consentiunt, tantaque corruptio & transpositio verborum in unâ periodo præsumenda non sit, credibile est Josephum ita scripsisse prout extat, & ipse audiverat. Quid autem miri, fabulas diversimodè referri & variari solere, prout unicuique verisimillimum videtur. Plinius pro fluvio *rivum* habet, & *In Iudæa Sabbatis omnibus siccari scribit*; quod scopo
d. loc. figmenti & fabulis Rabbinorum convenientius visum fuit eruditis. Sed sic quoque ab universâ Rabbinorum Scholâ discrepat, qui non rivum, sed flumen: non in *Iudæa*, sed in extremâ Asiâ: non Sabbato siccari, sed quietè fluere scribunt, cæteris verò diebus procellosum esse, saxa & arenam provolvere. adeò discrepant omnia.

Egregiè *Lightfoot* (*n*) de fluvio Sabbatico loquitur: *Veritatem historiæ in suspicionem inducunt variæ, & quidem contrariæ Historicorum relationes.* 8

Casaubonus dicto loco rem in medio relinquit: *Omnes Rabbini*, inquiens, *qui illius sive historiæ sive fabulæ mentionem faciunt*; &c.

pag. 61. *Nic. Fullerus* modo citatus scribit: *En quam bellè hæc inter se concinant, quam mirifico saltu, tanto terrarum tractu, totaltissimis montibus superatis Sabbaticus iste sive fluvius, sive rivus, à Mari mediterraneo ad Caspium, à Iudæa in Mediam, jam pridem pervenerit.* Et paulo post: *Dignissimum sanè flumen, quod ex putidissimis Rabbinorum profluat lacunis.*

Harduinus ad Plinium (o) de se nihil dicit; autores tamen allegat, qui verum flumen fuisse crediderunt.

Anonymus in Epistolâ ad Nihusium (p) ista conciliaturus, ait: *Fluvium Sabbaticum duplicem commemorari à scriptoribus non ignoras, quorum* uni sua constat autoritas, *alterum fabulis accensendum, nemo est qui dubitare possit.* Uni, inquit, sua constat autoritas. Sed quisnam est, & ubi fuit ille unus? Quinam illi scriptores sunt, qui *duplicem* nobis commemorant Sabbaticum amnem? Omnes de uno solo loquuntur: unum solum diversi diversimodè describunt; diversa verò descriptio unius rei rem non facit duplicem; pars autem narrationis fabulosa rem totam suspectam reddit, nisi autoritate idonea restabiliatur. 9

d. n. 37. 3. *Baronius* occasione fontis Siloæ, *Iosephi lectionem vulgatam retinet, & Plinium erroris arguit*, quem *Casaubonus & Fullerus* defendunt, ut paulo ante diximus. At 10
§ 7. frustrà contendimus in fabulis conciliandis. Josephi autoritas tanti non est, ut rei
Josephus controversæ fidem adstruere possit. Quam incondita & frigida est narratio istius
explosus. Historici, qui *Imperatoris Filium ad miraculum tanti momenti visendum ex itinere diversum* memorat, de successu silens. *Fluebatne flumen, an quiescebat, cum illuc veniret? Exspectabatne reliquos dies, ut experimentum certum ipse sumeret? an audiebat vicinos accolas narrantes, quæ ipse exspectare non poterat?* Adeóne incuriosus erat iste Historicus, ut rem sui temporis non diligentius indagaret, quô eventu peracta fuerit? Tantam rem nescire vel imperfectè scire, mihi perinde est. Genuinum nomen fluvii non nominat, quod facere illum oportebat, si boni Historici munere fungi vellet, nam *Sabbaticus* epitheton tantùm est. Sed estne credibile, (si vera scripsit Josephus de tam miraculoso flumine in finibus Judææ existente) Judæos istius oblituros, & alium in extrema Asia ultra hyperboreos montes confictūros fuisse.

4. Pli-

(k) Exercit. XV n. 20. *ad Ann. Baronii XXXIII. n. 37.* (l) *Miscell. Sac. l. 1. c. 9 p. 58.* (m) Trajectione videlicet, nec non omissione, & additione, ut Fullerus de Casaubono dicit dicto loco p. 59. Sed hoc pacto ex albo nigrum facere possumus. Quotquot autem post hos duos Criticos Josephum allegant viri doctissimi, correctionem hanc minimè attendunt. Buxtorfius, Schindlerus, Lightfoot, Holstenius, Colomesius, & alii. (n) In Decade chorographicâ Marco præmissa § V. in fin. (o) L. XXXI. Sect. ix. n. 13. (p) Reperitur post Epistolam Lucæ Holstenii ad eundem de eadem re, inter *symmicta* Leon. Allatii, p. 443.

11 4. Plinius, autor non Judaicus, me aliquamdiu fateor, ſuſpenſum tenuit. At L. l. c. 8.
cùm meminiſſem à ſummo illo viro multa promiſcuè collecta fuiſſe, quæ, utut indi- LXVIII.
gna fide, ſæpè tamen cruda & indigeſta in ejus operibus remanſerint,

[Cujus generis plurima de monſtrificis animalium hominumque effigiebus, Lib. VI. c. 2. & c. 30. & alibi reperiuntur. Ubi gentes ſine naribus, ſine linguis, quadrupedes ſine auribus, & ſimilia ex aliorum relatione narrat.]

illi hac in re non plus fidei quàm Judæis ipſis tribuere potui, à quibus fabulam hanc acceperat, attamen à communi traditione diſcrepantem; Rectiſſimè Buxtorfius (*q*) locum Plinii allegans, addit: *Putavit in Judæa eſſe, quòd Judæos ad iſtum fluvium habitare, & ab iſtis hanc hiſtoriam profectam, didicerat, & nimis cupidè crediderat.* Non dixerim Plinium omnia crediſſe, quæ fabuloſa in ſua hiſtoria habet, ſed cuncta prout reperit vel audivit, excerpſiſſe, animô & ſpe illa vel elaborandi & digerendi, vel, an vera vel falſa ſint, lectorum judicio relinquendi; ut ex Plinii Junioris (*r*) narratione colligere licet.

12 5. Cardanus, in reddenda rei falſæ cauſa nimis intempeſtivè ſubtilis, de hoc L. 2. in fin.
fluvio ſcribit: *Relatum ad religionem à rudi & credulâ plebe, quod cauſâ naturali conſtat: nam tantum aquarum cogebatur, ut in ſex dies ſufficeret, ſeptima non ſufficeret.* Oportebat bonum Cardanum continuare ſubtilitatem ſuam, & rudi atque credulæ plebi oſtendere: *Quis ſeptenis diebus tantum aquarum cogeret, & fontem interim obſtrueret, ut non niſi primâ hebdomadis die rurſus erumperet, ſenisque diebus ſufficeret, idque conſtanti viciſſitudine per multos annos continuaret.*

13 6. Neque de loco & ſitu conſentiunt ſcriptores. A *primis illius inventoribus* ſupra nominatis *Sambation* inter flumina Babylonica refertur, trans quæ Salmanaſſar decem tribus transpoſuerit. *Joſephus* eum terminum facit Palæſtinæ Syriam verſus. *Plinius* cum in ipſa Judæa collocat; at *hodierni Judæi* illum in extremam Aſiam, & ultra hyperboreos montes, quò minus fabula detegatur, relegaverunt.

14 7. Nullus *veterum Geographorum*, quibus Syria & Palæſtina erant notiſſimæ, veluti *Strabo*, *Ptolemæus* &c. talis miraculoſi fluminis, quod exiſtat, vel unquam extiterit, mentionem fecit. Scio ſimplex argumentum, ab autoritate negativum, nullius ponderis eſſe; accedentibus tamen aliis momentoſis conjecturis & indiciis vim ſuam meritò habet.

15 8. Cùm igitur hodiè talis fluvius in toto Orbe non extet, ſunt qui eum defeciſſe
putent, fortaſsè ſtatim poſt Hieroſolymam exciſam. Sic enim Anonymus in *Epi-* §. 8.
ſtola ad Nihuſium ſupra allegata: *Defeciſſe autem ſive ipſum fluvium, ſive potius miraculum illud jam ante multa ſecula, ac fortaſſe ſtatim poſt exciſam Hieroſolymam, id indicio eſt, quod nemo poſteriorum, ac ne recentiorum quidem, ejus tanquam ſibi viſi meminerit.*
Majolus cauſam retulit *ad exciſam Judæorum Politiam, cum quâ fluvius quoque ille, Sab-*
bati index, defecerit. Scilicet id vulgo Philoſophorum moris, rerum cauſas quære- N. 53. §. 24.
re, antequàm de veritate facti conſtet. Sed ea conjectura mihi vaniſſima videtur. N. 43. §. 2.
Cur Deus tantùm naturæ miraculum, Sabbati & conſequenter creationis indicium, Sup. §. 11.
tunc ceſſare feciſſet? Siquidem ſublatâ lege ceremoniali, non ſublatæ ſunt ſeptimi diei feriæ cum ſolenni memoriâ creationis. Quamobrem nunquam extitiſſe, quàm defeciſſe, tutiùs aſſerendum cenſeo.

16 Quæ cùm ita ſint, Viri illi docti, quos ſupra nominavimus, fabulæ huic conciliandæ fruſtra inſudant, rei falſæ verum nomen quærentes. Maimonides *Gozan* eſſe putavit, cum tamen *Gozan* non ſit flumen, ſed regio, ut rectè monet *Holſtenius*, (*s*) qui נהר גוזן exponit *fluvium Gauzanitidis*. At per Joſephi fluvium Sabbaticum *Eleutherum* intelligi putat; qui, ſi Geographorum tabulis fides, inter *Arcas* & *Raphaneam*

(*q*) In Lexico ſuo Chaldaico in rad. שבט pag. 142?.
(*r*) Lib. III. Ep. 5. ait: *Liber legebatur, adnotabatur, excerpebaturq; Nihil enim unquam legit, quod non excerperet.* Ergo libros bonos & malos promiſcuè excepiſſe, ſuo tempore digeſturus, id enim de viro tanti judicii præſumendum. (*s*) In Epiſtola ad Berthold. Nihuſium de hoc flumine. At neſcio cur in fine dicat: *Plinium autoribus Joſepho antiquioribus uſum.* Obiit enim Plinius anno Titi primo, Urbis 831. Ita toto Veſpaſiani principatu vixit, quo & Joſephus. Ergo fama eodem tempore, ſed diverſa, ad utrumque venit. Vide Harduini notas ad epiſt. Plin. II. Lib 3. c. 5. not. o. 10.

Lib. l. c. 8. *næsm* (locos à Josepho indicatos) fluat. Quæ diu ante Holstenium Nicola, Fulleri quoque mens fuit. (*t*) Sed frustra operæ pretium putat vir doctus, ut hoc tempore investigetur: *Num rivus aliquis parvus in Eleutherum influens adhuc hodie detur?*
LXVIII. Interim miseri Judæi fabulâ istâ se pascunt, & spurias de eâ proferunt literas. *Hottingerus* (u) meminit epistolæ *Isaacs Alkarischi*, quam à Buxtorfio acceperit, in qua, cùm de natura fluminis, tùm de Judæis trans illum degentibus aliquàm multa reperiantur, scilicet multò fabulosiora. 17

Ineptam *Preste Iohannis* è regno Judæorum *epistolam ad Papam Romanum* Judæi habent, in qua sequentia deblaterant: 18

ודעו כי מזה הים של אבנים בא נהר אחד שיוצא מגן עדן והולך בינינו ובין הארץ הגדולה של המלך הגדול דניאל מלך היהודים · וזה הנהר הולך כל ימי השבוע ובשבת אינו זז ממקומו עד יום ראשון ששב לאיתני :	*Praterea scitote, quod ab isto mari lapidum* [quod in præced. describit] *oritur fluvius, qui egreditur ex horto* Eden, *& decurrit inter nos & inter terram magnam Regis potentissimi* Danielis, Regis Judæorum. *Iste fluvius singulis diebus septimanæ fluit, sed in Sabbato non movetur de loco suo usq; ad primum diem, quo revertitur ad cursum suum.*

[Plura qui volet, videat *Petrum Galatinum* de Arcanis Christianæ veritatis Lib. II. c. 9. *Eliam* in Lexico suo, cui *Thisbi* titulum fecit, in voce *Sambation*. *Manassen Ben Israel* in Conciliatore ad Exod. qu. 36. *Lexicographos* communiter sub radice סבט vel בזן; privatim Buxtorfium in Lex. Chaldaico qui epistolam supra relatam habet, & pag. 1421. addit: Hæc omnia *fabulosa esse docet Paulus Fagius in Deut. 31. Paraphrasis Chaldaica. Adrichomius Descript. Terræ S.*]

Sed nec hîc fabularum finis. *Montem* quoque *Sabbaticum* Σαββατιον dictum, ex quo Sambation promanat, effinxit Geographus quidam Anonymus Bibliothecæ Regis Galliæ, quem excerpsit *Gilbertus Gaulminus* (x). Allegat eundem, & procul dubio ipse inspexit in dictâ Bibliothecâ Paulus Colomesius in suis Cimeliis litera- 19
cap. 25. riis, ubi de flumine hoc agit, verissimè dicens, *verba Geographi:* μὴ κινεῖσθαι . ποταμὸν ἐν σαββάτῳ *contrariari Iosepho.* Imò communi Judæorum opinioni; quod ipsum & Casaubonus & Fullerus agnoscunt.

Cunæi judicium. Ista postquam conscripseram, incidi in *Petri Cunæi Librum de Republ. Hebræorum*, quem, cùm mecum consentire, & Plinii, Josephique autoritatem, (quæ apud multos viros claros hucusque valuit) prorsus spernere deprehenderem, operæ pretium 20
L. II. c. 24. putavi verba ipsius propria hic exscribere; Is de amne Sabbatico sic loquitur: *Sabbati sacrum otium videtur ipsa natura, optima rerum mater, approbavisse, si fidem Plinio habemus, qui* in Judæa rivum quendam *ait* Sabbatis omnibus siccari. *Sed ignoscat nobis Plinius. Nunquam hoc credere potui.*

- - - - Sum paulo infirmior, unus
Multorum. - - - - - - - -

Quid tamen Romanum scriptorem deceperit, expediam. Iudæi jam olim somniarunt, &c. Hic recenset veterem illam fabulam de decem Israelitarum tribubus ultra Sambationem relegatis, & pergit: *Non potuit magis traducere se Plinius, quàm cùm tàm futile Iudæorum commentum arripuit tam avidè.* Pictoribus Poëtisque quidlibet audendi potestatem esse, *Flaccus dixit. Rectè hercle. Sed Iudæos addi volo, qui non ex decoro neque pudenter, sed sola animi libidine mentiuntur, quæ dissona & ridicula sunt, hanc unam ob causam, ut mentiantur. Neque movet me, quod R. Moses Ben Maimon, quem merito laudibus in cælo locavimus, fluvium hunc esse* Gozan, *ait. Nos & illum delirasse asserimus, & unà Iosephum quoque in ordinem redigimus, qui in* libro VII. ἁλώσεως, in cap. XIII. *quædam contraria quidem supra dictis, sed tamen æquè portentosa refert. Sanè quidem Plinio non semel sic decipi ab illis contigit. Pleraque enim, quæ in eodem capite memorat de fontibus, fluviisque, & de aquis, ejusdem levitatis sunt. Rerum incredibilium atque inusitatarum narrationem in* Julio Obsequente, *non in* Plinio, *summo* 21 22

(t) In Miscell. sacris loco supra citato. (u) In Topographia Ecclesiæ cap. V. p. 126. (x) In notis ad Mich. Psellum de Operatione Dæmonum p. 74.

summo historiarum scriptore, toleramus; Raró solitum modum egreditur natura. Mi- L. 1. c. 9.
racula creduntur faciliùs, quàm fiunt. Hæc Cunæus. Sed nos de Plinio sententiam N. LXIX.
nostram supra exposuimus. §. 11. & LXX.

COMMENTARIUS

AD LIB. I. CAP. IX.

N°. LXIX. ጤፍ: Tef. Seminium apud Habessinos
1 minutissimum, & tamen panificio utilissimum] Hoc vocat *Alva-*
rezius (y) *Taffo de Guza*, idque in magno pretio esse ait, cùm ob bonum saporem,
2 tùm quòd à vermibus sicut frumentum & alia legumina non arrodatur. *Tellezius* L. I. c. 13.
sic describit: *Magnam copiam habent seminis cujusdam nomine* Tef, *quod ordinarium ali-* p. 34. b.
mentum est istarum regionum, ubi ubertim provenit, & sufficienter alit. Sed adeò mi-
nutum est, ut unum solum granum Sinapi *continere possit decem granula* Tefi, *licet sint*
longiuscula, tenuissima tamen & subtilissima.
3 Botanicos diversos consului, sed à nemine adhuc nomen Græcum vel Latinum
istius seminis cognoscere potui. Equidem *Sesamum* esse suspicati sunt aliqui, sed
parum appositè.
1 N°. LXX. De Psyllis veneno medentibus] Notissimum fuit istud
hominum genus priscis, qui crediderunt, quòd virtute quadam ingenita ictus ser-
pentum contactu levare, & manu imposita venena extrahere potuerint, ut *Plinius* de
Ophiogenibus loquitur Lib. VII. c. 2. qui ibidem de Psyllis scribit: *Horum corpori in-*
genitum fuit virus exitiale serpentibus, & cujus odore sopirent eas. At fabula, *quòd*
liberos genitos protinus serpentibus objiciant pudicitiam conjugum experiendi causa; quam,
licet multi autores unus ex alio exscripserint, refellere nunc non vacat; uti nec ea, quæ L. 5. c. 27.
Corn. Celsus de Psyllis parum consentanea habet. Alioquin Plinius *olfactu Psyllo-* L. 8. c. 25.
rum serpentes fugari tradit. Profectò non corporum sed herbarum quas penes se- L. 28. c. 3.
se habuerunt.
Juxta Cyrenaicam in Africâ coluere populi isti. *Strabo* Τὺς ψύλλυς τὺς πρὸς τῇ Lib. 17.
Κυρηναίᾳ φυσικήν τινα ἀντιπάθειαν ἔχειν πρὸς τὰ ἑρπετὰ &c. *Psyllos juxta Cyrenaicam colentes natu-* p. 814.
ralem quandam antipathiam possidere contra reptilia. Sed internecione propè sublatam
hanc gentem à Nasamonibus *Plinius* narrat, ut pauci illius tempore superfuerint.
2 Eandem virtutem etiam aliis populis veteres olim attribueruut: *Ophiogenibus*, ut
modo dictum: *Strabo* & *Marsis*; de quibus *Plinius*: *Simile & in Italia Marsorum ge-* Lib. 13.
nus durat, quos à Circes filio ortos ferunt, & ideo inesse iis vim naturalem eam. d. L. 7. c. 2. p. 588.
3 Notior est *Cleopatræ* historia quàm ut multis hîc referatur. Quia aspidis morsu
periisse putabatur, *Augustus* Psyllos ei admovit, qui venenum ac virus exsugerent; te-
ste *Suetonio* in Augusto c. 17. & *Dione* L. 51. Obiter hîc notandum, quia jam tùm il-
lo tempore dubitatum fuit, quo veneno *Cleopatra* absque ullo ferè dolore exspirave-
rit? mihi videri: *Anguium volatilium.* De quibus Solinus c. 32. *Eorum tàm citum*
virus est, ut morsum ante mors quam dolor insequatur. Mela *venenum præsens: mali-*
gnans Ammianus *vocat*; Idque Cleopatram minimè latuit. Cujus mortem paulò
aliter refert *Eutychius in Annalibus Alexandrinis.* Sed iste Græcis & Latinis Histo-
ricis meliùs scire non potuit; eum igitur non moramur.
4 Sententiam meam in Hist. mea exposui, quòd non Psyllorum naturæ, sed her-
bæ Africanæ, Habessinis *Assazoë* dictæ, virtus ista tribuenda sit. Ipsa *Tellezii* verba
Latinè versa referemus: *Alia datur in Habassia herba, quam* Assazoe *vocant, quæ tam*
efficax est contra venena, ut angues venenatissimi, *qui illam tangunt, maneant tanquam*
S *stupidi*

(y) In itinerario suo Æthiopico, versione Gallicâ c. 21. Germ. c. 19.

L. I. c. 9. *ſtupidi & attonitti. Et quod maximè ſtupendum, etiam umbra hujus herbæ ſufficit, ut*
N. LXX. *maneant non tantùm perterrefacti, ſed planè quaſi enecti, qualeſcunque fuerint ſerpentes. Vt ſicut umbra* S. Petri *ſalutem afferebat ægrotis gratiâ miraculoſâ, ita herba hæc venenum elevat virtute naturali. Et ſi quis comederit radicem hujus herbæ, multos annos virtutem hanc ſervat, ut inter plurimos ſerpentes virulentos ſecurus incedere poſſit, ſine metu ullius mali; imò quaſi victorioſus, ut ſolummodò umbrâ ſuâ illos relinquat tanquam ſomno torpidos.*

Scribunt Patres noſtri, quod ſæpius viderint Habeſſinos iſtas radices mandentes, 5 *qui non dubitaverint capere viperas venenatiſſimas, & tractare manibus tanquam eſſent anguillæ, & circumdare eas collo, eô modô, quô Poëta de* Regina Amata *canit Æneid. 7. v. 351.*

- - - - - - - - fit tortile collo
aurum ingens coluber - - - - - -

Et occidere illos cum luberet; ſicuti de Hercule narrant Poëtæ, quòd duos ſerpentes adhuc in cunis jacens manibus compreſſerit. Virgil. L. 8. Æneid.

- - - - - - - ut prima novercæ
monſtra manu geminosque premens eliſerit angues.

Veteres, ut videtur, notitiam habuerunt hujus aut ſimilium herbarum; Virgi- 6 lius *enim loquitur de aliquo, qui herbis medicinalibus ſopiebat viperas & quaſi conſtringebat ſerpentes.* Æneid L. 7. v. 753.

Vipereo generi & graviter ſpirantibus hydris
Spargere qui ſomnos cantuque manuque ſolebat.
Mulcebatque iras, & morſus arte levabat.
[Tellezius legit: cantuque herbiſque ſolebat]

Et mox v. 758.

Et Marſis quæſitæ in montibus herbæ. Hæc *Tellezius.*

Rectè Poëta herbis illam virtutem tribuendam cenſuit, quam occultabant populi illi, ſibique naturalem ſimulabant, ne, remediô cogniô, alii lucrum ſibi præriperent. Enimverò ſerpentes olfactu, non corporum, ſed herbarum, quas Pſylli ſecum habebant, velut deliquium quoddam patiebantur.

Cl. I. P. 3. p. 16. Talem virtutem plantæ Africanæ ineſſe, etiam Geographus Nubienſis teſtatur, 7 quanquam lignum non herbam vocet:

وينبت في ارض كوكو العود المسمي
بعود الحية ومن خاصته انه اذا وضع علي
جحر الحية خرجت اليه مسرعة * ثم ان
ماسك هذا العود ياخذ من الحيات ما
شاء بيده من غير ان يدركه شي من
الجزع * ويجد في نفسه قوة عند اخذها *
والصحيح عند اهل الغرب الاقصي اهل
وارگلان ان ذلك العود اذا امسكه
ماسك بيده او علقه في عنقه لم تقربه
حية البة (ſic corrige) وهذا مشهور *

Et creſcit in terra Cucu (ſic legit interpres, forſan melius Quaqua) *lignum, cognominatum lignum ſerpentinum, de cujus proprietate eſt, cum poſitum fuerit ſuper caverna ſerpentis* [ut] *egrediatur ad illud citiſſimè. Deinde cùm* [quis] *tenuerit hoc lignum, comprehendet e ſerpentibus, quos voluerit manu ſuâ, ita ut non noceat illi quicquam. Imò ſentiet penes ſe audaciam ad comprehendendos illos. Et veriſſimum eſt, apud populos occidentis remotiores & populum* Wareklani, *quòd, hoc lignum ſi tenuerit quis manu aut appenderit collo ſuo, non accedet ſerpens ad eum, & hoc vulgò notiſſimum eſt.*

Ad literam iſta reddidimus, partim ex verſione *Gabrielis Sionitæ* & *Iohannis Heſronitæ,* quæ tamen nobis hîc illic valdè imperfecta videtur.

Idem lignum putaverim eſſe quod Luſitani eâdem appellatione *Pao de Cobra* 8 i. e. *Lignum Serpentinum* vocant. Amarum & bonum contra febrim eſſe ſcribit *Dapperus in Africa ſua* (z) quamvis appellatio illa mihi potiùs convenire videatur cum ligno, quod *Moffriſſaſonho* Luſitani vocant.

Crediderim fraude uſos vererum ψυλλῶν id eſt, ſerpentum incantatores, qui ta- 9 les plantas in ſinu gerentes, videri volebant cantu ſuo ſerpentes ſopire poſſe, ut ab inquiſitione veri remedii homines mirabundos averterent. Quamvis non negaverim alios, naturalis iſtius virtutis expertes, magica arte idem tentaviſſe; de quibus *Pſalmiſta Ps. 58. 5.*

(z) *Tit. Angola pag. 580,*

Cætero-

10 Cæteroquin nihil frequentius, quàm incauram plebem in cognitione causa- L. I. c. 9.
rum graviter errare. Memini me in pueritiâ meâ condiscipulos meos tali ferè modô N. LXXI.
delusisse, cùm in piscinâ patris mei ranis & cochleis truttas, fistulâ prius canens, pa-
scere vellem, eas illi ad talem sonum congregari putabant, & per urbem ut rem
singularem narrabant: *truttas fistula cantu delectari, ut quondam Delphini Arionis citha-
râ.* Quum tamen pisces illi sua sponte convenirent, ubi me stantem viderent, pabu-
lum exspectantes.

1 N°. LXXI. Cur Habessini vinum facere non possint, cùm
tamen præstantissimas uvas habeant.] Non tantùm in Habessiniâ, sed
& in omni Zonâ torrida vinum fieri non posse, quamvis uvas optimas habeant, *Ruper-
tus Princeps Palatinus Electori Moguntino Ioh. Philippo* narravit, ex cujus ore id accepi.
Causa ubique eadem est; nimirum nimius æstus solis, qui mustum acore cito corrum-
pit, quod nos in Thuringia vocamus Wahnsauer werden. Consultus à me *D.
Martinus Hartmannus* (a) his verbis respondit: *Non tantùm propter æstum, sed & ni-
miam uvarum dulcedinem fermentatio ritè fieri non potest. Etenim ad fermentationem
legitimam non tantùm requiritur materia ad fermentandum apta, i. e. particulæ non ni-
mis crudæ, nec nimis maturæ, sed & aër temperatus, nempe non nimis calidus, nec nimis
frigidus. Ille enim fermentationes præcipitat: hic planè impedit. Quoad materiam i-
psam, particulas illas oportet esse heterogeneas, ut fermentatio peragatur; si homogeneæ
sint, sicut in perfectè maturis uvis contingit, fermentatio fieri nequit, imò quamvis ali-
quid heterogenei in uvis retineatur, fervor tamen aëris fermentationem præcipitando,
vinum corrumpit, uti videmus tempore æstatis fermentationes calidas & præcipites cerevi-
siam corrumpere, & hyemali tempore, si frigus nimium sit, plane non fermentare. Si igitur
Habessini uvas legerent, antequam ad summam maturitatem pervenirent, easque in locum
subterraneum temperatū deferrent, dubium non est, quin vinum optimū inde habituri sint.*
2 Sanè hoc facillimum factu esset; rupes enim habent, ut in *Historia* nostrâ dixi- 2. 5. 10.
mus, quas in modum templorum excavare possunt, quidni etiam pro torcularibus
& cellis vinariis? atque hoc bonum consilium bonæ huic nationi damus, ne vino *in* Consiliū
sanctissimo Sacræ Cœnæ usu egeant: neque defectum liquoris tàm salutaris tamque vini fa-
necessarii miserabilibus artibus supplere cogantur. De quibus infra in Commenta- ciendi.
rio nostro agemus. Posse igitur vinum etiam ultra Tropicum Cancri in Zonâ tor 3. 6. n. 58.
rida fieri, nullatenus dubitamus. Nam & in ea regiones temperatas dari, supra latè I. 5. n. 36.
docuimus, & vinum optimum in Meroë, quæ Æthiopiæ propriè dictæ caput est, olim
3 crevisse, veteres testantur (b). Hartmanni dicta conveniunt cum iis, quæ insignis
Medicus Anglus *Thomas Willis* in tractatu suo *de Fermentatione*, quatenus in artifi-
cialibus peragitur cap. VI. docet. Res eò redit, & nimiam uvarum maturitatem, &
simul æstum illarum regionum fermentationem impedire. Sola n. maturitas uva-
rum in his regionibus fermentationi non obstat, uti exempla anni 1631. ubi propter
bellum: & anni 1666. ubi propter pestem uvæ usque in Novembrem & Decembrem
in vitibus perpenderunt, docent; ex quibus tamen generosissimum atque dul-
cissimum vinum expressum fuit.

N°. LXXII. דוראים Dudaim in Genesi esse fructum præcel-
1 lentissimum موز Mauz vel Musa Arabicè dictum] Vox Dudaim est
una *ἐκ τῶν ἅπαξ ἢ δὶς λεγομένων ex semel vel bis dictis* in S. Scriptura. Voces dantur,
שלא נמצא להם חבר *quibus non reperitur socia*, (ut Rabbini loquuntur) quarum signi-
ficatio plerumque est incerta. Quo casu Interpretes ex circumstantiis & conjectu-
ris: vel ex aliis linguis Orientalibus veram significationem indagare solent, ut *infra
n. 106.* hujus libri pluribus dicetur. Reperitur duobus tantùm in locis Sacræ Scri-
pturæ. Primò *Gen. 30. 14. 15. & 16.*

וילך ראובן בימי קציר חטים וימצא דוראים בשדה. | *Et exiit Ruben tempore messis triticeæ, & reperit DVDAIM in campo.*

S 2 Secun.

(a) *Amicus & affinis meus, Medicus & Chymicus egregius, jam Physicus Vinariensis* (b) Lucanus Lib. X.

L.I. c. 9. Secundò *Cant. 7. 14.* ubi dicitur : הדודאים נתנו ריח *Dudaim dederunt odorem.* Ex
N.LXXII. quibus aliud nihil quàm præſtantia aliqua hujus plantæ, cujus flores boni ſint odoris,
inferri poteſt. Quòd autem interpretes in inveſtigatione hujus vocis tam infelices
fuerint, in cauſa fuit, quòd non animadverterent, primum locum *de fructu*, alterum *de*
flore unius ejusdemque plantæ agere, ut infra docebitur.

Septuaginta Interpretes, neſcio qua ratione inducti, *Dudaim* μῆλα μανδραγορῶν *Mala* 2
Mandragorarum reddidere. Hos ſecuti *Chaldæus* & *Syrus* habent יברוחין quod equi-
dem Rabbini ex ſola odoris conjecturâ יסמין & סיגלין i. e. *Jaſminum & violas* vel *lilia*
interpretantur. Cùm verò اليبروح *El-jabruch* in Arabica Lingua *Mandragoram* ſi-
gnificet, fruſtra eſt aliam ſignificationem Chaldaico vocabulo affingere. Samari-
tanus interpres ࠀࠉࠕࠀࠉࠌ איתאים vertit, quod vocabulum non intelligitur. Le-
xicographi [Caſtellus] id non exponunt, ſed tantùm reſpondere ajunt Hebr. דודאים
& Græco Μανδραγόραι.

Æthiopicus Interpres, τὶς ὁ non intelligens, pro *mandragoris* in Geneſi quid pro 3
quo poſuit, videlicet ኮለ: ሐቅለ: *poma agreſtia* vel potius *juglandes*; ſi *Gregorium*
meum bene intellexi. Id cùm ad locum Cantici Cant. non congrueret, idem vel a-
lius Æthiops reddidit hoc loco ዕንጕታት: cujus ſignificationem Gregorius meus
ignorabat.

Cæterum expoſitio illa Septuagintaviralis (quam & Vulgata retinuit) ſanio- 4
ribus Philologis plerisque placere non potuit. Etenim *Mandragoram folia graveolen-*
tia & poma eſui inepta habere, Dioſcorides Lib. IV. c. 76. Matthiolus & Botanici com-
muniter omnes teſtantur. Chaldaicum יברוח à 5

[Dioſcorides de mandragora alba ſcribit, quòd mala ferat εὐώδη μετὰ βάρους τινός.
quod vulgo male redditur *jucunde cum gravitate quadam olentia*; Iſta enim oppo-
ſita ſunt, nec ſtare juxta ſe poſſunt. Nam *gravis Odor* ingratus eſt, non jucundus.
Graveolentia apud Plinium Lib. XXVIII. c. 11. eſt mali odoris. Particula εὖ in com-
poſitione ſæpe ſignificat *Valde*, *Fortiter*, *Satis*: ut εὐμεγέθης *Valde* vel *ſatis magnus*
apud Strabonem, ita hic: εὐώδης *Valdè olens* reddendum, ut ſenſus ſit: *Valdè quidem,*
ſed quodammodo graviter olet. Eodem planè modo ut Syr. & Chaldaicum, טב *Bene,*
etiam *Valde*, *multum* ſignificat ut Mons ܛܒ ܪܡ Valde excelſus. Matth. 4. 8.]

Talmudico ברחא *Hircus* derivari Junius cenſet, quòd Mandragora *hircinum odorem*
habeat. Quod cum adverſaretur loco Cantici canticorum, qui bonum odorem
nobis repræſentat, ideo finxerunt nonnulli (forte ex Dioſcoride malè intellecto) quod
Mandragora bene oleat, ut videre eſt apud Auguſtinum contra Fauſtum Manichæ-
um *(c)* & apud Levinum Lemnium *(d)*. Vana autem prorſus ſunt, quæ de iſtius 6
herbæ tanquam uterinæ virtutibus proferuntur; eas enim Ruben puer vel ignoravit
vel non curavit:

[Has virtutes negant peritiores Medici plerique. quibus accedo cum *Dioſcoride &*
Levino Lemnio de Occult. nat. mirac. L. IV. c. 10. nam inſigniter refrigerat. Igitur
efficias crediderim has virtutes ab iis, qui ſententiæ ſuæ de Mandragora prætextum ali-
quem quæſiverunt.]

Si verò Rahel eas ſcivit & credidit, cur non diu ante corrigendæ ſterilitati hanc herbã
quæri curavit? cur tamdiu exſpectavit, donec privignus caſu repetiret, domumq; refer- 7
ret? *(e)* Alii amatorium & planè philtrum ex hac herba diſtillare volunt, tan-
quam hoc ex radice דוד ſequeretur; cui ſententiæ Fullerus, quod miror, aſſentitur.
Abendana in addit. ad Michlal Jophi ait:

ויא כי הם עשבים יוסיפו התאוה לנשים. | *Quia herbæ iſtæ addunt concupiſcentiam fœminis.*

Sed illis Rahel opus non habuit, quia ſatis amabatur à marito. Prudentiores Rab-
bini in alia ſunt ſententia, inter quos Rabbi Menachem *Dudaim* Mandragoras fuiſſe
negat: שאין להם ריח *Quod nullum habeant odorem*, ſcilicet *ſuavem*. Pluribus hanc
ſenten-

(c) Tom. VI. L. 22. c. 56. tanquam expertus loquitur inſignis iſte Pater, & ex eo Eucherius Lib. 3. in Geneſ. p. 130 neſcio in qua planta deceptus: *Quantum mihi* ait & *cuilibet homini renunciabat viſus & olfactus & guſtus (ſum perſcrutatus) Proinde rem comperi pulchram & ſuaveolentem, ſapore autem inſipido: & ideo, cur eam mulier tantopere concupierit ignorare me fateor, niſi forte propter pomi raritatem, & odoris jucunditatem.* Lyra idem habet in l. citato. (d) In explicatione Herbarum Biblicarum c. 2. (e) Placet hæc ratio à *Jacobo Thomaſio* reperta in Diſp. de *Mandragora* §. 21. Lipſiæ 1669.

sententiam impugnat Albertus Vogtius in suis Miscellaneis Biblicis ad locum Gen. 30. 14. &c. pag. 25. L. I. c. 9. N. LXXII.

8 Igitur illâ spretâ alii pulchrum sive fructum sive florem fuisse colligunt, quem dicere non possunt. *Germanicus interpres* (*f*) scribit: Es scheinet/daß es irgend eine schöne Frucht gewesen sey/an deren Farbe Ruben Lust gehabt hat. At in glossa, quasi ab aliquo interrogatus, respondet: Frag du selbst/was *Dudaim* sind/es sollen Lilien/es sollen Beere seyn/ und niemand weiß was es seyn soll. Tremellius & Junius plerosque Rabbinorum secuti, *flores amabiles*, in genere: alii verò *Lilia, violas, Jelseminum* in specie, & quidquid modò bene olet, reddidere. Verùm cùm nec hoc mihi satisfaceret, quòd ejuscemodi flores tantam contentionem non mereri viderentur, & plures facilè quæri & reperiri potuissent; maximè verò quòd tempus vernum, & tempus messis triticeæ continuatum, nulli florum generi convenire videbatur. Nam quæcunque plantæ verno tempore simul cum vitibus & malis Punicis florent, ut de Dudaim in Cantico Canticorum dicitur, ex mense Junio vel Julio tempore messis triticeæ, de qua in Genesi, dudum defloruere. Hinc firmiter conjiciebam alterum locum de floribus, alterum de fructibus agere.

9 Dum ista mecum agitarem, casu incidi in *itinerarium Orientale Principis Nicol. Christoph. Radzsvilii Germanicè versum*, qui sic scribit ad diem 15. Junii S.N. Von der Fruchtbarkeit des Landes Damasco, dieweil andere weitläufftig geschrieben/ achte ich unnöhtig zu melden; diß allein muß ich dabey setzen/welches mich sehr verwundert/daß es andere außgelassen. In Syria, nemlich zu Tripoli, Balbech, und zuforderst allhier zu Damasco findet man eine überauß gute Art von Früchten/welche in vielen Landschafften nicht anders als *Manza* genennet wird/siehet nicht unähnlich unsern Cucumern, allein daß sie etwas dicker/ krümmer und länger gestalt ist. Auff einer Stauden, daran diese Frucht wächst/hangen unterweilen solcher Cucumern in einem Büschel/ gleich wie die Haselnüsse/ wohl 50. bey einander/die sich dann wegen des grossen Gewichts/ wie die Melonen auff das Erdreich außbreiten/und wo man sie zu lang liegen läst/verfaulen; darum ehe sie völlig reiff werden/bricht man sie ab/ und müssen also in den Gemächern oder Cammern recht zeitigen. Am Geschmack und Geruch vergleichen sie sich mit den frischen Birn/ bey uns Orientowki genant/machen einen bald satt; wann einer nur zwey zum Käse oder Brodt nimmt/ ist der Magen schon gefüllet. Et paulo post:

Die Frucht wächset nicht auff einem Baum/ sondern auff einer Staude. Die Blätter sind einer Elen breit und zwo Elen lang. Diese Frucht wird über das Meer nach Constantinopel gebracht/ und weil sie nicht lange währen kan/ ehe sie zeitig/abgelesen und in Sand verscharret: Zu Constantinopel aber wird sie in die Sonne geleget/und also von Stund an zeitig.

Summa est: *In Syria, speciatim Damasci reperiri fructum egregium* Mauz *dictum, similem cucumeri, sed paulo crassiorem, curviorem & longiorem, quinquaginta sæpè ex uno caule dependere, sapore & odore pyra Orientalia* [sic in Polonia dicta] *ferè æquare, sed unum & alterum facilè satiare.*

10 Ista legens statim putavi applicationem commodè ad fructum τῶν *Dudaim* fieri posse, omnes enim circumstantias consentaneas deprehendebam. *Locus* in *Mesopotamia* circa Damascum: *Tempus messis triticeæ*, quæ circa medium Junii ibi contingit: *Præstantia* fructus: præterea ejus *raritas*: egregius *odor* & *sapor*: Denique *significatio vocabuli*, ut mox dicetur, fidem mihi faciebant, eundem planè fructum esse, quem Arabes موز *Mauz* vel *Musa* (*g*) vocant, & quià nonnullis inter *ficus Indicas*, sed impr[illegible]priè, refertur. Nec dubitandum, flores illius plantæ bene olere, cujus fructus tam [illegible]ne sapiunt & olent. (*h*) Certissimum verò est, fructum in Syria rarum esse, q[illegible]s clima poscit, adeò ut pro peregrina planta habeatur.

 Istud

(f) *Tom. XI. Witteb. fol. 187.* (g) Pro differenti dialecto; sed Z. leniter, ut Gallicum, non Mauß Germanicè legendum. (h) Odo[illegible]ofis non absimiles prædicat Sionita in tractatu de Urbibus Orientalibus cap. X.

L. I c. 9. Iſtud teſtatur *Leonhardus* **Rauchwolff** *Medicinæ Doct.* αὐτόπτης, qui *in itinerario*
N. LXXII. *ſuo de Tripoli Syriæ* urbe ſic ſcribit: Innerhalb der Stad werden **fremde Bäume** 11
L. I. c. 4. Muſa genandt/ gefunden/ welche 1½. zuweilen 2. Mann hoch / auſſen glatt / an
der Farbe ſchön grün/ bald wie Rohr mit Blättern bekleidet. Zu oberſt des
Stammes breiten ſie ſich wohl auß/ daß ſie wie ein Federbuſch anzuſehen/ weil
ſie gar lang und ſo breit ſind/ daß eine anſehnliche Perſon mit dem gantzen Leibe
darauff liegen kan. Die Bäume tragen nicht mehr dann einmahl / darumb
werden ſie abgehauen/ die Wurtzel aber gewinnet nach und nach andere Neben-
Zweige auff einen Schuch mehr oder minder vom Stam/ die wieder auffwach-
ſen und jährlich ihre Früchte bringen/ welche wachſen an einem dicken Stengel
in guter Anzahl/ und haben faſt die Form und Krümme der Citrullen/ allein daß
ſie etwas kleiner/ auſſen glatt/ und mit einer dicken Schelffen überzogen ſind/
welche erſtlich gelb/ und wann ſie etliche wenig Tage gelegen / Schwartzfarbe
wird/ die läſt ſich gerne/ wie die an friſchen Feigen / ab ziehen / inwendig ſind ſie
Weißfarb/ voll/ ohne Kern/ ſüß und gut zu eſſen / aber ſie ſättigen bald bringen
auch bald groſſen Unwillen/ und hefftiges Grimmen. Deßhalben (wie Theo-
phraſt. L. 4. c. 5. meldet.) Alexander ſolche ſeinem Heer verbotten. [Ita ex *Plinio*
deſumta ſunt, ut mox dicetur.] Solche Früchte wachſen wenig zu Tripoli, werden
aber von nahgelegenen Orten ziemlich viel dahin gebracht. Senſus eſt: *In urbe*
(Tripoli) *PEREGRINAS ARBORES reperiri* Muſa *nomine, novem vel XII. pedum altitudi-
ne, foliis pulchrè viridantibus arundinis ſpecie, tam longis atque latis, ut hominis totum
corpus æquent. Semel tantùm fructus ferunt, ideò quotannis cæduntur, è ſtolonibus verò
recreſcunt. Fructus de caule craſſo magno numero dependent, formâ & curvitate cucu-
meris,* (1) *ſed paulo minoris. Cortex inſtar ficuum deglubi poteſt, dulces ſunt & ſuaves
eſui, ſed facilè ſatiant, & tormenta cient.*

Hucusque *Rauchwolff.* Sed in eo fallitur, quòd plantam hanc, in Syria pere-
grinam, *arborem* vocet, cùm ne frutex quidem dici poſſit, quia ligno caret, & quotan- 12
nis, niſi exſcindatur, areſcit, ut revera herba ſit, nec aliter appellari poſſit. Utraque
deſcriptio convenit cum figurâ, quam in opere noſtro ex horto Malabarico oculis
contemplandam dedimus. Nec alia notabilis differentia reperitur, niſi quod
Princeps Radzevillius fructum cucumere paulò majorem: Rauchwolfius verò & 13
cum eo alii paulò minorem prædicent; quia forte differentes ſpecies viderunt. Va-
riant enim pro plantæ ipſius & ſoli fertilitate, ut mox ex Oviedo audiemus. Rectiſ-
L. II. c. 10. ſimè *Garcias ab Horto* in Hiſtoria Indicar. Plantarum: *Nullis conſtat ramis, ſed è germine
flores quosdam conjunctim profert ſubrufos, ovi effigie, è quibus circum eminent pediculi cen-
tum, interdum ducentas aut plures ficus ſuſtinentes.* Addit & loca ubi naſcitur, & varia-
rum linguarum nomina. Inter alia ridiculam monachi cujusdam etymologiam
narrat: *Muſam appellari, quod Muſis digna, aut earum cibus ſit.* Conradus Cluſius in
notis ad hunc locum benè monet. *Plantam intelligi, de qua Plinius L. 12. c. 6. agit*; quem
locum mox exſcribemus.

L. IX. Leonis Africani relatio etiam bene convenit, quam hic exſcribere libet: *Muſa
fructus naſcitur ex planta exigua, foliis magnis, latis & cubitalis longitudinis. Amœ- 14
nitate & ſuavitate præter modum excellit, ad magnitudinem* parvorum cucumerum *aſ-
ſurgens. Ferunt Mahumetani Doctores, hujus fructus comeſtionem Deum primis parenti-
bus interdixiſſe, quem ubi comedissent, verenda ejus fructus foliis, ad hoc inter plantas reli-
quas aptiſſimis, operuiſſe. Magnâ copiâ Selæ, Feſſani regni oppido, proveniunt, verùm in Æ-
gypto majori, præcipuè Damiatæ.*

d. loc. Plures ejus ſpecies ſunt; duas *Plinius* habet, cujus verba adſcribi merentur: *Ma-
jor alia:* [Ficus] *pomo & ſuavitate præcellentior, quo ſapientes Indorum vivunt, folium alas* 15
avium imitatur, longitudine trium cubitorum, latitudine duum. Fructum cortice [*candice*
legendum cenſet Cluſius] *emittit admirabilem ſucci dulcedine, ut uno* [faſciculo nimirum] *qua-
ternos*

(1) Citrullen. *Citrullos* habet in textu Germanico, & *cucumeres* intelligit cum *Fuchſio* & *Caſalpino*, à quibus
tamen differunt *Anguriæ* aliàs dictæ; de quibus vide *Matthiolum*, & D. *Chriſtani Menzelii* amici noſtri *Indicem
plantarum* abſolutiſſimum.

ternos ſatiet. Arbori nomen Pala, *pomo* arienæ, *plurima eſt in Sydracis, expeditionum* L. I. c. 9.
Alexandri termino. Eſt & alia ſimilis huic dulcior pomo, ſed interaneorum valetudini N.LXXII.
16 *infeſta. Edixerat Alexander, ne quis agminis ſui id pomum attingeret.* Quinque ſpecies recenſet *Geographus Nubienſis.* Clim. I. Part. 7.

والموز عندهم خمسة الوان فمنه الموز المسمي القند والموز الفيلي ايضا وقد يوجد في وزن الموزة اثنتا عشرة اوقيّة ، والموز العماني والموز المورياني والموز السكري ✲	*Eſt* Mauz [*vel Muza*] *apud eos* [Zengitanos] *quinque ſpecierum, inter quas* [eſt] (1) Muza dicta *Elkend*: & (2) Muza *Elfili quoque*; *& interdum reperitur in pondere unica* Muza *duodecim unciarum*: & Muza (3) *Elommani*: & Muza (4) *Elmoriani*: & Muza (5) *Elſoccari, &c.*

Interpretes Latini (k) cognomenta iſtius fructus tanquam nomina propria poſuerunt, quæ mihi videntur *Epitheta adjectiva*, nam القند eſt *liquor* arundinis Sacchari: الفيل *Elephas* eſt; fortè à magnitudine & pondere ſic dicta; quaſi diceres *Elephantina*: سكر eſt *Saccharum*: at السكري *Securi* nomen proprium eſt viri; (l) quæ procul dubio rationem aliquam appellationis habent. Notandum quod idem autor de Zengitanis refert: اكثر عيشهم من الموز *quòd victus eorum præcipuus ſit de hac Muza.* Igitur non de omni, ſed de certa tantùm ſpecie accipiendum, quam Alexander tanquam inſalubrem ob tormina ventris prohibuit, ut ex Plinio jam retulimus.

17 Multò plures ſpecies apud Indos recenſet *Henricus* van Rheede / *in horto ſuo Malabarico*; cum effigie & deſcriptione ampla hujus plantæ, quæ ibi ſpectari pag. 20. meretur.

Audiamus Oviedum, qui de ea ſequentia tradit: *In arboris celſitudinem excreſcit, & hominis craſſitudinem acquirit; aliquando verò coxæ humanæ craſſitie conſpicitur, pro ſoli natura & ubertate augeſcens.* Et paulo poſt: *Tota planta velut germen eſt aut ſurculus, in cujus ſummo enaſcitur pediculus aut malleolus brachiali craſſitudine, qui uvam producit vicenos tricenos, interdum centenos & plures fructus palmari longitudine brachialique craſſitudine ſuſtinentem, nonnunquam minores, quandoque etiam ampliores pro plantæ ipſius & ſoli fertilitate, &c.* Et mox: *gratiſſimi eſt ſaporis nec minus ſalubris & facilis concoctionis.* &c. Quæ *Conradus Cluſius* in notis ad dictum Lib. II. cap. 10. *Garciæ ab Horto* habet.

18 Igitur relatione Principis Radzivilii primùm permotus: dein circumſtantiis ſupra enarratis perſuaſus Dudaim *Muzam* eſſe credidi. Mox reperi alios quoq; viros claros in eadem ſententia fuiſſe, cumprimis Guilandinum ſuperiori ſeculo Patavii clarum; quamvis nondum coguoverim, quibus argumentis id firmaverit, vel diſſentientes refutaverit (m). Celeberrimus Botanicus *Caſpar Bauhinus* (n) *Tit: Palma XI. p. m.* 507. eam deſcribit: *palmam humilem* [ſcil. reſpectu Palmarum dactylos ferentium] *longis latisque foliis*, Muſa *multis autoribus dictam.* Pala *Plinio & Cluſio, cujus fructus longè ſuaviſſimus ſit.* Noviſſimè Johannes Rajus Anglus in Hiſtoria Plantarum L. 24. 9. de ea ſcripſit: *In Ægypto, Guinea, Æthiopia,* & maximè in *India* (ubi *Piçang* vocatur) frequens eſt.

19 Etymologiam nominis ſi ſpectes, fuere qui à voce דַּד *Vber* voluerunt derivare. *Forſtner: in Dictionar. Hebr.* p. 164. quaſi דדים *ubera* idem eſſet ac דודאים. *Poma enim amoris, Melenſana* Italis i. e. *Mala inſana*, talem formam habere. Hinc inſulſam de *philtris* opinionem adſtruere anniſi ſunt. Tremellius & Junius reſpectu habito ad Rad. דוד *flores amabiles* reddiderunt, ut ſupra docuimus. Pro mea ſententia facit hæc ipſa radix, modò דודאים ſimpliciter accipias pro דודים *Patruelibus* ſive *cognatione propinquis*; דוד enim *propinquum ſanguine patruelem* vel *amicum* ſignificat, ut ex Lexicographis conſtat. Quid autem magis appoſitè dici poteſt, quàm tot fructus

(k) Gabriel Sionita & Johannes Heſronita Maronitæ. (l) Hiſt. Sar. Lib. 1. c. 17. p. 84. (m) Dapperus etiam habet in Africa ſua, Tit. Abeſſina p. 695. Sed autorem ſuum non laudat. (n) Quem tamen non intellexerunt Botanici plerique, ut in Herbariis & Indicibus Plantarum vulgatis videre eſt. Reprehenditur ab *Arnoldo Syen* in notis ad hanc plantam; in horto Malabarico. pag. 20.

L.I. c. 9. fructus de uno caule dependentes, *cognatos* aut *patrueles ab una stirpe profectos* דודים vo-
N.LXXII. care, aut secundum dialectum illorum temporum דודאים. Plurimi de hoc vocabulo 20
Biblico scripsetunt; *Fullerus* jam citatus. *Rivetus Exercit.* 129. *Gesnerus* Disp. 24. *Deusingius Fasc. Diss. select. Disp. de Dudaim* p. 574. *Ursinus in Arboreto Bibl.* & quidem in *Herb. L. 2. c. 7.* & quotcunque aliàs in Genesin Commentarios edidere. Adhæc disputationes plurimæ passim visuntur. Inter quas mihi placuit Dissertatio Libentanzii, (*o*) in qua rectissimè sententias variorum hucusque receptas explodit, & nondum cognitâ nostrâ sententiâ bene concludit: *Quid Dudaim in specie fuerint, certò non*
Epist. 78. *liquere.* Addit dictum *Augustini* quod supra retulimus, *quòd præstet ignorantiam confi-*
n. 37. §. 2. *teri, quàm falsum quid profiteri.*

Mandragoræ expositionem optimis rationibus rejecit Clariss. *D. August. Pfeiffe-* 21
pag. 172. *rus in Dub. Vexat. S. Script.* ad h. l. ubi autores plurimos (*p*) allegat. Ipse censet speciem fuisse florum colore & odore excellentium, probabiliter liliorum, sed liceat mihi à doctissimo hoc viro dissentire; eò quòd peregrinum & rarum quid fuisse oporret, ut in Historia mea dixi: Rahel autem visis liliis æque statim ancillam, ea quæsitum, mittere potuisset, ut tali conditione & pacto planè singulari non fuerit opus. Quod si laborem hunc nostrum viderit, eam tantùm rationem, quam supra protulimus, abeo considerari volumus, videlicet, utrique scripturæ loco significatum *Flores* convenire non posse. Qui enim flores simul cum vitibus & Malis Punicis prodeunt, (quod sub initium Aprilis vel citiùs ibi contingit) ii non durant per duos vel tres menses usque ad Junium ubi messis triticea inchoatur. Videtur vir Clariss. prætendisse hanc objectionem, ideò dicit: *quod lilia tùm defloruerint aut rarescerent, eoque fuerint gratiora.* De fructibus quidem sic loquitur Seneca: *gratissima sunt*
Epist. 12. *poma cum fugiunt.* De floribus vereor, ne paucos fautores hujus rationis reperiat.

Stat igitur sententia locum Cantici Cant. de *floribus*: Geneseos verò de *fructu* 22
hujus plantæ præcoci ac obid raro esse accipiendum. Falsissimum verò est, quod
L. 7. c. 7. *Philippus a S. Trinitate* in suo itinerario tradit: *Musam nullos ferre flores.* Garcias ab
Sup §. 13. Horto disertis verbis docet: *E germine flores quosdam conjunctim profert subrufos*, &c. Autores horti Malabarici eos nobis depingunt atque describunt (*q*) his verbis: *Flores & fructus simul in cono proveniunt.* Porro: *exteriora folia colore sunt exterius rubro-fusco, & subcæruleo rore conspersa, ac in interiori superficie sanguinea; interiora, colore flavo & magis ac magis albicante, &c.* Et paulo post: *Sunt autem flores qui fructibus insident constantes quatuor foliis &c.* Et rursus: *Flores, qui nullum fructum dant, prioribus fermè similes &c.* tam accuratè ramque prolixè describuntur, ut longum foret plura exscribere; nec tantum opus fuisset, cùm fructus sine præcedentibus floribus vix dentur, multo minus qui tres menses continuos maturi in planta sua durent, ut non malè statuisse nobis videamur locum *Cantici cant. de flore: Geneseos* verò *de fructu* accipiendum.

Ast objectio de pondere & magnitudine istius fructus valdè exigui est momenti. 23
Ponamus verum esse quod aliqui scribunt: (*r*) *Botros Musæ* [Elephantinæ fortassis] dari, *quos vix duo viri bajulare possint.* Communiter tantùm vicenos tricenos acinos, aut amplius, cucumere plerumque minores ferunt. Quos Princeps Radzevillius in agro Damasceno vidit, quadraginta vel quinquaginta acinos, vel si malis ficus, habebat, quales Ruben decennis vel duodecennis puer bene portare poterat.

Postremo futilissimum hoc est dubium: *Si per Dudaim ficus intelligerentur, Mo-* 24
sen procul dubio vocabulum תאנה (*quod ficum propriè significat*) *adhibiturum fuisse.* Quis autem dicit: *Dudaim ficum propriè dictam esse?* In omnibus regionibus ubi *Muza* crescit, peculiare suum nomen habet. Fici nomen (plerumque cum Epitheto *Indica*) Europæi indidere. In horum scilicet gratiam Moses genuinum linguæ suæ nomen in peregrinum impositirium mutaturus erat? Hæc pro defendenda sententia nostra abundè dicta sunto.

COM-

(*o*) De *Dudaim* Wittebergæ edita Anno 1670. (*p*) Qui sunt *Cornel. à Lapide. Bonfrerius*, qui sibi non licere putat à *Vulgata* dissentire. *Delrio* in cap. VII Cantici Cant. *Drusius* tractat. de Deliciis Rachel. *Wilhelm Stuck.* Antiqu. Convival. L. 3. c. 8. (*q*) Figura XIII. & p. 18. (*r*) *Forsterus*, in Dictionar. Ebraico ex Monachi cujusdam relatione, & alii.

L. I. c. 10. LXXIII.

COMMENTARIUS

AD LIB. I. CAP. X.

1 No. LXXIII. Armenta Africæ] Celebratissima apud antiquos fuerunt *armenta* Africæ, unde *Afri* armentarii dicti. Tales adhuc hodiè sunt, quales eos *Virgilius* olim descripsit *Georg. L. 3. ℣. 339.*

> *Quid tibi pastores Libyæ, quid pascua versu,*
> *Prosequar? & raris habitata mapalia tectis?*
> *Sæpe diem noctemque & totum ex ordine mensem,*
> *Pascitur, itque pecus longa in deserta sine ullis.*
> *Hospitiis, tantùm campi jacet, omnia secum*
> Armentarius Afer *agit, tectumque laremque*
> *Armaque amyclæumque canem, cressamque pharetram.*

2 *Plinius* in specie *Numidas* nominat *Nomades* h. e. *palantes*, à permutandis pabulis di- L. 5. cap. 3.
ctos, qui mapalia sua i. e. *ædificia agrestia, oblonga, incurvis lateribus tecta, quasi navium carinæ essent, plaustris circumvehunt.* (s) Sed dantur multo plures tales gentes in Africa, variis nominibus & linguis distinctæ; veluti ጕብላ፡ በቅላ፡ *Beklenses* eodem in loco habitantes, ubi quondam *Troglodytæ*; quos Græci (t) *Nomades* appellaverunt, βίον ἔχοντες ἀπὸ θρεμμάτων νομαδικόν, *vitam pastoritiam è re pecuaria sustentantes*; ubi pluribus describuntur, ferè ut mihi *Beklenses* descripsit Gregorius.

Quæ verò de magnitudine *boum Æthiopicorum* diximus, quòd duplo majores
3 sint nostratibus, ea revera ita se habent. Patrum Societatis epistolæ de his bubus plenæ. Semper maximi, optimi, & præstantissimi ab illis vocantur. In epistola *Patriarchæ Alphonsi Mendezii Calendis Iunii Anno. 1626.* scriptâ, hæc verba leguntur; p. 112.

Buoi grandissimi, di corna smisuratamente grosse è lunghe, talmente, che nelle corna di ciascuno di essi potea capire un otre piccolo di vino.	*Boves maximi, cornua immensùm crassa & longa gerentes, ita ut unum capiat parvum utrem vini.*

4 *Philostorgii* locum à nobis allegatum exscribere lubet, qui dicit: *Se taurelephan-* Taurelephantes.
tum ad Romanos [i. e. Constantinopolim] *delatum vidisse.* L. 3. c. 11.

Ἥ τε γῆ τοὺς ἐλέφαντας ἔχει τοὺς μεγίστους καὶ ὑπερφυεστάτους, καὶ δὴ καὶ τοὺς ταυρελέφαντας λεγομένους; ὧν τὸ μὲν γένος, τὰ μὲν ἄλλα πάντα βοῦς ἐστι μέγιστος, τὴν δὲ βύρσαν καὶ τὸ χρῶμα ἐλέφας, καὶ σχεδὸν εἰπεῖν καὶ τὸ μέγεθος.	*Habet & terra illa maximos & vastissimos Elephantas: imò &* Taurelephantas *(ut vocantur) quorum genus, quoad cætera omnia BOS MAXIMUS est, corio verò coloreque elephas, & fermè etiam magnitudine.*

Doctissimus *Gothofredus*, qui sibi tantam magnitudinem boum imaginari non poterat, *in dissertationibus* suis doctissimis ad h. l. dicit: *Philostorgium hic describere Ele-* pag. 135.
phanti genus, bovi maximo fermè simile. Boum genus oportebat illum dicere, elephanto parvo ferè simile. Quippe autor ille disertè dicit: *Taurelephantes, quoad genus & cætera omnia* [h. e. caput, cornua, pedes, caudam, vocem,] *esse bovem maximum.* Non ergo describit elephanti, sed bovis genus, *corio tantùm, colore & ferè magnitudine elephanto simile.*

Cùm itaque revera boves sint, ob externam hanc corii & coloris, nec non cras-
5 sitiei similitudinem, mixto vocabulo *Taurelephantes* dicti fuerunt. Cæteroquin meritò corrigit editionem quæ παρελέφαντας habuit, & apud Nicephorum παρελέφαντας; deridetque interpretem Latinum, qui compositam vocem putavit ex παρὰ & ἐλέφας, & *spurium elephantem* ridiculè reddidit. Sed bonus ille interpres in animo fortè habuit
Plinii verba: *Indis arant minores, quos appellant nothos.* Nisi ipse *Plinius* Habessinorum L. 8. c. 1.
Taurelephantes, quibus sanè arant, intellexerit. Habessinos enim Indorum nomine
6 venire, sæpiùs inculcavimus. Magnitudo cornuum confirmatur etiam ex itinerario

 Bernie-

(s) Sic describit *Sallustius de bello Iugurth. c. 18.* (t) Teste *Diodoro* l. 3. p. 165.

L. I. c. 10. Bernieri, qui tale ingentis magnitudinis cornu, apud *Habessinicum* ad Magnum Mo-
LXXIV. golem Indiæ Regem *Legatum*, vidit. .
75. & 76.

N°. LXXIV. Equorum ungulas Æthiopes soleis ferreis non muniunt] Secus ac in Europâ, ubi hoc necessarium est, ob continuam equitatio- 1
nem, & magnum in trahendis plaustris laborem. Idem si equi Habessinorum in tam saxosis & salebrosis locis facerent, ungulæ eorum sine soleis diu illæsæ non manerent. Quam ob causam quibusdam in locis Europæ etiam bubus soleæ ferreæ af- 2
figuntur. Fortassis durior & firmior est jumentorum ungula in Abassia, quàm in aliis regionibus, quia & *Muli* sine soleis in tam scabroso solo gradiuntur. *Tartari* 3
quidem in equis quasi degunt, nec tamen ungulas eorum ferro firmant. Ast apud eos perpetua est planities & humus graminosa, raris lapidibus constrata; tempore verò hyemis, viis ob gelu asperis & duris, corio boum, etiam recenti, si aliud non suppetat, pedes equorum suorum involvunt.

N°. LXXV. De Cyriaco Nubiæ Rege centum mille equi- 1
tes nigros in tot equis nigris in Ægyptum ducente] *Georgii Elmacini*
L. I. c. 17. locum ex Hist. Saracenicâ à nobis allegatum exscribere hîc lubet: *Cyriacus Nubiæ Rex, auditis injuriis quas Saraceni Patriarchæ, & Christianis Ægypti intulerant,*

زحف الي الديار المصرية في ماية الف	*profectus est ad regionem Ægypti cum centum*
فارس اسود علي مايه الف فرس اسود	*millibus equitibus nigris, super centum millibus e-*
فلما قرب الي مصر سير عبد الملك الوالي	*quis nigris; & cum appropinquasset ad Ægyptum,*
الي البطرك وساله ان يكتب الي	*misit Abd-el-melicus Præfectus ad Patriarcham,*
ملك النوبه وبرده عن البلاد فكتب	*& rogavit eum, ut scriberet ad Regem Nubiæ, &*
اليه وعرفه ان النصاري في خير وسلامه	*averteret eum à regione. Et scripsit ad eum; &*
فعاد بغير قتال ۞	*notum fecit ei, quòd Christiani in meliori [statu] & pace [essent] & reversus est domum sine bello.*

Plura de hac historia, quando contigerit, & num Cyriacus ille Imperator Habessino- 2
rum fuerit, habes infra *Lib. II. c. 10. n. 42.*

N°. LXXVI. De adiposis & ponderosis arietum caudis] 1
Cùm in adolescentiâ meâ de sacrificiis Hebræorum legerem, quòd inter alia pinguia cremari juberetur etiam *ovium cauda*, mirabar quid hoc sibi vellet. Nec doctior evasi, cùm, Hebraicè discens, nomen אַלְיָה apud omnes Lexicographos per *caudam* exponi viderem, additâ tantùm hac differentiâ, *quòd ovium vel agnorum tantùm, non verò aliarum pecudum cauda sic diceretur.* Sic enim *Kimchi* (u)

אליה הוא כמו זנב אבל לא נקרא אליה רק הזנב מן הכבש או מן האיל:	אליה *idem est quod* זנב *Cauda. sed non legitur nisi de cauda agnorum & arietum.*

Secundum hanc expositionem possem etiam nostrorum agnorum arietumq; caudam אליה vocare; quod ineptum foret. Tandem, cùm in itinerariis & alibi descri- 2
ptionem pecorum Africæ & Asiæ legerem, animadverti *caudas* intelligi, *non quidem nostrarum, sed Orientalium ovium, pinguedine grandissimas*; atq; sic cognovi, cur caudæ illæ adiposæ in sacrificiis simul cum aliis pinguibus comburerentur. Est enim adeps esui non admodum grata, ad lucernas & candelas ferè utilis. Reperitur vox illa Exod. 29. 22. Lev. III. 9. VII. 3. VIII. 25. IX. 19. De qua re post Clariss. *Bochartum* (x) aliquid dicere est actum agere, proprias tantùm observationes nostras hîc addemus.

Nullibi expressa reperitur hæc vox in Græca τῶν LXX. versione, sed vel omissa 3
est, vel ejus loco ὀσφὺς lumbus positum, cum tamen in *Palæstina & Ægypto* optimè notum fuerit hoc ovium genus. Nimirum non putaverunt interpretes illi, Græca vocabula κέρκος (y) vel οὐρὰ (quæ non nisi caudam vulgarem denotant) æquipollere voci אליה. Lectoribus autem idem dubium movissent, ac mihi in adolescentia mea contigit, si vocibus illis usi fuissent.

In

(u) Lib. Radic. sub אלה. (x) In Hierozoico P. I. Lib. II. c. 45. p. 494. (y) Quam tamen vocem alius interpres addidit. Exod. 9, 22. teste Flam. Nobilio.

In Mischnah cap. V. pag. 54. col. 2. v. 2. legitur: L. I. c. 10.

אין חמור יוצא במרדעת:	Asinus non egreditur cum clitellis suis: [die Sabbati] LXXVI. LXXVII.
Et mox:	
ואין הזכרים יוצאין בעגלה שתחת האליה שלהן	Neque etiam mares [ovium i. e. arietes] egrediuntur cum curru, qui [est] sub cauda pingui eorum.
Gemara ibidem:	
ואין הזכרים יוצאין בעגלה כי היכי דלא לחבטו אליתיה:	Neque arietes egrediuntur cum plostello, ne demittant caudas suas. [humi scilicet]

Sic incommode loquitur. Clariùs & melius R. Salomon Jarchi in glossa:

עגלה כמין קרון קטן שעושין לו תחת זנבו שראש זנבו של אותן האילים רחב כמין [illegible] ואין בו עצם אלא שומן והוא כבד ונשגרר לארץ בקרקע ונשחת ועושין לו עגלה ומתגלגלת אחריו כשהוא הולך והזנב קשור עליה:	Plostellum [illud est] quasi carrus parvus, quem ponunt ei sub caudam ejus, quia initium caudæ illorum arietum latum [est] ad formam agni parvi. Et non [est] in eo os, sed [mera] pinguedo, & crassities & gravitas; & cum verrit humum, laceratur & corrumpitur. Et faciunt illi plostellum quod rotatur post eum cùm pergit, & cauda alligata est super illud.

Nihil hîc de pondere, inde factum quòd Lexicographi, inprimis *Kimchius* (qui hæc legit & scivit) hanc vocem in Lexico suo non melius explicaverit, fortassis narrationi de plostello non fidens; Cùm tamen jam olim *Herodotus* de hoc ovium L. 3. c. 115. genere, *ipsarumque caudis tricubitalibus plostello impositis*, locutus fuerit.

5 *Pondus* talium caudarum varium est. *Ioh. Iacob. Straus in itinerario suo* scribit: L. 1. c. 2. *In Insula Madagascar pondus earum esse XXV. librarum & ultra. Ioh. Leo Africanus* (z) narrat: *Arietes caudas decem vel XX. librarũ habere, quando sua sponte pinguescunt; si verò saginentur, exiguis vehiculis imponendas esse*, & affirmat, *semet in Actota Ægypti civitate vidisse caudam 80. pondo pendentem. Alios affirmasse quòd viderint, quæ semiducentas libras expendissent*; quæ uti ineptè scripta, vel versa, ita vana puto. Id verò quod sequitur, planè falsum est, *quòd nusquam nisi Tuneti & in Ægypto reperiantur*, cùm magna earum copia in *Persia, Syria, Arabia* & adjacentibus insulis detur. fol. 9.

1 N°. LXXVII. De Elephantis] Non opus est hîc referre, quæ de animalis hujus docilitate ab autoribus passim traduntur; illorum acutissimos sensus *Cice-*

2 *ro* (a) prædicat, qui proximè ad ingenium humanum accedant. Ea tantùm referam, quæ ex viro fide digno *Wilhelmo Leyel* Dansburgi Danici in India castelli præfecto, ipse audivi. Is narrabat: *Elephantem ad vietorem missum* [scil. mediastinorum vice apud Indos funguntur] *ut lacum rimosum deferret curandum. Opifex barrum delusurus, malleo obiter tutudit trusitque circulos, eumque infectâ re dimisit. Domum reverso*, O stupidum pecus! *Herus* inquit, *hem pulchrè rem tuam expedivisti. Videsne, ut aqua undique effluit? abi & cura meliùs. Regressus ad vietorem elephas, lacum quasi indignabundus cum murmure ad pedes ejus projecit, quem ille probè refecit. Elephas rursus decentum se metuens, non rectâ domum, sed ad flumen prius pergit, ibique labrum aqua complet, & cùm nihil effluere videret, ad herum refert, laudem pro vituperio reportans.*

3 Similem historiam (nisi forte eadem sit, diversimodè relata) habet Johannes dos Santos (b) de elephanto, cui herus ostenderat ahenum ruptum ex quo pabulum accipere solebat, dicens: *Hodie te patientiam habere oportet, nihil pabuli accipies.* Elephantum illicò sumsisse ahenum & ad fabrum portasse, ibique tamdiu expectavisse dònec refectum esset: acceptum ad flumen tulisse, & implevisse; cum nihil effluerer, domum retulisse, ut pabulum in eo pararetur.

4 Idem aliud exemplum mihi retulit: *Naves recenter constructas in India elephantorum operâ è littore in mare trudi*, ait, *quod alibi non nisi magno hominum labore fieri solet. Illi igitur capite admoto priùs tentant, num navis valde gravis sit, dein spatio sumto magna vi accurrunt, totius corporis nixu incumbunt, & sic navim in mare detrudunt. Accidit aliquando, ut navis paulo gravior in luto hæreret, & ab elephanto, quamvis semel*

(z) L. 9. de animalibus. Tit. Aries. (a) De natura Deorum. (b) In Æthiopia Orientali L. III c 15. Lusitanicè scripta & edita An. 1608.

L.I.c.10. LXXVII. *atque iterum conaretur, moveri non posset. Magister ejus stomachari cœpit*: Oh ignavam belluam! *exclamans, famulo ait: Amove ignavum hunc & fortiorem produc. Quo audito elephas, tanquam intellexisset alium sibi præferri, longiore intervallo capto, tantâ vehementiâ incubuit, ut cranio fracto, mortuus concideret.* Et hanc historiam reperio apud eundem autorem paulo ante §. 3. citatum cap. 15. p. 93. §. *de outro elefante.*

h. c. §. 23. Elephanti ambitio. Quæ cum ita sint, non immeritò *in Hist. nostra* diximus: *solum hoc animal laude accendi, & contumelia angi.* Idque ex *Plinio* confirmari potest, qui alias quoque illorum virtutes, etiam in hominibus raras, commendat, nempe *probitatem, prudentiam, æquitatem, imo etiam religionem.* Sic enim loquitur. *Sed non virtutes tantùm, verùm etiam vitia magnorum virorum imitantur, vanitatem & superbiam; nam phaleris argenteis maximè gaudere* scribit. Is, qui Magnum Mogolem Indorum Regem, tapetibus auro gemmisque inæstimabilis pretii constratus, gestat, nullum ex sociis ante se ire patitur, si forte pastum vel aquatum agantur. *Ita certamina præcedendi etiam inter has belluas vigent.* 5

d. loc. Aliam lepidam narrationem supra nominatus autor Lusitanicus habet: Erat elephantus in India *Perico* i. e. *Bibonius* dictus, omnibus bene notus. Bibax erat & vini valde appetens. Is cum præteriret domum ubi hedera signum vini vendibilis conspiciebatur, subsistebat, & proboscide porrecta haustum vini petebat, nec abibat donec tabernarius præberet. Gnari istius moris nonnulli pecuniam (Trinckgelt) pro sextario largiebantur, quam ille confestim in tabernam deferebat, intente aspiciens, quomodo sibi vinum infunderetur, nisi satis plena esset mensura, non accipiebat. Addit Gallicus interpres: Illum bene discernere potuisse meliùs à deteriori & nisi illud daretur murmuravisse. Hinc factum, ut vinum ementes peterent de elephantino. 6

Eos cum draconibus [i. e. anguibus majoribus Indicis] pugnare, veteres pridem 7
L. 3. c. 37. docuerunt. *Diodorus Siculus, Philo* & alii. De qua re idem *Leyelus* mihi retulit, quòd aliquando draco elephantem vado transeuntem in flumine adortus, pedesque ejus spiris suis multiplicibus complexus fuerit, ut quasi quadrupedem ligatum prosterneret. Elephas manu & pedibus totoque corpore diu obnixus, draconem tandem, tanquam anguillam aliquam magnam ducentarum ferè librarum, proboscidi circumvolutum, magno impetu procul in adversam ripam ejaculatus est, ut mortuus decideret. Quomodo elephantus flumina transeat, autores non dilucidè tradunt. Plures scribunt, quòd ægrè aquam ingrediatur, cùm propter magnitudinem corporis nare non possit. (c) Alii: quod flumina intret; ubi *undis immersus, & invisibilis factus, in fundo alvei ad oppositum littus ambulet.* Ista pertractare non est nostri instituti, quia ea tantùm, quæ in historia nostra docuimus in hoc commentario confirmate studemus.

Notabilis est relatio, de *elephanti* fortuito incendio exanimati *Anatomiâ*, quam 8
Dublini patravit (*d*) & Anglice descripsit *A. M. Collegii Trinitatis Medicus prope Dublinum.* (*e*) In qua multa singularia in tanto corpore observata reperiuntur. Johannes
L. 9. p. 289 lit. b. Leo Africanus de elephanto confirmat, quòd hominibus cedat, nec nisi valde irritatus illos invadat, ut in Hist. nostra diximus. h. cap. §. 30.

Originem nominis procul dubio ex Hebraismo traxit, ibi enim אליף *Alluph* 9
BOS, in plur: אלופים & אלפים *Alluphim* & *Alaphim BOVES* dicuntur. Radicalibus manentibus Græci & Latini terminationem suam addidere, *Elephas* vel *Elephantus* dicentes. Nec magnitudine cum alio animali meliùs comparaveris. Proinde Romani, cum Pyrrhi bello elephantes primùm vidissent, *Boves Lucas* eos appellaverunt.

In aliis etiam linguis contingit (ex confusione linguarum Babylonica puto) ut 10
animalium nomina inter se permutentur.

כלב

(c) Plinii verba sunt Lib. VIII. c. 10. (d) d. 17. Jun. Anno 1681. (e) *In epistola ad D. Wilhelmum Petty, Societ. regiæ collegam, Londini edita Anno 1682.*

כלב *Keleb*, Hebr: Arab: & Æthiopicè ከልብ: *Kelb. Canis.* Nobis est Vitulus, Lib. I. c. 10.
ein Kalb. I. XXVII.
עגל *Egel*, Hebr: vitulus; nobis *Erinaceus* ein Igel. & 78.
סוס *Sus*, *Equus*. At Latinè *Sus* ῦς est eine Saw.
פֶּרֶד *Pāred* vel *Fāred*. *Mulus*; nobis ein Pferd.
حَمَل *Haml* Arab: *Aries*; nobis *Vervex*. ein Hamel.
ላሕም: *Lahm* Æth: *Bos*; nobis *agnus* ein Lamb.
Aper. Porcus sylvestris. Gall. *Sanglier*. At nobis ein Eber est *verres*.
Vulpes ein Fuchs: demta terminatione fit *Vulp*. Saxon: Wulff/nobis ein Wolff; at
Belgis Wulpe vel Welpe est *Catulus*. Suecis in Plur. Welpar.

II Plura de Elephanto qui desiderat, legere potest Ulyssem Aldrovandum de
quadrupedibus, qui etiam quæstionem tractat: *Cornua an dentes dici debeant, ex quibus* L. I. c. 9.
ebur fit. *Plinium Lib 8. c. 1. & seqq.* ut & Lib. XVIII. c. 1. qui scribit: *Arbore exacuunt li-*
mantque cornua Elephanti &c. *Strabonem* L. 15. *Philostratum* L. 2. *Lipsium* in epistolis L. I.
Epist. L. *Bochartum Hieroz.* L. II. c. 23. *& seq.* D. Caspar *Hornii* Historischen und Phi-
losophischen Discurs von dem grossen Wunder-Thier dem Elephanten.

1 N°. LXXVIII. De Camelopardali] De hoc stupendæ altitudinis ani-
mali in historia nostra pro necessitate rei satis dictum. Imaginem ejus hîc damus,
quam Gregorius meus vidit, ejusque veram effigiem agnovit. In quâ vera de-
prehenduntur, quæ autores quidam tradunt, quòd cornicula quædam habeat, sed
brevissima & recta, palmari ferè altitudine. Anteriores pedes altiores multò sunt
posterioribus.

2 Primus *Iulius Cæsar* hanc feram Romanis ostendit. (*f*) *Strabo* de his animalibus: Lib. 16.
ἐδὲν ὅμοιον ἔχουσι παρδάλει. τὸ γὰρ ποικίλον τῆς χροιᾶς νεβρισι μᾶλλον ἔοικε, ῥαβδωτοῖς σπίλοις (*g*) κατεσ-γμένας. | *Nihil simile habent Pardali. Nam varietas co-* p. 775.
loris hinnuli magis similis est, virgatis maculis va-
riegata [sunt.]

3 Certe non malè, ut autor iste solet, judicio suo utitur, spretis opinionibus communi-
bus. Quia cutis color non pardo, sed hinnulo cervino annotino similis est. Vul-
gus imperitum, nomina plerumque rebus imponens, varietatem tantùm *pardi* in-
spexit (quod & nos in Historia nostra innuimus) non macularum formam: & à *Pardo* l. 30. 35.
denominavit feram illam, licet aliter sit notis compuncta, ut *Salmasius* loquitur, quasi d. loc.
Strabonem reprehendens; nam maculas *Camelopardalis* longas esse & lineatim du-
ctas: *pantherarum* verò maculas rotundas, & oculis similes.

4 Sed vidi pardos Indicos Amstelodami ῥαβδωτοῖς σπίλοις *virgatas, & lineis quasi* An. 1683.
obliquis hic illic deductas maculas habentes, quales fortassis etiam *Strabo* vidit & intelle-
xit. Caput integrum de hoc animali habet *Bochartus in Hierozoico suo* (*h*) ubi falsa
quæ de eo inveniuntur refutat; aliàs in descriptionibus peregrinorum animalium ni-
mis frequentia. Rectè autem dicit: *Ab omni vero alienum esse, quod scribit Diodorus* L. 2. p. 94.
[qui illi videtur interdum egregius fabulator]. *Hoc animal camelo minus & collo breviore*
5 *esse.* Scilicet *Diodorus*, *Strabo*, *Philostorgius* aliique veteres describunt hoc animal, L. 3. c. 11.
non secundum justam suam magnitudinem, sed parvum & fortè pullum, quia adulta
animalia difficulter transferuntur. Itaque autores illi aspectu externo contenti, de
ætate non quæsiverunt. *Ioh. Leo Africanus* disertè scribit: Tit. *Giraffa: Animal meti-*
culosum esse, homines fugiens, neque à venatoribus capi, nisi parvum & recens natum. Alti-
tudinem verò ejus tantam esse, quantam nos descripsimus, ex epistola Antonii Con-
stantii ad Galeottam Manfredum (*i*) confirmatur, qui scribit: *quòd panem, fæ-*
num, poma & similia è fenestris ædium oblata, erecto in altum cervice [sic lege] *ceperit.*
Plura de Camelopardali reperis apud *Aldrovandum de quadrupedibus bisulcis.* Lib.
I. c. XXXV.

6 Occasione vocabuli *Giraffa* obiter notandum, Germanicum Greiff *Gryps* Po-
lonis quoque & Hungaris usitatum, non â *Giraffa* detortum, ut Bochartus putat, sed
ipsis-

(*f*) Dio Cassius refert L. 43. (*g*) Secundum correctionem *Salmasii in Exercit. Plin. ad Solin.*
(*h*) *Part. I. Lib. III. c. 21.* (*i*) Eam excerpsit Bochartus in Hieroz. P. I. Lib. 3. c. 21. p. 907.

L. I. c. 10. ipsissimum *Gryps*, in Genitivo *Gryphis*, est. Præter autores quos ille allegat, confer
LXXIX. *Nicolaum Godignum* cujus verba sunt: *Magnitudinis adeo enormis est, ut equo insidens ho-*
L. 1. c. 2. *mo, subter ejus alvum erectus pertranseat*; quod etiam affirmavit Gregorius meus.

No. LXXIX. De Zecora quadrupede Africano pulcherrimo Zebra Congensibus dicto

1 Ab auribus & capite longioribus quadrupes hoc, aliàs naturâ elegantissimè pictum, *asini* nomen ferre cogitur, ut in historiâ nostrâ diximus; & qui speciale ejus nomen ignorant *Asinum* vocant, ut *Thevenot. us*; de quo paulo inferius.

2 Primus qui illud descripsit est Philostorgius, hucusque non intellectus. Illius verba apponere operæ pretium videtur: Lib. 3. c. 11.

Αὐτὴ δὲ χώρα καὶ ὄνους ἀγρίους μεγίστους τῷ μεγέθει φέρει, καὶ τὴν δορὰν κατὰ τὸ ξενίζον πεποικιλμένους λευκοῦ σφόδρα καὶ μέλανος χρώματος, ὁ κατὰ μικρὸν συμπαρατεινόμενοι, ἀλλὰ ζῶναί τινες εἰσὶν ἀπὸ τῆς ῥάχεως ἐπὶ τὰς πλευρὰς καὶ τὴν κοιλίαν καθήκουσαι. Καὶ ἐνταῦθα ἐπισχιζόμεναι καὶ δή πως περιφερεῖς ἀλλήλαις, ἐναλλαττόμεναι θαυμασίαν τινὰ καὶ ξένην ἀπεργάζονται πλοκὴν καὶ ποικιλίαν.

Hæc ipsa regio fert asinos agrestes maximos, & pelle versicolores admodum, albo nigroque colore haud parum interstinctos: sed & zonæ iis quædam sunt à spina dorsi ad latera ventremque usque demissa, indeque divisa & convolvulis quibusdam inter se implicata, mirum quendam & peregrinum exhibent nexum & varietatem.

p. m. 137. 3 Sic satis bene interpretatus est *Philostorgium Iacobus Gothofredus, qui in dissertationibus ad hunc locum* putat: *Onagros vulgares intelligi*; addit enim: *Neminem aliàs varietatem eorum ita describere. Bochartus* quoque vetuit *Onagros*, (k) quos si intellexisset Philostorgius, utique hoc ipso vocabulo Græco usus fuisset; non enim ὀνάγρους *Onagros* sed ὄνους ἀγρίους *asinos agrestes* rectiùs dicit. Lusitanis: *Burro do matto.*

4 Romæ, quò omnia miracula olim ferebantur, animal hoc non ignotum, verumtamen confusum cum onagro fuit ab illis, qui veros Onagros non viderant, vel nomen speciale nesciverant. Id colligo ex *Martialis Epigrammate Lib. XIII. Ep. 101.*

Pulcher adest onager, mitti venatio debet
Dentis Erythræi - - - - - - -

Nam *Onager* propriè dictus nihil in se habet quod tale epitheton mereatur; & gratis dicit *Vincentius Collessus* in notis ad hunc locum: *Pulchrius esse onagrorum pugnantium quàm elephantorum spectaculum.* Id si maximè verum esset, Martialis non *pulcher* sed *Acer* dixisset, vel vocabulo *Indomitus*, *Ferus* utens, aliter versum concinnasset. Infortunatum animal, quod tam pulchris coloribus præditum *Asini* nomen in Europa ferre cogatur. Aures certe quibus dehonestatur abscindi possent, quod in Germania faciunt equis eas longiores habentibus. Attamen caput equino aliquanto longius habent, quod hîc vidi; atque hoc est quod dedecet.

5 Has *Zecoras* ob insignem elegantiam inter munera regia censeri autores passim
pag. 299. memorant. *PP. Societatis in literis annuis Goâ 1624. datis*, sic scribunt: *Rex Æthiopiæ, ut Patribus liberum transitum in Æthiopiam impetraret, coactus fuit mittere Bassæ Suaquenæ insulæ Præfecto Turcico* Zecoram, *de qua P. Emanuel Lameira: Tam miraculosus est color & dispositio membrorum hujus animalis, ut Patres attoniti fuerint aspectu rei tam elegantis. Et est in tanto pretio, ut vendita fuerit una* [Zecora] *quatuordecim vel quindecim millibus scutatis aureis.* Verba Italica sunt: *che ne hanno venduta qualched'una tanto quanto montano* XIV. ò XV. *mila scudi d'oro della nostra moneta.* Incredibile pretium!
L. I. c. 14. Imò nimium mihi semper visum fuit, quod *Tellezius* scribit: *tale animal venditum*
pag 37. *fuisse* por dous mil Venezeanos, *duobus millibus Venetianis*, i. e. *Zecchinis* seu *Vngaricis ducatis aureis, pro Magno Mogole Indiæ Rege.*

6 Misit Rex Habessinorum *Af-sagbedus* aliquas ad summum Batavorum in India Præfectum, quas ille Imperatori Japoniæ dono dedit, magno antidoto accepto.
d. XI. Feb. 1678. De quo *Emanuel* Navendorff *Altenburgensis Bataviâ Indiæ ad me scripsit*: Es ist wahr / daß ein Gesandter von Abissinien hier gewesen / welcher auch unterschiedene mahl zu mir in mein Hauß kommen. Er war ein geborner Araber / und war sein Creditiv in Arabischer Sprach geschrieben. Die Præsente waren et-
liche

(k) In Hieroz. P. I. L. III. c. 16. n. 2.

Pag. 150. N. LXXIX.
ZECORA QVADRUPES
Lusitanis Burro do

S PULCHERRIMA.
Mab. *Priscis*
imus sylvestris.

TIGRIS ORBICULIS MU

Ad pag. 151. Lib. 1. c. 10. N: LXXX.

...MINUTIS VARIEGATA

TIGRIS MACULIS VIRGATIS

liche Pferde und Wald-Esel so schön/ daß sie kein Mahler nachmahlen L. I. c. 12.
kan/ich habe ihrer selbst zween davon gesehen/ welche nach der Hand dem Käyser LXXIX.
von Japan zu einem Præsent übersandt worden. Dafür er der Ost-Indischen & LXXX.
Compagnie 10000. Tail(l) Silber/ und 30. Japonische Röcke zum Gegen-Præsent
verehret/ also daß sie theuer gnug bezahlet worden. Sensus est: *Vidisse sese & Legatū
& equos atque asinos agrestes, quos secum adduxerit, tam pulchros, ut nullâ pictoris arte expri-
mi potuerint; Regi Iaponiæ postea dono datos, qui Societati Indicæ pro remuneratione miserit
X.M. Toelia* [quæ summa est centum & sexaginta millium Talerorum Germanicorum] *& tri-
ginta tunicas Iaponicas.* Munificentia Regis planè insolita, sed procul dubio præter
illas *Zecoras* alia pretiosa munera à Societate acceperat. Exinde tamen enorme
illarum, pretium credibilius fit. Nota hîc quoque, quòd etiam navibus per mare
procul vehi possint, modo frigoris patientes essent.
7 *Thevenotius* (m) inter munera, quæ Legatus Habessinicus Constantinopolim
tulit, tale animal vidit, & de eo sic scribit: *Entre les autres* [presens] *il y avoit un asne,
qui avoit une peau fort belle* [Nota] *pourveu qu' elle fust naturelle. Car je n' en voudrois
pas respondere, ne l' ayant point examinée. Cet asne avoit la raye du dos noire, & tout le
reste du corps estoit bigarré de rayes blanches, & rayes tannées alternativement, larges cha-
cune d' un doigt, qui luy ceignoient tout le corps. Sa teste estoit extremement longue & bi-
garrée comme le corps; les oreilles fort larges par en haut, comme celles d' un buffle, & noi-
res, jaunes & blanches. Ses jambes bigarrées de mesme que le corps; non pas en long des
jambes, mais à l' entour jusqu' au bas, en façon de jarretiere, le tout avec tant d' ordre & de
mesure, qu' il n' y a point d' Alagia si bien varié & proportionné, ny de peau de tygre ou de leo-
pard si belle. Il mourut a cet Ambassadeur deux asnes pareils par les chemins, & il en por-
toit les peaux, pour presenter au Grand Seigneur avec celuy qui estoit vivant.* Sensus est:
Asinum istum pelle fuisse elegantissimâ, modo fuerit naturalis, id enim se non examinasse.
Ex quo colligitur, tantæ pulchritudinis fuisse hanc zecoram, *ut dubitaverit Theveno-*
8 *tius an naturalis esset.* Bene aliàs convenit descriptio, in colore tantùm ali-
qua reperitur discrepantia. *Tellezius* ait, *Correm entresachadas outras cintas, ou rayas,
húa de cor preta finissima, outra de cor cinzenta. Sic ille circulos in modum cingulorum coloris* L. I. c. 14.
nigri nitidissimi & cineritii in cute hujus animalis esse prædicat. *Thevenot* verò spadice-
um & album, aures verò nigras flavas & albas. *Philostorgius* album & nigrum no-
minat. Triplicem colorem illi tribuit *Aldrovandus* (n) Nigrum, candidum ac
fulvum, qui etiam celeritatem ejus laudat. Forsan cum ætate colorem mutat, ita
ut diversis temporibus colores hos, quos autores isti expresserunt, ostendat: vel pro
diversitate regionum diversos habeat colores.
1 N°. LXXX. De pardis, pantheris atque tigridibus] Labo-
rant quodammodo viri docti distinctione harum ferarum. *Quidam* specie differre
putant, sed falsò; nam eadem illis natura, forma, saltus, ungues, motitatio caudæ,
qualis est felium nostratium, cum quibus optimè comparari possunt. Magnitudi-
ne quidem, colore & maculis inter se distinguuntur, sed ista speciem non variant.
Veteres utique illos sæpius confundunt, quia non conjunctim viderunt, ideò nec
accuratè distinxerunt, sed nomina diversa animalibus illis promiscuè imposuerunt.
2 Non malè illi, qui quoad formam externam Leonum generi assimi-
lant. *Tigris est leo varius*, ait *Varro*; sed *Oppianus* rectiùs *leænæ* comparat, quia
jubis caret. Formâ conveniunt, sed ingeniô discrepant. Priusquam omnes
3 illas feras vidissem, ipse distinguere non potui. Vivas vidi *tigrides*, quæ cutem
in tergo fulvam, ventrem autem & pedes albos habebant. Solinus Pantheras ab cap. 17.
his distinguit, easque minutis orbiculis superpictas tradit. Hos ego *orbi-
culos*, quia quinque conjuncti cernuntur, *pentaphyllo* in Historia mea comparavi.
Alii vocant *circulos*, alii *maculas oculatas*. *Oppianus* σφραγῖδας *sigilla*, â rotunditate sic
dicta. Deinde vidi alias Amstelodami, quæ ex India venerant, ῥαβδωτὰς σπίλας
i. e.

(l) Aliàs scribitur *Tael* in Legatione Sinica Joh. Nevvhofii, idque valere dicitur XIII. Ducatones argenteos, sive Taleros XVI. cum quadrante. (m) In relatione itineris sui Orientalis Lib. 2. c. 68.
(n) *De quadrupedibus Lib. I. c. 8.*

L. I. c. 10. i. e. virgatas maculas, quasi lineas varias sed tortuosas habentes. Has alii [Oppianus]
LXXX. *tænias longas* vocant; atque hæ sunt, de quibus Strabo Lib. I. loco supra citatô loqui-
num. 78. tur. Illas Solinus d. cap. 17. *Tigres* vocat: *Fulvo nitent*, ait, *hoc fulvum nigrantibus*
segmentis interundatum, varietate apprimè decet. Depictos vidi *Pardos* cærulo co- 4
lore, ut *Solinus* ibidem loquitur, & *Salmasius in Exercitationibus Plinianis.* Ego dixe-
pag. 212. rim coloris *murini*, magnis maculis nigris tanquam scutulis distinctas, quales in *Bra-*
silia dantur. Germani has vocant Pantherthiere *Pantheras*, & illas alteras Tigerthiere
L. I. c. 14. *Tigres.* An benè, dubito. Istas Lusitani etiam distinguunt; nam Tellezius in re-
censendis Æthiopiæ animalibus *tigres & onças* i. e. *tigrides & pardos* ut diversa ani-
malia recenset. *Onça*, abjecto L. tanquam articulo, à *Lynce* derivatum videtur.
Pag. 799. Gallis *Lynx Once* dicitur, *teste Bocharto.* Sed *Lynx* & colore & specieâ *Tigride* mul-
tùm differt. Varia est quidem, sed non (ut Bochartus putat) sicut *pardus & tigris*;
maculas enim nullas habet, sed tantùm fulvum dorsum, albicantibus pilis mixtum,
& album ventrem. In sylvis *Thuringiæ* frequens est. Ipse lynceâ pelliceâ utor.
Verum quidem est quod *Bochartus* dicit, aliter in tigribus, aliter in pantheris pellem 5
variegari. Sed in eo *Solinum* sequitur, cùm scribit: *Illæ longas tænias, hæ rotundas*
habent maculas. Sed hodie aliter & vice versa vulgò in Europa accipiuntur, ut modò
diximus; nec mirum, cùm apud antiquos ipsos confundantur. Quam autem feram
veteres scriptores intelligant, ex descriptione, & secundum distinctionem à nobis
factam colligendum est. Ut quidem mihi videtur, cùm *pardi*, vel παρδάλεως sola 6
mentio fit, de genere accipiendum est; ita ut nesciamus *tigrisne* an *pardus* vel *pan-*
thera intelligatur. Quum verò *panthera cum pardali* vel *pardo* vel etiam *panthera*
cum tigride conjungitur, tum alterutrum animal pro specie, quam res poscit, haben-
dum. Ut cùm apud *Xenophontem* legitur *libro de Venatione*, παρδάλεις, λύγκας, πάνθηρας,
Pardales, Lynces, Pantheras; præter lyncem animal certum, alterum vocabulum
de *pardo*, alterum de *tigride* ego interpretarer. Quamvis Græca verba tutius retine-
antur. Hebraicum נמר Æth. ነምር: *Namr* in omnibus orientalibus linguis notum
vocabulum, tam pardos quam tigrides in genere denotare putaverim; aliud enim
nomen speciale non occurrit. De reliquo remittimus lectores nostros ad Salma-
sium & Bochartum supra à nobis allegatos; accuratiorem elaborationem in aliud
tempus differentes.

Tributur huic animali præ omnibus aliis fragrantia. 7

Aristoteles (o) scribit: *Alia animalia pardorum odore delectari.*

Plinius (p): *Quadrupedes cunctas eo mirè solicitari.*

Solinus: *Odore earum & contemplatione armenta mirè affici.*

Eustathius: *Animalia tam vicina quàm remota proximè accedere, quòd sit fragrantia quadã aromatica.* Quod equidem valdè mirum, imò maximè dubium. Multò veriora mihi videntur, quæ *Leo Afer* tradit: *Equos, cùm è longinquo odorem sentiant, quamvis feram non videant, quasi in rabiem agi, nullum præcipitium, nullam fossam curare, neq; fræno retineri posse, adeò terrore quasi furore percelli.* Natura enim cæteras animantes, occultâ quâdam vi, feras rapaces sibi infestas, quamvis ignotas & nunquam visas, fugere docuit.

N°. LXXXI. Hyæna] Præter illa quæ in Historia nostra retulimus, 1
pauca ex propriâ observatione habemus. Gregorium verè dixisse, *album pellis colo-*
rem, nigredine maculosum esse, etiam ex *Busbequio* liquet; qui *de legatione Turcica* sic scri-
Epist. I. bit: *Hyæna regionibus illis* [Amasiæ] *satis frequens est, sepulchra suffodit, extrahitque cada-*
pag. 59. *vera, portatque ad suam speluncam, juxta quam videre licet ingentem cumulum ossium hu-*
manorum, veterinariorum & reliquorum omne genus animalium. Bestia est lupo aliquanto
humilior, sed nihilo brevior. Pellem habet lupi similem, nisi quòd pilo sit horridiore, &
grandibus maculis nigris distinguatur. Caput ei spinæ dorsi contiguum, sine ullis vertebris,
ut cùm respicere velit, totam se vertere necesse habeat. Hæc Busbequius. Fabulam, quo-
modo capiatur, exscribere piget.

(o) In Histor. Animal. L. 9. c. 6. (p) Lib. VIII. c. 17. sect. 23.

Rectis-

2 Rectissimè *Bochartus* demonstravit Hebræum צבוע *Tzabuh* hyænam significa- L. I. c. 10.
re. Idem planè nomen habet in lingua Arabica ضبوع *Dhabuh* ut ait *Joh. Leo Lib. IX.* LXXXII.
de animalibus Africa, & confirmat: *Quòd humana cadavera sepulchris eruat*; addens: LXXXIII.
quòd cantu & tympanorum sono ex antris a venatoribus elici possit, De qua fabula olim
3 & nunc vulgata, multa habet *Bochartus* (q). Sed minimè est Septentrionalium Vielfraß / Suecis Järfwa. *Gulo* vulgò Lexicographis, inditô à re vocabulô; cùm tamen Latinis ignotum fuerit hoc animal. Quippe nec *hyæna* neque *crocuta* est, tota enim specie differt ab istis animalibus; quia gulo iste *caput felinum, corpus & caudam vulpinam, & colorem nigrum habet*, ut mihi αὐτόπται in Sueciâ retulerunt. Cadaveribus quidem etiam vescitur, sed hoc eandem speciem non efficit. Ita se implet *Gulo*, ut, cùm in stabulum irrupetit, eodem foramine tegredi non possit, quod
4 neque de hyæna, neque de crocuta legitur. *Crocutam* autem speciem per se esse, & rectè κυνόλυκον dici, animal terribile, non quòd ex cane & lupo prognatum sit, sed quòd μεμιγμένην ἔχει φύσιν λύκου καὶ κυνὸς, *mixtam naturam habeat lupi & canis*, ut rectè *Diodorus* loquitur Lib. III. c. 168. Strabo Lib. XVI pag. 775.

N°. LXXXII. Callithrix animalculum lepidissimum à pul-
1 chris pilis ita dictum | Conjecturam nostram de eo in Historia nostra habes. Effigiem depictam vidit Gregorius meus, atque nomen ejus Æthiopicum & Amharicum indicavit. Satis congruit descriptio *Plinii* Lib. 8. c. 54. & *Solini* cap 27. nisi quòd caudam latè fusam (qualis est sciurorum) non habeat. Sed in tam peregrinis apud autores descriptio raro exacta reperitur, ut supra monuimus; nisi
2 aspectus accesserit. *Galeophitheculum* vocandum putavimus Caudam enim felinæ similem habet, caput, quasi muliebre, pilis instar pepli mirè ornatum. Sangwijncken *Hollandi* vocant. Majores Sangwijnen *Sanguinei* dicti. Ex America communiter afferuntur; in omni cercopithecorum genere maximè innocui. Præter autores à nobis citatos alibi nihil, nec apud Commentatores eorum reperi.

1 N. LXXXIII. De Monocerote] Aliquot animalia quadrupedia unicornia hîc illic dari; autores passim testantur, eaque nos infra nominabimus. Quod autem autores Græci & Latini veteres ex *Monocerote* quoddam quasi monstrum faciant, eò factum puto, quòd de uno animali interdum acciperent, quæ per intervalla de diversis dicerentur, adeoque diversorum autorum relationes confunderent & permiscerent.

2 Plinius, *asperrimam feram monocerotem*, ait, *reliquo corpore equo similem, capite cer-* L. 8. c. 21.
vo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu gravi, uno cornu nigro mediâ fronte cubitorum duum eminente. Hanc feram vivam negant capi. Descriptionem hanc Plinius ex diversis relationibus composuit, vel accepit; non animadvertens mixtam eam esse ex descriptione rhinocerotis, asperrimæ utique feræ, Romæ visæ, ut ipse testatur. Pe- d. L. 8. c. 20.
des enim elephantini, nigrum cornu [at nimis productum & in fronte pro naso positum] & quòd viva capi nequeat, ad rhinocerotem spectant [nisi malis de Harshano Arabum accipere.] Corpus equidem & caput cervinum fortè ad Africanum monocerotem pertinent: mugitus ad boves Indicos unicornes, quos ipse nominat dicto cap. 21.

3 *Philostorgius* aliud animal monstrosum nobis proponit, L. 3. c. 11.

Ὅτι μονόκερως τὸ ζῶον παρ' αὐτοῖς ἐςὶ· τὴν μὲν κεφαλὴν δράκοντος φέρων, κέρας δὲ σκολιὸν αὐτοῦ πέφυκεν, οὐχὶ σφόδρα μέγα. Ὁ δὲ ἀνθερεὼν αὐτοῦ, πώγωνος ὑποπίμπλαται ἅπας. Μακρὸς δὲ ὁ τράχηλος εἰς ὕψος ἀνατεινόμενος ὅλως δράκοντος ἐγγύτατα παραπλήσιος; τὸ δὲ ἄλλο σῶμα ἐλάφῳ προσέοικε μᾶλλον, τοὺς δὲ πόδας λέοντος ἔχει, καὶ ἔςι γε αὐτοῦ τὸ ἐκτύπωμα ἰδεῖν ἐν Κωνσταντίνου πόλει.

Monoceros quoque animal apud eos est, caput quidem draconis habens, cornu verò curvum innatum ei haud valdè magnum. mentum ejus barbâ totum obsitum est. longaque cervix in altum protenta formati draconis proxime accedent, reliquo quidem corpore cervo similis magis, at pedibus leoninus est. Et hujus quoque imaginem expressam Constantinopoli videre est.

Sed à pictoribus [*a la Grottesque* ut loquuntur] planè confictum animal hoc est, nec enim dici potest, quo referendum sit caput draconis. Nisi fortassis autor istius imaginis

U videtit

(q) P. 1. L. 3. c. 11. §. 6 pag. 813.

L. I. c. 10. viderit cranium *ceti Gronlandici* cum cornu innato, cujus in Hiſtoria noſtra I. 10. 84.
LXXXIII. mentionem fecimus, idque pro *capite draconis* habuerit.

L. 3. c. 15. *M. Paulus Venetus* memorat: *Inveniuntur apud eos* [Indos] *unicornes, paulo minores Elephantis, pilum habentes bubali, & elephanti pedem; habent caput ut aper, in medio frontis* [*naſi* rectiùs] *geſtant cornu unum groſſum & nigrum.* Iſta eſt ipſiſſima Rhinocerotis deſcriptio, quod nomen M. Paulus ignoravit. 4

L. I. c. 19. *E Ludovico Vartomano* ſequentia excerpere voluimus; *In ſeptis delubri* [Meccani] *unicornes gemini ſervantur, alterum eorum pullo equino triginta menſes nato haud abſimilem crediderim, prominet in fronte cornu unicum, longitudine trium cubitorum. Longe natu minor eſt alter pullo equino ſimillimus, ejus cornu quaterni palmi longitudinem non excedit. Coloris eſt id animal equi muſtellini, caput cervi inſtar, collo non oblongo, rariſſima jubæ, tibias habet tenues & graciles hinnuli modo, ungulas habet bifidas, caprinos pedes ferme referentes.* Quæ de *monocerotibus Africanis*, quos Luſitani Patres in Habeſſinia viderunt & deſcripſerunt, accipienda putamus, quia Vartomanus teſtatur ex Æthiopia ab Æthiopum Rege miſſos fuiſſe. 5

Cùm *Unicornu* in Africa dari audiviſſem, ſperabam me verum ejus nomen in linguâ Æthiopicâ reperturum; quia LXX. Interpretes Hebraicum ראם in Pſalmis verterant Μονοκέρωτα. Sed Æthiops Græcos ſecutus, quaſi ſpeciale nomen nòn haberet, *Animal* ዘአሐዱ: ቀርን: *cui unum cornu*, reddidit. *In annotationibus ad* Librum VIII cap. 21. *Plinii* editionis Dalecampii reperitur: *ſeptem animalium genera, unico armata cornu dari.* Verùm in numero mendum eſt, tot enim ibi expreſſa non ſunt. Poſſunt autem eſſe, ſi fictum illud animal, quod vulgò depingitur cornu tam longo, ut gramen minimè, ſed tantùm folia arborum depaſcere poſſit, ſimul computare velis 6 7

1. *Boves unicornes in India*, Plinius d. l. habet; ſed vereor ne Æthiopia, ſive Africa interior intelligenda ſit, quia in deſcriptionibus Indiæ de tali animali nihil adhuc legi. 2. *Aſini Indici.* 3. *Oryges.* 4. *Rhinocerotes.* 5. *Habeſſinici monocerotes*, qui nunc pro veris & genuinis Monocerotibus quadrupedibus habentur; & denique 6. አርዌ: ሐሪሽ Arab. حريش *Hariſch.* Sed an animalia iſta revera inter ſe diſcrepent, vel an aliud pro alio accipiatur, equidem aſſeverare non poſſum.

Aliquot ſpecies ex Arabibus *Bochartus* prolixè refert. (y) *Golius* cum nonnullis Arabibus, *Demiro* & aliis حريش *Hariſch* idem eſſe dicit ac كركند *Karkand* vel *Karkaddan*, quod procul dubio eſt *Rhinoceros*, ſecundum *Alkaſuinum*, *Geographum Nubienſem* & alios, ut ex pugna cum elephantis ac aliis circumſtantiis liquet. Quamvis multa fabuloſa admiſceant. & id cum aliis animalibus confundant; ut difficile ſit, ex tot intricatis & permixtis inter ſe ſpeciebus & deſcriptionibus emergere. Nam *Alkaſuinus*, cujus excerpta habes apud Bochartum, rectè diſtinxit ሐሪሽ: *Harshan* à *Karkando*, qui ſic habet infra citato loco: *Harſchan animal eſt ſtaturâ capricorni, pernix, & in capite ſuo cornu unicum habens, ſicut cornu Karkandi; ſed major eſt agilitas ejus pedum, non capiet illud quisquam propter celeritatem.* Alius Arabicus autor *Abugian Attaugidaus* ibidem: ut & *Euſtathius in Hexaemeron* p. 40. illud haud aliter deſcribit, quàm *capricornum*, vel planè *ut hædum*, ex quo ſequitur, quòd longè aliud ſit animal quàm *Karkand*, niſi ipſi Arabes hæc ſua nomina, (ut in peregrinis fieri ſolet) confundant. 8 9

Notabilis eſt varia lectio, quæ habetur in *Mss. Pſalterio Æthiopico Pocokii*, Pſ. 28. (al. 29.) 6. ubi pro ላህም: ሊባኖስ: τὸν μόσχον τὸν Λίβανον. *Vitulum Libani*, habetur ጣዕዋ: ከርከንድ: *Iuvencam carcandi* i. e. *Rhinocerotis.* De Monocerote ſive Unicornu in ſpecie ita dicto vide *Aldrovandum de Quadrupedibus* Lib. 1. cap. 6. 10

N°. LXXXIV. Quid Hebraicum ראם Reem propriè ſit] 1

Vocabulum hoc interpretes Græci Μονόκερως *Monoceros*, *Unicornu* reddiderunt, idque omnes aliæ verſiones retinuerunt. Animal denotare dubio caret. Quodnam verò ſpeciatim intelligatur vix quisquam dicere valet. Siquidem aliquot unicornia animalia in Mundo dantur, ut numero præcedente diximus. Bochar-

(y) In Hieroz. P. I. L. 3. c. 26. pag. 934. & ſeqq.

2 Bochartus, animalium S. Scripturæ diligentissimus indagator, satis superque de L. I. c. 10.
unicornibus animalibus disserit, (s) atque de hac ipsa voce multa in medium profert LXXXIV.
pridem ignota, in auxilium vocans linguam Arabicam, quæ vocabulum ريم *Rim*, vel
Rēm adhuc habet; ubi capreæ quoddam genus denotat. Inde suspicatur Hebræos
idem nomen *Orygi* indidisse, atque huic animali convenire, quæ in scriptura de ro-
bore & ferocia è ראם reperiuntur.
Fateor me argumentis ejus, cum historiam meam scriberem, acquievisse. Ve-
3 rùm enim verò cum ipse Bochartus agnoscat per ראם animal procerum, velox, vali-
dum, ferum & indomitum in S. Scriptura designari, dubitare cœpi, an de Oryge ut-
pote animali parvo & debili omnia ista verè prædicari possent. Tandem mutavi
sententiam, & significationem Rhinocerotis prætuli, huic omnia ista epitheta justiùs
4 convenire censens. Vulgata passim ita reddidit (t). Objectiones Bocharti,
*quòd animal istud Judæis veteribus, eorumque Interpretibus recentioribus ignotum fue-
rit: vel quòd intra aut prope Palæstinam non inveniatur*, mihi stringere non viden-
tur. Multò probabilius arbitror, notum fuisse antiquitati Judaicæ, si non visu, certè
auditu. Nam ex interiori Æthiopiâ & Indiâ fama facilè in Ægyptum & Palæsti-
nam permeare potuit: animal cornu prædictum tam admirandæ virtutis dari, ut ele-
phantum vincere, ipsum verò à nemine facile capi aut vinci possit. Hinc tot allu-
5 siones in Sacro textu tali belluæ convenientes. Huc facit, quòd cum bove tan-
quam animali congenere ראם sæpius conjungatur in S. Scriptura. Quæ ratio
Boottum, virum cætera doctissimum permovit, ut animal sævum nempe *Urum* è Se-
ptentrio, cum quo tamen Austro tunc temporis nihil commercii, in scenam hanc pro-
duceret; sed id Bochartus probare non potuit. Bene autem bobus assimilantur ma-
xima ista animalia quadrupedia. *Elephantes* vocari audivimus *Boues Lucas*. *Hippo-
potami* multis gentibus dicuntur *Boues marini*; Italis *Bomarino*. Gall. *Buffle marin*. *Bu-
6 balus marinus*. Sic Pausanias Rhinocerotes vocavit *Boues Æthiopicos*. Posito igitur, n. 85. §. 3.
famam tanti animalis ad veterrimos Judæorum facile venire potuisse, absurdum
putandum non est, quòd Moses, Jobus aliique scriptores antiquissimi comparationes
& similia sua de illo instituerint. Sicuti & nos de peregrinis animalibus exempla pe-
timus, veluti de leonibus, elephantis & similibus, quamvis in tota Europa nulli gi-
7 gnantur, & rarissimè conspiciantur. Quod si in re conveniamus, facilè erit Gram-
matica dubia conciliare; veluti quòd Deut. 33.17. vox קרני ראם קרניו *cornua* in
duali; apud Interpretes Græcos verò in plurali legatur κέρατα μονοκέρωτος, κέρατα αὐτοῦ
cornua monocerotis [unicornu] *cornua ejus*. Et in Vulgata: *Cornua Rhinocerotis cornua ejus*;
quæ ita dicta contradictionem manifestam involvunt, nam de animali unicum cor-
nu habente, cornua in plurali prædicare absonum. Sed si figuratè, per periphra-
sin substantivi pro adjectivo Hebræis usitatissimam, singulare ראם accipias, q. d. *cor-
nua rhinocerotina cornua ejus*, quod de multis dici potest, salva res erit. Quæ cuncta
doctiorum judicio accuratiùs expendenda relinquimus.

COMMENTARIUS

Ad Lib. I. Cap. XI.

1 N°. LXXXV. De Hippopotamo] De immani hac bellua, præter id quod
in Historia nostra diximus, nihil amplius indicandum habemus, nisi quod
Lugduni Batavorum in pergula horti medici exuvias viderim fæmellæ globulis bom-
bardarum trajectæ, maximi bovis mole. Lectorem nostrum remittimus ad *B. Telle-* L. I. c. 8.
zium, qui scribit: *Quòd bene illis conveniat nomen equorum, quandoquidem revera eos re-
præsen-*

(s) In Hieroz. P. I. Lib. 3. c. 27. & P. II. L. 6. c. 12. (t) Num. 23. 22. & 24. 8. & Deut. 33. 17.

L. I. c. 11. LXXXV. *præsentent rostro, & adhuc magis auribus, tametsi breves habeant pedes, & breviorem adhuc caudam.*

P. 2. c. 72. Descriptionem recentem dedit nobis *Thevenotius In Itinerario suo* his verbis: *Cet animal estoit de couleur quasi tannée, il avoit le derriere tirant fort à celuy de buffle, toutesfois ses jambes estoient plus courtes, & grosses; sa grandeur estoit semblable à celle du Chameau, son muffle à celuy d'un boeuf. Il avoit le corps deux fois gros comme un boeuf, la teste pareille à celle d'un cheval, mais aussi grosse; les yeux petits, son encolleure estoit fort grosse: l'oreille petite, les naseaux fort gros, & les pieds tres gros & presque ronds, & avec quatre doigts chacun, comme ceux du crocodile, petite queüe comme un elephant, & peu ou point de poil sur la peau, non plus que l'elephant. Il avoit en la machoire d'en bas quatre dents grosses & longues d'un demy pied, dont deux estoient crochuës & grosses comme des cornes de boeuf, & y en avoit une à chaque costé de la gueule, les deux autres droites, & de mesme grosseur que les deux crocs, estoient entre les susdits deux crocs, & avançoient en long en dehors.* 2

Plusieurs disoient d'abord, que c'estoit un buffle marin, *mais je reconnus avec quelques autres que c'estoit un* cheval marin, *veu la description qu'en font ceux qui en ont escrit. Il fut amené mort au Caire par des Janissaires, qui le tuerent à coups de mousquet en terre, où il estoit venu pour paistre. Ils luy tirerent plusieurs coups sans le faire tomber, car à peine la bale perçoit elle toute la peau, comme j'ay remarqué, mais ils luy en tirerent un qui luy donna dans la machoire, & le jetta bas.* 3

Summa & sensus est: *Animal hoc* [sc. Hippopotamum] *fuisse coloris buxei vel Batici* [qualis est castanearum] *altitudine cameli, & duplo majus bove: caput simile habuisse equino, sed crassius; oculos & aures parvas, sed nares patulas; pedes valde crassos & quasi rotundos, quaternis digitis instar crocodili praditos, parvam caudam tanquam elephanti, paucos aut nullos in cute pilos æque ac elephas. In inferiori maxilla quatuor crassos dentes semipedis longitudine, quorum duo curvi, crassitudine cornu bovilli. Plurimos dixisse esse* Bubalum marinum, *sed Thevenotium agnovisse* Hippopotamum. *A Janizzaris sclopetorum ictu ægre occisum fuisse, globulos enim vix cutem transivisse, præter unum qui maxillam percussit, & belluam prostravit.* 4

c. 40. v. 10. *Bochartus* (u) *Behemothum Jobi de Hippopotamo* exposuit. Dissentit equidem Clarissimus Orientalium linguarum & rerum peritissimus Vir, (x) & de elephanto sicut olim Frantzkius accipit. Rationes utriusque lectori cum *ἀκριβείᾳ* quadam ob oculos ponemus. 5

Primò. *Hippopotamum Amphibion esse* ait modo laudatus Vir, *cui nomen* בהמה *Behemah non conveniat.* Ex Bocharto respondetur: *Esse animal quadrupes, merè terrestribus prorsus simile, adeoque nomen* בהמה *illi bene convenire. Et in Arabica lingua omne quadrupes* بهيمة Behemah *dici, etiamsi in aqua* vivat. Deinde verisimiliter docet, & exemplis demonstrat Bochartus, *Behemoth pro Ægyptiaco vocabulo singularis numeri haberi posse, quorum plura alia in* ות Oth *desinentia apud autores adhuc reperiantur.* Quamvis mirum videri possit, LXX. Interpretes in Ægypto constitutos istud non animadvertisse; quia scribunt: ἀλλὰ δὴ ἰδοὺ [בהמות] θηρία παρὰ σοί, *sed ecce* animalia *apud te*, & tamen mox, tanquam pluralis obliti, in singulari loquuntur: ἰδοὺ ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ &c. *Ecce virtus ejus.* &c. 6

Secundò. *Nihil in Textu legi*, ait vir ille doctissimus, *quod non commode ad elephantum applicari possit.* Num ita se res habeat, sequentia docebunt. Præ cæteris duo genuinæ interpretationis principia hoc loco bene sunt tenenda. 7

1.) *Sacri Scriptoris scopum esse, singulare quoddam animal nobis proponere, in quo admiranda Creatoris omnipotentia elucescat, & quod hominem ad admirationem creaturæ cujusdam stupendæ permoveat.* Hoc etiam agnoscit vir doctissimus ℣. 14. *Quod sit principale seu primarium quoddam opus Dei; in quo potentiam suam cumprimis spectandam dedit.* 2.) *Naturam, seu indolem cujusdam animalis naturalem hic describi, quod naturâ & semper, non casu vel ex accidenti id facere consuevit, quod hic de eo dicitur.*

Si igitur secundum has regulas totum textum expendamus, fateri necesse habemus 8

(u) In Hieroz. suo Part. II. L. 5. c. 15. (x) In dubiis vexatis ad h. l.

bemus *omnia multò commodiùs & mirabiliùs in Hippopotamum quadrare* quàm in elephantum, uti per omnes hujus descriptionis versus Bochartus docet. Quid enim miri in eo, *quòd elephas animal merè terrestre gramen comedat.* ℣. 10. Novi enim nihil est barrum plantis victitare. Idem quotidie in bobus nostris L. I. c. II. LXXXV.

[*Fœnum quasi bos comedet*, habet vulgata; ita חציר & hîc & in aliis S. Scripturæ locis Latinè malè redditur *fœnum*; quis enim secat & siccat elephanto vel hippopotamo gramen, ut *fœnum* voret: & Es. 40. 6. כל בשר חציר *Omnis caro gramen*, mox v. 8. יבש חציר *Arescit gramen*, non *fœnum*, Hew / quod jam aridum est; Vulgata id habet, & quæ eam sequuntur versiones.]

videmus; ut & in Taurelephantis, Camelis, Camelopardalibus, Vris & Alcibus omnes populi experiuntur. Carnivora enim animalia terrestria sunt multò minora, ut nemini facilè in mentem veniat, quòd carnibus & sanguine vivat elephas. Contrà
9 de animali partim aquatico revera mirum est, quòd herbis vescatur. Porro dicit, *quòd de elephanto id prorsus certum sit*; Sed & *de Hippopotamo* id æque certum est, omnium autorum testimonio. Diodorus τὰς δὲ νύκτας ἐπὶ χώρας κατανέμεται τόν τε σῖτον καὶ τὸν χόρτον: L. I. c. 35.
Noctibus in terra depascitur frumentum & gramen. εἰ δὲ πολύτοκον ἦν τοῦτο τὸ ζῶον, καὶ κατ' ἐνιαυτὸν ἔτικτεν, ἐλυμαίνετο ἂν ὁλοσχερῶς τὰς γεωργίας τὰς κατ' Αἴγυπτον; *Si major bestia fœcunditas esset, & annis singulis fœtus produceret, agricultura per Ægyptum extremam inferret calamitatem.* Plinius: *Hippopotamus depascitur segetes.* *Noctibus* addit Solinus c. 32. L. 8. c. 25.
quod verum est. Ælianus: *Segetum ut maturitas venit, & flavent spica &c. agros* L. 5. c. 53.
ingrediuntur & pascunt. Ammianus Marcell. *Inter arundines celsas & squalentes* L. 22.
nimis densitate hac bellua cubilibus positis, otium pervigili studio circumspectat, laxâque
10 *copia ad segetes depascendas egreditur.* Ex recentioribus *Nicol. Godignus* è relatio- L. I. c. 11.
nibus PP. Societatis: *Hippopotami, valdè noxia frugibus bestia, immanem corporis molem habent, & adeò vastum os, ut ad cubitum cum dimidio diducant rictus. Nocturno tempore ab aquis exeunt in agros, pascendi causa*; herbis enim victitant, *ac nisi tunc excubias agant agricola, nocte unâ extremam frugibus inferunt vastitatem.* Quæ optime conveniunt cum veterum relationibus. Ex Thevenotio modò retulimus, quòd occisus fuerit, EN TERRE, *où il estoit venu pour* PAITRE: *in* TERRA *quo* PASTUM *venerat.*

B. Tellezius (y) scribit:

Os cavallos marinhos, sabem à pascer na terra em alguns lugares mays razos, & fazem nelles grande destruicam nos mantimentos.	Hoc est: *Hippopotami egrediuntur* ad pascendum in terrâ *in locis quibusdam planioribus, & edunt ibi magnam stragem in segetibus.*

Itaque de *Hippopotamo* certò certius; sed multo mirabilius auditu est, quam de elephanto, quòd herbis & segetibus victitet.

11 Addit vir doctiss. *Hippopotamum piscibus potius gaudere. i.e. libentius illis vesci.* Unde hoc habeat & quomodo probare velit, non video; dicerem ego: *piscibus interdiu, segetibus noctu peræque gaudere*; neque enim frumentum debile & vile alimentum vocari potest ℣. 11.

12 *Robur in umbilico ventris, non quidem ob cutis illius loci duritiem, sed ob nervos*, ait Vir doctissimus. Ponamus, multos ibi esse & plures elephanto quàm hippopotamo nervos. An autem propterea verè dicetur, quòd elephanto robur sit in umbilico ventris? cum constet illum eò loci esse debilissimum.

13 Versu 15.] *Quia proventum montes ferunt ei* elephanto, inquit, non hippopotamo, *carnibus & piscibus victitanti &c.* ad quæ paulò ante responsum. Per *montes* intelligit Bochartus *aggeres Nili*, nominat etiam montes aliquos in inferiori Ægypto. In Æthiopia sanè colles scandit, ut segetes depascat.

14 Versu 16.] *Sub umbrosis cubat in latibulo arundinis & cœni*] Ista parum comodè ad elephantum applicantur: commodissimè ad hippopotamum; istum enim *cubilia sua inter arundines in uliginosis locis habere* certissimum est. De elephanto non quæritur, an ibi possit cubare, sed *an communiter soleat*? quod dubito an doceri possit. *Quòd elephas stans dormiat neque cubet*, fabulam rectissimè vocat Vir doctissimus *quam hodie anicula*

(y) Lib. I. c. 6. p. 14. b.

L. I. c. II. *anicula & pueri refutare possint*, scil. articulatos pedes habere, & cubare posse, norunt
LXXXV. omnes, qui vivos elephantos viderunt. Nec Bochartus contrarium asserit, illos potius, qui hoc scripsere, multis autoritatibus confutat. P. I. Lib. II. c. 26. p. 263.

Versu 17. al. 22.] *Circumdant eum salices torrentis*] Nomen singulare *torrentis* certum quoddam flumen designare videtur, & quidem non aliud quàm Nilum, 15
L. 8. c. 10. ut egregiè Bochartus docet. De elephantis quidem Plinius scribit: *Gaudent amnibus maximè & circa fluvios vagantur.* Sed statim addit: *Cum alioquin nare propter magnitudinem corporis non possint.* Magis tamen ad hippopotamum congruunt, quæ de umbrosis locis & salicibus ad torrentem hoc loco dicuntur, idque supra ex *Amm. Marcellino* §. 9. probavimus.

Ecce premat eum fluvius, non festinabit; confidet, si vel Iordanes erumpat in os ejus] 16
Rectè exponit Vir clariss. verbum *confidet*; id est *non pavebit, nec desperabit.* At
istud minimè omnium elephanto competit. Quid? ille non pavesceret, si Jorda-
L. 31. c. 28. nes superfunderetur ejus rostro? Legat aliquis apud Livium, quantâ difficultate &
arte elephantos suos trajecerit Hannibal. Refert primò & spernit vanam narrationem (z) de elephanto, qui irritantem se in aquam secutus sit, & ita reliquum gregem traxerit. Ubi notabiliter dicit: *quòd belluæ illæ altitudinem fluminis timuerint.* Mox verum modum elephantorum in ratibus trajiciendorum docet, ac metum eorum ab aquâ aliquoties testatur. *Primis erat pavor*, ait, *cùm solutâ rate in altum raperentur.* Et mox: *trepidationem aliquantum edebant, quietem ipse timor circumspicientibus aquam fecit.* De natatione eorum nihil; *vadis quærendis*, inquit, *in terram* 17
evasere. Lipsius scribit: (a) *Eos haud temerè aquam ingredi, cùm inscii sint natandi.* Et deinde: *Natare est alienum à natura elephanti, qui aquas profundiores horret.* Quæ è diametro repugnant verbis sacri Scriptoris modò relatis. Ζῶον φιλοποτάμιον οὐ ποτάμιον *animal riparium non fluviatile* dicit Aristoteles. (b) Quod non convenit cum scopo Jobi, qui nobis animalis cujusdam indolem naturalem, valde tamen admirandam, non actionem aliquam violentam describit, ut flumina amare dicat, si in aquam projiceretur animal. Utique res est valde mira immanem quadrupedem totos dies in aquâ delitescere; noctu tamen ad pastum egredi ut alia quadrupedia terrestria.
Etenim non miramur tantùm supernaturalia, sed & ea quæ naturaliter, at non vul- 18
gariter fiunt, & mixtam naturæ vim in rarioribus animalibus nobis repræsentant: ut reverâ in Hippopotamo contingit. Itaque parum appositè (quod pace illius viri dixerim) simile de piscibus affert: *aquè parum mirabile esse*, inquiens, *de hippopotamo animali aliàs aquatico referre quæ Iobus habet, ac si quis referat, piscem aquis non submergi.* Nam secundum hanc opinionem nihil miri in tota Jobi relatione reperiretur. Cui enim ignotum est, *Elephantum plantis vesci: montes proventum illis ferre; amnibus gau-*
dere. Pergit: *elephantem natandi insolentem non esse.* Sed nec hoc mirum, si ve- 19
rum est, quod Jul. Cæs. Scaliger tradit: *Omnes quadrupedes nare sciunt.* Quamvis
d. loco. de elephanto id libentiùs negaverim. Aristoteles sanè dicit: νεῖν οὐ πάνυ δύναται, *Nare omnino non potest.* Vulgò *non satis* redditur, sed sine bono sensu. Plinius, qui hoc
L. 8. c. 10. exscripsit, purè dicit: *cùm alioquin nare propter magnitudinem non possint.* Causam hanc deridet Scaliger: (c) *balænas enim, longò vastiores, natare*; sed iniquissimè. Hîc enim de terrestri animali sermo.

Quamvis inficiari non possim, pondus solum non efficere, quòd unum corpus 20
natet, alterum non. Pomum, ejusdem cum pyro ponderis, natabit, istud subsidet. Tignum gravissimum innatat aquæ: lamina ferrea, licet tenuissima, secus. Ele-
d. loco. phantem autem non natare vel ex eo colligere est, quod Aristoteles scribat: *catenus aquam intrare, quoad proboscis elata aquæ superficiem superet, ut respirare possit.* Alii: *quòd*

(z) Pro vera historia eam habet & refert *D. Caspar Hornius* in sua dissertatione *de elephantis* supra Num. 77. §. 11. allegata. Cùm tamen Livius ipse eam rejiciat; *Ceterum magis constat*, inquiens, *ratibus trajectos.* Quamvis & Livius non satis cautè crediderit: *varia consilia elephantorum trajiciendorum fuisse.* Quasi verò Hannibal, qui tot flumina in itinere suo jam transmiserat, nescivisset, quò pactò elephanti commodissimè trans flumina ponerentur. (a) Cent. I. epist. 59. & Cent. II. epist. 50. (b) In Hist. animal. L. IX. c. 46. (c) In notis ad hunc locum p. 1161. cap. LXXII. §. 395.

quòd majoris cautionis gratiâ minores præmittant, quò, conſpectâ fluminis altitudine, majores L. I. c. 11.
eò tutiùs ſequantur, neque alveum conculcando profundiorem reddant. Quibus omnibus LXXXV.
21 opus non eſſet, ſi natare poſſent. Neque etiam uſpiam diſertè reperitur iſta LXXXVI.
natandi facultas, quàm apud Strabonem ubi νεῖν τι κάλλιστα *Optimè natare* legitur. Ve L. 15 p. 705
rùm accuratus iſte Scriptor non ex ſuâ ſcientiâ vel experientiâ loquitur; ſed Nearchi (*d*) relationem narrat, Νέαρχος φησί, ait: Iſte autem falſa veris miſcet, dum nobis *pulchras formicarum pelles inſtar pardorum* repræſentat. Igitur hoc Nearchi dictum, quod directè adverſatur Ariſtoteli ὁ νεῖν dicentis, non moramur. Sed ferè me ridere fecit Latinus interpres, qui verbum Μανθάνειν *diſcere* quod *de armis & jactu lapidum ad ſcopum* ibi dicitur, etiam ad natationem refert, quaſi bruta illam docere poſſemus. Cunctis iſtis probè ponderatis nemo dixerit, *quòd elephas è flumine egredi non feſtinet; nec curet, ſi vis fluminis in illum irruat.*

22 Verſu 19.] Supplet hic Vir doctiſſimus vocem [Nihilominus] *in oculis ejus capiet eum* [venator aliquis] *& hamis perforabit naſum*; ut ſenſus talis prodeat: *Quamvis ſit tam mirabile animal, nihilominus capi, & tanquam unco in naſum impacto duci poſſe*, quæ de elephanto propriè dici nequeunt, quibus neque uncus neque laqueus naſo (quem non habet) infigi vel affigi poteſt; uti nec hippopotamo. Igitur neceſſum eſt, verſum hunc interrogativè accipere: *Capietne eum venator?* ut verſu ſequenti de Crocodilo, & ſic ſenſus ſibi conſtabit. Major enim in interrogatione ad negandum emphaſis eſt; *quòd bellua hæc nullatenus vi capi, nec impacto in naſum unco duci poſſit*; ſcil. facilè & communiter. Quippe vivos (credo juniores) in theatris in epiro quodam temperario arte facto vetus Roma vidit. Plin. L. VIII. c. 26. Solin. c. 32 p. 61.

1 N°. LXXXVI. De Crocodilis] Hanc belluam à Jobo c. 40. 20. לויתן Leviathan vocari minus dubii habet: eſtque in eo conſenſus eruditorum certior. Alibi in Scriptura vocatur תנין, ut benè obſervavit Bochartus. Malè Lexicogra- P. 2. L. 5.
phi *Balænam*. Et in concordantiis Buxtorfii aliquot loca de תנים de *Balæna* minus benè cap. 18.
2 accipiuntur. In genere *Cetum* vel *Draconem* ſignificat, in ſpecie verò *Crocodilum*, *ut* Ezech. 32. 2. ואתה כתנים בימים ותגח בנהרותיך de *Ægypto* & de *Pharaone* ſermo eſt, qui ſæpe crocodilo comparatur. Torquet locus iſte Interpretes, qui eum variè & mirabiliter reddunt. Enimverò non ſolum in voce תנים hallucinantur, ſed & quid תגח ſit, non expediunt: Ἐκεράτιζες τοῖς ποταμοῖς habent LXX. interpretes. Vulgata: *Ventilabas cornu in fluminibus tuis*. Alii: *Educebas in tua flumina*. Alii aliter, ſine ſenſu. At ſi תגח tanquam כתיב in textu relinquas, & lectionem marginalem tanquam קרי facias תנח, & reddas *quieſcebas, recubabas*, plana evadent omnia. Nimirum: *Et tu tanquam Crocodilus fluviatilis recubas in fluviis tuis.* Sic ותנח התבה *& quievit arca*, legitur Gen. 8. 4. Locum parallelum habes Ezech 29. 3. התנים הגדול הרבץ בתוך יאריו *Crocodilus magnus* cubans *in medio fluminum ſuorum.* Amm. Marcellinus de crocodilo: *Noctibus quieſcens per undas, diebus humi veſcitur.* Atque ſecundum hanc ſententiam corrigendos cenſet *Salmaſius* autores, *Plinium, Solinum*, corruptos, vel ſecus ſentientes.

3 Etiam locum Mich. 1. 8. אעשה מספד כתנים ואבל כבנות יענה de crocodilo acceperim hoc modo: *Faciam planctum ut crocodili: & luctum ſicut filiæ Iaanah* i. e. fœmellæ *ſtruthiocameli*. Primam partem hujus commatis Bochartus cum veteribus Hebræorum de *draconibus* accipit (*e*) qui quidem ſtridorem vehementem & ſibilum edunt, ſed non planctum; at mihi de *crocodilo*, (ut præcedentia loca) commodiùs intelli-
4 gendus videtur. Eos enim plorare & plangere priſci tradunt. Hinc Κροκοδείλου δάκρυα, *Crocodili lachrymæ*, in adagium abiit. Sed fabulis res augetur; nam *Aſterius apud Photium* ſcribit:

τοὺς νειλώους κροκοδείλους φασὶ ταῖς κεφαλαῖς ἐπιδακρύειν τῶν ἀνθρώπων, ὧν ἔφαγον, καὶ δακρύειν ἐπὶ τοῖς λειψάνοις τῶν φονῶν. | *Niloticos crocodilos* ajunt *capita deflere hominum quos devoraverunt, &* lachrymari *ſuper reliquiis occiſorum.*

Annon

(d) Ipſe Strabo hunc *Nearchum* Lib. II. inter ψευδολόγους refert. Hinc Bochartus in alia cauſa de eodem: Sed ſolus, & ex aliorum fide, & mendaciſſimus ſcriptor. P. II. Lib. 5. cap. 17. pag. 776. in ſummar. (e) P. II. Lib. 2. cap. 14. pag. 288.

L. I. c. 11. LXXXVII. & 88. An non locus Jeremiæ XIV. 6. rectiùs de Crocodilo quàm de Dracone accipi debeat, in medio relinquo. *Onagri sitientes* (ait Propheta) *steterunt in rupibus* שאפו רוח כתנים [&] *hauserunt ventum instar draconum* vulgo. Bochartus (f) hîc veros dracones intelligit, & autores [*fabulosos* ut puto] profert, qui testantur: *Dracones ore biante jacere, & spiritu suo supervolitantes alites ottrahere & devorare.* Plinius crassam hanc fabulam ex *Metrodoro* exscripsit: *tam magnos serpentes circa Rhyndacum amnem in Ponto dari, ut supervolantes quamvis* altè perniciterq; *alites haustu raptas absorbeant.* Sitita; Utique non venti led avis captandæ gratiâ rostro hiant. Propheta autem comparationem cum תנים facit *respirotionis* causa, & hoc est quod in crocodilum quadrat; qui sæpius caput exserit aquâ, respiratione se reficiens; ut Phocæ & alia animalia amphibia faciunt, quod ipsemet vidi. Sic enim Aristoteles (g) Κροκόδειλοι ἢ ἵπποι ποτάμιοι ἢ φῶκαι &c. ταῦτα ἅπαντα, μὴ διὰ τινὸς ἀναπνέοντα χρόνου, ἀποπνίγεται. *Crocodili hippopotami & vituli marini &c. omnia ista animalia, nisi aliquantulum respirent, suffocantur.* Ut sensus sit apud Prophetam: *Onagri sitientes aerem captant instar crocodilorum.* 4

Igitur sicut Schindlerus & alii probi Lexicographi vocem תנין vel תנים de *dracone* tam *terrestri* quàm *aquatili* in genere accipiunt, ita nos, si sensus poscat, de Crocodilo in specie. 5

N°. LXXXVII. De Caudiverbera Italorum] Sic dicitur, quòd cauda fortiter verberare possit, teste *Gesnero* de *Quadrup. ovipar.* Ista (ut opinor) 1

L. I. c. 8. est *Lacerta Arabica* maxima, quales etiam in Æthiopia dantur. Has vocat *Tellezius*

pag. 21. *Lagartos de notavel grandeza, Lacertas notabilis magnitudinis.* Assentior *Bocharto*,

Lev. 11. 30. qui Hebræorum כח, censet esse Arabum Waril, *lacertam Arabicam validissimam, crocodili terrestris & serpentum inimicam*, de qua multa ex Arabum scriptis apposite affert (*h*).

Quin & in Europa magnæ lacertæ virides serpentibus infestæ reperiuntur. 2

L. 8. c. 27. Plinius: *Dictamno lacerti* [utroque enim genere reperitur] *quoties cum serpentibus conseruere pugnam, vulnerati se refovent.* Erasmus exemplum habet *in Dialogo de Amicitia.* Sed falsa sunt, quæ de pilis illius apud *Bochartum* (*i*) Arabes habent. Si 3 enim lacerta est, unde illi pili? & Gregorius meus *pilis carere* asseveravit, cujus verba in Historia nostra hoc loco retulimus.

d. loco. In scriptoribus nostris nihil de ea reperi, præterquam in *Gesnero* qui inter *Crocodilos* recenset, quas inter *lacertas* debuisset: & cùm crocodilo terrestri malè confun- 4 dit; quod & Arabes nonnulli faciunt, qui illam حردون *Chardaun* vocant, cum tamen sit istius hostis acerrimus. Aliis animalibus [serpentibus dicere oportebat] infestam *Gesnerus* scribit. Nimirum Arabicum الحية *Serpens* accepit pro Hebraico חיה *Animal.*

L. I. c. 11. N°. LXXXVIII. De Torpedine] De hoc pisce *Nicol. Godignus ex* 1 *Epistola Anton: Fernandesii* scribit: *Reperitur etiam in hisce amnibus & lacubus* [Abassiæ] *torpedo piscis, Philosophorum opinionibus & altercationibus notissimus. Multorum constat experientiâ, tale huic pisci ingenium esse, ut si manu ab aliquo teneatur, ibique immotus sit, nihil efficiat: sin verò paululum se moveat, adeò tenentis corpus eo motu torqueat, ut arteria, articuli, nervi, junctura partium, quotquot demum toto in corpore habet membra, ingentem cum stupore quodam sentiant cruciatum; ubi è manu dimittitur, omnis illicò dolor & stupor recedat. Æthiopes isti superstitiosè credunt, valere hunc piscem ad pellendos dæmones ex humanis corporibus; quasi ipsi nequam spiritus iisdem, quibus corpora, torqueantur cruciatibus. Ferunt exploratum, (nam ego per me non sum expertus) si inter mortuos pisces torpedo vivens ponatur, & inibi se moveat, eos quos tetigerit, interno quodam & arcano motu ita cieri, ut vivere videantur. Causam scrutentur, qui rerum naturas investigant, quærantque quænam ea vis motionis sit quam mortuis piscibus torpedo impertit. Magna hujus piscis copia in Nilo reperitur ad extremos provinciæ Gojamæ fines.*

Hæc

(f) In Hieroz. P. II. 3. c. 14. p. 436. (g) In Histor. animal. Lib. VIII. c. 2. statim initiò. (h) Part. I. l. 4. c. 3. (i) Pag 1072. v. 28.

2 Hæc Godignus. B. Tellezius de flumine Taeazè ait: *Testatur P. Emanuel d'Almeyda quod illi ostenderint piscem*, Torpedo *Latinè dictum, quem cùm manu prehendisset, in illa ipsa manu totoque brachio tantum cruciatum attulisse, ut illicò abjecerit eum, nolens diutiùs experimentum tam dolorificum continuare.* In Africa valdè communis est, L. I. c. 12. LXXXIX. L. I c. 8. pag. 21.
3 *Dappero* parvus pisciculus vocatur *in descriptione Africæ tit. Benin.* In Americâ quoque reperitur. De eo *Caspar Barlæus* in pulcherrimo opere *de rebus in Brasilia gestis p. 134. Torpedinem hic haberi fides est, Barbari Puraquam vocant, nam artubus torporem inducit, & si vel baculo tangas, brachium resolvit: enectus virus deponit & edulis fit.* Sic experientia confirmat vera esse, quæ antiqui & inter eos *Plinius Lib. 32. c. 1. & 10.* de isto pisce scripsere.

COMMENTARIUS

Ad Lib. I. Cap. XII.

1 N°. LXXXIX. De Struthiocamelo & Casuario] Alites hæ omnium maximæ veteribus non æque notæ fuerunt. Prior LXX. Interpretibus Esa. 34. 13. & 43. 20. Στρουθὸς vel Σρουθίον simpliciter dicta, doctis quibusdam viris æquivocationis causa fuit, qui, mirum! *de passere* acceperunt, quæ de tanta ave accipienda erant. (k) Sequentia secula *camelum* addiderunt, quòd proceritate colli camelum quodammodo repræsentaret; licet capite, rostro, pennis & pedibus avis esset.

2 Atque id primùm innuere videtur Diodorus sic scribens: φέρει δὲ καὶ ζῶα διφυῆ καὶ μεμιγμένα ταῖς ἰδέαις, ὧν αἱ μὲν ὀνομαζόμεναι στρουθοκάμηλοι περιειλήφασι τοῖς τύποις μίγματα χηνῶν [malim πτηνῶν] καὶ καμήλων ἀκολούθως τῇ προσηγορίᾳ. *Fert* [Arabia] *duplicis naturæ mixtæque formæ animalia, & inter ea qui struthocameli nominantur confusam ex anseribus* [malim volucribus] *& camelis formam habent, ut nomen sonat.* Sed nihil camelo simile habent præter proceritatem colli. *Sandovallus* (l) scribit: *Corpus nonnullorum mulum æquare, Emas vocari, & copiosè reperiri in depressis atque calidioribus locis juxta mare rubrum in Regno* Adel & Dancale. Sed hyperbole est *in magnitudine.* Deinde confundit *Struthiocamelum* cum *Casuario*, iste enim *Eme* Guineensibus dicitur. L. 2. p. 133. al. 93.

3 Quod priscis Hebræis avis ista, & quidem *mas* תחמס, *fœmina* verò בת יענה Lev. XI. 16. Michæ. I. 8. item. רננים Job. 39. 16. dicta fuerit, *Bochartus* ingeniosè explicavit (*m*). Hic ergo diutius non hærebimus.

4 De Casuario tantùm, ave tam conspicua, mirum videtur quòd apud veteres nihil reperiatur; cum quidquid Africa mirabile haberet, Romam vel Constantinopolim deferretur; atque hæc ipsa avis transferri facilè possit, ut hodiè in vivariis Principum Europæ frequens sit. Verùm, nisi valdè fallor, *Casuarius* est veterum τραγόπαν *Tragopan. Avis major aquilis.* Solin. cap. 30. *Plinius*, ut mox dicemus, *pro fabulosâ ave habet*, quia non viderat; & sanè animalium peregrinorum descriptiones plerumque fabulosi quid admixtum habent, quia non ex visu, sed ex relatione aliorum ut plurimum describuntur, ut exemplis supra *num. 80.* §. 1. & 83. §. 1. relatis ap-
5 paruit. Imò circumforanei fingendis & augendis miraculis apti, fabulas studio addunt; ut nuper talis stultus *Histricem quadrupedem* vocabat & proscribebat den Vogel *Sidon, Avem Sidoniam.* Atque istam veram causam crediderim, quod de peregrinis animalibus tot fabulas habeamus.

6 Verba Plinii, cùm *Pegasos* & *Gryphes fabulosos* dixisset, sunt: *Equidem & Tragopana* [sic benè correctum in nova *Harduini* editione] *majorem aquilâ, cornua in temporibus curvata habentem*, [arietina malè scribit Solinus c. 30. cum monente Salmasio, *hircina* dicere debuisset; *Pan* enim *hircina* non arietina habebat cornua & τράγος hircus est.] *ferruginei coloris, tantùm capite Phœniceo.* [lege cum *Salmasio Puniceo*] Verùm cornua huic avi af- L. X. c. 49.

X finxerunt,

(k) E veteribus *Novatianus cap. 3. de Cibis Judaicis. Fullerus* allegante Bocharto in Hieroz P. II. L. 2. c. 14. p. 221. (l) De Instaur. Æth. sal. P. I. L. 2. c. 14. (m) In Hieroz. P. II. L. 2. c. 16.

L. I. c. 11. finxerunt, ut darent rationem, cur composito vocabulo τραγοπὰν appellaretur, quam
N. XC. mox aliam indicabimus. *Pompon. Mela* scribit: *Sunt miræ aves cornutæ Tragopanes*, sic
L. 3. c. 9. rursus egregiè corrigit Salmasius mendosum *Tragopomones &c.* *Casuarium* intelli- 7
gi, modò cornua illi demas, asseverare ausim. Major notoriè est aquilâ, ferruginei
coloris, si non planè sit adultus; iste genuinus pullorum color est, ut ex exuviis, quas
ipse possideo, demonstrare possum; sed adulti nigrescunt. Caput puniceum ha-
bent, in modum galli Africani. Ne vero mireris à quadrupede avem denominari,
exemplum modò dedimus de Struthiocamelo: & vulgus Græcorum à primo aspe-
ctu nomina plerisque peregrinis animalibus imposuit, ut in Hippopotamo factum,
cujus caput undis exsertum primò viderunt, & inde bestiæ, ab equi formâ remotissi-
mæ, nomen dederunt. Nec ratio nominis abludit; τράγος enim *hircus* dicitur, 8
quia formâ corporis avis hæc hircum examussim refert, pennis tanquam villis ve-
stita, ut si è longinquo caput ad terram demittentem à tergo conspexeris, hircum
te videre putes. Est enim æque ac Struthio κατάγαιος, χερσαῖος, χαμαιπετὴς, i. e. *terre-
stris*, quæ epitheta apud diversos autores habet. *Pana* autem capite rubicundo refert,
qui talem faciem habuit apud veteres Poëtas. De quo *Virgilius Eclog. 10. vers. 26.*

Pan Deus Arcadiæ venit, quem vidimus ipsi,
Sanguineis ebuli baccis, minioque rubentem.

Ad quem locus Servius: *Facie rubra pingitur Pan, propter ætheris similitudinem, &c.* &
deinde: *Faciem quoque de rubricâ illinunt, instar coloris ætherei.* Et sic ratio compo- 9
sitionis *Tragopanis* à Græcis factæ sibi constat; ut cornua illi imponere opus non ha-
L. II. p. 70. beamus. Valdè autem vereor, ne eadem animalia sint quæ Πᾶνας πτηνοκεφάλους (n) *Panas
volucrum capita habentes* vocat *Strabo*, à priscis rerum Indicarum scriptoribus relata,
quæ ille inter fabulosa refert, utpote sibi ignota.

N°. XC. Ibes] Aves Ægypto peculiares, autorum descriptionibus satis I
L. 2. c. 36. notæ. De quibus *Cicero* de Nat. Deorum: Ibes *maximam vim serpentum conficiunt,
quum sint aves excelsæ, rigidis cruribus, corneo proceroque rostro. Avertunt pestem ab
Ægypto, cùm volucres angues, ex vastitate Libyæ vento Africo invectas, interficiunt atque
consumunt; ex quo fit, ut illa viva nec morsu noceant, nec odore mortua.* Ubi nota:
c. 32. p. 61. Volucres angues. Ita etiam loquitur Solinus: *Quacunque Arabicæ paludes penna-
torum* (o) *anguium mittunt examina (quorum tam citum virus est, ut morsum ante mors
quàm dolor insequatur) sagacitate, qua ad hoc valent aves excitatæ, in procinctum eunt uni-
versæ, & priusquàm terminos proprios externum malum vastet, in aëre occursant catter-
vis pestilentibus, ibi agmen devorant universum, quò meritò sacræ sunt & illæsæ.*

[Solinus reprehenditur â Salmasio, tanquam parum propriè locutus. *Grammati- 2
cos enim angues aquis adscribere.* Servium intelligit, cui tamen Lexicographi præ-
stantissimi hac in parte non fidunt. *Si Servio fides*, ait Calepinus. *Aquaticum ser-
pentem vocat* Faber, *sed eam differentiam non semper observari.* Ad *Plinium* pro-
vocat *Salmasius*, sed ille *L. 29. c. 4.* de angue Romam advecto dicit: *Pascitur & in
domibus:* Ergo non tantùm in aquâ degit, nisi amphibion statuere malis. Sed ut
communiter de aquaticis angues dici concedamus, utique *ex Arabicis paludibus
provenire pestem hanc* dicit *Solinus*, itaque non impropriè angues voravit: & Cice-
ronis autoritas, qui *volucres angues* dixit, pro Solino est, ut immerito reprehen-
datur. Hæc obiter.]

Ciconiæ simillima est *Ibis*, quare rectè πελαργώδης ὄρνιον *volucris ciconiæ formam habens*, 3
vocatur â *Salmasio* (p), sed colore tota nigra est (q).

Nunc de *Ophiomacho* quædam dicenda. In genere hoc nomen de omnibus 4
animalibus cum serpentibus pugnantibus dici potest. Æthiopes aves plurimas hujus
naturæ habent. *Lacerti virides* in Italia sunt ὀφιομάχοι. Talis est כח Lacertus Arabicus
Waril, supra â nobis descriptus. Num. 87. §. 1.

At in versione LXX. Interpretum ὀφιομάχης vel ὀφιομάχης Lev. 11. 22. est
locustæ genus mundum, comestibile, serpentibus infestum, eosque necare validum, quod ju-
re mi-

(n) Sic enim legendum pro σφηνοκεφάλους quod nihil est. (o) Male, non enim pennis, sed cuticula quadam volitant, ut vespertiliones. (p) *In Exercit. Plin. p. 1277.* (q) Plura de ea vide apud *Pisidem in Cosmurgia*, v. 1103. & *Philen. c. 15.*

re mireris. Plinius L. 11. c. 29. *Serpentem, cum libuit, necant singula, faucibus ejus* L. I. c. 12.
apprehensis mordicus. Quæ etiam ab aliis auctoribus confirmantur (*r*). N. XCI.
1 N°. XCI. De Pipi ave Africana quæ ferarum index & vena- & XCII.
torum ductrix est] Cùm naturam aviculæ hujus in historiâ meâ describere vel-
lem, verebar ne pro fabula haberetur id quod Gregorius mihi de ea narraverat; sed
opportunè incidi in descriptionem *Africæ O. Dapperi* (*s*), quam alibi vix repertam
2 verbotenus sic Latinè reddere volui: *Fonton avis est divinatoria, magnitudine alaudæ,*
cum in sylva feram observaverit, sive sit bubalus, elephas, tigris, serpens, vel etiam alvea-
re apum in quadam arbore, vel quicquid sit sive mali sive boni, confestim ad hominem
advolat, & ubicunque aliquem repererit, quasi vocando & cantilando circumvolitat.
3 *Æthiopes, qui illam bene norunt, sequuntur, hæc verba dicentes:* Fonton Kerre;
Fonton Kerre; *secuturos se significantes. Præcedit avicula multo clamore, donec ad fe-*
ram veniat. Si forte illam amittant, nec ulterius sequantur, redit, & venatores, quo
vult, ducit; tunc demum arbori insidet & cantat, ex quo cognoscunt prædam ibi esse, quam
investigare & reperire possint.

1 N°. XCII. RUCH avis fabulosa] *Ruchcham* describunt Arabes,
haud multò minorem ac Judæi suam בר יכני *Bar-juchne.* Ova tantùm utriusque
hîc parùm delineabimus, ut lector exinde corporis portionem æstimare possit. Isti
de hac fabulantur in *Gemara* (*t*) פעם אחת נפלה ביצת בר יכני וטבעה ששים כרכים ושברה
שלש מאות ארזים: *Vice quadam* [i. e. aliquando; hoc vocabulo in fabulis uti solemus] *ceci-*
dit ovum Bar-juchnæ, & [fractum] *submersit* [testam tanti ovi oportet fuisse nimis fragi-
lem] *sexaginta oppida munita, & confregit trecentos cedros,* [non dicunt, quis numeraverit.]
Confer quæ *Targum*, aliique Hebræorum Interpretes habent de *gallo sylvestri*, qui
capite cœlum, pedibus terram attingit in *Bava Bathra c. 5.*
2 Ex uno mendacii fonte fluere videntur, quæ Arabes fingunt de sua *Ruchcha*,
paulò alia quàm nostrates de *Gryphe.* *Aljahides* alam ejus unam decem cubitorum
millibus longam prædicat. *Bochartus* (*u*) auctores allegat, simulque ex Domire re-
fert: *Mercatores ex Sinis reduces retulisse; cùm ad insulam quandam aquatum appulissent,*
deprehendisse sese ovum avis Ruch, *quod dolabris atque securibus* [scilicet erat multo durius
quàm ביצת בר יוכני *ovum Barjuchnæ*] *tamdiu percusserint, donec extunderent pullum,*
qui erat instar montis &c. O fortunatos! quòd ovum hoc decumanum jam esset
3 pullescens, quomodo aliàs inundationem ejus effugissent? Plura exscribere piget,
id tantùm monendum putamus عنقاء مغرب *Ankam Occidentis* apud Arabes ipsis-
simam *Ruchcham* esse, quam in Africa australi apparere tradunt. Etenim per مغرب
Occidentem: *Africam in specie* intelligunt Arabes, quia illis ad occidentem est. De il-
la proverbium habent (*x*) damni irreparabilis: حلقت به عنقاء مغرب *Avolavit cum*
eo Anca seu Gryps Occidentis i. e. *nunquam restituetur vel reparabitur res.*
4 Valdè vulgarem oportet esse fabulam hanc de ave Ruch in Oriente, quando-
quidem etiam *M. Paulus Venetus* illius mentionem facit. *In illis* [scil. insulis ultra Mada- L. 3. c. 40.
gascar] ait, *certo anni tempore apparet mirabilis speciei avis, quæ Ruc* (*y*) *appellatur, aqui-*
læ quidem habens effigiem, sed immensæ est magnitudinis. Ajunt qui illas viderunt aves,
plerasque alarum pennas in longitudine continere duodecim passus, spissitudinem verò ejus
proportionem tenere longitudinis, & totum avis corpus pennis in proportione respondere.
Avis vero ipsa tantæ fortitudinis [est] *ut sola sine aliquo adminiculo elephantem capiat, &*
in sublime sustollat, atque rursus ad terram cadere sinat, quo carnibus ejus vesci possit. Sic
5 solet vulgus miracula intendere. Refert hæc *Lud. Vrreta* addens: *Figmentum vi-*
deri posse, nisi viri graves & testes oculati innumeri testarentur. Sed more suo aucta-
rium adjicit cæteris multò fabulosius. *Rabb. Benjamin Tudelensis* de eâdem ave non-

 nulla

(r) Vide Bochartum Par. II. lib. 4 c. 2. p. 449 *Aristot.* Lib. IX. *Histor. Anim. c. 9. Simon, Majolum. colloq. 8 p. 123.*
(s) *Tit. Regnum Guinea, Quoad dictum. Germ. vers.* p. 395. (t) מס בכרות Cap. 9. sive ult. fol. 57. col. 2.
(u) In Hieroz. Part II. L. 6. c. 14. (x) Golius habet inter Adag. Arab. pag. 183. (y) *Itali*
Ruch *per* ح Ch. *pronunciare non possunt.*

L. I. c. 12. nulla habet in itinerario suo, eamque dicit esse נשר הגדול ונקרא גריפס *aquilam magnam,*
N. XCII. *quæ vocetur Gryps*, qui homines corio insutos, è navibus in mari piceo hærentibus, in
Cl. 7. p. 9. aridam defert. *Geographus Nubiensis* stultissimam de hoc mari fabulam paulò aliter
narrat, atque hos gryphes vocat طيور اعظاماء *aves magnas.*

Sed ut omnis fabula aliquid de vero trahit, ita & hæc antiqua fama non prorsus 6
vana fuisse videtur. Cùm primùm apud Herodotum in Thalia & Melpomene legerem, quæ ille ex Aristæo Proconnesio de *gryphibus*, adhibita tamen præmonitione, narraverat: deinde illa, quæ Arabes & autores modò citati de magna sua ave *Ruchcha* retulerant, & fabulis contaminaverant, conjiciebam, dari fortassis aliquam avem rapacem, aquilâ multò majorē, in mediterraneis Africæ Australis locis (z) minus cognitis, vitulum elephanti recens natum auferre validam; idque postea ex relationibus
recentioribus ita esse cognovi. *P. Iohannes dos Santos Lusitanus* (a) sequentia tradit: 7

Hum Portugues me contou em *Sofala*; que andando elle fazendo resgate de marfim na terra firme de *Mambone*, de fronte das ilhas das *Boçicas*, tinha hum bogio com hũa cadea preso a hum cepo, que pesaria dez ou doze arratens, o qual estando hum dia fora de casa no campo, deceo hũa *ave de rapina de immensa grandeza*, & ferrando nelle o levou nas unhas polos ares, juntamente com o cepo a que estava preso, indo o bugio dando mil gritos, & finalmente o levou a hũs matos, que perto estavão, onde o comeo, & depois foy achado o cepo com a cadea no mesmo mato.

Lusitanus quidam in Sofala *mihi narravit: Cùm aliquando eboris emendi causâ introrsum* Mambonam *è regione insularum* Boçicarum *profectus esset, habuisse se simiam cippo decem vel duodecim librarum alligatam, quam avis* ingentis magnitudinis, *dum ille foris in campo esset, valdè clamantem simul cum cippo unguibus in aerem rapuerit, atque in sylvam haud procul inde abstulerit, & devoraverit, ita, ut cippus cum catena* [solus] *ibi reperiretur.*

[Ista paululum variata reperiuntur in Gallica hujus autoris versione contractâ. L. I. c. 14.]

Textum ipsum Lusitanicum afferre voluimus, ut lectores cognoscant, epitomato- 8
rem Gallicum parùm fideliter dicta istius Historici expressisse. Addit idem autor: *Lusitanum affirmasse, multas tales aves illic locorum dari, atque hados & nefrendes abripere.* Paulo post ea refert quæ ex M. Paulo supra retulimus, addito: *Se nunquam vidisse nec audivisse de tantis avibus in illa regione, neque sibi relationem illius veram videri.*

Quæ *P. Bolivar Iesuita* de tali ave memorat, Thevenotius (b) nobis illius verbis 9
tradidit. Ea nos hîc exscribemus insertis pro declaratione verbis nostris: *Avis Condor est diversæ magnitudinis pro diversitate regionum. Major à multis Lusitanis visa, in expeditione contra regna* Sofalæ & Cuamæ, *& regiones de los Caffres* [Cafrum] à Monomotapa *usque ad regnum* Angolæ *& montes de* Teroa &c. *In aliquibus autem regionibus vidi* [P. Bolivar sic pergit] *pennas alæ istius* avis prodigiosæ, *licet avem* [ipsam] *non viderim. Penna illa, prout ex formâ colligebatur, erat* [una] *ex mediocribus, longitudine 28. palmorum, latitud. trium. Calamus verò à radice usque ad extremitatem longitudine quinque palmorum, densitatis instar brachii moderati, robustissimus erat & durus. Pennulæ inter se æquales & bene compositæ, ut vix ab* [se] *invicem nisi cum violentiâ divelle-*
rentur. Colore erant valdè nigro, calamus [verò] *colore albo. Referunt illi* [hi fallere 10
potuerunt & fefellisse videntur] *qui hanc avem viderunt, eam magnitudinem* duorum Elephantum simul junctorum (c) *excedere, & à nemine hucusque aliquam interfectam. Tanta velocitate nubium tenus fertur, ut vix alas commovere videatur. Formâ similis est aquilæ. Verùm etsi magnitudine ac velocitate præpolleat, victum tamen cum labore quærere cogitur, propter densissima nemora, quibus omnes illæ regiones refertæ sunt. Commoratur in terris desertis & frigidis, ut in montibus* Teroæ i. e. *Lunæ, & in eorum vallibus certis vicibus apparet. Nigras pennas in magno habent pretio. Magna difficultate vix una ab incolis obtineri potest, quia vel una penna decem & plures simul sedentes ab infesto calore,*
vespis & muscis defendit. Quæ dixi confirmare poterimus, has cum aliis avibus confe- 11
rendo quæ similes dictis sunt, ex quibus multas interfeci & infinitas vidi, præcipue in regno Peruano *ubi earum magna est copia: Hæ equas, vaccas, & alias pecudes depradantur*

(z) Malè de Sinarum regione & locis Orientalibus extremis ista referuntur. (a) In Historia Æthiopiæ Orientalis Regni Sofala è regione insulæ Madagascar; P. I. Lib. 1. c. 24. pag. m. 26. (b) *In animadversionibus seu Remarques sur les relations d'Ethiopie des P. Lobo & Tellez p. 4.* (c) Sic necessario fabulandum est, si fingere velis quòd unum elephantem in sublime rapere possit.

dantur, (d) *inprimis cùm fœtus hæ armenta pariunt*, ut *vaccæ* v. g. *parienti multùm facessunt* L. I. c. 12.
negotii, per aliquot dies fœtui inhiantes. [Ista confirmant, quæ supra de vitulo elephanti N. XCII.
conjeci] *Nigræ hæ sunt aves, & rostro robustissimo aduncoque, unguibus item aduncis.* (e)
12 *Illarum magnitudo maxima est, ut minor earum avium, quas dimensus sum (quæ pullus non erat) habuerit densitatem subtus alas cannam unam Romanam, & ab extremitate unius alæ ad aliam longitudinem viginti duorum pedum superarit. Major verò quam inveni triginta pedes circiter continebat. In terra consistentes jumenti habent corpolentiam: sæpius verò ducentas libras carnis evomuere præ nimia satietate cadentes. Pennarum aliquæ septem vel octo palmos longæ sunt.* Hæc *P. Bolivarius.*

13 Audiamus nunc descriptionem istius gryphis Peruani, *Contur* (*Condor* aliàs) dicti, ex autore Hispanico, *Ynca Garcilasso de la Vega*, (f) patriâ *Cuscano*, qui scribit: (g)

Ay otras aues que tambien se pueden poner com
las de rapiña, son grandissimas, llaman les *Cun-*
tur y los Españoles *Condor*. Muchas han muer-
to los Españoles, y las han medido, (por hablar
con certificacion del tamaño dellas) y les han
hallado quinze y diez y seys pies de una punta a
otra de las alas, que reduzidas a varas de medir,
son cinco varas y tercia. No tienen garras co-
mo las aguilas, que no se las dio Naturaleza, por
templar les la ferocidad. Tienen los pies como
las gallinas, pero bastales el pico, que es tan fu-
14 erte, que rompe el pellejo de una vacca. Dos
dellos acometen a una vacca, y a un toro, y se lo
comen. Ha acaescido uno solo acometer mu-
chachos de diez doze años y comerselos. Son
blancos y negros a remiendos como las urra-
cas. Ay pocas, que si huviera muchas destrui-
ran los ganados. En la frente tienen una cresta
pare a a manera de navaja, no con puntas como
la del gallo. Quando baxan cayendo de lo alto,
hazen tan gran zumbido que assombra.

Dantur & aliæ aves rapaces, quæ sunt maximæ, quas vocant Contur, *Hispani autem* Condor. *Multas occiderunt Hispani, easque mensuraverunt, (ut loquar cum asseveratione de illarum magnitudine) & repererunt quindecim aut sedecim pedes ab una extremitate alarum ad alteram, quæ faciunt quinque virgas, sive ulnas Hispanicas cum triente. Ungues non habent sicuti aquilæ; eas enim Natura illis negavit coërcendæ ferocitatis. Pedes autem habent in modum gallinarum: at contrà rostrum tam forte ac validum est, ut corium vaccæ lacerare possint. Duæ enim tales aves vaccam vel taurum adoriuntur atque devorant. Quin accidit, quòd una sola pueros decem vel duodecim annorum rapuerit, & devoraverit. Nigræ & albæ sunt mixtim instar picarum. Paucæ dantur; si enim multæ reperirentur, pecudes omnes destruerent. In fronte cristam habent similem denti aprugno, sine apicibus ut galli. Cum ex aere se demittunt, tantum strepitum edunt, qui hominem terreat.*

El Padre Maestro Acosta *hablando de las aves del nuevo Orbe, particularmente del Cuntur Lib. IV. c. 37. donde remito al que quisiere leer cosas maravillosas, dize estas palabras: Los que llaman Condores son de immensa grandeza, y de tanta fuerça, que no solo abren un carnero y se lo comen, si no a un ternero.*

Pergit, *Iosephum Acostam* allegando, qui aves novi Orbis describens de hac *Condora* refert: *Avem esse magnitudinis immensæ, & tantæ fortitudinis, ut non solum arie-* L. 4. c. 37.
tem, (h) *sed etiam vitulum tollat & devoret.*

15 Ex his sufficienter lectoribus constabit, dari multò maximas aues cùm in Africâ tum in Americâ, ex quibus fabula de *Gryphibus* & Arabum *Ruchcha*, (ut fieri solet) in immensum aucta, originem suam traxisse videtur. At temperari possunt fictitiæ circumstantiæ ex *Iohannis dos Santos* & *Garcilassi* relationibus sat moderatis, ac ob id verisimilibus; nam in substantialibus conveniunt, nisi quod *Dos Santos* ungues illis tribuat, *Garcilassus* verò demat, insigni ratione additâ. A regione fortassis est ista differē-
16 tia, quia ille *Africanas*: hîc verò *Americanas Condoras* nobis describit. Judicet nunc lector, an conjectura nostra de *Pygmæis* cum istis gruibus rapacibus defendendo pecori suo pugnantibus locū aliquem haberi possit: præsertim cùm Garcilassus scribat, eos etiam pueros decem vel duodecim annorū rapere, quæ fere Pygmæorum statura est.

[Hinc cognoscent studiosi lusum *Laurembergii*, qui in *Acerra* sua *Philologica* Gryphes & Ruchchas allegoricè pro ferocibus & rapacibus nautis accipit, die Menschen und Vieh greiffen und wegrücken. Cent. I. n. 99.]

X 3 COM-

(d) De quibus vide relationem mox sequentem *Garcilassi de la Vega*: §. 13. (e) Ad quæ verba Thevenotius: *La serre*, [unguis] *qu' on garde a Paris dans le thresor de la sainte chapelle nous assure bien, qu'il y a des oiseaux fort grands.* (f) In Historia sua quam vocat *Commentarios reales de los Yncas Reyes que fueron del Peru.* (g) Lib. VIII. c. 19. p. m. 217. b. (h) Carnero Hispanicè non ovem, ut est in Germ. versione, sed arietem vel vervecem denotat, qui plerumque robustiores sunt.

L.I. c. 13. N.XCIII.

COMMENTARIUS

Ad Lib. I. Cap. XIII.

N°. XCIII. Boa] Magni ſerpentis nomen ; in Italia quoque olim no-
L. 8. c. 14. tum. *Plinius de maximis ſerpentibus Indicis* differens ait, *faciunt his fidem in Italia* 1
appellata BOÆ, in tantam amplitudinem exeuntes, ut, Divo Claudio Principe, occiſa in Vaticano ſolidus in alvo ſpectatus ſit infans. *Aluntur primò bubuli lactis ſucco* [lege ſuctu] *unde nomen traxere.*

Boam in domibus reperiri ſcribit *Comenius* (i), forte deceptus ab illis qui verba Plinii ſic acceperunt; quaſi ab hominibus tam nocivæ tamque magnæ beſtiæ domi lacte alerentur. Aliud genus anguium eſt, quod in domibus paſcitur. Id Plinii tem-
L. 29. S. 22. pore factum, & adhuc à nonnullis fieri, Itali, cum in Italia eſſem, mihi dixerunt. Talis fuit, quem (teſte *Suetonio*) *Tiberius in oblectamentis habuit & manu ſuâ cibavit.* Non quòd à Pſyllis artem ſerpentes ſine noxâ tractandi didicerit, (ut *Caſaubonus* in animadverſionibus ad hunc locum putat) erant enim innoxii ; ſed quod eicurari ſolerent beſtiæ iſtæ, abominabili delectationi. Ridicula expoſitio, *Boa* ein Uncke / *in vocabulariis trivialibus* reperitur. *Vermis eſt* apud nos, neſcio qualis, *ſub aſſeribus trichiniorum latitans*, quem venenatiſſimum eſſe & lactem apperere ajunt, idque anili fabella confirmant. 2 *Hieronymus*: (k) *Draco*, inquit, *mira magnitudinis* (*quos gentili ſermone* Boas *vocant*, *ab eo quòd tam grandes ſint*, *ut boves glutire ſoleant*) (l) *omnem latè vaſtabat provinciam* &c. Sic *Boa* attribuit, quæ de ſerpentibus Indicis veteres ſcripſerunt. *Plinius* ex Megaſthene refert : *In India ſerpentes in tantam magnitudi-*
L. 2. p. 70. *nem adoleſcere, ut ſolidos hauriant cervos tauroſque* ; Sed *Strabo* incredibilium minimè credulus, *Daimacho* & *Megaſtheni* fidem derogat, & inter fabulas refert ὄφεις βοῦς 3
τε καὶ ἐλάφους σὺν κέρασι καταπίνοντας [ſic legendum] *ſerpentes tàm boves quàm cervos cùm cornibus haurientes* ; quæ ego de juvencis & hinnulis jam cornua emittentibus accipienda puto.

Diodorus Siculus, qui cautè hiſtoriam ſuam de magno hoc ſerpentum genere orditur, ſic ſcribit: L. 3. p. 169. 4

ὄφεων δὲ γένη παντοδαπὰ καὶ τοῖς μεγέθεσιν ἄπιστα θεωρεῖσθαι φασὶν οἱ τὴν πλησίον τῆς ἐρήμου καὶ θηριώδους κατοικοῦντες. ἑκατὸν γὰρ πηχῶν τὸ μῆκος ἑωρακέναι τινὲς ἀποφαίνονται.

Serpentum verò genera varia & magnitudine incredibilia conſpici ajunt juxta deſertum & agreſtia loca incolentes. Centum enim cubitorum longitudine vidiſſe ſe quidam prædicant.

Illis autem fidem non habendam eſſe cenſet. Mox refert lectu notabilem hiſtoriam, *de ſerpente triginta cubitorum longitudine, ad Regem Ptolemaum à venatoribus* 5
illius magnâ arte multoque periculo, vivâ in Ægyptum deductâ, & tandem prudenter ſubjungit :

Διόπερ τηλικούτου μεγέθους ὄφεως εἰς ὄψιν κοινὴν κατηντηκότος, οὐκ ἄξιον ἀπιστεῖν τοῖς Αἰθίοψιν οὐδὲ μῦθον ὑπολαμβάνειν τὸ θρυλλούμενον ὑπ' αὐτῶν. Ἀποφαίνονται γὰρ ὁρᾶσθαι κατὰ τὴν χώραν αὐτῶν ὄφεις τηλικούτους τὸ μέγεθος, ὥστε μὴ μόνον βοῦς τε καὶ ταύρους καὶ τῶν ἄλλων ζώων τὰ τηλικαῦτα τοῖς ὄγκοις ἀναλίσκειν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐλέφασιν εἰς ἀλκὴν συνίστασθαι

Quamobrem cùm tanta magnitudo ſerpentis in conſpectum communem [omnium hominum] *pervenerit, non æquum eſt fidem derogare Æthiopibus, neque fabulam cenſere, quod illi frequenter dictitant. Memorant enim quòd conſpiciantur in regione ſua ſerpentes tanta magnitudinis, ut non ſolùm boves & tauros & alia animalia iſtius molis devorent, ſed & cum elephantis pugnam conſerant.*

Philoſtorgius non abſimile vero narrat : *Dracones tignis non minores craſſitudine,* 6
longitudine quindecim orgyiarum ſeu ulnarum [i. e. ſexaginta cubitorum ſeu nonaginta pedum] *dari* ſcribit ; *quorum exuvias ipſe viderit.*

Volate-

(i) In Orbe ſenſualium picto c. 30. (k) In vita Hilarionis. (l) Aliam meliorem vocis originationem habes paulo ante ex Plinio.

7 Volaterrani fabula (*m*), *de serpente mille passus longo, qui certo anni tempore & armenta & pastores solidos devoraverit*, refutari non meretur. Fide digniores & moderatiores dantur, qui tam in Indiâ quàm in Africa ingentis magnitudinis dracones sed non tantos describunt. L. I. c. 13. N. XCIV. & XCV.

8 Dapperus *in descriptione Africæ* (*n*) sic loquitur: *Serpens* Minia *tam crassa, longa & fortis est, ut inter alia animalia etiam cervum quem* Ziblath *vocant, necare & totum deglutire possit.* Idem repetit Tit. Angola, & narrat: *Angolenses talem serpentem* Embainma *vocare, solidos porcos & hircos, imò cervos haurire, jacere instar rami aridi in viis, atque in homines & pecudes prætereuntes irruere.* pag. 584.

9 De pugnâ *draconum cum elephantis* supra disseruimus. Plura de illis habes apud *Bochartum in Hieroz. Part. II. l. 3. c. 14.* c. 10. n. 77. §. 7.

N°. XCIV. De JEKKO Stellione venenatissimo in JAVA MAIORE,

1 Indiæ insula] Relatum mihi fuit, Hollandos τὸν *Iekkò Salamandram* (*o*) vocavisse, propter acerrimum venenum, ut puto. Sed narravit mihi *Iacobus* Haupt-Rock *Isenacensis* quindecim annos Bataviæ in insulâ illâ versatus: *Hollandos quosdam, auditò, Salamandram in igne vivere posse, circa* Jekkonem *ardentium lignorum struem fecisse, quam ille nullo modo pertransire voluerit; unde satis apparuisse* Salamandram vulgarem non esse, vel falsum, illam in igne vivere posse. Num Plinii *Salamandra* sit, in medio relinquo. *Stellionem Indicum* appellare malim.

2 *Strabo* de viperis Indiæ *nihil tam infestum esse* scribit, *quàm* μικρὰ ὀφείδια, *parvos serpentulos, non majores spithamâ: reperiri in tabernaculis, vasibus & in maceriis, quorum venenum, nisi citò subveniatur, lethale sit.* Quæ descriptio non abludere videtur ab ea, quam de Jekkone *Georgius Andreæ* in itinerario suo (*p*) habet. Lib. 15. p. 706.

3 Est autem vox *Iekko* ὀνοματοποιητική, quam stellio iste tam sonorè proclamat, ut (quod â pluribus audivi) concionator juvenis nuper ex Hollandiâ appulsus, & hujus rei ignarus, quum in mediâ concione vocem hanc aliquoties distinctè audiret, non aliter putarer quàm se â homine quodam Gek oh: Gek oh! i. e. *stultum* vocari. Quæ res illum in sugestu planè perturbavit. Delitescit in putridis tignis & trabibus, ac proinde periculosissimus est incolis. Num forte לטאה sit, *Stellioni* simile animalculum, de quo Bochartus agit in Hierozoico suo, peritioribus expendendum relinquo. L. 4. c. 4. p. 1073.

N°. XCV. De Hydris & Chersydris] Specie non differunt, ut in

1 Historiâ nostrâ diximus. Aetius: *Serpens hic chersydri appellationem inde habet, quod in principio quidem in aquosis locis degit, &* hydrus *appellatur ab ipsis aquis, h. e.* natrix, *postea verò siccos incolit locos*, & chersydri, *i. e.* natricis terrestris *nomen invenit.* Sciendum verò est, paludes Africæ, quæ tempore hyemis ex aquâ pluviâ colliguntur, æstate exsiccari, & propterea angues eosdem modò in aqua, modò in terra conspici, atque inde duplex nomen sortiri. Plenior descriptio apud autores non occurrit. L. 13. c. 35.

Leonis Africani descriptio hydræ proximè ad *Gregorii* descriptionem, in Historia no- L. 8. p. 297.
2 stra positam, accedit; *Hydra* [seu *Hydrus*, utrumque enim dicitur] ait, *serpens est curtus, caudâ tenui, & circa collum gracilis, in Libyæ desertis agit. Virus habet perniciosissimum, neque aliud morsui remedium ferunt, quàm eam membri partem exscindere, priusquam virus in reliqua membra penetret.* Nullum morsui remedium dari dicit, quod tamen (ut in Historia nostra diximus) Habessini sciunt. *Plinius* quoddam proponit: *Illorum jecur servatum auxilium esse percussis ab eis*, inquiens. cap. 13. L. 29. c. 4.

Differentia specifica, quam Gregorius mihi indicavit, in quo etiam plerique
3 autores conveniunt, est: *quod pestilenti halitu necent.* Virgil. *Æneid. l. 7. ℣. 753,*

Vipereo generi & graviter spirantibus hydris.

Ælianus Lib. 8. c. 13.

Περὶ

(*m*) Geograph. L. XII. Tit. *Loca nuper reperta &c* (*n*) *Tit Queja* p. 394. (*o*) De quâ Plinius L. 29. c. 4. (*p*) Adamus Olearius edidit L. I. c. 7. p. 10.

L. I. c. 13. Περὶ Κέρκυραν δὲ γίνονται καλούμεναι ὕδραι, ἄπτερον
N. XCV. τὰς διώκοντας [rectè corrigit *Bochartus*(q) πρὸς τοὺς διώκοντας] ἐπιστραφεῖσαι καὶ φυσήσασαι πνεῦμα ἄτομον, εἶτα ἀναστέλλουσι τῆς ὁρμῆς, καὶ ἀποστρέφουσι.

In Corcyra gignuntur dictæ hydræ, *quæ ad insequentes conversæ, efflantes halitum venenatum, reprimunt impetum* [eorum] *atque avertunt* [eos].

[Locus hic corruptus videtur, quid enim est πνεῦμα ἄτομον? ἄτμον *halitum* scripsit autor, πνεῦμα ex glossa marginali in textum irrepsit. εἶτα *postea* hîc quoque superfluum est.]

Descriptionem *hydrorum* in Calabria elegantem habes apud Virgil. L. 3. Georg. ỷ. 430.

Stagna colit, ripisque habitans hic piscibus atram
Improbus ingluviem ranisque loquacibus explet.
Postquam exusta palus terraque ardore dehiscunt
Exilit in siccum, & flammantia lumina torquens
Sævit agris, asperque siti, atque exterritus æstu.

Bel. Iug. Huc faciunt verba Sallustii: *Natura serpentium ipsa perniciosa, siti magis quàm aliâ re ac-* 4
cap. 89. *cenditur.* הנחשים השרפים Appositio est substantivi, speciem per genus declarantis,
num. 21. 6. *Serpentes Seraphim sc. hydri.* Non male *Kimchius* sub radice שרף *Vssit, Adussit ad* locum
hunc: הנחשים השרפים נקראו לפי שהן שרפין כהבל פיהון *Serpentes* Seraphim *vocantur sic, quia adurunt halitu oris sui.* Ex quibus & aliis argumentis demonstrat Bochartus (r) *Hydros* hoc loco intelligendos esse. Germanicè haud satis congruè feurige Schlangen dicuntur. Sunt enim neque igniti neque ardentes, sed effectus sive halitus sive morsus ardorem igneum percussis affert. Brand-Schlangen
n. 43. §. 2. commodiùs redderes, ut supra de prestere diximus, quòd ob hanc rationem שרף dici posset.

Melchior Sebizius junior edidit libellum (s) quem vocat *Discursum Medico-Phi-* 5
losophicum de casu adolescentis cujusdam Argentoratensis mirabili; cui serpentem in ventre natum crediderunt; ubi de *hydris* pauca habet, illosque depingit, eum multis aliis serpentibus, sed confusissimè, ut differentiam inter tot vermes ægrè cognoscere possis; paucos autem ad vivum delineatos puto. Nam differentia specifica viperarum ab aliis serpentibus, quòd nimirum caput cum collo eadem crassitie continuent, ibi non est observata. Ex αὐτοψίᾳ delineatam viperam æri incisam lectoribus hîc exhibemus.

COMMENTARIUS

Ad Lib. I. Cap. XIV.

N°. XCVI. De Locustis] Si pro copia rerum de *Locustis* loqui vellem, 1
tempus & charta me citius quàm materia deficerent. Plena sunt itineraria & scriptores rerum naturalium de mirabili hoc insecto, epidemiâ australium regionum plagâ. Aliæ prorsus sunt, & nostratibus multò majores, de quibus hîc agemus. Nam *cicadæ* per prata nostra salientes, planeque inutiles & innocuæ, mentione vix
dignæ sunt. Veruntamen australes illæ non magnitudine tantùm, sed ipsa spe- 2
P. 2. l. 4. cie, & qualitate differunt. Bochartus *in Hierozoico suo* octo capita integra de iis habet, è quibus aliqua pro scopo nostro excerpemus: & pro confirmandâ conjecturâ nostrâ de genuina significatione Hebraicæ vocis שלו *Selawa*, hucusque ignoratâ (quæ *Num. 11. 31.* & in locis parallelis COTURNIX redditur) paulò prolixius disputabimus; æquum Lectorem rogantes, ne auditâ novâ sententiâ illicò exclamare, eamque aversari, sed totum priùs dissertationem consideratè legere, animumque probè advertere velit.

Causam

(q) In Hieroz. suo P. II. L. 3. c. 13. p. 424. (r) Hieroz. Part. II. Lib. 3. c. 13. (s) Argentorati impressum 1624.

3 Causam de receptâ hujus vocis significatione dubitandi mihi præbuit non tam L. I. c. 13.
varietas miraculorum, quæ per omnes sacri textus versus de coturnicibus adstruen- N. XCVI.
da forent, quàm incerta ipsius vocis Hebraicæ שלו *Selaw* significatio. Veram & genuinam in captivitate Babylonica deperditam fuisse, ex eo liquet, quòd universæ Judæorum Scholæ & olim & hodiè aqua in eâ hæreat.

4 Septuaginta seniores, vetustissimi S. Scripturæ interpretes genere Judæi in exponendis rariorum animalium plantarumque vocabulis haud satis felices, (*t*) Hebraicum שלו ὀρτυγομήτραν *Ortygometram* reddidere. Avis, quæ nomen Latinum non habet, & pleræque Europæ est ignota (*u*) *totâque specie differt à coturnice*, ut mox
5 dicemus. At antiquissimi & authentici Judæorum *interpretes Chaldaici* huic Septuaginta Seniorum expositioni minimè acquieverunt. *Onkelos* maluit retinere ipsum vocabulum שלו *Selaw*: *Jonathan Ben Vziel* pro eo habet פסיונים *Phasianos*, Exod. 16 13. quod retinet *Chaldaicus Hagiographorum interpres* Ps. 105, 40. idque satis arguit, quòd Judæi tunc temporis expositionem sive *ortygometræ* sive *coturnicis* pro vera non agnoverint, aliàs Jonathan vetus ille & celebris interpres tam incongruâ avis Colchicæ interpretatione usus non fuisset.

6 Primus Josephus (*x*) pro ὀρτυγομήτρα *Ortygometra* ὄρτυγα *Coturnicem* posuit, vel quòd Ortygometram nesciret: vel huc congruere non putaret. At Judæi omnes ante & post Josephum in aliâ fuerunt sententiâ. Veteres certè, qui Græcè scripserunt, cum Josepho neutiquam faciunt, quin potius vocabulum *Ortygometræ* cum LXX. Interpretibus (*y*) simpliciter retinent; sicuti fecit auctor *Libri Sapientiæ* XVI. 2. 3. & XIX. 12. *Philo* de vita Moysis L. I. Attamen notabiliter differt Ortygometra à Coturnice.

7 Aristoteles, qui (uti notum) Alexandro M. sumtus suppeditante, in naturam animalium diligentissimè inquisivit, *Coturnicem ab Ortygometra manifestè distinguit* (*z*) de coturnicibus loquens:

ὅταν δ' ἐντεῦθεν ἀπαίρωσιν ἥ τε γλωττὶς συναπαίρει καὶ ἡ ὀρτυγομήτρα &c.	*Cùm verò inde discedunt* [coturnices] *Lingulaca quoque simul discedit, & ortygometra* &c.

Quod etiam hanc avem bene noverit, paulò inferius *illam forma* [παραπλήσιον]
8 *ferè similem lacustribus prædicat*. *Augustinus in Exodum* cum dixisset, quòd שלוים Quæst. 62.
multi Latinè *coturnices* interpretati sint, disertè scribit: cùm sit aliud genus avium Ortygometra, *quamvis coturnicibus non usquequaque dissimile*. Hæc ex *Bocharto* (a) qui descriptionem Alexandri Myndii apud Athenæum refert, *quòd Ortygometra sit magnitudine turturis, longis cruribus, alsiosa & timida*. Inde bene concludit his verbis: *Ex horum sententia planum est, Ortygometram à conturnice specie differre*.

9 Hesychius quidem compositionem vocis magis, quàm naturam rei spectans, *Ortygometram coturnicem supra modum magnam* prædicat: ὀρτυγομήτρα, ait, ἐστὶν ὄρτυξ ὑπερμεγέθης, eine übergrosse Wachtel. Nam sicuti mater infantibus suis multo major est; ita Græcitati compositione hoc innuunt in permultis vocabulis cum μήτηρ *Mater* compositis, ut ἐχινομήτρα, πτλυγμήτρα; Μητρόπολις & ita porrò. Sed hoc rem non absolvit; nam majus & minùs non variant speciem, ut vulgatum Axioma habet; Hîc autem alia species est, ut ex *Aristotelis* verbis, ex *Myndii* descriptione, &
10 *Augustini* testimonio liquet, idque ipse *Bochartus*, ut modo diximus, agnoscit. Synonyma ergo non sunt, & malè promiscuè sumuntur à Josepho & aliis, quos Bochartus allegat dicto loco, vel errore vel ignorantiâ, avem notiorem pro ignotâ po-
11 nentes, parùm solliciti an in S. Scripturæ textum quadret vel non quadret. Quin

(t) Confer omnino quæ infra I. 15. §. 106. de hac versione notavimus. (u) In Gallia tamen reperiri ex eo colligo, quòd *Harduinus* in notis ad Plin. Lib. X. S. 38 n. 5. *Ortygometram* Gallicè exponat *Roy des Cailles, Mere des cailles*; & alleget Fridericum *de arte venandi* Lib. 1. c. 9. *Ralli terrestres*, qui dicuntur *Duces coturnicum* (x) Lib. III. Antiq. Judaic. c. 1. & 12. (y) Quibus rarò plus sapiunt Rabbini, ut in multis videre est; ex gr. Mandragoram Gen. 30. 14. 15. plerique imperitè retinent. (z) Hist. Animal. Lib. VIII. cap. 12. Scal ad hunc loc. eas bene describit & Gallinagini corpore: facie coturnici assimilat. (a) Hieroz. P. II. Lib. 1. c. 14.

L.I. c. 13. & LXX. Interpretes, eorumque ſequaces, ſi coturnicem intellexiſſent, æquè facilè
N. XCVI. ſimplex ὀρτυγα quàm compoſitum ὀρτυγομήτραν uſurpaſſent, ſi pro una eademque ave habuiſſent. Manet ergo hîc diſcrepantia ſat magna inter antiquiſſimos S. Scripturæ interpretes & antiquos Judæos Græcè ſcribentes, atque Joſephum, qui ſeptuaginta interpretibus peritior & doctior non fuit.

12 Recentiores Judæi quidvis aliud quàm coturnices comminiſcuntur, ut nihil dicam de nugatoria diviſione τῶν שליום Selavvarum in quatuor ſpecies, (b) קכלי שכלי פסיוני & שלו quæ ſunt *Kichli*, *Sichli*, *Phaſiani* & *Selavvæ* in ſpeciè ita dictæ. קכלי Græcum eſt Κίχλη, *Turdus*. שכלי Σύκαλις *Ficedula*. פסיוני Φασιανὸς *Phaſianus*, & *Selavva*, de qua quæſtio. Ferè idem eſt, ac ſi quis anſerum ſpecies faceret *Butaurum*. *Ardeam ſtellarem*. *Herodium* & *Mergum*. Quin ex ipſo Targum refelli poteſt, ibi enim, ut ſupra diximus, שלו *per* פסיונים exponitur; ſynonyma verò diverſam ſpeciem non efficiunt.

13 At expoſitionem hanc Targumicam *Kimchius* non agnoſcit, is enim in Lib. Radicum ad hanc vocem non niſi dubitanter loquitur:

שלו מין עוף והוא שמן מאד ואומרים שהוא שקורין לו בלעז קוליא :

Selawa *ſpecies avis* [eſt] *& ipſa pinguis valde, & ajunt* [ad alios hic provocat] *quòd illa ſit, quam vocant Barbarè* Kualia.

Italicum vocabulum *Quaglia* intelligit; Gallicè *Caille*, *Coturnix*. Quam ob cauſam rectè *Matth. Polus* in ſua Synopſi ad Exod 16. 13. *Non exploratum ſatis, an ea avis fuerit.* Salomo & Kimchi contenti ſunt dicere *avem pinguem*. Scilicet reſpicientes ad locum Gemaræ de ſumma hujus avis pinguedine.

14 In Germanica paraphraſi Judæorum pro indoctis & בנות ציון *filiabus Zion* i. e. *mulieribus Judæorum* facta, & Wilmershemii impreſſa, ſic differunt Judæi ad modo citatum locum:

ויהי ותעל השליו

עס וואָרן קומן גר פֿיל גוטי פֿיגל צו ישראל דיא האבן
גהייסן שליו דיא האבן ישראל געסן פֿאר פֿלייש ;
אונ׳ דען שליו האבן ישראל גיהאט גאנצר פֿירציג
יאר · אונ׳ דער שליו גינג אן אבנדי · אונ׳ דער מן צו
מארגנס פֿריא · דש דיא תורה האט אן גישריבן דער
מן איז גיוועזן פֿירציג יארי · אונ׳ האט ניט אן גישריבן
דאז דער שליו איז גיוועזן פֿירציג יאר · דאז איז גיוועזן
דרום וויל דער מן איז גוועזן פֿיל חרושים ביי אין ·
אונ׳ פֿיל וואונדר · איין נייא בישעפֿניז פֿון הימל · אבר
דר שליו איז ניט גוועזן איין נייא בישעפֿניז · דרום
בידארף דיא תורה ניט צו זאגן דאז ער איז גיוועזן
פֿירציג יאר ·

Es waren kommen gar viel gute Vögel zu Iſrael / die haben geheiſſen שליו Selaiv, die haben Iſrael geſſen für Fleiſch: und den שליו Selaiv haben Iſrael gehabt ganger 40. Jahr / und der Selaiv ging an abends / und der מן Man (Manna) zu morgens frühe: daß die Tora [das Geſetz] hat angeſchrieben / der Mann iſt geweſen 40. Jahr / und hat nit angeſchrieben / daß der Selaiv iſt geweſen 40. Jahr / das iſt geweſen darumb; weil der Mann iſt geweſen viel חרושים [neuer Ding] bey ihnen / und viel Wunder / ein neu Beſchöffnis [Geſchöpff] vom Himel: aber der Selaiv iſt nicht geweſen ein neu Beſchöffnis / darum bedarff die Tora nicht zu ſagen / daß Er iſt geweſen 40. Jahr. (c)

Iſta planè Iudaicè, hoc eſt, ineptè. Quaſi obliti fuiſſent loci Num. XI. 30. &c. Sufficit quod non agnoſcant expoſitionem coturnicis avis ſibi notiſſimæ.

15 Rabbinus quidam Francofurtenſis à me interrogatus, quid שליו eſſet, reſpondit: *Id me facilè ſcire poſſe, modo literas tranſponerem & W. geminarem* ut fieret שילו Schwalw i. e. Hirundo. Alius Rabbinus Hieroſolymitanus ſcripto mihi reſpondit hoc modo:

פירוש השלו בקשתי ולא מצאתי כי אם מה שידעתי מקודם שהוא מין תרנגול הגדולים בשדות :

Significationem [vocis] שלו *quæſivi, ſed non inveni, quantum autem novi* [ab] *olim, eſt ſpecies* galli magni campeſtris.

Reſpexiſſe videtur ad Phaſianos. Scilicet iſti citiùs Corum impleviſſent, quàm coturnices.

16 Hæc omnia valdè frivola proferimus tantùm ut oſtendamus, Judæos nec olim ſtetiſſe, neque nunc ſtare interpretationi vulgatæ coturnicum, quarum nomen in omnibus regionibus ſatis notum eſt, quamvis ſemel additum repererim in *gloſſa Germanica* Judaicæ cujusdam Pentateuchi editionis.

Si

(b) Reperitur in Libro Joma cap. VIII. fol. 78. 2.

(c) Sepoſita Judæorum Cacographia Germanicè deſcripſimus prout verba ſonant.

Si consulamus veteres Interpretes Orientales, *Syrum, Arabem, Samaritanum*, ni- L. I. c. 13.
hilo plus lucis ex illis reportamus. Retinent enim omnes vocem שלו; tantùm aliter N. XCVI.
& quidem uniformiter omnes scribunt. שלוי. ܣܠܘܐ. ࠔࠋࠅࠉ. سلوي. nisi quòd Samaritani in versione suâ Exod. 16. 13. habeant vocabulum ࠎࠋࠁࠉࠇ סלביח, quod, num idem significet ac שלוי, ex illis ipsis cognitutum me spero.

17 Atque sic verè me pronunciasse puto, vocem שלו *Selaw* post captivitatem Babilonicam à veteribus Judæis, & Orientalibus interpretibus omnibus intellectam non fuisse. Solius autem Josephi autoritas, quam Vulgata & reliquæ versiones vernaculæ Occidentales omnes sequuntur, non sufficit ad evincendam coturnicis significationem, omnibus sacri textus articulis repugnantem.

18 Ut igitur aliam convenientiorem reperirem, ad alia *remedia* in tali casu adhiberi solita confugiendum esse initiò ratus sum. *Primum* consistit in collatione cum locis parallelis; quorum tria occurrunt in Scriptura, nimirum *Exod. 16. 13. Num. XI. 31. 32.* & *Psalmo 105. 40.* sed omnia de eadem re & historiâ tractant, nullâ peculiari adhibitâ circumstantiâ, nisi quod in dicto Psalmo vocetur עוף כנף *Avis alæ*; quod Vulgata reddidit *volatilia pennata*. Ex quo aliquis benè argumentari posset, de verâ & propriè dicta ave locum accipiendum esse. Verùm enim verò כנף non *pennam* sed *alam* significat, igitur reddendus est iste locus *Avis alata*. Locustas quidem Latinè, aut in linguis vernaculis nemo facilè *Aves* Vögel vocaverit: Hebraicè tamen hoc vocabulum etiam reptilibus volucribus accommodatur, uti mox ex Levit. XI. 20. & seqq. intelligemus. Nihil igitur aliud ex dicto Psalmi loco colligi potest, quàm quod alas habuerint Selawæ.

19 *Alterum* remedium ejuscemodi voces dubias explicandi sumitur ex significatione radicis. At hic Lexicographi vocem שלו sine radice proponunt; vel si admittamus derivationem Bocharti, *invitis* [ut loquitur] *Masorethis*, à rad. שלה *abundavit* deductam, quia derivatum שלוה [illegible] *Abundantiam* denotat Ps. 121. 7. ea multò magis conveniet locustis quàm coturnicibus; nam copia coturnicum, quam autores narrant, ne comparanda quidem est ad ineffabilem locustarum multitudinem, ut brevi audiemus.

20 *Tertium* remedium desumitur ex aliis linguis Orientalibus, ut infra dicetur. At L. 15. n. 106.
hic reliquæ versiones Orientales, ut supra notavimus, retinent vocem Hebraicam sine intellectu, ut alia peregrina ignota. Apud Arabes verò vox سلوي non occurrit, nisi in hac ipsa historia Israelitarum. Etenim Pseudopropheta in suo *Alcorano (d)* ubi nonnulla Dei beneficia populo Israelitico exhibita describit, hoc pacto loquitur:

وظلّلنا عليهم الغمام وانزلنا عليهم المنّ والوسلوي ✱ | *Et obumbravimus eos nubibus: & demisimus super eos Manna & Selvvam &c.*

21 Sic enim punctatur in Alcorano. Quid hoc vocabulum sibi velit, Arabes non intelligunt, idque ex disputatione interpretum Alcorani cognoscitur, dum alii *Mel*, alii *avem* quidem exponunt, sed nesciunt quam; uti videre est apud Bochartum *(e)* qui notabilem habet locum autoris Arabis *Alachphasi* de *Selwa*:

هو طاير الذي انزل الله تعلي علي بني اسرايل علي القول المشهور وغلب الهزلي فظنه العسل ✱ | *Avis est, quam demisit Deus excelsus super Filios Israelis, secundum sententiam vulgatam,* [secundum id quod vulgo dicitur] *& errat Albazelius qui putavit* [esse] Mel.

Avem in genere dicit autor hic, videlicet secundum receptam opinionem; aliter locutus fuisset, si vocabulum hoc in linguâ Arabicâ pro coturnice usitatum, & ab eo intellectum fuisset; quippe Synonymum ejus tritissimum سمان *Sumana* facilè proferre potuisset. Nec errasset Albazelius Arabs in expositione vocabuli سلوي, si significationem notam in sua propriâ
22 linguâ habuisset. Vix puto alibi in totâ linguâ Arabicâ vocabulum hoc sive pro *melle* sive pro *coturnice* reperiri; sed contra existimo illos Alcorani Commentatores,

 alios

(d) Sur. 2. 55. & Sur. VII. post medium. (e) P. II. L. 1. c. 14. p. 92.

L. I. c. 13. N.XCVI. alios ex ſenſu, quod *Manna* & *Mel* affinia putarent: alios ex auditu (fortè à Judæis) quòd *avis* eſſet, de peregrini hujus vocabuli genuina ſignificatione diſputare. *Camus* autem & *Giggaus*, quos Golius allegat, (ut mihi videtur) aliâ quàm Alcorani, pag. 321. ejusque interpretum autoritate non nituntur. Et P. Angelus à S. Joſepho, qui ad Perſicum ورتاج *Coturnix* apponit vocem سلوي, procul dubio ad Alcoranum reſpexit. *Perſas* autem vocem שלו non intelligere ex eorũ Pentateucho apparet, ubi interpres Num. 11. 31. reddidit مرغكها *Aviculas*.

Hæc cum in animo meo hæſitabundus volutarem, nec tamen ullum auxilium reperirem, fortè fortunâ incidi in *Porphyrii Pythagorici* locum περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων: *De abſtinentiâ ab animatis*; qui poſtquam (f) dixiſſet: *Heraclidas ad Spartam militantes inopiâ annonæ ſerpentes comediſſe*, ſubjungit: 23

Ἄλλῳ δὲ στρατῷ πεινῶντι κατὰ τὴν Λιβύην ἐπέπεσε νέφος ἀκρίδων. | *Alii verò exercitui in Africâ fame laboranti ſupervenit nubes locuſtarum &c.*

Statim ſubiit animum ſuſpicio: *An non & Iſraelitis, in deſerto fame & appetentiâ carnis laborantibus, ſupervenerit talis nubes?* Murmurabant enim contra Moyſen & Aaron: *quòd eduxiſſent illos ex Ægypto, ubi ſederant ſuper ollas carnium, ut occiderent omnem multitudinem fame.* Id enim ad totum textum longè meliùs applicari, quàm ſi vox שלו de *coturnice* acciperetur.

Satis quidem percipiebam, quæ Bochartus ſpecioſè admodum de ingenti coturnicum fœcunditate & numero, earumque delectabili cibo differeret: & quomodo hæſitationi interpretum in pleriſq; hujus hiſtoriæ articulis occurrere satageret, putans in reliquis orientalibus Linguis, Chaldaicâ, Syriacâ, Samaritanâ & Arabicâ, vocabulum שלו *Selaw Coturnicem* indubiè ſignificare. Tanti igitur viri autoritas me diu in ſuſpenſo tenuit; imprimis accedente omnium vernacularum conſenſu, à quibus recedere arduum mihi videbatur. 24

Poſtea animadverti, vocabulum illud ab interpretibus Orientalibus modò dictis retineri tantùm, at non intelligi: Occidentales verò ſolius Joſephi autoritate niti: univerſam denique Judæorum turbam ab eo diſſentire, vel ſaltem dubitare: quoad rem ipſam verò & ſenſum, *niſi in omnibus iſtius hiſtoriæ articulis naturæ vim facere, & mera miracula fingere velis*, textum neque ad *ortygometras*, neque ad *coturnices* accommodari poſſe; contrà, ſi eum de locuſtarum quadam ſpecie munda accipias, ſive multitudinem ſive latitudinem ſive altitudinem, ſive collectionem & tractationem earum ſpectes, omnia prona eſſe atque intellectu facilia; Etiamſi nomen hoc inter locuſtas mundas à Moſe nominatas non reperiatur, potuiſſe tamen unius illarum eſſe vel ſynonymum, vel ſpeciem aliquam quatuor illarum principalium, cujus nomen ſpecificum ibi expreſſum non eſt. His rationibus permotus non dubitavi amplius conjecturæ meæ indulgere, eamque erudito Orbi expendendam proponere; memor eorum quæ egregius quidam Theologus (g) ad vocem דודאים *Dudaim* his verbis ſcripſit: *Neque enim Fides & Religio Chriſtiana periclitantur, etiamſi de iſtis & id genus aliis vocabulis certent Grammatici, & adhuc ſub judice lis ſit, quænam ſignificatio maximè ſit amplectenda*; ſimul gnarus, rariora animalium plantarumque nomina perperam plerumque ab antiquis interpretibus expoſita: vel ἀνερμήνευτα id eſt, ſine expoſitione relicta; adeoque per tot ſecula ignorata, à viris doctis noſtro tempore conjecturis idoneis atque ipſi rei convenientibus eruta atque egregiè expoſita fuiſſe; veluti quod *Leviathan* crocodilus, & *Behemoth* hippopota- 25 26

(f) Lib. 1. §. 25. p. 19, 20. (g) Hutterus in locis communibus p. 41. b.

potamus ſit. In quo genere Bochartus plus præſtitit, quàm quiſquam alius ante illum. L. I. c. 12. N. XCVI.

27 Quod ſi conjectura noſtra nonnullis minùs placuerit, licebit illis meliorem proferre: vel *Ortygometram & coturnicem* aves reverâ diverſas conciliare, & cauſas indicare, cur vetuſtiſſimis interpretibus Orientalibus, Judæisq; hodiernis iſtæ aves non arrideant: ſimulque omnia ſacri textus commata, remotis dubiis, ad coturnices planè & genuinè accommodare.

28 Antequam verò applicationem ad factum textum faciamus, integra autorum loca, quæ de locuſtis agunt, lectori ob oculos ponemus, ut veritas eorum, quæ poſtea dicturi ſumus, ſibi conſtet.

Strabo de Arabiæ locuſtis, peculiariter de Acridophagis ſic ſcribit: L. 16. p. 772.

ζῶσι δ' ἀπὸ ἀκρίδων, ἃς οἱ ἐαρινοὶ λίβες καὶ ζέφυροι πνέοντες μεγάλοι συνελαύνουσιν εἰς τοὺς τόπους τούτους; ἐν ταῖς χαράδραις δ' ἐμβαλόντες ὕλην καπνώδη, καὶ ὑφάψαντες μικρὸν, ὑπερπετόμεναι γὰρ τὸν καπνὸν σκοτοῦνται, καὶ πίπτουσι; συγκόψαντες δ' αὐτὰς μεθ' ἁλμυρίδος μάζας ποιοῦνται καὶ χρῶνται.	*Vivunt autem* Locuſtis, *quas verni Africi & Zephyri vehementius flantes in illa loca appellunt.* [Incolæ] *verò in vallibus fumigantem materiam congerentes, & paulatim accedentes, ſupervolantes locuſtæ fumo obtenebrantur & cadunt, quas illi conſcindentes cum ſalſugine mazas conficiunt, & edunt.*

29 Eadem de ventis & fumo narrat *Diodorus Siculus* pluribus circumſtantiis, nimirum; quòd venti illi ineffabilem locuſtarum multitudinem inſolitæ magnitudinis afferant. De aucupatione earum verò ſequentia tradit (*h*):

Τῆς δὲ τούτων ἀπωλείας ἐπὶ πλείονας ἡμέρας γινομένης, μεγάλους διανίστασθαι σωρούς. Καὶ τῆς χώρας ἐχούσης ἁλμυρίδα πολλὴν, πάντες προσφέρουσι ταύτην ἀθρόοις τοῖς σωροῖς, καὶ διαταξάμενοι δεόντως ποιοῦσι τὴν γεῦσιν προσφιλῆ, καὶ τὴν ἀποθησαυρισμὸν ἄσηπτον καὶ πολυχρόνιον.	*Hâc ergo* [locuſtarum] *ſtrage per multos dies continuata, magni earum coacervantur cumuli. Cum autem regio iſta ſalſugine abundet, omnes inſpergunt eam cumulis ſimul omnibus, & convenienter macerantes, & ſaporem gratum, & aſſervationem diuturnam ſine putrefactione efficiunt.*

30 Plinius Locuſtas deſcribens poſt cætera ſic loquitur: *Gregatim ſublatæ vento in maria aut ſtagna decidunt. Fortè hoc, caſuque evenit, non (ut priſci exiſtimavere) madefactis nocturno humore alis. Iidem quippe nec volare eas noctibus propter frigora tradiderunt; ignari etiam* longinqua maria ab iis tranſiri, continuata pluriu m dierũ *(quod maximè miremur)* fame quoque, *quam propter externa pabula petere ſciunt. Deorum iræ peſtis ea intelligitur. Namque & grandiores cernuntur, & tanto volant pennarum ſtridore, ut aliæ alites credantur; Solemque obumbrant, ſolicitè ſuſpectantibus populis, ne ſuas operiant terras. Sufficiunt quippe vires, & tanquam parum ſit maria tranſiſſe, immenſos tractus permeant, diráque meſſibus contegunt nube, multa contactu adurentes: omnia verò morſu erodentes, & fores quoque tectorum. Italiam ex Africa maximè coortæ infeſtant, ſæpe populo ad Sibyllina coacto remedia confugere, inopiæ metu.* Et paulo poſt regiones enarrans, ait: *Tot orbis partibus vagatur id malum*, Parthis & hæ in cibo gratæ. Solinum & alios veteres plurimos ſimilia tradentes omittimus. Audiamus recentiores. L. XI. c. 29. S. 35.

31 *Franciſcus Alvarezius* αὐτόπτης in itinerario ſuo Æthiopico, ex quo Luſitanicè excerpſimus ea, quæ inſigniter pro ſcopo noſtro faciunt, narrat: Cap. 32.

Em todo o Senhorio do *Preſte Joam* ha muy gran de praga de gafanhotos &c.	*In univerſa ditione* Presbyteri Johannis *permagna plaga locuſtarum datur &c.*

Et mox.

Naõ he pera crer ſua multidaõ, que cobrem a terra & enchem o ar: tiram a claridade a o ſol; *ainda digo nam ſer coſa pera crer* quem as naõ ver &c.	*Non eſt* credibilis *earum* multitudo, *quâ tegunt terram, & implent aerem: adimunt claritudinem ſoli.* Adhuc ſemel dico, non eſſe rem credibilem, *qui eas non viderit.*

Paulo poſt:

E onde chegam fica a terra como de lhe porem o fogo. E eſtes gafanhotos ſam como grandes	*Quocunque venerint, ſolum apparet tanquam igne adustum. Locuſtæ iſtæ ſimiles ſunt magnis Achecigar-*

(h) Lib. III. cap. 29. p. 162.

L. I. c. 13. N. XCVI. cigarras. Sam amarellos das aſas, e quando vem de caminho, hum dia antes o ſabem, Nãm porque os vejam ſenãm porque veem o Sol amarello, e a terra amarella da ſombra que ſobre ella dam &c.

tis. (i) *Alas luteas habent, & cum in itinere ſunt, uno die citiùs id ſciunt; Non quòd eas videant, ſed quod videant ſolem quaſi luteum, & terram luteam ab umbra, quam in illam dant &c.*

Et rurſus.

Nam era couſa pera crer, que traziam largueza de [NB] *oito leguas*, ſecundo depois ſoubemos.

Non erat res credibilis, *quod occuparent ſpatium* [NB] octo leucarũ, *prout poſtea cognovimus.*

Porro narrat Alvarezius proceſſionem, quam fugandis locuſtis Luſitani inſtituerant, & pergit: 32

E fazendonos a volta &c. eram tantos a pos nos, que nam parecia, ſe nam que nos queriam quebrar as coſtas e cabeças com pedradas, taes eram as porradas, que punham em nos.

Et cùm reverteremur, tanta vis in nos involabat, ut non aliter nobis videretur, quam ſi nobis vellent perfringere coſtas & capita, quaſi lapidum ictibus. Tanti erant ictus tanquam clava, quos nobis infligebant.

Deinceps refert, quod ſuperveniente magna tempeſtate ingens illarum copia defecerit:

Foy couſa de eſpanto, que mediram *dous covados* (k) *d altura* delles mortos na beira da grande ribeira e d aſſi pollos regatos grande multidaõ mortos pollas bordas:

Erat res viſu ſtupenda, quòd duorum cubitorum altitudine *reperirentur in ripa fluminis magni, & ita iuxta rivos ingens multitudo mortua reperiebatur in illorum margine.*

Capite XXXIII. narrando pergit, quod venerit in regionem, ubi repererit ſobolem locuſtarum ſine alis indicibili copia his verbis: 33

A multidãm d eſtes ſem aſas callo, porque nam he pera crer. Vi eſtar homens, molheres, meninos como pasmados aſentados entre eſtes gafanhotos.

Multitudinem *iſtarum, quæ alis carebant, ſilentio prætereo, eſt enim prorſus* incredibilis. *Vidi viros, mulieres, pueros quaſi attonitos ſedentes inter iſtas locuſtas.*

Eu lhes dezia; *Porque eſtais aſſi morrendo? Porque nam matais d eſtes animays, & vingaivos do mal, que vos fezeram ſeus pais? & a o menos os mortos vos nam faram mais mal.* Reſpondiam: *Que nam tinham coraçam pera reſiſtir a praga, que lhes Deos dava por ſeus peccados.* A gente que d' eſta terra ſe hia, achamos caminhos cheos de homens, molheres e mininos a pe, e de elles nos braços, ſeus fatinhos nas cabeças mudando ſe a terra onde achaſſem mantimento, era huã piedade de deos ver.

Ego dicebam illis: Quid ſedetis ſic morientes? Quare non occiditis iſta inſecta & vindicatis vos ob malum quod genitores eorũ vobis fecerunt? Occiſa ſaltem nihil amplius mali vobis inferent. *Reſponderunt:* Se plane deſpondiſſe animum ad reſiſtendum iſti plagæ, a Deo ſibi immiſſæ pro peccatis ſuis. *Eorum qui deſerebant hanc regionem plenas reperimus vias virorum, mulierum & puerorum, quos vel manu ducebant, vel ulnis gerebant, reculas ſuas in capitibus portantes, & ſolum commutantes, ut alibi victum quærerent, quod magna commiſeratione ſpectabatur.*

Multitudo ineffabilis. Vieram hi de caminho tamanha multidãm de gafanhotos, que nam he pera dezir, e começaram de chegar hi hum dia oras de terza ed ate a noyte nam ceſſaram, & aſſi como chegavam ſe apoſen avam & p. r eſta maneira fezeram cinque dias, hum a pos outro,

Tranſibat hic tanta locuſtarum multitudo, *ut ſit plane* ineffabilis. *Adventus earum incipiebat circa horam diei tertiam, & continuabatur usque in noctem; & prout adventabant, ita ſeſe demittebant quaſi quietura, &c. Atque hac ratione proficiscebantur quinque dies continuos, unum poſt alterum* 34

Poſtquam narraviſſet, quod quinque diebus continuis quaſi turmæ innumerabiles pervolaverint, & omnes plantas, imò & arbores teneras & frutices omnes abſumſerint, ſubjungit: 35

Depois delles paſſados ſoubemos a largueza que traziam, que paſſaria a largueza de *tres legoas*, em que nam ficou caſca nem arvore.

Poſtquam tranſierant, cognovimus latitudinem ſpatii, quod occupaverant, nimirum ultra tres Leucas, ubi neque cortex nec frutex manſit.

Alvarezius omnia iſta ſcribens, de ſententia noſtra ne ſomniaverat quidem. Notet modò benè ſtudioſus Lector *incredibilem, ineffabilem, innumerabilem locuſtarum multitudinem: Spatium ſoli octo leucarum.* Viginti quatuor milliaria ſcil. Italica reddunt

(i) Malè redditur hic locus ab interpretibus: Sie ſind in der Gröſſe / wie unſere groſſe Heuſchrecken / quod eſt falſum: multo enim grandiores ſunt noſtris maximis. Non magnitudinem ſed ſimilitudinem tantùm deſcribit Alvarezius: aliàs oportuiſſet illum dicere: *Sam tan grandes como noſſas grandes cigarras*: Id eſt: *Tam magna ſunt ac noſtra magna achetæ* Non hoc vult autor, ſed id quod nos expreſſimus. (k) *Covados*, cubitus ſunt non ulnæ. Elen nicht Klafftern / prout Germanicus interpres reddidit.

dunt interpretes, quæ conficiunt *sex milliaria Germanica*: quod *involaverint in capita peregrinantium* tanto impetu, quasi lapidibus impeterentur, idque & argumentum est magnitudinis earum & quòd homines non metuant: quòd *duorum cubitorum altitudine* jacuerint in ripa fluminis, tametsi mortuæ. Quæ circumstantiæ suo loco nobis adminiculabuntur. *Patres Societatis in additionibus ad relationem de Æthiopiâ* (l) scribunt: *quòd arboribus insidentes, pondere suo ramos fregerint.* L. I. c. 13. N.XCVI.

36 Nicolaus Clenardus (m) ait: *Alius est exercitus, quem Deus his regionibus immisit. Paucis ante diebus Fezæ vidisses* cœlum obductum locustarum agminibus, *quæ hic non tantum saltant, sed avium ritu volitant. Iam coram video minas priorum Prophetarum. Multis in locis nocte una sata perdunt universa. Bellum strenuè cum iis gerunt rustici, nam plaustra plena locustis advehunt Fezam. Nam hos hostes vulgò hic com-*
37 *edunt.* Petrus Kirstenius (n) de Arabe quem secum habuit sequentia refert: *Narravit locustas esse ejusdem speciei* [ejusdem figuræ vel generis dicere voluit] *cum nostris, sed* majores; *nam pro regionum diversitate variant. In Indiis enim (ut ex Plinio patet) sunt ingentis magnitudinis: has autem circa Iordanem ajebat esse medtocris magnitudinis, instar avium nostrarum montanarum, quas sylvestres vocare solemus. Modum præparandi talem significabat: Captis locustis alæ & pedes abripiuntur, reliquum corpus collo suspenditur: Solique illic locorum satis ferventi per aliquod temporis spatium exponitur; ubi incaluerint à Sole probè, ebulliunt quasi & intumescunt; ubi satis intumuerint & spumescere incipiunt, sufficienter præparatæ sunt,* cibum *enim exhibent* suavissimum. *In Africa verò, aliisq; locis ad ignem coqui & assari ajebat.*

38 Johann Nenhoff in Descriptione Regni Sinarum: In der Provinz Shensi entstehen Heuschrecken in grosser Menge 2c. Dahero siehet man offt auf dem Felde weder Laub noch Graß / welches alles abgefressen / sondern dagegen so viel Heuschrecken / daß wann sie bey Schwarmen auffliegen / das Tagelicht dem Ohrte benommen und gleichsam eine Sonnen-Finsterniß verursachet wird. Gleichwohl scheuen sich die Sineser nicht / diß Ungeziffer zuessen / ja etliche dörffen es auch für ein besonders Leckerbißlein halten. pag. 177. a.

39 Descriptio locustarum, quæ in *Historia secunda Legationis Sinensis* habetur; exscribi meretur ad varietatem & mirabilem quandam figuram terribilis hujus insecti significandam. Anno 1654. im May entstund auf der Insul Tayovvan und Formosa auß dem Nord Westen wieder eine grosse Menge Heuschrecken / die um und um alle Feld-Gewächse abfrassen; Daher dann durch Hungers-Noht über 8000. Menschen umkamen. Sie waren wunderlich von Gestalt: hatten gleichsam Kragen um den Halß / wie ein Pickenierer: und einen Helm oder Sturmhut auf dem Kopff / wie die Soldaten zu tragen pflegen. Sie machten im Fliegen ein solch Gerassel und Geschnur / als wenn ein starcker Wind durch die Bäume gehet. pag. 29.

40 *Ol. Dapperus in Africa* sua (o) Sie kommen auß dem glücklichen Arabien durch die Libysche Wüsten Numidien, und die Barbarey 2c. mit so grossen und dicken Schwärmen geflogen / daß sie die Sonne verdunckeln. Item (p) daß die Lufft mit einer dicken Wolcke scheinet verdunckelt zu seyn. Porro de Regno Habessinorum scribit: Daß sie mit ihren Schwärmen die Erde bedecken / und die Sonne auf etliche Meilen verdunckeln.

Sensus & summa horum verborum est, *incredibilem* locustarum vim, quæ solem per aliquot milliaria instar cujusdam eclipsis obumbret, in regnis Sinarum & Africæ nonnunquam oriri: quòd Sinenses non dubitent insectum hoc mandere, imò pro *cupediis* [Leckerbißlein] id appetant: quòd omnes plantas locustæ devorent, ut aliquot hominum millia fame ad mortem adigantur.

41 Et novissimè *Iosephus de S. Angelo Tolosanus in Gazophylacio suo Persico* in voce *Locusta* refert:

J'ay.

(l) De Annis 1607. & 1608. p. 324. b. (m) In Epist. L. 1. p. m. 78. (n) Ad cap. 3. Matth, v. 4. seqq. (o) Tit. Libyen oder Zaara p. m. 317. b. (p) Tit. Insoko p. 459.

L. I. c. 13. N. XCVI. J'ay veu pluſieurs fois en printemps le ſoleil obſcurci par des nuées (pour ainſi dire) tres-epaiſſes de ſauterelles, qui paſſent la mer, depuis le deſert de l' Arabie jusques bien auant dans la Perſe.

Sæpius vidi primò vere ſolem obumbratum nubibus, (ut ita loquar) *locuſtarum denſiſſimis, quæ mare tranſeunt à deſerta Arabia procul in interiorem Perſiam.*

Rabbi Ananias Fezzanus è Mauritania (Marocco hodiè, quam regionem illi ſecundum Arabes مغرب *Occidentem* vocant) menſe Auguſto Anni 1688. hâc tranſiens, de locuſtis à me interrogatus, ſequentia Hebraicè literis vulgaribus Rabbinicis dedit, & ſigno ſuo ſubſignavit. 42

בעֿה
אמטיא אומיא ולשניא
שלומכון יסגא :

שיתי שומי אותותי אלה להודיע ולהביע שזה
כמה ימים ושנים · אשר יצאתי מארץ מולדתי
עיר פאס המהוללה עיר מלאה של סופרים ·
ויהי היום בהיותי נע ונד · באתי פה העירה ששמה
פרנקפורט יעֿא : והאלהים אנה לידי איש שר
וחשוב בקי בכל הלשונות חכם חרשים אשר שמו
נודע בכל השערים השר והטפסר הה̈ר איוב
לודולף יועץ לקיסר ולדוכס סאקסן יורֿה :
ויהי היום ואבא אל ביתו לשמוע חכמתו ואשתומם
אחר אשר ראיתי את המראה אשר מצאתיו שלם
בכל :
והראני את כל ספריו · ספרים מספרים מהרבה דברים
הן מתורתינו הקדשה הן מסיפורי דברי הימים ·
ושאל מפני הרבה דברים · ובתוך שאלותיו שאל :
הימצא במערב חגבים גדולים · נענתי לו יש ויש ·
ובפרט היום שמונה שנים אשר שלחני המלך של
מרואיקוש יורֿה לעיר סאלי יעֿא על איזה
דבר · באותו הזמן אשר הייתי שם שהירח
בחדש תמוז אחר חצי היום נתקדר השמים ולא
ידענו מה היה הדבר עד שראינו כמה מיני ארבה
גדולים עד מאד · והעם אספו מהם הממעיט
אסף עשרה חמרים והיו מבשלים אותם
ואוכלים והיהודים היו גם הם אוכלים מהם ·
שאלתי להרבה אנשים שהיו אוכלים אותם מה
היה טעמם · ואמרו לי שהם יותר ערבים מבני
יונה : ובשמעו כדברים האלה חלה פני לכתוב
הדברים האלה בספר למען יעמדו ימים רבים
ולפי שאין מסרבין לגדול : על זה כתבתי את כל
הדברים האלה באמת ובאמונה בלי שום
גוזמא · כי זה היה אשר ראו עיני · כה דברי זעירא

Cum auxilio Domini.
O Populi, gentes & nationes!
Pax veſtra multiplicetur.

Quod literas hasce exaraverim, factum eſt ad notum faciendum & ſignificandum, jam dies & annos eſſe, quòd egreſſus fuerim ex terra nativitatis meæ, urbe Fes celeberrima, urbe plenâ eruditorum. Accidit autem hodiè, cùm eſſem vagus & oberrans [in mundo] *veni huc in urbem, cui nomen eſt Francofurtum, (Deus illam protegat.) Et Deus mihi occaſionem dedit veniendi in conſpectum viri primarii &c. &c. qui eſt* [Titulos meos & encomia transferre nihil attinet.]
Jobus Ludolfus Conſiliarius Cæſaris & Ducis Saxoniæ, &c. &c. exaltetur Majeſtas eorum.
Et factum eſt hodie, ut venirem in domum ejus ad audiendum, &c. &c.
Et oſtendit mihi omnes libros ſuos, libros tractantes varias materias, tam de Lege noſtra ſancta, quàm de variis hiſtoriis.
Et percunctatus eſt me de multis rebus. Inter alias quæſtiones interrogavit: Num reperirentur in Africa [peculiariter in Mauritania] *locuſtæ magnæ? Respondi illi: Utique maxime. Speciatim nunc* [ſunt] *octo anni, ex quo me miſit Rex* [Maruecos] *Mauritaniæ (cujus Majeſtas exaltetur) in urbem Sale (quam Deus protegat) ob negotium quoddam. Illo ipſo tempore, cùm ibi eſſem, nempe menſe Tamuz* [Junio partim Julio] *poſt meridiem, obſcuratum fuit cœlum, nec ſciebamus quid hoc ſibi vellet; donec vidiſſemus omnis generis locuſtas magnas valdè. Populus autem colligebat eas, ut aliquis colligeret minimum decem* Chomor (q) *quas coquebant, & comedebant; etiam Judæi veſcebantur illis.* 43

Interrogavi multos homines comedentes illas, quis eſſet ſapor illarum? *Et reſponderunt mihi:* Multò *ſuaviores eſſe pullis columbarum. Cùm ergo hæc audiviſſet* [Ludolfus] *obteſtatus eſt me, ut hæc ſcripto conſignarem ad perpetuam rei memoriam. Neque etiam repugnare decet majori. Propterea ſcripſi omnes res iſtas in veritate & fide, ſine ulla hyperbole, id enim eſt, quod viderunt oculi mei. Sic ait minimus ex eruditis, qui obtegitur* 44

(q) Utitur hîc Rabbinus voce menſuræ magnæ חמר Corus, recentis facti textus verbis, tanquam illa ad locuſtas noſtras optimè quadrare putaret.

רמז חבריא המתעבק בעפר רגליהם של חכמים עה״ : עש״ק פרת העירה פרנקפורט כ״ד ימים למנחם סדר את הברכה אשר תשמעו שנת התמ״ח :

gitur pulvere pedum sapientiorũ. Super eos sit Pax. L. I. c. 13.
[Datum] Vespere Sabbati Sancti in urbe Francofurt. XXIV. Augusti. Seder: [i.e. Cùm sectio ista legitur Deut. XI. 27.] Benedictionem cum audiveritis &c. Anno quinquies millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, à creatione Mundi. N.XCVI.



Signum suum loco sigilli hoc modo subscripserat.

45 Institi ut descriptionem specialiorem adderet linguâ vulgari Arabicâ in patria sua usitatâ, ut cognoscerem dialectum Mauritanam, quâ Judæi inter se uterentur. Præstitit id; & quum varias locustarum species depictas ex *Aldrovando* illi ostenderem, ille longitudinem & latitudinem pictori indicavit, atque sequentia verba subscripsit literis Hebraicis, quibus ego, quantum Orthographicè fieri potuit, Arabica interlinearia addidi, adjecta expositione Latina.

46 האדה הוא תחקיק אלכבור ואלעארץ
هذا هو تحقيق الكبور والعارض
די גראד די יסאבו פי אלגארב פי
دي جراد دي يسابوا في الغارب في
מדינת סלא פי סלטנאת מארקוס די
مدينة سلا في سلطنات مارقوس دي
ראית אנא בעיני חין כונת פי סלא עלא
رايت انا بعيني حين كنت في سلا علي
אמר מולאי ישמעיל אללה ינצרו. אן גאו פי
امر مولي اسمعيل الله ينصره ان جاوا في
ואחד אנהאר בלא עדה די כאנו
واحد النهار بلا عدة دي كانوا
יגאטיו אשמש כיף ואחד אסחאב
يجاطيوا الشمس كيف واحد اسحاب
ובעד דאליך כאנו יטיחו פי אלארץ
47 وبعد دالك كانوا يطيحوا في الارض
וכאנו אנאס יגמעוהום בידיהום בלא
وكانوا الناس يجمعونهم بايديهم بلا
מסלא אוכרה בלא עדאב וכאנו יסלקוהום
مسلا اخري بلا عذاب وكانوا يسلقوهم
פי אלמא בעד מא כאנת אלמא תגלי
في الماء بعد ما كانت الماء تجلي

Ista est vera magnitudo & longitudo locustarum, quæ reperiuntur in Occidente (r) in urbe Sala (s), in Imperio Maroccano [*i.e. in Mauritania*] quas vidi ego ipse meis oculis, cum essem in Sala, mandato [*ob negotia*] Regis Muley Ismael, quem Deus servet. Cùm venirent quodam die sine numero, ita ut obtenebrarent solem, instar alicujus nubis.

Post hæc cadebant in terram, ubi homines eas colligebant manibus suis sine [*alio modo*] difficultate alia aut molestia. Et coquebant eas in aqua; & cùm aqua bulliret, cum sale

Z

(r) i.e. in Africa speciatim in Mauritania. (s) Vulgò *Salè* Urbs maritima Mauritaniæ & Emporium satis celebre.

L. I. c. 13. N. XCVI.

בילמלח יחותוהום פילמא וכאנו יכאליהום
بالملح يحوتوهم في الماء وكانوا يكاليهم
יגליוהו סעה .
يجليوا سعة .

ובעד דאליך יכריגוהום מן אלמא ויאכלוהום
وبعد ذلك يخرجوهم من الماء وياكلوهم
בילפלפל ומלח ואלכל וכאנו יאכלו
بالفلفل وملح والخال وكانوا ياكلوا
יאסרין מנהום וואחד יאכל מיאתין
ياسرين منهم * وواحد ياكل مايتين
ולא כאן יצרהום . ואליהוד כאנו
ولا كان يضرهم . واليهود كانوا
יאכלו מנהום מן אלגנס די מא
ياكلوا منهم من الجنوس دي ما
הום ען מחרמין פי תורה . מא כאנו
هم عن محرمين في التورة ما كانوا
יסייבו מנהום אילא אראס ואגנח וארגלין
يسيبوا منهم الا الراس والجنح والرجلين
ואלבאקי כאנו יאכלו . ואנא סאקסית
والباقي كانوا ياكلوا . وانا سافسيت
ליהוד ואלמוסלמין אש מן לידה פיהום .
ليهود والمسلمين اش من ليذه فهم .
וקאלו לי אין אחסין מן אלפראך דילחמאם
وقالوا لي ان احسين من الفراخ دي الحمام
ולא כאן יצור לא לנאס אצגאר ולא
ولا كان يضر لا للناس اصغر ولا
לילכובר כולי כאנו יאכלו מנהום
للكبر كلي كانوا ياكلوا منهم
בלא עידה . האדה מא ראית אנא בעיני . ואשהד
بلا عدة . هذا ما رايت انا بعيني واشهد
עלה נפסי ביכאט ידי :
على نفسي بخاط يدي

בפרנקפורט ערב כ״ח אלול שנת התמ״ח ליצירה.
וקים חנניה בן ימין בר אברהם ז״לה״ה :

sale conjiciebant eas in aquam & sinebant eas coqui per horam.

Deinde eximebant eas ex aqua, & edebant eas cum pipere & sale, & aceto. Et comedebant multas de iis. Quidam comedebant ad ducentas, neque id nocebat illis: Judæi quoque comedebant de illis, tanquam de speciebus non prohibitis in Lege. Nihil abjiciebant de illis nisi caput, alas, & pedes, reliquum comedebant. Ego au- 48
tem interrogavi & Judæos & Muslimos: *Quisnam esset sapor earum?* Et dixerunt mihi: *quòd meliores essent pullis columbarum. Neque nocerent ulli mortalium, neque parvis neque magnis; quamvis edissent de illis innumeras.* Istud quod vidi ego oculis meis, attestor per animam meam, ductu manus meæ.

Francofurti vespera XXVIII. [diei mensis] *Elul. Ao.* V.M.CCCC.XLVIII. *à Creatione. Idq; confirmo* [ego] *Ananias F. Jemini. F. Abrahami. Memoria ejus sit in vita seculi venturi.*

Expressimus Arabicis literis, quæ ille Rabbinicis parùm commodè præscri- 49
pserat; sed Arabismi periti satis agnoscent, quòd Rabbinus iste Orthographiæ Arabicæ ignarus fuerit. Correxi quoad potui. Multa quoq; occurrunt vocabula dialecti Mauritanicæ, partim corrupta, ut دي pro الذي *qui*, partim mihi ignota, quæ reddidi prout ex ejus ore accepi. Ex Chaldaismo profecta est vocula די دي nota Genitivi. Plura studiosus lector ipse observabit. Idem mihi porro narravit, *altivolas esse locustas, multasque earum species dari, quarum quinque vel sex ipse viderit; Nihil enim quidquam sese dicere, quod oculis non spectaverit. Cùm se demittant, ingentem tractum terræ tam cultæ quàm incultæ obtegere, adeoque in urbes & pagos incidere. Colore nigras esse, dari tamen etiam virides & quasdam luteas.*

Tantam locustarum vim maximam frugibus & arboribus calamitatem afferre, 50
An. 15.5.6. quilibet facilè intelligit. *Ambedunt enim*, ut Tacitus loquitur, *quicquid herbidum est & frondosum*; ut neç culmus, nec gramen ullum remaneat, & arbores frondibus & cortice,

cortice, tanquam vestibus nudatæ, instar truncorum alborum conspiciantur. Au- L. I. c. 13.
diuntur virorum atque fœminarum planctus, puerorum ejulatus, pecudum mugitus, N. XCVI.
oviumque balatus. *Tantam in tota regione tristitiam esse*, Patres Societatis scribunt, *ut cor durissimum ad commiserationem permoveatur.* Cerneres vias omnes miseris hominibus oppletas, qui suapte sponte in exilium proficiscuntur, plerique, intereuntibus pecudibus, adhæc oleribus atque frugibus destituti, fame moriuntur, ut procul dubio pestis ista omnes plagas ipsamque adeò pestem longe superet. Tellezius de locustis L. I. c. 19.
eleganter: *Quamvis autem tanta fertilitas Æthiopiæ sit, nihilominus fame sæpius laborat,* p. 34.
sive propter locustas, plagam valdè communem in ista regione: sive propter hospitia militum, plagam utique pejorem locustis; hæ enim tantùm devorant, quidquid reperiunt in campis: isti verò etiam absumunt quidquid reperitur in casis. Flagellum, seu plaga Dei passim, & in *Ioele* חילו הגדול *Exercitus ejus magnus* vocatur (*t*). c. 1. 25.

Ex relatis autorum locis liquet:

51 Primo. Multitudinem locustarum plane stupendam, imò incredibilem & ineffabilem esse, quæ fidem excedat (u); adeò ut solem densissimâ velut nube instar eclipsis cujusdam longè lateque obumbrent, & per aliquot milliaria, (quod imprimis notandum,) humum obtegant, ut is, qui non viderit, id non credat. Quin & νέφη τῶν ἀκρίδων *Nubes locustarum* passim appellantur; ut supra audivimus.

52 Secundo. Constat jam, quòd comestibiles non tantùm sint, & Lege Mosaica licitæ, ut mox audiemus, sed & esui bonæ & gratæ. Id evincunt tot autorum testimonia.

Aristophanes in Acharn. Act. IV. Sc. 7. p. 424.

Πότερον ἀκρίδας ἥδιον ἐστιν ἢ κίχλας

Οἴμ' ὡς ὑβρίζεις. Δ. Τὰς ἀκρίδας κρίνει πολύ.

Vtrum locustæ suaviores sint quàm turdi?

Eheu! quàm injurius es. D. Locustas judicat multò [suaviores.]

Aldrovandus: (x) *In navigationibus legi, multos populos* locustas *vorare ceu gratum cibum: In Insula* Spaniola *esse* gratissimum cibum.

Arabs Petri Kirstenii narravit: *Quod ipse aliquando circa Iordanem vixerit, ibique locustas comederit, quæ sint* cibus suavissimus.

Gregorius meus, *Schankalas* i. e. *Troglodytas, seu Æthiopes Nomades hoc cibo maximè delectari* asseverabat.

53 Sed ne putes ista solummodò de Pamphagis Africæ, aut vilibus Arabiæ & Libyæ Acridophagis accipienda esse, de quibus Leo Africanus scribit, quòd locustarum adventu gaudeant. De opulentis quoque & omnium rerum affluentia gaudentibus populis idem referunt autores: Plinius: *Parthis & hæ in cibo gratæ* ait. Lib. 9. c. 5. sup. §. 30.
Neuhofius de voluptuosis Sinensibus, saporum æstimatoribus: **Ja etliche dörffen es auch für ein besonderes Leckerbißlein halten**/ h. e. *Nonnulli pro singularibus cupediis eas habent.* sup. §. 38.

54 Novissimè Josephus de S. Angelo, quem paulò ante allegavimus; §. 41.

In Arabia *tutti quanti* mangiano queste locuste con sommo gusto, e le guardano molti mesi cotte nell' aqua con poco sale; veramente sono buone al par de' grossi gammari a quali s' assomigliano.

In Arabia omnes & singuli *edunt istas locustas cum maximo appetitu, & conservant eas multos menses coctas in aqua cum pauco sale.* Certissimè bonæ sunt *æquè ac magni cammari, quibus assimilantur.*

At quia autor iste triplicem textum sæpe inter se diversum loco versionis nobis repræsentat, Gallica quoque verba ejus referemus:

(t) Plura qui volet, legat Aldrovandum Lib. IV. de Insectis. Tit. Victus, Damna; (u) Hæc verba Alvar. c. 32. al 33. aliquoties repetit. (x) Lib. IV. de insectis cap. 1.

L. I. c. 13. N. XCVI. J'ay mangé de bons plats de ces ſauterelles, a l'exemple des Arabes, qui les mangent cuites dans l'eau auec du ſel. Elles ſont auſſi bonnes comme les plus groſſes chevretres de mer, aux quelles elles reſſemblent.

Manducavi fercula ſat magna de locuſtis illis, Arabum exemplo, qui eas in aqua cum ſale coctas mandunt. Æque bona ſunt ac majores cammari marini, quibus ſimiles ſunt.

Diſertis verbis autor iſte dicit: Tutti quanti, i.e. Non pauperes tantùm, aut Barbari, ſed omnes & ſinguli, divites & delicatuli: non fame coacti aut nauſeabundi, ſed *con ſommo guſto*, id eſt, *cum maxima delectatione*. Quin & ipſe autor Europæus, qui eas comedit, quamvis talium ferculorum inſuetus, ait: Veramente ſono buone, id eſt, Certiſſime bonæ ſunt, *& ſimiles majoribus cammaris marinis*; ſcilicet ſapore & quodammodo figurâ, unde fortaſſis nomen acceperunt.

Conveniunt hæc cum relationibus hodiernis variorum Manuſcriptis (y): 55
In America werden Heuſchrecken zur Speiß gebraucht / ſchmecken wie Krabben. In Terra firma handeln ſie damit / ſie haben gantze Fäſſer voll gedürret / und eingeſaltzen. Alius: In Arabia deſerta werden ſie gekocht / und pulveriſirt. Alius: In Guinea fliegen die Heuſchrecken mit dicken Schwarmen / wie eine dicke Wolcke / und verfinſtern die Lufft / ꝛc. Sie werden getödtet / und an der Sonnen gedörret / und von ihnen gefreſſen; Sie ſollen wohl ſchmecken / haben Fleiſch ſo weiß als ein Krebs ꝛc. Summa eſt: *Manducari locuſtas, carnem habere albam inſtar caraborum: bene ſapere, ceu cancros aut ſquillas marinas: variè præparari, coqui, in ſole torreri, contundi, ſalli, & in doliis ſervari, imo inſtar mercium vendi.* Profectò ſi malæ vel eſui ingratæ eſſent omnia iſta non fierent: Acridophagi Arabiæ fumum non facerent, ut ad ſe deciderent: neç ruſtici Mauritaniæ plauſtra plena Fezam venum adveherent.

Verùm ego hiſce non contentus etiam ab Orientalibus Judæis ſaporem earum 56
explorare conatus ſum; hàc tranſeuntes, qualis illarum ſapor eſſet, interrogans; quorum unus, *Iſrael* Falk nationis Germanicæ Judæus Hieroſolymitanus, ſcripto mihi reſpondit; *Se quidem eas non comediſſe, locutum tamen eſſe cum Iudæo è Barbariâ oriundo, qui eas comederit, dixeritque:*

שטעמם כטעם הדגים שקורים הירינג טרם מליחה׃

Quod ſapor earum eſſet ſicut ſapor piſcium, quos vocant Hering [harengs] *antequam ſallerentur.*

Notiſſimi ſunt piſces iſti; aliqui *Halec* ſed malè vocant. Sapor recentium [der friſchen Hering] certè ſuavis admodum eſt, nec abludit à ſapore cammarorum. Sed *R. Ananias* illas *ſapore præſtare* dixit *pipionibus*, ut ſupra retulimus; quod ipſum nuper admodum Æthiops quidam, cum Mauris converſatus, mihi confirmavit.

[Vana ergo ſunt, vel huc non ſpectant, quæ *Euthymius Zigabenus* in Matthæum de 57
Locuſtis tradit: *Pleroſque iſtud inſecti genus adhuc edere fumo ſiccatum, habere autem gravem odorem, malumque guſtum.* Iſtud enim vel de malè infumatis, vel de alia quadam locuſtarum ſpecie prorſus inutili accipiendum eſſe colligo ex verbis Bedæ de locis ſanctis, qui cap. XXI. ait: *Se accepiſſe ab Artulpho Epiſcopo illis in locis peregrinato, locuſtas Palæſtinæ corpuſcula in modum digiti exigua & brevia habere, eas in herbis facilè capi, coctasque oleo pauperem victum præbere.* Et Adamnanus Scotus Lib. II.
C. 20. p. 81. de locis Sanctis ſcribit: *Idem autem noſter Artulphus, in illâ ſolitudine ubi Iohannes habitabat, quoddam locuſtarum vidit minimum genus, quarum corpuſcula in modum digiti minus exilia & brevia ſunt, & quia earum brevis eſt volatus, ſimilis levium in ſaltibus ranarum, facilè in herbis capiuntur, & cocta per oleum pauperem præbent victum.* Quæ deſcriptio ad tettigonias (z) id eſt *parvas cicadas* noſtras accommodatior eſt, quàm ad magnas illas Africæ & Aſiæ locuſtas, quæ non ſingulatim in herbis capiuntur, ſed in ora atque capita hominum involant, pleniſque pugnis corradi ſolent.
ſup. §. 32.

(y) Quas debeo Clariſſ. & piiſſimo Viro Eberhardo Ankelmanno S. Th. Lic qui eas exſcripſit è Mſſ. Davidis Schelhammeri Bibliothecarii Hamburgenſis meritiſſimi. (z) Plinius *de Cicadis* Lib. XI. c. 26. ait: *Quæ minores ſunt ex iis, Tettigonia vocantur.* Hæc de cicadis dicta, diluenda fuerunt, ne nobis, ut ſemel factum, rurſus opponantur.

solent. *Beda* autem verba sua è *Chrysostomi Hom. 2. in Marcum Evang.* hausisse videtur, qui ait: *Locustas oleo coqui, & pauperum cibum esse.* L. I. c. 15. N. XCVI.

58 Profectò in præparatione & condimento bonitas ciborum potissimum consistit. Contigit fortassis Zigabeno & Artulpho, ut cicadæ illæ malè præparatæ, nec satis fumo siccatæ, & oleo rancido fortè coctæ à paupere hospite apponerentur. Quod peregrino, cochleis nostris apud rusticum nostratem vescenti, facilè contingere posset, adeoque ex particularibus istis exemplis, & specie planè diversâ, contra tot tamque diversarum gentium & nationum usum & testimonia prorsus nihil inferri potest. Præparationem autem earum pro diversitate regionum, & hominum conditione variare, ex supra dictis constat. Arabs Kirstenii *Soli fervente exponi*, ait, *donec bullire quasi & spumescere incipiant.* Strabo; *Sale addito mazas ex iis conficere*, tradit, *Arabes.* Quomodo Fezzani coquant & edant, ex R. Ananiæ relatione audivimus, idque convenit cum relatione Josephi à S. Angelo. Sup. §. 54. §. 37. Sup. §. 28. & 29.

Denique fatendum est, gustum inter nationes differre, & alia aliis grata, aliis ingrata videri, prout quilibet assuetus est. Æthiops meus Gregorius lepores & ostreas, nostrarum mensarum delicias, aversabatur. Atque idem in locustis facilè contingere posse puto nostratibus, quod Judæis nonnullis seriò conversis accidere vidi, cùm lardum & botuli nobis delicatissimi apponerentur, ut tam insuetum cibum nausearent. Ego ipse certè cum Clenardo dict. loc. dicerem: *Malim perdicem unam, quam locustas viginti.*

59 Esus istius insecti superioribus seculis ignotus fuit viris minùs profundè doctis, qui autores supra memoratos vel non legerant, vel non expenderant, & propterea vocabulum ἀκρίδες Matth. 3. 4. Marc. 1. 6. vel emendare & aliter legere voluerunt: vel pro herbis deserti, nescio quibus: vel pro summitate foliorum & plantarum, nescio quarum: vel pro locustis marinis: imò pro astacis seu cancris fluviatilibus habuerunt; quos scilicet S. Johannes Baptista in Jordane piscatus esset. Verùm ista omnia à viris solidè doctis nunc rejecta, & significatio locustarum in sensu proprio retenta fuit; præsertim eùm in nullo probato autore Græco ἀκρὶς pro *summitate alicujus plantæ* accipiatur (a), multò minùs quòd ad cibum communiter utiles
60 sint. Attamen vir doctus (b) non ita pridem hanc sententiam defendit; sed parùm firmiter, ut mihi videtur; non enim docet, quarum plantarum, quorumve foliorum summitates Johannes ederit. Exemplum de Diogene ex relatione Æliani *quòd* φύλλων ἄκρα *foliorum extremitates manducaverit* [cur non folia integra?] utique parum stringit. Quippe insanus ille etiam carnem crudam esitare cœpit, ne ullâ arte ad victum opus habere videretur. Sed hoc fecit ille solus, & non diu; nam tali victu ægritudinem, & mox vitæ finem sibi acceleravit. Pergit, sententiam de locustis impugnando: *illas semper arte aliqua coquinaria paratas fuisse* inquiens, *coctas scil. vel assatas, vel ad solem arefactas: vel fumo aut sale duratas, vel conditas &c. quarum artium ullâ Baptista vix usus fuerit, se verò nusquam legisse: locustas omnino crudas escam fuisse alicujus populi.* Ubi, quæso, bonus iste vir legit, summitates foliorum crudas escam fuisse alicujus populi? Sed in eo maximè errat, quòd ex summita-
61 tibus suis κεράτια *filiquas dulces* faciat, quibus nimirum ventrem suum cupiebat implere filius ille prodigus. Itaque nescivit *filiquas dulces* non apices flagellorum, sed fructum esse in Palæstina notissimum, copiosissimum & vilissimum, ita ut illo (referente Consule Belgico) sentinam navis loco saburræ aliquando impleverint; ut mirum non sit, porcorum cibum esse: Vel si scivit; cur extremitatibus foliorum assimilat? Deceptus fuisse videtur joculari appellatione Germanicâ, quam circumforaneus aliquis his filiquis fortè imposuit, quò faciliùs eas venderet, S. Johannis Brodt *Panem S. Iohannis* vocando. Sed absit, Germanos constanter credere hanc fuisse Johannis Baptistæ escam. Luc. 15. 16.

62 Jam quod ad cancros attinet, *Victorinus Strigelius* in hypomnematibus suis, superiori seculo editis ad cap. 1. Marci, inconditè admodum scribit: *Locustas usitatè cancros significare, quibus non licebat vesci populo Legis: Consentaneum est autem, Iohannem usum esse rebus obviis ad Iordanem, ubi piscatores ei cancros dabant, quos alioquin non vendebant &c.* Licetne talia fingere? Quomodo Johannes cancris vesceba- p. 79.

 tur,

(a) Ex merâ igitur conjecturâ sic reddiderunt nomen ἄκρος *summus, extremus* respicientes. Sed alia vox est ἄκρος ἄκρον *Cacumen montis*: alia ἀκρὶς ἀκρίδος, quæ nunquam aliter quàm de locusta accipitur; cujus quoque frivolam etymologiam nos docent, quasi sic dicatur παρὰ τὸ ἄκρας τῶν φυτῶν ἐσθίειν, quòd summitates plantarum depascat, cùm nullis plantis, & ne corticibus arborum quidem parcat. (b) Norton Knatchbull Animadvers. in Libros N. Testam. p. 8. ad Matth. c. 3. v. 4. Oxon. 1677.

Lib. I. c.13. N. XCVI. tur, si iis non licebat vesci populo Legis? Attamen bonus quidam Diaconus pro concione confidenter dicebat: Im Grund-Text stehet ἀκρίδες ihr lieben Zuhörer/ Lutherus hats Heuschrecken gegeben/ es sind aber Krebse gewesen / ihr lieben Zuhörer.

Concludemus dissertationem hanc verbis accuratissimi in Plinium commentatoris Harduini, qui notis suis ad Lib. XI. sect. 35. p. 528. not. 24. apposite sic loquitur: *Desinat igitur ineptire Grammaticorum pertinacia de locustis Divi Praecursoris Domini: de quibus fuse* Bochartus part. 2. de animal. lib. 4. toto cap. 7. p. 488. & seq. *Nec Monacho ei assentior qui Iacobo de Vitriaco, lib. hist. Hierosol. cap. 53. de eo argumento sciscitanti, respondit:* quòd frequenter in refectorio suo quaedam herba monachis ad edendum apponebatur, quam ipsi *Langusta*, hoc est, *locustam* nominabant, cujus circa monasterium suum magna habebatur copia; *adjungens, quòd illa esset quam edebat beatus Iohannes.* NUGÆ.] 63

Num verò esui salubres sint? quaeritur. In Historia meâ Æthio- 64
L. I. 13. §. 21. pieâ dixeram, *non suavem tantùm, sed & salubrem cibum esse locustas, iisque praesidium Lusitanicum aliquamdiu sustentatum fuisse.* Legeram enim de Lusitanis in arce Indicâ Cananor obsessis, & fame pressis apud Maffejum (c) sequentia verba: *Ipsomet festo assumtionis* [*scil.* Mariae Virginis] *die, ne quid miraculo rem posset eximere, solito vehementius intumescens pelagus, ingentem* locustae *numerum ad ipsas templi radices ejecit, quae à Lusitanis gratulabundis avidè collecta in multos dies abundè suffecit: nec validos tantùm saevâ fame, verùm etiam* (ut salubris est cibus) *aegros diuturno morbo levavit.* Puta- 65
bam de *locustis volatilibus* accipiendum esse locum, & autorem impropriè locutum esse, ut eas à mari venientes *à pelago ejectas* diceret. Memineram enim Diodorum
L. I. p. 55. de coturnicibus scribere: Φέρονται γὰρ οὗτοι κατ' ἀγέλας μείζους ἐκ τοῦ πελάγους. *Feruntur e-*
L. 52. c. 10. *nim istae maximis gregibus ex pelago.* Plinium: *in agrum Volaterranum palumbium vim è mari quotannis advolare.* Et Livium: Locustarum tantae nubes à mari ventô repentè in Apuliam illatae sunt, ut examinibus suis agros latè operirent. Imò autores quos-
§. 84. dam putavisse ex ipso mari venisse coturnices Israelitarum; ut paulò inferiùs dicemus. Igitur non absurdè rebar *Maffejum* de suis *locustis* in eadem fuisse sententia. Nam si mare *locustas marinas* alluvione quadam appulisset, non mihi imaginari poteram, quomodo in tanta copia, quae toti praesidio in multos dies abundè sufficeret, à mari relictae ac cumulatae, neque à fluctibus recedentibus maximam partem retractae fuissent. At monuit me W. *Ernestus Tenzelius, vir multae lectionis & variae eruditionis*, locum 66
hunc non evincere id, quod in quaestione est; posse enim de locustis marinis potiùs accipi quàm de volatilibus terrestribus. Agnovi dubium, & statim *Iohannem Barrium Historicum Lusitanum* consului, qui Decade secunda Lib. 1. p. 16. d. scribit:

Alevantouse o mar em furia, & cada vez que o rolo delle descarregava na terra da ponta onde estava esta sua hermida, lançava dentro *grande numero de lagostas*, que os nossos ouveraon por *manna* enviado do ceo: porque não somente a os sàos, mas a os doentes derão vida, & foi tanta a copia, que teverão nellas hûs dias que comer.	*Concitatum fuit mare atrociter, & quotiescunque provolveret fluctus suos in littus ad promontorium, ubi extabat sacellum ejus* [S. Mariae] *simul ejecit* ingentem numerum locustarum, *quas nostri acciperbant tanquam* Manna *de caelo demissum, quia non tantum sanis, sed & agris vitam dabant; tantaque erat earum copia, ut aliquot diebus in alimentum sufficerent.*

Ex quibus verbis intellexi de *locustis marinis* accipiendum esse Maffeji locum; quamvis nesciam, quam cancrorum speciem, *cammaros* ne an *squillas*, an cancros propriè dictos autor per locustas illas intellexerit, ut jure merito de illis dicere potuerit Maffejus *salubrem cibum* esse. Etenim *Bened. Pereyra* in Lexico suo Lusita- 67
nico *Lagosta ou Lagostim* exponit *Astacum*; mox in Lexico Latino *Astacum* exponit *Camarão*, i. e. *Cammarum*; Gall. *Grosse escrevice de mer.* In Normannia *Haumar*; Nobis **Hommer**. Interrogati à me Germani qui in Lusitania fuerant, *quid ibi esset Lagosta?* responderunt: *Esse genus Cammarorum, illis per omnia simile, nisi quod chelis destituantur, carere nomine peculiari Germanico, quia in litore maris nostri non reperiantur.* Narbonensibus *Langoûste* dici Harduinus testatur ad Plinium. L. 9. c. 30. S. 50. n. 1.

Sed

(c) Historiar. Indic. Lib. III.

68 Sed tranſeat locus ille Maffeji. Inſalubres non eſſe locuſtas noſtras alii autores L. I. c. 13.
teſtantur. *R. Ananias Maurus* in teſtimonio ſupra relato eas *non nocuiſſe*, ait, *ulli mortalium*, N. XCVI.
quamvis de illis ederint innumeras. Aldrovandus (d) etiam ad medicamenta utiles
prædicat. *Nec mirum*, inquit, *cùm Moſes in ſeligendis cibis diligentiſſimus* locuſtas *Hebræ-*
is ut ſalutares *comedere permiſerit.* Idem peculiari capite *de illarum uſu in Medicinâ*
autores laudat, qui certo modo adhibitas *prodeſſe* dicunt *contra difficultatem urinæ, le-*
pram, calculum, & neſcio contra quæ mala ampliùs. Ubi notabilis eſt Avicennæ lo-
cus, qui dicit: *abjectis capitibus & extremitatibus, additâ myrto ſiccâ, bibi contra hydro-*
pem. Ex quo, & frequenti cultarum quoque gentium cibo colligi poſſe puto, inſalu-
bres per ſe non eſſe, quamvis de nimio & perpetuo earum uſu non ſpoponderim, ut
mox dicetur.'

69 [Solus Hieronymus Velſchius in ſuâ Venâ Medinenſi incauto lectori dubium de C. 2. p. 43.
hac re creare poſſet. Quippe demonſtraturus, vermiculos in Acridophagorum cor-
poribus circa quadrageſimum ætatis annum creſcentes, mortemque præmaturam affe-
rentes, non eſſe dracunculos illos, de quibus in toto ſuo tractatu agit. de locuſtis quæ-
dam admiſcet, partùm accurata, partim etiam malè concludentia; Hæc enim verba
habet: *Affectum illum* [*ſcil.* vermiculorum,] *ex victus ratione Æthiopia quibusdam populis*
adſignant Diodorus Siculus *Lib. III.* Strabo *L. XVI.* & Agatharchides *in Bibliotheca*
Photii p. 736. Addit; *Summam eſſe: Populos illos, non alio cibò quàm locuſtis victitan-*
tes, quadrageſimo anno, aut citius morbô illô (vermiculorum ſcil.) *interire.* Quibus
verbis innuit, cauſam iſtius mali victui locuſtarum continuo adſcribendam eſſe. Ipſe
quidem hoc crediderim, ob cauſas mox dicendas; autores tamen allegati id non aſſe-
70 runt. Nam ſi loca à Velſchio allegata rectè inſpicias, nullus ex illis autoribus bre-
vem Acridophagorum vitam, & miſeram à vermibus mortem locuſtarum cibo attri-
buit. *Diodorus*, poſtquam infelicem iſtorum populorum vitam narravit, quaſi ambi-
gens ſcribit dicto loco p. 163.

Εἴτε διὰ τὴν ἰδιότητα τῆς τροφῆς· εἴτε διὰ τὸν ἀέρα τοιαύτης τυγχάνοντες περιπετείας.	*Sive propter qualitatem cibi: ſive propter aërem iſta miſerabili ſorte utuntur.*

Strabo, cùm de Acridophagis dixiſſet: *illos* βραχυβιώτατοι *vitâ breviſſimos eſſe, carne il-* d. l. p. 772.
lorum circa annum quadrageſimum verminante, ſubjungit: ζῶσι δ' ἀπὸ ἀκρίδων &c.
Vivunt autem de locuſtis &c. attamen non infert locuſtarum eſum tam maturæ & in-
felicis mortis cauſam eſſe; uti nec Plinius, qui ſimpliciter ſcribit: *Pars quadam Æthio-*
pum [*ſcil.* Acridophagi] *locuſtis tantùm vivit, fumo & ſale duratis in annua alimenta. Ii*
quadrageſimum annum vita non excedunt. Agatharchides manifeſtè dubitat, cui cauſæ L. 6. c. 30.
71 hoc malum adſcribendum ſit: *num aeri vel cibo vel etiam ſolo.* Hinc occaſionem S. 35.
ſumſit *Hieronymus Mercurialis* Medicus inſignis cauſam hujus mali inveſtigandi, quæ-
rens: *An is morbus ab aere, an à regione, an à victu naſcatur?* Reſpondet; *à victu*
potiùs, quàm ab aliis cauſis. Quâ diſquiſitione opus non habuiſſet, ſi autores iſti,
(ut Velſchius ſcribit) affectum illum Acridophagis ex victus ratione adſignaſſent.
Aſſentiri poſſemus Mercuriali, nec non largiri Velſchio, quòd nimius, imò ſolus & me-
rus locuſtarum cibus talem ἀκρασίαν corporibus Æthiopum illorum afferre queat.
Quia verò non recentibus ſemper, ſed ut plurimum fumo & ſale duratis locuſtis Acri-
dophagi veſcuntur, (quod ex Plinio modò docuimus) mirum non eſſet ſi tale nutri-
mentum brevem vitam præſtaret, cùm ſciamus *cibos alioquin ſanos, ſi infumentur & ſal-*
lantur, ſcorbutum afferre poſſe, nec tamen carnes & piſces recentes ideò minus ſalubres
72 prædicamus. Quæ utique benè diſtinguenda ſunt. Imò tametſi ſemper recen-
tibus locuſtis uterentur Acridophagi, argumentum non ſtringeret; nam omne nimium
vertitur in vitium, adeoque locuſtæ recentes in ſe & per ſe inſalubres pronunciari non
poſſunt. Quin & aromata atque medicamenta præſtantiſſima, *Opium, Crocus* & alia,
ſi illis nimiùm & crebrò utaris, præmaturam mortem afferre poſſunt. Saluberrima
potio herbæ Sinenſis *Thee*, ſi immoderatè ſumatur, nimium exſiccat, & præmaturam
ſenectam viris fœminisque affert; ut docet Philippus Baldæus in Deſcript. Malabaræ
& Coromandellæ (e). Quis vinum inſalubre dicit, ſi immodicè ſumtum calorem
naturalem extinguat? Vix ſatis ſanos crederemus Sinenſes, vel alios Macrobios abſte-
mios, ſi de noſtri vini potoribus ſcriberent: *plerosque podagrâ & calculô laborare, mul-*
tos quinquageſimum aut ſexageſimum ætatis annum non attingere, atque exinde inferrent,
inſalubrem potionem eſſe vinum. Poſthæc Velſchius loci Strabonis ἀποθηριουμένης αὐτῶν p. 772.
τῆς σαρ-

(d) Lib. IV. de Inſectis c. 1. p. m. 173. (e) Germ. verſ. p. m. 179.

L. I. c. 13. N. XCVI. τὸ σαφὲς veterem ridiculam versionem, *eorum carne in ferinam* versa (f) corrigit, &
reddit: *carne ipsorum in vermiculos sive animalcula mutata*, cùm simpliciter reddere
potuisset, ut modò diximus, *carne eorum verminante vel vermiculante*, i.e. *vermi-
culos gignente.*

Poterat hoc Velschio sufficere pro scopo suo; at ille redit ad locustas, & tàm in- 73
concinnè loquitur, ut tanquam aliud agens scripsisse videatur. *Rem ipsam*, inquit, *in-
ter veteres Solinus c. XXXIII.* [fac xxx.] *& recentiori observatione firmavit Nicol. Cle-
nardus Lib. 1. Epist. ad Jacob. Latomum p. 73.* Non dicit quid per *rem ipsam* hîc in-
telligat. Nam Clenardus, ut ex loco integro supra relato constat, tantùm de ingenti
locustarum multitudine, & plaustris, quibus Fessam convehuntur, integris agit, de insa-
lubritate verò earum, de qua sermo & quæstio hic est, ne γρῦ quidem. Sequentia 74
quoque connexionem nullam habent; typographi fortassis vitio. *Quamvis enim*, in-
quit, *Sinensibus locustas in deliciis commemoret Joh. Neuhof. & Palæstinis condita in usu
fuerint: & victus quoque agrestis B. Johannis Baptistæ τῶν ἀκρίδων satis evincit* [non dicit
quid evincat] *quidquid nonnulli de plantarum τοῖς ἄκραις argutentur &c. & Medicorum
haud pauci non adeò insalubres conjiciant, quia non nisi frumentis* [segetes intelligit] *her-
bisque salutaribus vescantur.* [imò salutares & insalutares pariter depascuntur.] *Plerique ta-
men ad Galeni mentem λαχανοφαγίαν sanitati minus convenientem pronunciarunt.*
Quæ quæso hæc est argumentatio de locustis ad λαχανοφαγίαν; & vice versa de λαχα-
νοφαγίᾳ ad insalubritatem locustarum? Sic enim argumentatur: *quamvis esus sint lo-
custæ: easque non adeò insalubres censeant Medicorum haud pauci: plerique tamen ole-
rum esum sanitati minus convenire putant.* Itáne λαχανοφαγία carnem animalium
insalubrem reddit? Aliam enim conclusionem ex verbis Velschii elicere non possum.
Non sequi (putat) medicorum haud paucorum conjecturam: *Locustas ideò non insa-
lubres esse, quod salutaribus herbis vescantur; Galenum enim λαχανοφαγίαν sanitati minus
convenientem putare.* Judicet de tali argumento qui volet. Certum est Galenum nō de in- 75
sectis aut pecoribus (quorum caro ex *lachanophagiá* efficitur saluberrima) sed de ho-
cap. 40. minibus agere, num olerum esus illis conducat? Is enim *Lib. II. de alimentorum facul-
tatibus* docet: *Omnia olera sanguinem generare paucissimum, & illum etiam succi pravi.*
cap. 50. ejusd. libri scribit: *Olera dare nutrimentum paucissimum, & ipsum quidem tenue
& aquosum.* Idem ferè repetit C. 5. in Lib. 6. Epidemiarum, ubi ait: *imbecillos cibos
Hippocratem vocare eos, qui parum alimenti corpori exhibent, ut olera, & plurimi arbo-
rum fructus.* Quod & *Celsus* Latinorum Medicorum Hippocrates affirmat *imbecillis-
simam materiam esse omne olus.* Quàm vanum denique est, á cibis animalium ad salu-
britatem carnis eorum argumentari; quid non vorant porci, quid gallinæ aliæque a-
ves? an propterea insalubris est earum caro?

Notandus propterea fuit Velschius tam prolixè, quod mihi ab amico semel at- 76
que iterum acriter ad nauseam usque opponeretur, tanquam de insalubritate locustarum
admodum sapienter disseruisset. Verùm enim verò etsi maximè insalubres & mali sa-
poris essent locustæ, non sequeretur exinde, Deum illas Israelitis cupedias expectan-
tibus, dare nec debuisse nec voluisse. Deus enim illis carnem in furore suo dedit, (g)
ut habent expressa Scripturæ verba: *Nam adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec
defecerat hujusmodi cibus, & ecce furor Domini concitatus in populum percussit eum plagâ
pag. רצ magnâ nimis.* Num. XI. 33. Abarbanel in commentario suo ad hunc locum, equidem
nesciens, quid שלוים *Selawa* fuerint, (nam מין עופות הגדלים על פני הים *speciem
avium magnarum super faciem maris* eas fuisse prædicat, tanquam aves quædam marinæ
sive aquaticæ fuissent;) tamen scribit, quòd Deus dederit Israelitis Selawam tanquam
in pœnam concupiscentiæ, לפי שהוא ארסיי *eò quòd sit venenata* [i.e. noxia] *& quod
Medici memorent* שהשלו הזה אוכל הרוש והוא הנאפילו הממית *quod Selawa edat vene-
num, nempe Napellum,* [Ital. *Napello* Aconitum] *lethale &c. atque ideo dicere scripturam:
Quòd carne adhuc inter dentes eorum* [existente] *mortui sint.* De coturnicibus quidem
scribunt Physici; *quòd elleboro seu veratro vescantur* (Arabes addunt *Napellum*) *& quod
caro earum ideò parùm salubris sit*; Alii id negant, neque ego de Germanicis coturni-
cibus id verum putaverim. Rabbinum illum de avibus his confusè loquentem ideò
tantùm produximus, ut appareat, quomodo responderi possit illis, qui de insalubritate
locustarum argutari voluerint. Alioquin certo certius est nullum neque Physicum
neque Medicum de Selawis unquam locutum esse, nisi fuerit Judæus.] Verùm hæc
ὡς ἐν παρόδῳ, nunc ad cœpta redeamus.

Tertiò

(f) Plura talia à Xylandro malè versa reperiuntur; exemplum habes supra de *Geranomachia Pygmæo-
rum.* L. 1. n. 22. §. 10. f. (g) Sicuti quondam dederat *Regem in furore suo*; apud *Oseam* 13. 11.

77 Tertiò benè tenendum species locustarum mundarum pluri- L. I. c. 13.
mas esse. Nugis Talmudicis lectores non morabimur; Enimverò in Gemara N.XCVI.
crassè fabulantur. *Octingenta genera locustarum mundarum Israelitas Babylonem secuta fuisse* (h). Sat multas tamen esse, & pro diversitate regionum varias, autores testantur. Videatur modo tabula ænea Aldrovandi, in quâ ultra XII. figuræ earum L.IV. c.1.
comparent. Decem earum nomina &, ut puto, species in Prophetarum scriptis occurrunt, quæ Bochartus (i) refert, & more suo egregiè exponit. Etiam in Arabica lingua diversis nominibus distinguuntur.

78 Quarto. Mundas fuisse & esu licitas Judæis. Quatuor mundarum genera præcipua Lev. XI. 21. nominantur, sed descriptio generalis præmittitur:

אך את זה תאכלו מכל שרץ העוף ההלך על ארבע אשר לא (k) כרעים ממעל לרגליו לנתר בהן על הארץ:	Veruntamen istud comedetis ex omni reptili volatili, quod graditur super quatuor [*pedibus*] cui [*sunt*] crura ultra [*vel præter*] pedes ejus ad saliendum [*in*] illis in terra.

Huic descriptioni locustarum generali subjungitur denominatio specialis v. 22.

את אלה מהם תאכלו	Istas ex iis [*locustis*] comedetis.
את הארבה למינו	*Arbeh* cum specie sua;
ואת הסלעם למינהו	*Sol-am* cum specie sua;
ואת החרגל למינהו	*Chargol* cum specie sua;
ואת החגב למינהו:	Et *Chagab* cum specie sua.

Latinis vocabulis distingui non possunt; (Nam quæ Vulgata ex Græca versione usurpat, nihil moramur,) ideò generali descriptione præmissâ, Hebraica vocabula retinenda fuerunt, quod in plerisque vernaculis versionibus factum.
79 Verùm hoc loco non quatuor tantùm locustarum mundarum species nuncupantur, sed ut diximus, quatuor genera præcipua, quæ plures species minùs principales sub se continebant; id enim arguit vocula למינהו adjecta, quam LXX. interpretes rectè reddunt καὶ τὰ ὅμοια αὐτῶν *& similia illorum*, sive *similes illis*, ad significandum sub quatuor istis nominibus generalibus plures comprehensas fuisse species illis similes, suaque propria nomina in illis regionibus procul dubio habentes. Quamobrem nobis opponi non potest: *Locustæ nomina sua in S. Scriptura habent, ergo nullæ dictæ fuerunt* Selawæ (l).

80 Jam ad præcipuum dissertationis nostræ scopum videlicet sacri textus exegesin nos accingemus, qui αὐτολεξεὶ sic habet, Exod. 16. 13.

ויהי בערב ותעל השלו ותכס את המחנה:	Et factum est vesperi, & ascendit *Selawa* & operuit castra.

Num. XI. 31.

ורוח נסע מאת יהוה ויגז שלוים מן הים ויטש על המחנה כדרך יום כה וכדרך יום כה סביבות המחנה · וכאמתים על פני הארץ:	Et ventus profectus est à Domino, & abripuit *Selawas à mari & diffudit* super castra *quasi* iter diei hic, & *quasi* iter diei illic circum circa, castra, & *ferè* duobus cubitis super faciem terræ.
32. ויקם העם כל היום ההוא וכל הלילה וכל יום המחרת ויאספו את השלו · הממעיט אסף עשרה חמרים · וישטחו להם שטוח סביבות המחנה	32. Et surrexit populus toto illo die, & tota nocte, & toto die postero, & colligebant Selawam. Qui minimum collegit *decem Coros*. Et *expanderunt* eas *expandendo* circumcirca castra.

(h) Hieros. Taanith. fol. 69. 2. (i) In Hieroz. P. II. Lib. IV. c. 1 (k) Hic exemplum habemus superstitionis Masorethicæ, *Constructio*, *sensus*, *Grammatica & sana ratio* docent pro לא *Non* scribendum esse לו *Ei*. Illi tamen exemplar suum mendosum, quod sciebant a nullo Propheta esse profectum emendare non fuerunt ausi; sed in margine scripserunt per suum קרי. Samaritanus codex manifestè habet istud Masorethar um לו *Ei* & tamen viri docti nullas à Samaritanis petere volunt varias lectiones. (l) Sic in alio casu de *lilio* rectissimè respondet Clariss. *Pfeifferus* Drusio, quod nomen generale notum non tollat appellationem specialem per nomen ignotius, *Dub. vex. Scr. Sac. ad voc.* Dudaim, p. 175.

L. I. c. 13.
N. XCVI.

Psalmo. 78. al. 77. sic legitur versu 27.

יסע קדים בשמים וינהג בעזו תימן:	Et proficisci fecit *Euronotum* (m) in cœlis, & induxit (in) potentiâ suâ *Austrum*, & pluere fecit su-
וימטר עליהם כעפר שאר וכחול ימים עוף כנף:	per eos tanquam pulverem, carnem, & sicut arenam Marium volucrem alatam. & cadere fecit in
ויפל בקרב מחנהו סביב למשכנותיו	medium castrorum, circum habitationes ejus [populi Israel.]

Ex his textum Numeri XI. utpote potiorem & ampliorem elegimus, quem ex mente nostra exponemus, & cum alterâ sententiâ conferemus.

Et ventus] Ventus locustas adpellere solet. Diodorus Siculus Lib. 81
III. p. 163.

Ἐπειδ' ὅταν τῶν προειρημένων ἀνέμων πνεόντων προσφέρηται τὰ νέφη τῶν ἀκρίδων &c.	*Deinde quàm modo dictis ventis* [Zephyro & Africo] *flantibus nubes locustarum afferuntur &c.*

De coturnicibus id locum habere nequit, ut tam longo itinere a mari in media deserta Arabiæ petrææ à ventis adductæ fuerint, quippe nec altivolæ sunt nec longivolæ. Aristoteles disertis verbis docet & experientia confirmat: μὴ ἶναι πτητικάς; *minus habiles esse ad volandum.* οὐ πέτονται διὰ τὸ βάρος; πολὺ γὰρ τὸ σῶμα; *nequeunt volare ob gravitatem*; [*scil.* diu & procul] *corpulentæ enim valdè sunt.* Scaliger hæc exponens, de suo addit: *Minimè enim commode volant suâ naturâ.* Etenim αὐτοψία ostendit, alas illis portione corporis breviores esse, quàm ut altè & diu volare possint. Primum ergo hic statuendum esset miraculum, si de coturnicibus hunc locum accipere velles.

Qualis verò ventus is fuerit, disputant interpretes. In Psalmo duo nominan- 82
tur, Eurus [nobis *Euronotus*] & Auster, hos successivè seu alternis spirasse dicunt, ut è diversis regionibus tot coturnices coëgerint. Sed unum eundemque ventum, Australem nempe, intelligi, Bochartus egregiè docet, cùm quòd in toto hoc Psalmo, ut alibi in Libris metricis unum hemistichium alterum exponat: tùm quòd apud veteres isti venti promiscuè sumantur. Summa ventorum divisio antiquissimis temporibus duplex tantummodò fuit, in Boreales scilicet & Australes, ita ut Eurus, Euronotus, Auster, Africus & reliqui sub his comprehendantur, atque hanc ob causam, & in hoc loco & alibi קדים Ebræorum à LXX. interpretibus Νότος *Auster* reddatur. Hic bonam objectionem format Bochartus, eamque mox ipse diluit, quod Aristoteles (n) scribat: *Coturnices austro flante non volare*; quod pro nostra sententia faceret, modò tam procul volare possent. Sed dubium omne cadit, si de locustis locum accipias, qui quolibet vento australi, secundum verba Psaltæ, è regionibus Australibus advehi potuerunt.

Profectus est à Domino, & abripuit Selawas] Rectè hic Abarbanel; sic dici: שהיה רוח ההיא בלתי טבעי *quòd ventus ille minimè naturalis esset*, 83
Nimirum *Deus omnipotentiâ suâ ventum excitavit*, qui locustas, aliàs desertum illud non quæsitur as à viâ illarum ordinariâ abripuit, atque ad castra Israelitarum propulit, ibique cessante flatu reliquit. Hoc ergo est miraculum, quod Deus populo suo præstitit, quod & ipse Psaltes prædicat, nil præterea nisi multitudinem earum exaggerans, quæ alioquin naturalis à ventis illis è plurimis locis in unum coacta fuit.

A mari] rubro videlicet late sumto, ut etiam sinum Persicum complecta- 84
tur, non quod ex ipso mari emerserint, ut malè crediderunt quidam veterum, *Aben Ezra* ad Exod. 16. 13. *Poli Synop.* ad h. locum; & è Græcis *Phanodemus*, & Arabum nonnulli, teste Bocharto (o), sed quòd à plaga seu tractu illo maris venerint. Propterea dicitur in Exod: *Et ascendit Selawa*, non elevando se à terra in aerem, ut Lira vult, sed à mari, quod terrâ inferius est. Id disertis verbis habet Liber Sapientiæ.
c. 19. 12. *Ascendit illis de mari Ortygometra.* Imò non solùm ex maritimis Arabiæ partibus, toto que

(m) Sic maluimus reddere quàm *Eurum*; nam quæ de קדים vento fervidissimo in Sacris leguntur, in *Euronotum* rectius quàm in Eurum quadrant. Latinè aliàs dicitur *Vulturnus* Italis *Sirocco*. (n) Hist. Animal. VIII. 12. & ex eo Plin. X. 23. (o) In Hieroz. P. II. l. 15. §. 3. p. 100.

toque tractu Auſtrali, ventos ita dirigente Deo, ſed etiam ex ipſa Africâ ultra Sinum Arabicum veniſſe prodigioſam iſtam locuſtarum multitudinem crediderim. Nam *maria ab illis tranſiri* e Plinio: & *Locuſtarum nubes* à mari *vento repente in Apuliam illatas* ſup. §. 30.
è Livio didicimus. Quæ mediterraneum Mare transvolaviſſe putandæ ſunt, ut jure ſup. §. 65.
mireris, cur tam immenſo tractu, tam longo itinere non laſſentur, niſi dicere velis alias aliis inſidere, & alternis volare. Videmus enim, inſecta volare poſſe, marem portante fœmina, ut Plinius teſtatur de ipſis locuſtis dicto lib. XI. c. 29. S. 35. in fine.

85 Et diffudit [eas] ſuper caſtra] Nimirum prout diffunditur pulvis vel arena; primò per aerem nubis inſtar, deinde ſuper humum: vel prout demittitur confertim pluvia; nam utrumque ſimile Pſalmiſta habet, ita ut non in aere ſubſtiterit, neque etiam volaverit Selawa, quod interpretes quidam abs re voluerunt, ſed deciderit in terram, ſicut arena, pulvis & pluvia decidunt. ויפל *Cadere fecit* in Pſalmo legitur. Hoc eſt quod in Exodo dicitur ותכס *operuit caſtra*: ac verbum ויטש *Diffudit*, totum hoc comma regit, usque ad verba: *Et ſurrexit*; Itaque hoc eſſet alterum miraculum, quod coturnicibus pluerit inſtar pulveris vel arenæ. Id ne agnoſcere tenerentur interpretes pleríque, intruſerunt in textum verbum *volare*, ut mox audiemus.

86 Iter diei hic, & iter diei illic circumcirca caſtra] Diurnum iter minimum eſt viginti millium, ut Bochartus habet. Ponamus illud IV. millibus minus, & ſumamus diei iter XVI millium paſſuum, ſi cum exercitu totisque caſtris proficiſcaris. Spatium iſtud planè ineffabilem denotat iſtarum volucrium multitudinem, etiamſi unius tantùm cubiti altitudine jacuiſſent. Tot autem coturnices, vel alias aves propriè dictas naturaliter in aliquo quamvis ampliſſimo terræ tractu dari plerique interpretum meritò non credidere, ideoque *Selawas* vel *noviter à Deo creatas*, vel *inter colligendum miraculosè multiplicatas* fuiſſe cenſuerunt, quod tertium fuiſſet miraculum; ſed iſtud rectè rejicit Bochartus, nec Judæi credunt, ut ſupra audivimus. Quippe vento appulſas fuiſſe ſcriptura clarè dicit; quid autem opus fuiſſet vento, ſi Deus Selawas ut Manna creare voluiſſet.

87 Verùm enim verò exaggeret mihi aliquis ex Varrone de re ruſtica *immanem nu-* L. 3. c. 5.
merum coturnicum. Narret è Diodoro *earum greges integras*; & ex Plinio & Solino L. X. c. 23.
firmiter aſſerat, *quòd velis incidant, & navigia mergant*; ad immanem tamen iſtam c. XI.
tam latè patentem, tamque altè jacentem copiam *Selawarum* ne comparari quidem poterunt. Etiamſi vera eſſent, quæ *Gesnerus* ex Flavio Blondo narrat: *In Antiatum littore redeuntibus primò vere coturnicibus intra quinque millia paſſuum, capi nonnunquam uno die centies mille.* Talem coturnicum ſummam quinque homines ſecundum computationem *Cornelii à Lapide* triginta ſex horarum ſpatio cepiſſe oportet, ſi ſexa-
88 ginta myriades Iſraelitarum in ſumma rotunda putes. Luſum ingenii ſui in Commentario ad hunc locum prodere voluit *Cornelius* calculum coturnicum ſubducere auſus, tanquam quadraturam circuli סביבות המחנה circum circa caſtra reperiſſet, & iter unius diei perticâ menſuratum fuiſſet. *Iſraelitas*, inquiens, *circiter duodecim millia millionum coturnicum cepiſſe* (p); cùm tamen litera ſervilis כ quantitati alicui vel menſuræ appoſita nihil certi definiat, & per *quaſi, ferè, circiter* reddenda ſit. כף השיעור *Caph menſuræ vel æſtimationis* Judæorum Doctores vocant, ut: כשלשת אלפי איש *Circiter tria millia hominum* Exod. 32. 28. Quænam verò ſupputatio inſtitui poteſt, ſi dicatur כדרך יום *ferè* vel *circiter itinere diurno*; & כאמתים *quaſi* vel *ferè duorum cubitorum*. Deindè quî potuit ille à Vulgata recedere, quæ de diſtantiâ volatus à terrâ, non de cumulatione Selawarum in terra agit.

89 Igitur multitudo, quæ in coturnicibus planè miraculoſa fuiſſet, in locuſtis naturalis eſt; niſi quòd hîc miraculoſè congregatæ & coacervatæ fuerint. Nam ſpatium ſoli ſex vel ſeptem milliarium Germanicorum à coturnicibus unquam obtectum fu-

 iſſe,

(p) Mirum quod non menſuraveris potius, quam numeraveris; nam de numero ſilet textus.

L. I. c. 13. isse, nuspiam legitur, at benè de locustis. Non nisi *nubes locustarum* vocant auto-
N. XCVI. res illarum examina: *Multitudinem locustarum prodigio similem fuisse in Africa* Augu-
d. loc. stinus testatur (q). *Inæstimabilem nubem* idem vocat. *Multitudinem ineffabilem, supra*
§. 31. & seq. *quam cuiquam credibile est, qui non ipse viderit*, Alvarezius loco supra citato; ubi ma-
ximè notabilia sunt ejus verba pro nostra expositione apprimè facientia: *quod octo
leucas Lusitanicas*, (quæ parum absunt à Germanicis) (r) *soli contexerint, & quod res
ita se habuerit, se postea cognovisse.* *Aldrovandus* (s) sequentia habet ex Surio: *Fuit* 90
hoc anno [scil. 1541] *incredibilis multitudo* ingentium locustarum *in regionibus Poloniæ
regno finitimis &c. tantâque multitudine provolarunt, ut* duo milliaria *in longum &
latum* cubito tenus *ita occuparent, ut solis quoque splendorem à toto illo terræ spatio
densitate excluderent.* Nota hic: cubito tenus, & duo milliaria Polonica.
Si hoc contigit in Europâ, quàm facilè fuit Deo in Australibus regionibus locustas
duplo altiùs & latiùs ventorum australium ope congregare. Idem paulo ante tra-
dit: *Scribunt anno 1475. Siradiensem, & Lenciciensem oram atque Masoviam, ingen-
tem locustarum vim ex Ungaria, Moravia, & Silesia advenientem, pervagatam esse, &
non modò segetes, atque prata, verùm & arborum frondes depastam, continuatis ad* sesqui-
milliarium in latitudinem, & alterum tantum in longitudinem *examinibus, concurren-
tibus inter se nonnunquam, & Solis aspectum densitate suâ terræ adimentibus.* Quis talia
unquam de coturnicibus legit, vel fando audivit?

L. 10. c. 23. Cæteroquin incredibile est, quod Plinius, & ex eo Solinus cap. XI. narrat: 91
S. 33. *quasi coturnices, velis incidentes vel insidentes*, [nam utrumque legitur] *navigia quando-
que vertant, & mergant; & hoc semper noctu.* Tale quid aliquot retrò seculis factum,
non memini me legisse. Si unquam contigit, (modò coturnices fuerint) utique
nullæ naves onerariæ nec triremes fuere, quibus id accidit, sed fortè monoxyla (t),
seu lembunculi littus legentes, qui non adeò magno pondere, si extremitati mali & ve-
lis appendatur, subverti possunt. Nam dato semel æquilibrio, extremum rei gra-
vissimæ nullo negotio, in quam velis partem, declinare poteris, ut ex Stathmica no-
tum. Coturnices autem trans mare volare *mendacium* vocat Albertus Magnus (u):
quòd hyemis tempore trans mare non inveniantur, eas enim æque ac cæteras aves latere.
Sed nimis temerè sic loquitur; nam quamvis Mare mediterraneum transvolare ipse
non crediderim, ob causas, quas de brevi & difficili earum volatu supra attuli. Non
tamen absimile est vero, illas transfreta ab una insula in aliam volare, vel à vento ul-
L. 2. c. 17. terius in mare quàm ipsæ volunt, propelli. Per. Bellonius in observationibus suis
refert: *In itinere inter Rhodum & Alexandriam plurimas coturnices à Septentrione meri-
diem versus tendentes in illius nave captas fuisse.* Sed neque tempus, neque nume-
d. loc. rum, neque etiam locum præcisè narrat. *Iter illis esse per hospitia certa*, Plinius
ait. Igitur vento procul dubio impulsæ hospitium tum temporis in navilla coactè
quæsiverunt.

Ferè duobus cubitis] Non plenè, nec ubique æqualiter duorum cu- 92
bitorum altitudine jacuerunt Selawæ. Senserunt hîc interpretes: *Coturnices in tan-
tam altitudinem coacervari non potuisse, quin suffocarentur; nec sibi imaginari potuerunt,
quomodo quietæ jacuissent humi, ut caperentur*, quasi immobiles & soporatæ. Igitur,
ne in omnibus hujus historiæ articulis miraculum fingerent, textum hîc (quasi non à
verbo *diffudit* totus regeretur) novo vocabulo supplere conati sunt, *in aere* vola-
visse eas, *duorum cubitorum altitudine super terram*, tradentes. Nimirum, ut eò fa-
ciliùs manibus caperentur; atque sic dubium de supernaturali coturnicum multitudi-
ne, vel Phasianorum Targumicorum, eorumque humi jacentium suffocatione tol-
leretur, tam densè enim fortassis non volavissent, adeoque numerus earum fidem
neutiquam excederet. Vetustissima hæc est interpretum Judaicorum sententia.
Sic

(q) Lib. III. de Civ. Dei cap. 12. (r) Septendecim leucæ Lusitanicæ cum dimidia unum con-
ficiunt gradum; quindecim verò Germanicæ. (s) *De Insectis Lib. IV. cap. 1. tit. Visus, Damna.* (t) Est-
stolar vocant Sueci. (u) Lib. 23. De animal. pag. 619.

Sic enim *Jonathan Ben Uziel* in ſuo Targum : וכרום תרתין אמין הוה פרח על אנפי ארעא *& quaſi altitudine duorum cubitorum volabat* [Selawa] *ſuper faciem terræ.* Rationem mox addit : מטול דלא ילעון בזמן כנשותן יתהון *Ideo, ne fatigarentur, quum colligerent eas.* Iſtam ſententiam amplexi ſunt veterum plerique, *R. Salomo* in notis, teſte Bocharto. *Hieronymus*, ipſaque Vulgata: *Volabantque in aëre duobus cubitis altitudine ſuper terram.* Schindlerus *in Lexico Rad.* שלה & alii plures. L. I. c. 15. N. XCVI.

93 Verùm enim verò, præter id, quod in textu nihil tale reperitur, qualem miraculoſum volatum interpretes iſti ſibi in animo figuraverint, aſſequi non poſſum. Etenim *vel perrexerunt volando* coturnices, tunc intra paucas horas caſtra transvolando præteriiſſe neceſſe eſt; neque dici potuiſſent diurni itineris ſpatium circumcirca caſtra complevíſſe: *vel quieverunt in ipſo aëre*, tunc aliud miraculum fingendum eſt, quòd niſorum muribus inſidiantium more per triginta ſex horas in modo dicto ſpatio quietè ſe continuerint, & ſic volando non prætervolaverint, quod abſurdum. Quin & verba textus ipſa & ingenium linguæ repugnant. Radix כסה Exod. 6. 13. *obtexit, operuit* [caſtra] uſurpatur de multitudine populi; ut: *Populus* כסה את עין הארץ *operuit oculum* [i. e. ſuperficiem] *terræ*, Num 22. 5. & in ſpecie de Locuſtis Ægypti, ויכס את עין כל הארץ *& obtexit ſuperficiem terræ*, certe non volando, ſed jacendo. Exod 10. 15. Dein verba Pſaltis ימטר & יפל *pluere & decidere fecit*, alium ſenſum non admittunt, quàm quòd in terram inſtar pluviæ deciderint, ut paulo ante diximus. Planè aliter locutum opotteret ſacrum Scriptorem, ſi volatum indicare voluiſſet.

94 Cumulationem coturnicum Bochartus non inficiatur, quamvis novè opinetur, *bicubitales acervos per intervalla datos fuiſſe, per quæ populus inter colligendum ambularet.* Sed & hoc miraculoſum fuiſſet, quia coturnices ſua ſponte id non faciunt. Quomodo enim [fortaſſis ille ſic putavit] ſexaginta hominum myriades nullo dato ſpatio locum colligendi habuiſſent, niſi per medias coturnices tanquam per nivem vel arenam ire, easque pedibus obterere voluiſſent. At talis aggeratio, ſive continua, ſive per cumulos ſeparatos (de quibus in textu nihil) facta, ad coturnices minimè: optimè verò ad locuſtas poteſt applicari, de quibus conſtat, quòd acervatim ſegetibus ſatis densè incumbant, atque ob pedum & alarum raritatem minimè ſuffocentur, quod cuilibet experiri licet in uno vaſe unius tantùm cubiti altitudine coturnices vivas: in altero locuſtas, bruchos vel cicadas aut ſimilia inſecta duorum ferè cubitorum altitudine ponenti, ibi intra paucas horas illas maximam partem mortuas: hæc omnia viva deprehendet; nec per locuſtas ire, easque pedibus conculcare mirum. Quocunque demum modo altitudinem duorum cubitorum acceperis, ſive de volatu: ſive de cumulatione coturnicum, quartum te oportet fingere miraculum.

95 Super faciem terræ] פני הארץ *Facies terræ* in S. Scriptura ſemper *terræ ſuperficiem*, ſeu ipſam humum ſignificat, ut modo diximus; atque hoc verba & dicta modò allegata evincunt. Supra terram autem volare dicitur ſimpliciter על הארץ *ſupra terram*, ut עוף יעופף על הארץ *avis volans ſupra terram.* Gen. 1. 20.

96 Et ſurrexit populus toto die, & tota nocte, & toto die poſtero] Aggreſſus eſt populus *Selawas*, triginta ſex horarum ſpatio collectioni earum intentus.

97 Et colligebant] אסף *Collegit rem aliquam quieſcentem, vel humi jacentem.* De avibus volantibus aliud adhibitum fuiſſet vocabulum, nempe: *capiebant, comprehendebant*, vel tale quid. Utique non niſi miraculosè quieviſſent coturnices jacentes; ſed potiùs circumvolitaſſent, homines capturæ intentos paventes; quod valdè confuſum aucupium, & miram per caſtra diſcurſationem effeciſſet. Id ergò, quod in coturnicibus planè inſolitum & quintum miraculum fuiſſet, in locuſtis conſuetum eſt & perpetuum. Eæ enim in hominum ora involant, ut ſupra ex Alvarezio diximus, §. 32. & humi jacentes plenis pugnis tolluntur & colliguntur.

 Quoad

L. I. c. 13. N. XCVI. Quoad modum collectionis, quæri potest, *vivæne retenta, an statim occisæ fu-* 98
erint Selawæ? Huic quæstioni ansam præbuit *Malvenda*, qui nugatur: *Israelitas in*
caveis coturnices aluisse, quò in plures menses sufficerent. Quasi verò caveas magnas,
quarum singulæ Corum caperent, ex Ægypto secum attulissent, vel *scirpeas caveas*
(ut ille loquitur) in deserto fecissent, & cum triticum deesset, illas Mannâ pavissent, ut
scilicet interea cantu earum fruerentur. Sed apage tales ineptias Scilicet facilè in-
telligebat Malvenda, quòd tanta coturnicum copia tam brevi tempore neque ma-
ctari, neque ad longum usum parari potuerit, quia more Judaico non licebat eas
πνίγειν i. e. *cranio, vel faucibus compressis necare, aut collum contorquere*, ut nostri aucu-
pes faciunt. Quantum verò temporis necesse fuisset, priusquam Israelitæ tot co 99
turnices comprehenderent: comprehensas dissecto jugulo vel capite mactarent:
mactatas donec sanguis omnis efflueret tenerent: postea deplumarent: dein exen-
terarent: & tandem per ingens terræ spatium sigillatim, nempe per areolas (ut lo-
quuntur Rabbinorum aliqui) pulchrè disponerent, ut probè siccarentur, nec tamen
putrescerent. Vivæ sanè nec retibus contineri, nec mensurari poterant. Omnia ista 100
dubia cadunt, si de locustis hunc locum accipias. Hæ enim nullo negotio à viris atque
fœminis, pueris atque puellis comprehendi, & capite compresso vel avulso, alisque
abreptis, à mulieribus & infantibus necari, adeoque tot Corià tot hominum myria-
dibus triginta sex horarum spatio confici & impleri potuerunt, de quo jamjam plura.

Qui minimum collegit] Non de singulis hominibus vel viris acci-
piendum esse hoc, rectè judicant interpretes nonnulli; sed de patribus familias, quo- 101
rum unusquisque pro se suaque familia decem coros collegit (x); quod si rectè su-
matur, non adeò nimium videri debet, neque enim omnes & singuli mensurave-
runt id quod collegerunt, sed aliqui tantùm, qui minimum collegisse videbantur. Ita
cum Exodi XVI. 17. & 18. de Manna dicitur: המרבה והממעיט *qui plurimum & qui*
minimum [aspectu *scil.* externo] *collegerat*, postea cum mensuraret, altero plus non re-
portaverat.

Decem Coros] Immanis hæc est summa, & omnem fidem superans, si
de coturnicibus accipiatur; non in unum mensem, quem Deus promiserat, sed 102
in plurimos menses, imò unum & alterum annum suffectura. Corus enim conti-
net centum Gomor, quorum unum, Mannâ impletum, diurna cibi men-
sura fuit. Igitur, ut magno huic dubio occurrat Bochartus, primò numerum
certum pro incerto hîc positum asserit, ita ut *decem* illi significet *plurimos*. Nume-
rum enim denarium certum interdum incertam & tamen magnam quantitatem de-
notare: deinde Hebraicum חמר hîc non pro *Coro*, sed pro *Acervo* seu *cumulo* cum
Targum & Arabico interprete accipit; nam & hanc significationem habet. Igitur
ex mente Bocharti talis sensus prodit: *eum, qui minimum collegerit, plurimos acervos*
collegisse. Verùm, ut mihi videtur, parum congruus, ut nihil dictum putare possis.
Nam primò instituitur hic comparatio inter colligentes, quæ nulla est, nisi certa 103
quantitas exprimatur, ubi ergo numerus incertus est, & quantitas rei collectæ incer-
ta, nulla potest fieri comparatio. Adeò ut quamvis aliquis plurimos parvos acer-
vos collegerit, minus fortè habuerit alio, qui duos vel tres tantùm, sed magnos
coacervavit. Deinde ingens copia collectarum Selawarum hac mensura demon-
stratur. Quandoquidem verò acervi non describantur, quanti fuerint: nec epi-
theton aliquod magnitudinis addatur, adeoque mediocres vel parvi esse potuerint,
tam vagâ expressione omnino nihil determinatur, quod de sacro scriptore non præsu-
mendum, & contra mentem ejus est.

Igitur præferimus eorum sententiam, qui *Coro Selawas verè mensuratas fuisse* 104
censent; at non omnes: nec ab omnibus; sed ab aliquibus tantùm, qui minimùm
collegisse videbantur, ut paulò antè diximus. Coacervatas quidem & cumulatas fuisse
locustas necesse est, & cum colligerentur, & cum siccarentur, sed aliud est, cùm com-

paratio

(x) Bochartus dicto loco pag. 106

paratio quantitatis collectæ instituitur, quæ non nisi mensurâ aliquâ fieri poterat. L. I. c. 14.
Mensuratio vero hæc pro locustis maximè facit, quæ recenter occisæ bene mensurari N.XCVI.
potuerunt, & sic, raritate pedum accedente, Corum facilè impleverunt cum post expansionem & exsiccationem vix dimidia pars istius quantitatis superfuerit; qua ratione etiam pro integris familiis, quibus capita familiarum prospexerunt, residua
105 exsiccatarum locustarum summa non adeò nimia videri potest. Coturnices autem mensurare absonum, nam ut rectè Bochartus loquitur: *Corus est mensura granorum non carnium.* d. loc. Adhæc corpora talis quantitatis non mensurare, sed numerare solemus. Χέννια ταριχηρὰ μύρια, *Chennia* (y) *salsa decies mille* numerata [non mensurata] *missaque* scribit *Athenæus* ex Epistola Cleomenis ad Alexandrum. Μικρὸν ὀρτύγιον *parvam coturniculam* idem vocat. L.9.c.11. Si hæ numerandæ, multò magis coturnices. Si tamen pyra, poma, vel alias res adhuc majores mensurare velis, siccas esse oportet, non cruore madidas, ne compressione corrumpantur & fœdentur, quod fieret, si aves occisas vel deplumatas mensurare velles.

Superest, ut disquiramus, quid de Selawis collectis factum sit. Textus habet:

106 Et expanderunt eas expandendo circumcirca castra.] Idem planè vocabulum eâdem significatione retinuerunt Chaldæus, Syrus & Arabs. Quid autem expansio ista coturnicum sibi voluerit, & quomodo facta fuerit, sicco pede transeunt interpretes plerique, etiam Bochartus de ea silet. Rabbini Chaldaïcam vocem משטיחין משטיחין repetunt: *Expansiones, Expansiones* reddentes, h.e. *ordine & certa serie per lineas & areolas quasi distinxerunt*, ut habetur *in Ioma. 75. 2.* putantes fortè coturnices miraculosè à putredine & vermibus conservatas fuisse, donec decem Cori aliquot dierum intervallo in fervidâ humo ita pulchrè disponerentur. Sed ad id faciendum non minus temporis, & multò plus spatii, quàm antea vivæ occupaverant, requisitum fuisset, si coturnices fuerunt, quia rursus cumulari non
107 poterant, nisi planè putrefacere & corrumpere eas voluisses. Cui fini id factum sit, interpretes illi non addunt; Vulgata de expansione nihil, finem tantùm exprimere voluit his verbis: *Et siccaverunt eas per gyrum castrorum.* Faciat studiosus aliquis lector experimentum, & in Sole fervidissimo exponat aves mactatas, an non brevi tempore verminaturæ sint. Relatum mihi fuit à peregrinatoribus Indiæ, si pecudes ibi calente die mactentur, nec caro illicò multo sale perfricetur, aut fumo benè duretur, intra paucas horas vermibus scatere. Si verò fervida arenâ contegere velis, arescet quidem caro, sed ita ut esui sit inutilis, adhæc arena referta; quo pacto tostas
108 coturnices nemo appetiverit. En textum miraculum, si de coturnicibus accipias. Septuaginta Interpretes hanc expositionis crucem non tollere sed figere maluerunt, ut planè desisterent lectores ab ulteriori inquisitione; ἔψυξαν ἑαυτοῖς ψυγμοὺς *refrigaverunt sibi refrigeria*, reddentes. Cujus expositionis aliquem idoneum sensum nemo adhuc docuit, nec ego reperire possum.

109 Difficultates & dubia ista omnia cadunt, & tot diversis interpretum sententiis opus non est, si de locustis expandendi rationem accipiamus. Inter alios præparandi modos & iste à Kirstenii Arabe (qui nihil nostri gratia dixit, neque de hac nostra sententia quidquam scivit) refertur, nimirum, *quod solis ferventi per aliquod temporis spatium exponantur, atque sic ad cibum præparentur.* In Relationibus MSS. supra citatis §. 55. habentur verba: Sie haben gantze Fässer voll gedürret ꝛc. Et in Guinea: Sie werden getödtet/und an der Sonnen gedürret/und von ihnen gefressen. Hinc cognoscere est, quid *expansio Selawarum* sibi voluerit. Istæ igitur locustæ in saxis & petris Arabiæ istius desertæ circumcirca castra non sigillatim, nec per areolas, sed per acervos latè disponi, & sæpius baculis converti potuerunt, donec sufficienter siccatæ fuerint, ut in mensem aut amplius durarent, quas postea aqua rursus macerare, coquere, vel alio pacto ad esum præparare quiverunt. Quamvis credibile sit multas recen-

(y) *Genus avium minutarum in Ægypto, de quibus videatur Bochartus dicto loco pag. 107.*

L. I. c. 13. recenter coctas, multas sale conditas, vel fumo etiam duratas fuisse, utut solus expan-
N. XCVI. dendi, sive in sole exponendi modus tanquam communissimus & facillimus in Scri-
pturâ exprimatur.

Samaritanus codex hic variam lectionem nobis suppeditat, ibi enim pro שטח 110
Expandit transpositis literis reperitur שחט: Mactavit, ut: [illegible]
וישחטו להם שחוטה *Et mactaverunt eas mactatione.* Samaritana versio habet:
[illegible] : ונכסו להון נכיסה quod idem est. Videntur
Samaritani de avibus propriè dictis textum hunc accipere, quibus mactatio
potius convenit, quàm expansio; ista enim in aves non quadrabat. Posset qui-
dem verbum [illegible] שחט de occisione simpliciter accipi, sed tunc verba circum
castra supervacanea forent, ista enim expansionem aliquam denotant.

Ex quibus evidenter lectori constare putamus, textum omnem de locustis mul- 111
tò commodiùs & genuiniùs exponi posse quàm de coturnicibus, sine alio miraculo,
quàm quòd Deus ventos australes excitaverit, iisque locustas in unum coactas tantâ
copiâ in desertum volare, ibique per triginta sex horas manere coëgerit. Non quòd
miraculum divinum elevare velimus, sed ut illud textui & naturæ rerum conveni-
entiùs exponamus, significationem vocabuli amissam restituentes: simulque im-
piorum irrisorum objectionibus obviam eunres; ne dicant: *Deum non opus habuisse
tot superfluis in una historia miraculis, ad satiandam in unum mensem appetentiam carnis*
d. loc. *Israelitarum; cùm id multò paucioribus efficere potuisset.* Rectè Bochartus: *Non ut
minuamus Dei virtutem, sed ne fidei vim faciamus, ab illa plura extorquentes quàm Deus
nobis in verbo suo revelavit.* Hoc est: *Ne miracula fingamus, cùm Deus per naturam ser-
vam suam operatur.*

Hæc pro scopo nostro sufficiant; quibus etiam satisfactum putamus iis, qui de 112
locustis S. Johannis Baptistæ hucusque dubitaverunt, & ignoratione locustarum O-
rientis quidvis aliud quàm insectum hoc comminisci voluerunt, ut videre est apud
Melchiorem Sebizium de Alimentorum facultatibus Lib. II. p. 503. Plura de
Locustis qui legere volet, videat *Itinerarium Persiæ Taverneri* (z); ubi do-
cet in Armenia intra paucos dies locustas ab avibus absumi, Nam in Armenia
quoque dari Tacitus restatur loco supra citato his verbis: *Imbecillum equitem pa-
buli inopia; nam exorta vis locustarum ambederat quidquid herbidum aut fron-
dosum.*

Additio.

Diximus supra §. 21. & 22. Arabes non intelligere vocem سلوى ex S.
Scriptura in Alcoranum intrusam. Commentatorum peritissimi volatile fuisse 113
sciunt, quale, nesciunt; ut ex variatione eorum liquet. Locum *Wheloci* p. 14.
amicus nobis suppeditavit, qui ex *Persico Paraphraste* p. 29. lin. 17. sequentia tradit
وفرستاديم برشما ترنجبين ومرغي كه انرا كركي خوانند id est: *Demisimus su-
per vos* Mannam *& volatilia quæ* Carc *appellitant.* Persicum ترنجبين *Mannam* offi-
cinarum seu *medicinalem* significat, quasi verò talis fuerit Israelitarum. كركي
Perdicem exponit *Angelus à S. Iosepho* secus ac Clariss. *Meninskius* qui Gilæorum Lin-
gua *Gallinas* ita vocari scribit. Quæ cuncta sententiam nostram firmant, genuinam
vocis שלו significationem ex Arabicâ linguâ, & Alcorano ejusque commentatori-
bus haberi minimè posse.

N°. XCVII. De formicis Indicis] Animalia Indiæ atque Africæ 1
pleraque majora esse nostratibus, ex supradictis constat. De *Taurelephantis, avibus*
n. 73. §. 5. & *Draconibus* ingentibus supra diximus: *Vespertiliones* anserum magnitudine dari
n. 92. §. 6. ferunt. (a) Non igitur mirum, si & insecta multò maxima ibi reperiantur. Sed cre-
n. 93. §. 4. dibile non est, *formicas* reperiri magnitudine canis. Miraculi causâ augeri solent
ista, & fabulis corrumpi.

Primus

(z) Lib. IV. cap. 3. & Tom. I. Lib. 2. pag. 157. (a) Itinerar. Georg. Anderson. Lib. I. cap. 10. in fin.

2 Primus *Herodotus* in Thalia Lib. 3. c. 101. autor est: *dari* L. I. c. 14. N. XCVII

Μύρμηκες μεγάθεα ἔχοντες κυνῶν μὲν ἐλάσσονα, ἀλωπέκων δὲ μέζονα; εἰσὶ γὰρ ἐξ αὐτῶν καὶ παρὰ βασιλέϊ τῷ Περσέων, ἐνθεῦτεν θηρευθέντες.

Formicas magnitudine canum minores, vulpium verò majores. Dantur enim quædam tales & apud Regem Persiæ, ex illis locis venando captæ.

Strabo ex Megasthene refert: *eas vulpibus non minores esse*; sed illi, ut & Daimacho Lib. 15.
talia scribentibus fidem derogat. Plinius *Indicas lupis Ægypti magnitudine comparat.* p. 706. &
Solinus *Æthiopicis formam canis maximi* tribuit. Idem habet Mela, quem sic corrige: 2. p. 70.
Alit formicas non minores maximis canibus. Vel: *maximas non minores canibus.* L. II. c. 31.
3 Quæ si quis legat, minùs fabulosam putabit *Thuani* (b) narrationem: *Quòd nuncius à* cap. 30.
Thamo Persarum Rege Oratoris titulo ad Solimannum venerit cum muneribus, inter quæ e- 3, 7. 23.
rat formica Indica *canis mediocris magnitudine, animal mordax & sævum.* Eadem ha- Ep. 4. p.
bet Busbequius; sed Bochartus (c) meritò in dubium vocat, quòd viri isti graves non 259.
suâ fide, sed ex aliorum relatione scripserint. Nam: *Memini dictum fuisse*, Busbequius ait. Quamobrem & nos fidem tam diu suspendemus, donec ex αὐτοψίᾳ cujusdam viri fide digni certiora coguoscamus.

4 Alioquin de maximis illis formicis non displicet conjectura Bocharti, qui ex Agatharchide, Strabone, & interpretibus Jobi. IV. 11. observavit: *leonum quoddam genus* Μύρμηκας *Formicas*, vel Μυρμηκολέοντας *Formico-leones dictum fuisse.* Contingere ergò potuit, ut autores supra citati, talis æquivocationis ignari, de insecto intellexerint, quæ de quadrupede erant intelligenda.

5 Quæ verò de naturâ earum *Solinus* & *Mela* tradunt (d): *quòd arenas aureas pedibus egerant, egestas cum summâ pernicie attingentium custodiant*; fabula est, quæ semet redarguit. Nam *si terram auri feracem adamant* (ut Philostratus loquitur) *aurumque* Lib. 6.
tantâ curâ custodiunt, certè stultissimæ sunt formicæ, quòd illud eruant, ac sibimet onus custodiæ imponant, & non potiùs in terræ visceribus abditum relinquant. Equidem facilè credo, si formicas Indicas de Leonibus accipias, intutum valdè esse aurum in desertis illis quærere. Scilicet non auri custodiâ, sed cibi appetentiâ homines ag-
6 grediuntur. Ea demum vera esse puto, quæ Herodotus de hac auri egestione me- d. loc.
moriæ prodidit: *Quod formicæ illæ Indicæ eodem modo ac formicæ in Græcia humum & arenam è foveis suis egerant, in qua auri quid repertatur, quod Indi posteà colligant.* In quo nihil absurdi nec miraculosi occurrit.

7 Cæterùm multa formicarum genera in calidis regionibus dantur. Habessinicas in Historia nostra descripsimus. In Congo dantur volatiles perniciosissimæ, hominibus & pecudibus exitiales, tantâ enim copiâ advolant, ut non nisi igne arceri possint. *Dionysius de Carli* Missionarius illius Regni testatur (e): *parum abfuisse, quin vivùs ab illis devoratus fuerit. In Angola id crebrò usu venire, adeò ut tota examina vaccas vivas invadant, & unâ nocte usque ad ossa consumant.*

COMMENTARIUS
AD LIB I. CAP. XIV.

N°. XCVIII. Habessinos optimæ indolis esse, propterea bello captos pluris venire quàm aliarum nationum mancipia]
1 Nulloshic possumus certiores testes producere, quàm Pp. Societatis, qui ingenia Habessinorum triginta ferè annis, quibus summâ cum autoritate in Æthiopia versati sunt, probe cognita & explorata habuerunt. Illi in *epistolis de annis 1607: & 1608.* (f) *de Seminario Fremonæ instituto* sic scribunt:

 Estam

(b) Lib. 24. Ad ann. 1559. (c) Part. II. L. IV. c. 22. p. 199. & Lib. VI. c. 4. in fin. (d) Nec non Plin. Lib. 37. Sect. 54. p. 406. Volaterranus ita refert, ut credere videatur. Tit. India fol. 132. b.
(e) In libello, cui titulus: *Relation curieuse d'un Voyage de Congo ès années* 1666. & 1667. Lyon. 1680. p. 160.
(f) Ulissipone anno 1611. *impressis*, Lib. I. tit. *Ethiopia* c. 12. p. 43.

L. 1. c. 14. X CVIII. Eſtam hoje aquelles mininos mui aproveitados aſſi na lingoa natural, como na noſſa Portugueſa: & nam menos eſtam no que toca a virtude, que he o principal intento, nem neſta parte ha muito que fazer com elles, porq; ſam os moços Abexins de naturais aureos, & da mor innocencia, que ſe pode imaginar.

Pueri illi hodie benè profecerunt tam in lingua ſuâ naturali, quam in noſtra Luſitanicâ. nec minus in iis quæ ad virtutes ſpectant, qui principalis ſcopus eſt; neque hac in parte multum negotii faceſſunt, ſunt enim pueri Habeſſinici indolis aureæ: & majoris innocentiæ, quam quiſquam ſibi imaginari poſſit.

Et como Ethiopia, ainda que tam inculta, nam perdeo de todo as reliquias da quelles primeiros bons principios, que aprendeo dos Santos Apoſtolos. Ainda hoje ſe uſa mandarem os pays aprender ſeus filhos aos moſteiros.

Et quemadmodum Æthiopia, utut inculta, nondum plane perdidit reliquias bonorum illorum principiorum, quæ didicit a ſanctis Apoſtolis ita hodie adhuc in uſu eſt, ut patres filios ſuos in monaſteria [tanquam in ſcholas] *mittant.* 2

Et principalmente os Senhores, os quais nam ſe contentam com ſeus filhos aprenderem os livros ſagrados, mas tambem procuram que ſuas filhas as ſaibam, & aſſi nam ha Senhora que nam ſaiba bem o texto das ſagradas letras de cor, *as Epiſtolas de Sam Paulo, & os Pſalmos de David.*

Imprimis proceres, qui non contenti ſunt ut filii tantùm ediſcant libros ſacros, ſed etiam curant, ut filiæ illos calleant, & ſic non datur matrona nobilis, quæ non bene ſciat textum Sacræ Scripturæ: & quidem memoriter Epiſtolas S. Pauli & Pſalmos Davidis (g).

In iiſdem epiſtolis cap. X. p. 38. habentur ſequentia:

Se ha de ſaber & notar, que ainda que os Abexins eſtam em muitos & grandes erros na Fè. todavia (*nam tratando dos ſeus erros & ſchiſma*) he certo que à ſua excellente indole & boa inclinaçam natural pera toda piedade & virtude a tem ainda agora, como tinham antiguamente: & que ha nelles (*conforme à experiencia de que os padres vem & palpam*) ainda de preſente muyto menos peccados, que em outras muytas partes, onde cà por Europa noſſa ſanta Fè eſtà inteira,

Sciendum & notandum eſt, quamvis Habeſſini verſentur in multis & magnis erroribus circa fidem, attamen (ſi excipias errores eorũ & ſchiſma) *certum eſt, quòd excellentem indolem ſuam, & bonam inclinationem naturalem ad omnem pietatem & virtutem adhuc hodie conſervent, ſicuti eam antiquitus tenuerunt; & quòd inter illos* (ſecundum experientiam quam Patres vident & palpant) *etiamnum multo* pauciora peccata *reperiantur, quam in aliis multis regionibus, ubi in Europa noſtra ſancta Fides adhuc incorrupta extat.* 3

Et paulo poſt:

Sam mui affeiçoados a penitencia, & por major, que o confeſſor lha dè, ſempre dizem: *que he pequena & que faram mais.* Sam dados a oraçam & muitos ſe levantam cedo, & a vam teras igrejas. Dam com muita facilidade eſmola a os probres & agaſalham os peregrinos.

Multùm ſtudent pœnitentiæ, & quantamcunque confeſſionarius illis imponat ſemper dicunt: adhuc parũ eſſe. & quod plus facere velint *Dediti ſunt* orationibus & *multi tempeſtivè ſurgunt, & in templa pergunt, ad habendum eas. Magnâ facilitate dant* eleemoſynas *pauperibus, & hoſpitio excipiunt peregrinos.* 4

Et cap. X. pag. 39. ibidem.

Uſam em ſuas cortesias & ſaudaçoens de palauras muyto pias & Chriſtaâs, como: *Deos vos ſalve. Deos vos ajude. Graças a Deos*, & outras ſemelhantes &c. Finalmente tem os Abexins todas as partes pera ſer hũa das melhores Chriſtandades do mundo. Se lhes entrara a verdadeira luz da pura Fè &c. E por experiencia o vem os padres nos Catholicos, que tem à ſua conta, dos quaes affirmam, que communmente ſam almas puriſſimas &c.

In ſuis officiis & ſalutationibus adhibent verba [illegible] *de piis & Chriſtiana:* ut:. Deus te ſalutet, Deus te juvet; Deo gratias, & alia ſimilia &c. *deniq; Habeſſini omnes illas virtutes poſſident, quæ conſtituere poſſint præſtantiſſimam totius mundi Chriſtianam Rempublicam, modo recipiant veram lucem puræ fidei. Idque re ipſa experiuntur Patres in Catholicis, quorum curam habent, de quibus affirmant, quod communiter ſint* animæ puriſſimæ. 5

Ipſe Patriarcha *Alphonſus Mendez*, quem pro gravitate muneris ſui noſſe oportebat ingenia Habeſſinorum (h) idem teſtatur; Verba ipſa Italica deſcribi merentur. 6

Sono maravviglioſamente affetti alle coſe divine, & hanno ſempre mantenuta viva quella piccola ſcintilla della Fede e nome Chriſtiano ſotto queſte ceneri, ſin dal tempo degli Apoſtoli,

Mirabiliter bene affecti ſunt erga res divinas, & ſemper vivam conſervaverunt parvam illam fidei & nominis Chriſtiani ſcintillam ſub iſtis cineribus, ab ipſo Apoſtolorum tempore inter feces Gentilium

frà

(g) Videſis *infra Lib. III. c. 5. §. 16. n. 36.* de hac re plura, & ſeqq. p. 163.

(h) *In relat. Romæ impreſſa* Anno 1626.

frà le fecce de Gentili e Maomettani. Sono grandemente inclinati a leggere e ſapere.
7 In quanto all' ingegno, poſſo generalmente dire,
che i più nobili e culti non la cedono a gli Europei gli
altri più baſſi, e ruſticani di gran lunga avanzano
la noſtra plebe. Avvenga che a pena ſi trova huo-
mo che ſi poſſa chiamare groſſolano e ſtolido.
Ed è mirabile, ſentire un garzoncello mezo ignu-
do ridire le commeſſioni del ſuo padrone, an-
corche di gran tempo; e riportar le riſpoſte date
all' improviſo; non altrimente che ſe fuſſe alleva-
8 to in ſeno à Roma. Che, ſe Dio noſtro Signore
concedeſſe pace, onde ſi poteſſe qui ereggere una
Univerſità, o almeno come altrove ſtudiar ordi-
natamente; non dubitarei di affermare: *che gli*
Abesſini ſtarebbono al paragone de più ſcientiati di
quante nationi ſono ſino adeſſo ſcoperte. La onde
non ſia chi penſi, eſſer male impiegate le
buone habilità, e gran talenti nella coltu-
ra dell' Ethiopia.

& Mahumedanorum. Summoperè cupiunt legere & ſcire. L. 1. c. 14. XCVIII.

Quantum ad ingenia eorum attinet, generaliter dicere poſſum: quod nobiliores & cultiores minime cedunt Europæis: At humiliores & homines ruſticani multis modis ſuperant noſtram plebem. *Imo vix reperitur aliquis inter eos, qui ſtupidus & ſtolidus vocari posſit. Et admiratione dignum eſt, audire* puellum ſeminudum *recitantem mandatum Heri ſui, quamvis ſat longum, & referre domum reſponſa de improviſo data, non aliter, quam ſi in ſinu urbis Romæ educatus fuiſſet. Quod ſi Deus Dominus noſter pacem daret, ut hic Academia aliqua erigi, aut ſaltem ſtudia, ut alibi, ordinatè tractari poſſent, affirmare non dubitarem,* Habeſſinos poſſe contendere de principatu cum eruditiſſimis omnium nationum ad huncusque diem cognitarum. *Quapropter neminem cogitare decet, quòd male collocetur labor optimorum ingeniorum, & maximorum talentorum in excolendâ Æthiopiâ.*

9 Quæ omnia majoris fidei causâ ipſis Patrum verbis referre & exponere volui. Nec à quoquam in dubium vocari poſſe puto, cùm à talibus teſtibus proficiſcantur, qui ea bene ſcire potuerunt, nec cauſam habuerint rem falsò exaggerandi. Imò tametſi quædam durante adhuc amicitiâ per hyperbolen dixisſent, ortâ inimicitiâ id revocaſſent vel temperaſſent, quod factum non eſt.

10 Iſta mecum reputans, non deſtiti in moleſtiſſimo tam linguæ quàm rerum Æthiopicarum labore deſudare, fructũ & ſucceſſum Dei O. M. miſericordiæ relinquens.

11 Ob tantam ingenii præſtantiam ſervos hujus nationis pluris venire, quàm aliarum gentium mancipia, nunc ſatis intelligi poteſt. Propterea barbari Gallæi captivos tam avidè venantur, ut eos Turcis atque Muhammedanis vendere poſſint, quia in magno pretio apud illos ſunt. Id quod in *relatione noviſſimâ ex Arabiâ* (i) *ad me perſcriptâ* confirmatur: **De Habeſſinſe Slaven zyn van een goeden en trouwen aert / ſtil van humeur / en ſeer voldoende; daeromme by de Arabiern als Turcken ook in beſondere achting; werdende jaerlicks in goet getal binnen Mocha / Gedda ꝛc van twintigh / dertigh tot hondert Rijksdaler en meer naer haer ouderdom / goede geſtalte en zeden verkofft.** Senſus eſt: *Servos Habeſſinos bonæ ac fidæ indolis eſſe, atque ſummopere æſtimari & vendi pro ratione ætatis, formæ & morum, viginti, triginta, imò centum imperialibus & ultra.*

12 Diximus in hiſtoria noſtra, quòd ſervi Habeſſini libertate donati, ad ducatus & præfecturas evehantur, id enim exemplo Habeſſini, *Melik Ambar* dicti, docetur, de Prooem. quo *O. Dapper (k), quod regnum* [Dekan] *magna fide atque famâ adminiſtraverit, Rege* 14. 6. *adhuc pupillo duodecim annorum exiſtente.* Mala de illo ſparſa ex invidia inimicorum profecta videntur, aliàs Regi pupillo in tantâ potentiâ & autoritate fidus non fuiſſet.

13 De *indole Gregorii* hoc tantùm addimus: Hilari prorſus erat animo, comis atq; affabilis; ſi blandè illum compellares, vel beneficiis aut convivio delinires, nihil denegabat, quod ab illo peteres: adhæc linguâ promtus, converſationis jucundæ, ſalibus atque leporibus facundus erat. Cætera de ejus perſonâ ſupra in prolegomenis Num. XIII. ſufficienter diximus.

Nº. XCIX. Gregorii ſtudium Linguæ Latinæ & iter Acalexi]

De ſtudio Gregorii & animo diſcendi flagrantiſſimo *in Comment. ad Procemium* ſatis n. 13. S. 24.

(i) Mocchæ data d. 19. Auguſti 1685. Art. 12. quam eodem menſe anni ſequentis accepi.
(k) *In deſcript. Indiæ propriè dictæ, Tit. Regn. Dekan p. 352.*

L. I. c.14. dictum. *Acalexus juvenis Habessinus* discipulus *Petri Heylingii Lubecensis*, cujus in Hi- 1
N.XCIX. storia nostra mentionem fecimus, Linguæ Latinæ & rerum peregrinarum discenda-
§ 14. 4. rum studio in Europam venit. Cum Romæ intellexisset, Gregorium in Germaniâ
bene exceptum & habitum fuisse, rationem mittendi & curandi literas ignorans, au-
sus est iter ignotum suscipere, sed ingenio simplicior, imaginatus sibi est, se meam
vel Præceptoris sui patriam *Lubecam*, quarum neutram rectè pronunciaverat, neque
situm earum noverat, in Germania facilè reperturum. Verùm spe suâ deceptus,
Amstelodamum profectus est, quòd unam ex epistolis meis illic datam vidisset. Ibi à
pueris quibusdam ludibrio habitus & in aquam detrusus, ferè submersus fuisset, nisi
boni quidam viri illum eripuissent, ut ex sequenti epistola *Petri Serrarii* ad *Iohan-
nem Wesselium Lubecensem d. 8. Mart. 1653.* data, cognoscere licet: Ea verbotenus
sic habet:

Porro quod potissimum scriptionis subjectum nunc est, hisce diebus ad me adductus 2
fuit à Dn. Georgio Gentio Juvenis Abessinus Æthiops, *quocum loquenti mihi incidit
in mentem memoria* Petri Heylingii. *Dixi itaque me novisse in illis terrarum oris Juve-
nem quendam* Lubecensem *ita appellatum. Ad quod nomen exultavit valde* Abessinus
hic juvenis, *nomine* Acalexus, *& dixit Gentio suâ linguâ.* ô Doctor Petre! ô Doctor
Petre! *& multis praconiis extulit hominem: se per quatuor menses illi cohabitavisse, nem-
pe in urbe metropoli* Dambey, [Dembeæ Regni] *ubi* Petro Heyling *ampissimæ ædes, à
Rege suo*, Preste Jan *vulgo nuncupato, sunt data, seque illius amore huc pertractum. Cum
enim Hierosolymis esset, quò pervenerat cum legatis à Rege suo illuc missis, cœpit ipsum desi-
derium visendi patriam Praceptoris vel Domini sui* Petri Heylingii, *sperans se et similes
multos reperturum. Itaque datâ oportunitate mercatorum quorundam Romam venit, il-* 3
linc huc Amstelodamum. *Sed proh dolor! quid accidit. Discedunt mercatores, qui eum
huc adduxerant, solitarium, inopem, & peregrinum linguâ & habitu, relinquunt. Fit
ludibrium pueris & insolenti nautarum turba, conspirant tres vel quatuor nebulones, & de-
trudunt* Acalexum *nostrum in aquam, ubi submersus fuisset, nisi natare potuisset, & accur-
risset homo quidam, qui ejus misertus, illum ex aquis extraxit, & domum suam introduxit
& ad ignem siccavit. Hic sospitator* Acalexi, *cum loqui nequiret cum ipso, inquisivit de a-
liquo, qui linguam calleret hujus peregrini. Tandem adductus fuit prædictus* Gentius, *qui* 4
*misericordiâ ductus, ipsi hospitium procuravit, deinde ad me duxit, ut communi consilio &
ope hanc Christiani nominis inter nos infamiam, actibus & operibus misericordia, quantum
possibile, deleremus. Quod utique facere inter nos constituimus, & cum juvenis iste sit
bonæ indolis & pius, etiam linguam nostram, & inprimis Latinam discendi cupidissimus,
convenimus inter nos, Amicorum nostrorum adjutorio illi procurare quæ ad vitæ & instituti-
onis necessitates requiruntur, saltem per annum vel circiter, donec linguam Latinam probè cal-
leat, ut sic tutiùs & commodiùs peragrare regiones, & in patriam redire possit, ibique me-
lius testimonium de* Petri Heylingii *patriâ & populo reddere, nec non de* Christi Domini
*inter nos dominio & gratia, quàm si indotatus & vacuus rediret. Hoc nostrum consilium,
& hanc de* Petro Heyling *historiam, hanc discipuli eius fortunam operæ pretium putavi
ad te scribere.*

Tardè ista cognovi per Dn. *Christianum Cassium Episcopi Lubecensis Consiliarium.* 5
Acalexus per Germaniam in Italiam regressus, *Ulmam* transiit mense Septembri anno
1654. Octiduo post, ego cum Principe adolescente Dn. *Iohanne Ernesto &c. Saxo-
Gotano* illuc veni Nunciabatur mihi ab amicis Habessinum quendam juvenem transi-
isse. Contradixi, minimè mihi persuadens Habessinum aliquem in has oras me in-
scio venisse, (neque enim nomen ejus noverant) Armenium quendam fuisse opina-
tus. Tandem ex Italia totares, ut erat, ad me perscripta fuit, sed Acalexus nuspiam
ampliùs in Europa investigari potuit.

N°. C. Leucæthiopas] Αἰθίοπες λευκοὶ *Albos Æthiopes* gentem aliquam 1
vocari [*quasi diceres* Negros blancos] pro contradictione haberi posset; sed mores, patria,
forma, vultus & capilli crispissimi, tametsi non semper nigri, (ut Vossius scribit) genus
Æthiopi-

Æthiopicum arguunt, albo tantùm colore differunt, ſed planè ingrato & exſangui, L. I. c. 14.
tanquam moriturientium, ut in Hiſtoria noſtra ex Tellezio retulimus. Mentionem N. C.
eorum faciunt priſci Hiſtorici. Plinius: *Interiori autem ambitu Africa ad meridiem ver-* L. 5. c. 8.
ſus, ſuperque Gætulos, intervenientibus deſertis, primi omnium Libyægyptii, deinde Leucæ-
thiopes *habitant, ſuper eos Æthiopum gentes Nigritæ.* Quod & hodierni Scriptores
2 confirmant. Iſaacus *Voſſius* (l) refert: *Albos Æthiopes ſive* Leucæthiopes, *uti à veteribus vocantur, non tantùm in prædictis regnis ultra Nili fontes Auſtrum verſus ſitis, ſed & paſſim in mediterraneis Africæ reperiri tam eſt certum quàm quod certiſſimum. Magna pars ſatellitii Regis Lovangi conſtat ex hujuſmodi hominibus. Tanto candore ſunt conſpicui, ut ſi quis eos eminus videat, aut Belgas aut Germanos exiſtimet; utpote qui præter caſios oculos etiam rufos aut flavos habeant capillos. At verò ſi quis coram contempletur, longè aliter ſentiet. Iſte quidem cutis candor non eſt vividus, ſed cadaveroſus omnino, & prorſus ſimillimus lepra laborantibus. Oculi quoque propè ſpectati videbuntur ſimiles oculis morien-*
3 *tium aut ſtraborum. Quamvis verò iſtud hominum genus è nigris quoque proveniat parentibus, conſtat tamen in* mediterraneis Guineæ *etiam integram gentem iſtiusmodi* Leucæthiopum *reperiri. Horum & halitum & contactum velut contagioſum fugiunt alii Æthiopes. Unde, ut puto, colligi poteſt, verè eſſe leproſos, & iſtam coloris diſcrepantiam ab aliis Æthiopibus induci à morbo, quòd nempe cutis eorum exaruerit. Creber autem hic affectus apud Æthiopas, illos præſertim qui in aridis & æſtuoſis habitant locis, qui, niſi perpetuâ & quotidianâ unctione cutem reficerent, omnes forſan eodem malo laborarent. Hinc nullus apud Nigritas dies tranſit ſine unctione, nec tantùm oleo, ſed etiam adipe & quavis alia pinguedine totos ſe imbuunt, donec ſpeculi inſtar niteant, & hac ratione non tantum cutem areſcentem reſtituunt, ſed & ſanitatem & nigritiem, quæ eſt pulchritudo Æthiopum, corpori ſuo conciliant. Iſtud admiratione digniſſimum, homines iſtos interdiu cæcutire,*
4 *noctu verò plurimùm viſu valere, Lunâ præſertim fulgente. Itaque* Nigritæ & Æthiopes *horum interdiu inimici, cùm Sol maximè ſplendet, illos aggrediuntur: ipſi verò illatas injurias noctu ulciſcuntur, ac alios invadunt Æthiopas, magnâque ſæpè afficiunt clade. Iſtos*
5 Leucæthiopas *Luſitani vocant* Albinhos [Albicantes] *& aliquando nonnullos ex his bello captos, & in Braſiliam abductos, piſtrino addicere tentavere, cùm præcipuo valeant robore. Sed compertum eſt illos mori malle, quàm ſervitutis pati vincula. Porro non in Africâ ſolâ, ſed & apud Indos Orientales in inſula Borneo, & præterea in Nova Guinea, quæ vocatur* Terra de Papos, *ſimile hominum genus obſervavere & noſtri & Luſitani.* Hæc Voſſius.

6 Exſcribi meruere iſta, alibi vix reperta. In duobus tantùm hæreo, quomodo dici poſſit: *Id hominum genus è nigris provenire parentibus, & tamen integram gentem iſtiusmodi* Leucæthiopum *reperiri?* Si enim parentes nigri ſunt, utique illi gentem conſtituunt, hi autem tanquam degeneres non pro populo ſunt habendi, maximè ſi ſint contagioſi. Deinde, *ſi halitum & contactum eorum alii Æthiopes fugiunt, & ſi ſint verè leproſi, ut* Voſſius *colligit, quomodo admittuntur in aulam Regis Lovangi, & magnam partem ſatellitii Regii conſtituunt? Ante thronum Regis ſedent averſo capite, pellibus tecti, contra morem reliquorum, ut Dapperus* loquitur (m). *Et quomodo præcipuo*
7 *valent robore, ſi morboſi ſunt?* Eos autem robuſtos eſſe facilè credo, quia corporis cuſtodes ſunt dicti Regis, ut in Europæorum aulis Helvetii. Si quid conjicere poſſum, aliquos dari puto hîc illic per Æthiopiam degeneres, è nigris parentibus prognatos, talibus vitiis, quæ Voſſius narrat, laborantes: gentem tamen *Leucæthiopum* certam eſſe, ac per ſe ſubſiſtere, vitiis illis carentem. Quæ nobis aliquando alii *αὐτόπται* declarabunt.

N°. CI. Parturientes Æthiopiſſas in genua procumbere]

1 Æthiopes putant aliarum regionum fœminas idem facere. Sic enim de S. Maria ſemper Virgine loquuntur: አስተብረከት፡ ከመ፡ ትለድ፡ *In genua ſe demiſit ut pareret* (n). Alibi dicunt: ብእሲት፡ ሶበ፡ ታስተበርክ፡ ለወሊድ፡ *Mulier cùm*

(l) *De Nili aliorumque flum. origine c. 19. p. 67.* (m) *In Africa ſua: Regn. Lovango.* (n) Lib. Hom. Æth. Manuſſ.

L. I. c. 14. *cum in genua procumbit ad pariendum &c.* Mulieres Hebræas id feciſſe colligo ex eo,
N. Cl. quòd de *nuru Eli* ſummi Sacerdotis legitur תכרע ותלד *in genua ſe demiſit & peperit,*
1. Sam. 4. Sie ließ ſich nieder auff ihre Knie/ und gebar. Syrus rectiſſime ܒܪܟܬ. Arabs
19. سقطت *procidit* ſcilicet *in genua, pariendi cauſa.*
Non diſtinctè tradunt Lexicographi ſignificationem radicis כרע Kimchius ad 2
Pſ. 95. 6. : באו נשתחוה ונכרע נברכה לפני יהוה inter כרע & ברך differentiam facit &
כריעה fingit eſſe כריעת הראש עם קצת הגוף *demiſſionem capitis cum parte corporis,*
quæ honoris ſignificatio apud *Turcas* fit tecto : apud *Gallos* intecto capite. Sed quæ-
cunque loca mihi inſpicere contigit, hanc vocem propriè non de flexione ſolùm,
ſed *de genuum humi poſitione* accipi, & tam de hominibus quàm de brutis dici, depre-
hendi. Metaph. autem *de ſubjectione & ſubmiſſione* ſervitutis. Plerumque etiam 3
in propriâ ſignificatione additur nomen ברכים genua, ſic כרעו על ברכיהם *Pro-
cubuerunt in genua ſua,* nimirum ad bibendum aquam. Jud. 7. 5 6. Qui ſolus locus
demonſtrat non ad caput, ſed ad genua hoc verbum pertinere. Et ſic ברך à כרע
diſtinguitur, ut Germanicum knien *in genua procumbere*, und die Knie beugen/
genua flectere. Locus Pſalmi modò allegatus ex mente & more Orientalium 4
reddendus eſt : Laſſet uns (1) mit liegendem Leibe auff der Erden anbeten/
Humi ad adorandum nos proſternamus (Iſtud adhuc faciunt Orientales omnes, etiam
Moſcovitæ, ut totos ſeſe proſternant) (2) auff die Knie fallen / *in genua procum-
bamus*, und (3) die Knie beugen/ *& genua flectamus*; nempe ut diverſis vicibus
& temporibus omni genere humilitatis ſubmiſſionem ſignificemus. *Gradatio* enim
eſt à maximâ reverentiæ ſignificatione incipiens, & in minimâ deſinens

Quæ de *facili partu* fœminarum auſtralium in Hiſtoria noſtra diximus, è pluri- 5
p. m. 271. mis relationibus & itinerariis confirmari poſſunt. *Barlæus de rebus in Braſilia geſtis*
de fœminis illarum regionum ſcribit: *Nec Europæo more trahuntur in hebdomades quin-
que aut ſex puerperia, verùm altero à partu die ad operas ſuas redeunt, firma corpora quan-
quam puſilla.* Idque ſæpius legi & audivi de ancillis Indicis in *Bataviâ* Hollandis
inſervientibus, quòd poſt partum ipſæ in profluentem aquam abeant, ſeque infantes-
que ſuos recens natos lavent, ſine ullo ſanitatis periculo. Diffiteri tamen non 6
poſſum, in *relationibus Pp. Societatis* (o) legi: *mulieres parientes ſæpiùs periclitari in
Æthiopia.* Id num in certis provinciis Abaſſiæ frigidioribus contingat, ubi diffici-
lius pariunt fœminæ: an certi tantum particulares caſus fuerint, de quibus Patres
loquuntur: an alia quædam cauſa ſubſit, quò minùs facilè pariant Habesſinæ, in
medio relinquo. Dictum enim mihi fuit, pleraſque eſſe رصوفات ac ideò cariùs
vendi barbaris ancillas hujus nationis.

Additio ad Lib. I. c. 14. n. 43.

An Judæi poſt deſtructionem templi Hieroſolymitani us- 7
piam ſuo jure uſi fuerint] Diximus in Hiſtoria noſtra *Iudæos in Dembea at-
que Samena* olim ſuo jure vixiſſe. Quod jam olim R. *Benjamin Tudelenſis* de Habaſ-
ſia in itinerario ſuo retulit; ſed provinciam vocat *Telſar* mihi ignotam:

ובה הרים גדולים ושם מישראל הרבה ואין עליהם עול גוים ולהם ערים ומגדלים בראשי ההרים :	*Et in ea* [*ſc.* provincia] *ſunt magni montes, ibi-que plurimi Iſraelitarum, neque ſuper iis eſt jugum gentium. Habent etiam urbes atque caſtella in ca-cuminibus montium.*

Conſtantin. L'empereur *in notis ad hunc locum* iſtud pro fabulâ habet : *Id nun- 8
quam Iudæi probabunt,* inquit, *ea ſe conditione urbes & regiones incolere, ut aliis non pare-*
L. I. c. 15. *ant.* Attamen *B. Tellezius* (quem ſecuti ſumus) id manifeſtè docet: *Iudæi poſſede-*
p. 38. *runt olim multas & amplas regiones, ferè totum regnum* Dembeæ *& provincias* Waga-
ram *atque* Samenam ; *ſed ab Habeſſinis tandem ejecti fuerunt.* Pergit ſcribendo :

Em *Cemen* com tudo ſe defenderam fortiſſi-mamente, ajudados da grande altura e aſpereza	*In* Samena *tamen fortiſſimè ſe defenderunt, ad-jutis maxima altitudine & aſperitate montium*

de ſuas

(o) *De annis 1607. & 1608. p. 37. b.*

de suas montanhas, se bem o Emperador *Seltan Segued* os conquistou estes aunos a tras.	*Nihilominus Imperator* Sultan-Seghedus [Susneus] *illos subjugavit annis proxime elapsis.*

L. I. c. 1. 4. N. CII.

9 Hæc Tellezius. Ex quo satis liquet, quòd non patuerint Habessinorum Imperatori, & quòd Benjaminus fallsus non fuerit. Quin & notissima est Historia *Dunawasi*, (de quo infra,) quòd ipse Judæus regnum Homeritarum possederit, & ita *Judæi regno sub illo potiti sint.* Patriarcha Andr. *Oviedus ad Reg. Lusitaniæ Sebastianum* scribit (p):

La sierra que tienen los Judios con otras muchas tierras, que tienen usurpadas de los Christianos, y el Rey no puede con ellos, por ser la *tierra muy fuerte*, y tener el pocas fuerças.	*Iuga montium quæ Iudæi possident, cum multis aliis regionibus a Christianis ablatis. Neque Rex illis potiri potest, ob rupes asperas & exiguas illius copias.*

Anno 1607. & 1608. Judæi adhuc potentes & validi fuerunt, bellicosi & formidabiles ipsi Regi Habessinorum ob inaccessos montes (q).

10 Bonus ille *Constantinus L' Empereur*, præceptor quondam meus benevolentissimus, veritus est, ne, si admitteret αὐτονομίαν Judæorum in aliquo terræ angulo, id labefactaret vaticinium Iacobi Gen. 49, 10. Verùm istud de Politia integra Regni & Sacerdotii Judæorum, & quidem in ipsâ promissionis terrâ, nimirum Palæstinâ, accipiendum est; nec ipsi Judæi aliter intelligunt.

N°. CII. De ሻንቀላ: Shankalis Æthiopibus Nomadibus, quòd Troglodytæ veterum esse videantur.

1 *Troglodytæ* [q. d. Lochkriecher] Græco vocabulo sic dicti fuerunt quidam populi agrestes in Africa, quòd in specus & cava rupium ingrederentur, ibique ferarum more cubarent, ædificiis destituti, per Africam vagi atque palantes, ut in Historia nostra diximus. Priscorum de iis testimonia libet afferre. *Sallustius* de bello Jugurth: *Africam initio habuere Gætuli & Libyes, asperi incultique, quis cibus erat caro ferina, atque humi pabulum, uti pecoribus. Hi neque moribus neque lege aut imperio cujusquam regebantur, vagi, palantes, quas nox coëgerat, sedes habebant.* (c. 17.) Pomp Mela *Troglodytæ, nullarum opum domini, strident magis quam loquuntur, specus subeunt, aluntur que serpentibus.* (L. 1. c. 8.)

2 Non dubito eosdem vel illis similes esse, quos Gregorius meus *Shankala* vocavit, addito: *Omnibus quidem esse idem vitæ genus, linguis tamen & nationibus inter se differre.* De iis Pp. Societatis in Epist. annuis scribunt: *Nudi incedunt, pudenda corii particulâ tegunt, cibus eorum solitus sunt mures atque serpentes.*

3 Crediderim Promontorii bonæ spei incolas ejusdem generis esse qui *Hottentotzii & Sultanimanni*, aliisque nominibus vocantur, de quibus aliquoties audivi nec non legi, quæ *Georgius Andreæ Holsatus* in itinerario suo tradidit. Auß ihrer Sprach (L. 1. c. 4.) kan man kaum vernehmen / daß es Menschlich sey. Es ist fast ähnlich dem Plaudern der Calecunischen Hanen. Id est: *Vix humanus est illorum sermo, blaterant instar Gallorum Africanorum:* Et paulo post ibidem; Die Hottentotzman sind Eingebohrne dieses Landes / wohnen in kleinen Hütten alß Schweinskoben: oder theils in Höhlen und Löchern in Berge gegraben. *Habitare ait, in specubus & antris montium;* Tales ergò sunt ipsissimi Troglodytæ.

4 Dapperus in (p. 625.) Africa sua: Sie sprechen fort und fort mit Kluckern / wie die Kalikutischen Hane thun: oder Klatschen bey einem jeden Wort mit ihrem Munde / eben als wann man mit dem Daumen ein Schnipgen schlüge / dergestalt daß ihr Mund fast als eine Klapper oder Klatsche gehet / indem sie mit der Zunge überlaut Klatschen / und jedes Wort bey nahe ein Klatsch ist. i. e. *glocitant tanquam Gallopavones, & ore ceu digitis crepant in morem crepitaculi.*

Planè convenit descriptio ista cum illorum sermone, quem ipse audivi à tali barbaro, qui spectaculi causâ superioribus annis in Hollandiâ & Germaniâ circumducebatur.

De

(p) Addit. ad d. rel. Æth p. 312. b (q) *Rel. Ann. L. 1. 6. 15. p. 58 b. Tit. Fortis.*

L.I. c.14. N. CII. De *Cafris* hoc loco in historia nostrâ egimus, simulque Arabicam hujus vo- 5
cabuli originem exposuimus. E Chaldaica dialecto hæc radix in alias linguas propagata fuit, quibus כפר *Cafar* est *Negavit, abnegavit* peculiariter *Deum*. Hinc Rabbinis כופר *Cofer* est *Atheus* vel *Apostata* aut *Infidelis*. Lusitani littus Orientale Africæ vocant *La Cafreria* sive *Cafrum regionem*, quòd eam sic appellari ab Arabibus primò audiverint. Quippe كافر, vel كافرون *Cafiruna* vel *Coffar* illi vocant eos qui verum Deum ignorant, vel negant. Vocabulum *Czafer*, quo Christianos a Turcis vocari scribit *Bartholomæus Georgiewitz* (r), id ipsum esse videtur, Turcæ enim ك Arabum ut Tz. Ʒ. Germ. efferunt, nam eos pro كتاب *Kitab*. Tzitab. Ʒitab ipse dicere audivi; ita fortassis pro *Cafer* dicunt *Tzafer*.

Additio

De vocabulo *Paganus*, quatenus accipitur pro Ethnico.

Hoc loco excurrere parumper libet ad Etymologiam vocabuli *Paganus*, quod 6
propriè *hominem ex pago* seu *rusticum* significat. Apud autores veteres inprimis ICtos
Hist. l. opponitur *militi*, ut apud Tacitum: *Inter paganos corruptior miles.* Antonius, pro-
54.5. brosè milites hortatus, ait: *Nisi vincitis pagani &c.* At Scriptores sacri *Ethnicos*
3.24.4 sive *gentiles*, i. e. non Christianos neque Judæos sic vocare consueverunt. De ratione hujus appellationis Grammatici multum ambigunt. Nisi valde fallor, haud aliunde quàm à Judæis originem traxit. Hi, pagum כפר *Kefar*, Ethnicum verò ut diximus, כופר *Cofer* vocaverunt. Illi igitur ipsi Latinè loquentes; vel primi Christiani ab illis audientes, כפר *pagum*, vel *villam*: rusticum autem איש כפר *virum pagi* communiter appellari, vocabulum כופר reddiderunt *Paganum*, tanquam derivatum esset à כפר *Pagus*, cum à radice כפר *Cafar* debuissent reddere *Infidelem* vel *Ethnicum*, unde appellatio supradicta (ut puto) invaluit. Nam rationes omnes, quæ ab aliis proferuntur, vel nimis longè petitæ sunt: vel autoritate carent. Ut cum plerique dicunt & credunt: *Constantini M. filiorumque ejus edictis Idolorum cultores ab urbibus proscriptos fuisse, eosque in pagis remansisse, cum præsertim agrestes moris prisci sint retinentissimi, unde* Paganos dictos. Sed ubi & quando ex urbibus solummodo, & non etiam è pagis simul proscriptus fuit falsus Deorum cultus? vel quonam tempore *Urbani* deseruerunt Idololatriam, *Pagani* verò retinuerunt? Talis historia non fingenda, sed autoritate certâ demonstranda erat. Non prorsus abludit vocabulum Germanicum **Heyden**, ut observavit *Vossius in Etymologico Linguæ Latinæ* voce *Paganus*. Quia locus parum cultus ab Ericis ibi crescentibus vocatur **eine Heyde**; ut **die Lüneburger Heyde**. Quæ nos in medio relinquimus.

COMMENTARIUS

Ad Lib. I. Cap. XV.

No. CIII. De lingua Æthiopica] De hac nostra linguâ prolixè 1
egimus in peculiari dissertatione, quæ secundæ Grammaticæ nostræ editioni præmittetur. Hoc tantùm loco paucis dicemus: *Nullam aliam linguam apud Æthiopes in scribendi usu esse*, præter eam quam nos tractamus.

Floridum & ornatum dicendi genus, quod *Marianus Victorius* in rudibus suis Æ- 2
thiopicæ Linguæ rudimentis (s) narrat, est *lingua Amharica*, Habessinorum vernacula, ut ex paradigmate ibi addito liquet; quod studiosi talium aliquando in *Rudimentis*

(r) In commentario suo in vaticinium Turcicum. (s) Institutiones linguæ Æthiopicæ vocat. Primò Romæ Anno 1552. in 4to, deinde in 8vo, impressæ sunt pag. 8. & 43.

mentis nostris *Amharicis* reperturi sunt. Nec quicquam causæ subest, cur vernaculam hanc floridum & ornatum dicendi genus vocet. Quæ mox p. 45. nugatur *de phrasi quadam expolita, non secus quàm apud nos Ciceroniana, quâ non vulgus, sed tantùm elegantiores utantur, tùm ad solutam orationem: tùm ad carminum compositionem, & quod Babylonicum vocetur &c.* ea vel confundit cum nobili nostra Æthiopicâ linguâ, vel prorsus futilia & falsa sunt: ut & sequentia, quæ de tribus linguarum generibus, pro-
3 positis tribus vocabulis *panem* significantibus, scribit. Quas nugas aliter conciliare non possumus, nisi quòd *Victorius* fortè cum provinciali quodam homine locutus fuerit, qui primò suam *particularem* significare voluit *dialectum*, quia vox ኀቍ: pro *pane* neque in Amharicâ, neque in Æthiopica linguâ occurrit: deinde *Amharicam* nobiliorum totius regni non solùm, sed etiam Regnicolarum Amharæ *vulgarem linguam*, quæ tamen in communi scribendi usu non est; in illâ occurrit vox እንጀራ: *Panis*: postremò hanc nostram *Æthiopicam*, quam benè *sanctam*, malè & ineptè *liberam* vocat; hujus est vox ኅብስት: *Panis*. Hoc sensu tria linguarum genera in Æthiopia usitata esse dicere possumus; *Æthiopicam veterem* doctiorum in usu vulgari nunc extinctam: *Amharicam*, Amharæ & vicinorum regnorum vernaculam, ac totius Regni nobilibus familiarem: & tertiò *uniuscujusque provinciæ particularem*
4 *dialectum*. Ath. Kircherus (t) ex conversatione cum Habessinis quibusdam extremæ simplicitatis hominibus, (quorum unum & alterum ipse Romæ vidi) nescio quæ *de aliâ sive lingua sive charactere* quondam in Æthiopia usitato nos docere velit, prorsus falsa & vana. Qua in re provoco ad omnium Patrum Societatis annuas epistolas & relationes, qui de linguâ & scripturâ in Æthiopia usitatâ loquuntur, nulla certè alia sive lingua sive scriptura, præter eam quam nos docemus, inter doctos reperietur. L. I. c. 15. N. CIII. & CIV. Pro. 13. §. 11.

N°. CIV. Quare lingua Æthiopica superiori seculo Chal-
1 daica vocata fuerit] Linguam nostram Æthiopicam *Chaldaicam*, & characteres Æthiopicos *Chaldaicos* vocari, primus Johan. Potken (u) incautè nimis vulgavit. Ipse quidem in Epilogo Hymnorum veteris Testamenti (x) ita loquitur, tanquam hanc appellationem, quam Æthiopes constanter defenderint, non probaret, sic scribens: *Quod autem ipsi literas has, quarum initia vobis dare nixus sum, Chaldæas esse sentiant: quodque Abraham & Heber, eorumque majores ad primos usque parentes linguâ hac Chaldæâ usi sint, constantiâ quâdam, à qua divelli per me non potuerunt, affir-*
2 *ment, tacendum non putavi.* Et tamen ipse, quasi convictus, hoc nomine Psalterium quadrilingue edidit, & sic postea toto seculo præterito hæc lingua passim Chaldæa vocata fuit, adeò ut etiam *Ioh. Mich. Dilherrus* (y) nesciret, quales characteres essent in *Psalterio quatuor linguarum Hebræa, Græca, Chaldæa & Latina* (ut titulus fert) expressi. Coloniæ 1518. quòd non convenirent cum vulgò receptis (z).
3 Miror autem Patres Societatis in epistolis & relationibus suis etiam hujus appellationis mentionem facere, tanquam in Æthiopia usitatæ; ut in epistola *Gonzali Rhodriguesii de anno 1556.* apud Godignum pag. 319. & *Relatione annuâ de annis 1607. & 1608.* sæpius allegatâ apparet. Cùm tamen neque Gregorius meus, neque Tellezius quicquam de ea sciverint, ut planè mirum sit, quando vel ob quam causam ista denominatio orta, vel à quibus primùm usurpata fuerit. L. I. c. 15. p. 58.

1 N°. CV. De facilitate linguæ Æthiopicæ] Diximus in Historia nostra *facilè disci posse linguam Æthiopicam*, ab iis nimirum, qui cæteras linguas Orientales callent, præsertim *Arabicam*, cum qua in Grammatica maximè convenit. Quippe in verbis eædem penè reperiuntur *conjugationes*, earumque significa-

(t) In Prodr. Copto cap. 1. p. 47. (u) De quo in Comm. ad Procem. 6. 8. (x) In Psalterio Romæ Anno. 1513. impresso habentur. (y) Tom. 2. disp. *Philol disp.* 7. coroll. 4. (z) Confer. *Wasmuthum* in Vindiciis Hebr. Part. 1. pag. 66. *Walton*: in apparatu Bibl. pag 98. It. in Disert. de Ling. Oriental. p. 91. & seqq. *Turcensium*. Tit. Chaldäisch oder Abyssinisch. *Bangius* in Cœlo Orient. p. 157. in fin.

L. I. c. 15. tiones, nec multum abludit conjugandi ratio. Dantur verba *quadrilitera* & *ge-*
N. CVI. *minantia*, nec non *surda* & *concava*, quæ nos *defectiva* vocamus. Si Nomina species, eandem difficultatem in formatione pluralium offendes ac in *lingua Arabica*; nam unum nomen duas sæpe vel tres formas in plurali agnoscit, ac tot ferè sunt pluralia fracta apud Æthiopes, quot apud Arabes, quæ non nisi longo usu discuntur. *Numeralia* ratione prorsus eâdem formantur, ac in Arabicâ linguâ. In *Pronominibus* affixorum ratio pari ferè modo procedit, & sic in reliquis totius Grammaticæ partibus. Quare qui unam intelligit, facilè capit & retinet quæ de alterâ dicuntur.

Cùm ergo tanta sit Grammatices in utraque lingua similitudo, mirum videba- 2
tur eruditissimo Viro *Ludovico Piques*, *Doctori & Socio Sorbonæ*, amico meo singulati, quòd multa verba Chaldaica & Syriaca in lingua Æthiopica reperirentur, quæ non darentur in Arabicâ, exempli gratia:

:בוא *venire* Æth. ቦአ: *Intrare.*

:ܗܝܡܢܘܬܐ Chald. & Syr. Æth. ሃይማኖት: *Fides. Religio.*

:מהימן Æth. መሃይምን: *Fidelis.*

:גזר Chald. *Circumcidit.* Æth. ገዘረ:

Et alia hujuscemodi plura, quæ in syllabo vocum harmonicarum Lexico nostro annexo observari poterunt.

N°. CVI. Verba & loca quædam S. Scripturæ, ope linguæ Æthiopicæ declaranda, nunc proponuntur. Certum est exiguam 1
linguæ Hebraicæ portionem in S. Scripturâ superesse, multò maximâ verò illius partem in captivitate Babylonicâ intercidisse. Quamobrem voces semel vel bis tantùm in
n. 72, §. 1. sacris literis repertæ, secundum ipsorum Rabbinorum effatum supra allegatum, explicatu plerumque sunt difficillimæ. Judæi enim in captivitate illa inter Chal- 2
dæos dispersi, ac illorum linguâ utentes vernaculæ suæ obliti sunt, ut post LXX. annos in patriam reversi non ampliùs Hebraicè, sed Chaldaicè loquerentur; eâ nimirum dialecto, in quam tunc temporis tanquam vernaculam & vulgarem libri Sacri residui, à plebe non ampliùs intellecti, translati fuerunt. *Targum* id est *Interpretatio Vet. Testamenti* vocatur, quæ adhuc extat, & à Judæis pro sacrâ & authenticâ habetur. Ab illo tempore vocabula Hebraica plurima, quæ cum Chaldaicâ, Sy- 3
riaca, aut Samaritica dialecto nullam affinitatem haberent, Judæis incompetta manserunt, prout demonstrari potest ex plurimis locis atque verbis, quæ LXX. interpretes Judæi tunc temporis non vulgariter docti planè non intellexerunt, ideoque ipsas voces Hebraicas retinuerunt, veluti: משפתים Jud. 5. 16. Μοσφαθαίμ. ברק Βεζὲκ 4. Reg. 12. 7. 12. קדשים Καδησίμ. 4. Reg. 23. 7. סהם Σοαίμ 1. Par. 29. 2. In unico versu Jobi. 39. 13. al. 16 vix unicum vocabulum rectè intellexerunt; etenim verba :כנף רננים נעלסה אם אברה חסידה ונצה sine ullo sensu reddiderunt: Πτέρυξ τερπομένων νεελάσσα, ἐὰν συλλάβῃ ἀσίδα καὶ νεσσα. *Penna lætantium Neelassa, si conceperit Asida & Nessa* (a). In quibus observare licet grandem istorum interpretum ignorantiam vel hallucinationem; ut alia innumera exempla taceamus, quæ indicant in difficilioribus nihil auxilii ex hac versione haberi posse, (utut in cæteris ad Religionem spectantibus dignitati hujus versionis nihil detrahamus) & magnam vocabulorum Hebraicorum copiam jam ante illorum tempora deperditam fuisse.

Judæorum & Rabbinorum præstantissimi hoc libenter agnoscunt & fatentur. 4
L. 4. c. 1. *Rambam* (b) in More nebhochim ait: *Constat* שאנחנו היום בלתי יודעים לשוננו
p. 451. *Nos hodiè linguæ nostræ* [Hebrææ] *non usque adeò peritos esse &c.* prout Buxtorfius rectè vertit. Et *R. Salomo* ad locum Levitici de Locustis ait: אין אנחנו בקיאין בהם *In his exercitati non sumus*, ut Bochartus reddidit, qui ibidem rectissimè dicit: *Ali-*

quan-

(a) Pleraque talia etiam nostris interpretibus parùm nota sunt; unde enim ea cognosceremus? Versum hunc Jobi Bochartus reddidit: *Ala struthiocameli complodiuur*, *num* (est tanquam) *ala ciconiæ & pluma*; quanquam nec hoc plenè satisfaciat. (b) מורה נבוכים Part. 1. c. 67.

quanto poſt Chriſtum exciſis Hieroſolymis, Judæi hinc inde *diſperſi linguæ ſuæ ſic obliti ſunt, ut nonnulla ſint in ipſa lege, quæ illorum doctiſſimis ſunt planè ignota.* At nos de prima Hieroſolymorum exciſione, vernaculâ Hebræâ amiſsâ, id juſtiùs dici poſſe putamus, ut exemplo Septuaginta illorum Seniorum modò docuimus; qui vocabula ab uſu communi remotiora, qualia ſunt animalium, gemmarum & plantarum, aliaque rariora nomina planè ignoraverunt: & Judæi hodierni in hunc usque diem ignorant; ut ſi ex ſenſu & toto contextu congrua ſignificatio colligi non poſſet, ignota manſerit, & in multis locis adhuc manet. L. I. c.15. N.CVI.

5 Idcircò hodie à viris Chriſtianis linguarum Orientalium peritis, & Rabbinos ipſos doctrinâ & ingenio longè ſuperantibus, loca plurima ſolerti indagatione inquiſita & expoſita fuerunt. Cujus rei multa exempla proferre poſſemus, ex quo literatura Orientalis in Europâ florere cœpit. Quot enim animalia nobis rectiùs expoſuit modò laudatus *Bochartus*? Quid non præſtitit *Ludovicus de Dieu*? *Fullerus* & alii. Ipſe *Aben Esra* (c) in vocibus difficilioribus auxilium è linguâ Arabicâ petendum cenſet, ſic enim ſcribit:

על כן כל מלה שלא נמצא לו חבר בכק״א ויש לה דומה בלשון ישמעאל נאמר אולי פירושה כן אעֿם שהדבר בנפק:	*Propterea omne vocabulum, cui non invenitur ſocium in Scriptura, eſt autem ei ſimile in lingua Iſmaelitica* [h. e. Arabica] *dicemus fortaſſe ita interpretandum, etiamſi verbum ſit in ambiguo.*

6 Habent enim linguæ Orientales adhuc eam inter ſe convenientiam, ut aliæ radicem: aliæ derivatum: vel aliam affinem ſignificationem nobis præſtent, unde genuina dubiæ alicujus vocis ſignificatio erui poſſit. Hanc ob cauſam & nos linguam Æthiopicam, tanquam Hebrææ matris filiam, in auxilium advocandam putamus. Imò, ex quo tempore lingua hæc excoli cœpit, multi viri docti (præ cæteris *Ludov. de Dieu*) jam tum obſervaverunt: partim etiam ſuppeditarunt exempla, quibus & vocabula & phraſes S. Scripturæ ex Æthiopiſmo evidentiores redderentur.

7 Non afferemus hîc ingentem numerum vocum harmonicarum, quæ vel eandem vel affinem ſignificationem: aut in Æthiopica lingua radicem: aut ab aliarum linguarum Orientalium radicibus derivata ſua hîc habent. (d) Sed eas præcipuè hîc notabimus quæ ſacrum textũ clariorem reddunt, additâ notâ L.D. quæ *Ludovicus de Dieu in animadverſionibus ſuis ad Vetus Teſtamentum, & Samuel Bochartus* S B. *Edm. Caſtelius*, E. C. aliique doctiſſimi viri ante nos annotaverunt, ſervato Alphabeti Hebraici ordine: neq; tamen omittemus illas voces, in quibus viri docti hallucinati ſunt.

א

አ: אי *Non.* Haud ita dicitur per Apocopen pro אין ut *Buxtorfius* (e) putat.
8 Eſt enim per ſe antiqua vocula Hebraica, quæ reperitur in vetuſtis nonnullis compoſitis; ut *1 Sam. 4, 21.* cùm nurus Eli filium pareret, eumque ob amiſſam arcam fœderis איכבוד *I-cabod* h. e. *Non gloria* vocaret. Et *Iobi 22, 30.* אי נָקִי *Non innocens*, i. e. *Noxius.* At ſequentibus ſeculis communior eſſe cœpit particula לא; ut: לא עמי *Non populus* Hoſ. 1. 9. Rabbini tamen adhuc illa nonnunquam utuntur, ut אי אפשר *Impoſſibile*, & ſic æquipollet A privativum Græcorum.

9 אבד Hebr. *Periit*, at አብደ: Æthiopicè ſignificat *Stultus fuit. Inſanivit.* Secundum quam ſignificationem clarior fit locus Deut. 32. 28. גוי אובד עצות המה Vulgò incommodè: *Gens periens conſiliis illi ſunt.* Vulgata: *Gens abſque conſilio.* Sed rectiùs, *Gens ſtulta conſiliis*; ſequitur enim mox ואין בהם תבונה *Et non eſt ipſis intelligentia.* Sic & Jer. 4. 9. יאבד לב המלך incongruè; *Peribit cor regis*; meliùs ex Æthiopiſmo: *Stulteſcet cor regis.* L. D. p. 114.

10 אבח unde אבחה Ezech. 21. 15. אבחת חרב Vox ſemel tantùm occurrens, quare omnes conjecturas, quæ aliquo modo ad vocem חרב *Gladius* quadrare videntur, Rabbini cæterique interpretes congeſſerunt. *Buxtorfius mucronem*, alii *flammam, terrorem, mactationem*, & neſcio quid aliud, fingunt. *L. Dieu* hoc vocabulum

 à ver-

(c) *ad Cant. Cant. cap. 3. 12. & alibi paſſim.* (d) De quibus in Syllabo num. præc. §. 5. memorato agitur. (e) In Lexico Chald. p. 68.

L. I. c. 15. N. CVI. à verbo አብሐ፡ *poteſtatem dedit*, deducit, ſed minus benè; quia አ፡ hoc loco non
eſt radicale; radix enim eſt በውሐ፡ in IV. Conjugatione format አብሐ፡ pro
አብውሐ፡ Aſſentior potius Caſtello (f) qui cenſuit ab Arabico اباحة *extermini-
um* deduci poſſe, ut ſignificet *devaſtationem gladii*. Iſta autem vox Arabica reperi-
tur *2. Macc. 26. 6.* ſecundum diviſionem capitum Arabicam.

אדם *Rubuit*, ſed Æthiopicum አደመ፡ *Adama* etiam ſignificat *Formoſus, ele-* 11
gans fuit. Inde nonnulla Hebraica vocabula exponi poſſe numero ſequente CVII.
demonſtrabimus. Hæc enim radix peculiarem tractationem meretur.

אזב Hebraicum אזוב *Ezob.* communiter redditur *Hyſſopus* ob literarum conve- 12
nientiam. At Æthiopicum አዘብ፡ *Azâb Mentham* ſignificat, quæ ſignificatio
loco 1. Reg. 4.32. convenientior eſt. *Mentha* enim non fruticescit, neque ligneſcit,
& propterea illo in loco rectiùs opponitur cedro. L. D.

אטן Hinc אטון Prov. 7.16. quod vulgò *funis* vel *linteum ex filis contextum* ex- 13
ponitur; quia ſcil. Chaldaicum אטן vel אטונא id ſignificat; ſed magis convenire vi-
detur Æthiopica ſignificatio ዕጣን፡ *Thus, ſuffitus*; ita ut odores quoslibet genera-
liter denotet. E. *Caſtellus*. (g)

אמר Hic caſtigandus eſt doctiſſimus *Ludovicus de Dieu*, qui verbum האמיר *Deut.* 14
26. 17. & 18. ex Æthiopiſmo commodè exponi poſſe putavit. *Animadv. ad h. l.
p. 111.* Sed locum *Matth. 7.23.* malè legit: አእምሮሙ፡ quod ſignificat *cognoſcam
eos*, cum tamen clarè ſcriptum reperiatur አአምኖሙ፡ *Confitebor eis*, ſecundum
Græcum, ὁμολογήσω αὐτοῖς. Deinde ſignificationes conjugationum Æthiopicarum
confundit. Nam in ſecunda conjugatione አመረ፡ denotat *Oſtendit, ſignificavit*. In
quarta verò አእመረ፡ *Scivit, cognovit*. Mihi autem opus non videtur ſignifica-
tionem hujus loci ex alia lingua petere. Etenim Hebraicum האמיר loco citato
commodiſſimè pro *aſſeverare, ſeriò affirmare*, Gallis *Avouer*, reddi poſſe puto, à
rad. Hebr. אמר quod eſt ſimpliciter *dicere*, in Hiphil autem reddi poteſt non tantùm
dicere fecit, ſed etiam *dixit cum aſſeveratione*. Nam in linguis Orientalibus conjuga-
tiones derivatæ primitivorum ſuorum ſignificationes nonnunquam intendunt, adeo-
que non ſemper tranſitiva faciunt.

ארה Hebraicè eſt *Carpſit, decerpſit*. Sed *cum emphaſi* eſt accipiendum. *De-* 15
cerptum vel *demeſſum collegit*; Id enim Æthiopicum አረየ፡ ſignificat, eſtque idem
prorſus verbum. Quia verba Hebraica *Lamed* ה, ſunt apud Æthiopes *Lamed* የ፡
atque ſic efficaciùs exponi poterunt loca Scripturæ *Pſ. 30. 13. Cant. 5. 1.* ubi LXX.
habent ἐτρύγησα, Vindemiavi; *inſtar vindemiatoris collegi*. Hinc *Lud. de Dieu* derivari
poſſe putavit Hebraicum ארון *Area*, quia *in arcam res aſſervandæ colliguntur*, quam
vocem Kimchius ſine radice reliquit.

ב

בהמות *Animal irrationale, mutum*. Cujus radix in lingua Æth. reperitur 16
በሀመ፡ *mutus fuit*. በሃም፡ *mutus*. Sam. Bochart. (h).

בלס Radix apud Hebræos inuſitata. *Amos. 7.14.* vulgò reddunt: *Perquirens*.
Vulgata: *vellicans ſycomoros*. Sed potius *ficos colligens*: vel *putator ſycomororum* reddi
oportet. Nam በለስ፡ בלס Æthiopicè *Ficus eſt*. Dicitur itaque ab obſoleto בלס
participium בולס *ficus* [fructum] *legens*: vel *talem arborem putans*. Sicuti à כרם *Vinea*,
dicitur כורם *Vineam colens. Vinitor*.

ג

גבא Non quidem apud Hebræos; at apud Æthiopes ጉብአ፡ *Collegit, Con-*
gregavit, in uſu eſt. Hinc non incongruè גבא quod communiter redditur *Fovea*, 17
reddi poteſt *Lacuna, Palus*; quòd aqua in eam colligatur. Ita exponi poteſt locus
Eſ. 30:14. *ad hauriendum* מגבא מים *aquam è lacuna*. L. D. Malim בציר *Ciſterna* ſe-
cundum Chaldæum, quia in hanc aqua maxime colligitur.

גם

(f) In *Lexico Polyglott.*, ad hanc vocem. (g) In Lexico ad hanc radicem. (h) *Hieroz. P. 1. L. 1. c. 2. p. 5.*

18 גזם Hebraicè non occurrit, at ገዘመ: Æth. significat *Abscidit, succidit*; in specie *Putavit arborem*. Hinc גזם Joel. 1. 4. commodè derivari potest; est enim *locustæ species*, quæ præacutis dentibus non solùm gramen & segetes atque arborum folia, sed & cortices, ipsosque arborum ramos ita erodit, ac si amputaret. Quam significationem etiam *Talmudici Doctores* agnoscunt. Bocharti verba sunt. (i) Et hoc est, quod Plinius innuit: *Omnia morsu erodentes, & fores quoque tectorum*. Lib. XI. cap. 29. supra n. 96. §. 30. L. I. c. 15. N. CVI.

ח

19 חטא Hebraicè tantummodò significat *Peccavit*. At Æthiopicum ኀጥአ: denotat etiam *Caruit, eguit aliquâ re*. Derivatum autem ኀጢአት: non modò *peccatum*, sed etiam quemlibet *defectum* & *inopiam* significat. Hinc lucem fœneratur locus Es. 40. 2. :לקחה כפלים בכל-חטאתיה *Accipiet duplum in omnibus defectibus suis*; id est: *quæ illi hucusque defecerunt: vel ea quibus caruit dupliciter accipiet.* Ut vanæ sint tot aliæ durissimæ expositiones, quas reperis in *Poli Synopsi*. Locus enim agit de beneficiis, non de pœnis.

20 חצן Radix Hebræa non datur; at Æthiopicè ሐፀነ: significat *Nutrivit, educavit*. Et ሕፅን: *Sinus, gremium*, quæ ipsissima significatio est vocis Hebr. חצן quod *brachium*, vel *Lacertum* male & incongruè reddunt Lexicographi; cum manifestè denotet *Sinum*. Ps. 129. 7. Es. 49. 22. ubi LXX. habent Κόλπος: & Esdræ V. 13. Vulgata benè *Sinus*.

1 חרצן Ezech. 23, 24. רכב וגלגל ה *Currus falcatus* vulgò exponitur; forsan meliùs ab Æthiopico ኀጺን: redderes *ferrum* (seu *falx ferrea*) *curruum*. Et sic per hypallagen exponi posset *Currus ferri*, quasi diceres *currum ferratum*.

ט

22 טבח *Mactavit*, *Æth.* ጠብሐ: *Jugulavit*; Inde መጥባሕት: *Culter. Gladius.* Hinc infert L. D. Gen. 47. 30. שר הטבחים, *Principem gladiatorum* reddi oportere, quòd טבחים dicantur, quasi *gladiati, ensiferi*; & sic esset *Præfectus prætorio*, quod melius quadrat, quàm si *mactatores* vel *coquos* reddas.

23 ירקרק Lexicographi comuniter exponunt *viridis, subviridis*, scil. à ירק *Olus* derivatum putant. Cùm verò color viridis cum auro nihil habeat comune, tanquam necessitate coacti addunt *subfulvus, croceus*; & sic reddunt locum Psal. 68. 14. בירקרק חרוץ *in flavo auro*. Vulgata incongruè: *In pallore auri*. ἐν χλωρότητι χρυσίου, *in flavedine auri*. Quæ significatio provenit ab Æthiopico ወርቅ: *Aurum*, mutato ወ: in י quod perpetuum est in hac lingua. Hinc rectè ירקון vel ירוקה à *flavedine* Rabbinicè exponitur *Aurigo, Icterus*. Græcum autem χλωρὸς non *viridem* tantùm, sed & *flavum colorem* denotat, ut: μέλι χλωρὸν, *mel flavum*, (k) χλωρὸν est *Vitellus ovi* apud Hippocratem. Nec aliam significationem habet Lev. 13. 49. & 14. 37. ubi de plagâ lepræ sermo est. Assentitur *Bochartus Part. II. Lib. V. Cap. 6. pag. 689.*

כ

24 כלא Hinc כלאים. Reperitur hæc vox Lev. 29. 19. & Deut. 22. 9. & exponitur *Heterogenea, diversa genera*, scilicet sensus hanc significationem poscebat. Originatio hujus vocis occulta hucusque mansit, quam lingua Æthiopica suppeditat, in qua ካልእ: *Alius*, & ክልኤ: *Duo* significat. Igitur *duas diversas species* lege cerimoniali non licebat simul miscere.

מ

25 מכר *Vendidit*: Sed hinc non potuit derivari vox מכרותיהם Gen. 49. 5. ut: כלי חמס מכרתיהם alii *habitationes*, alii *pactiones*, alii aliter reddunt. *R. Salomon* ineptè per Græcum μάχαιρα *Gladius*: & *R. Eliezer in Pirke A.* cap. 38. ait: *Jacobus* קלל את חרבם בלשון יונית *maledixit gladio eorum linguâ Ionicâ*, id est *Græca*; quasi

verò

(i) Part. II. Lib. 4. cap. 1. n. 3. p. 443. (k) Hom. Iliad A. quo quidem loco vulgò exponitur recens; attamen hoc epitheto Poeta etiam ad colorem respexisse videtur.

L. I. c. 15. N. CVI. verò Jacobus Hebraicè *Gladium* efferre non potuisset: aut lingua Græca tunc temporis in Palæstina in usu fuisset. Rectissimè L. D. *Consilia* reddit, ut: *Consilia Simeonis & Levi nihil sunt nisi vis & arma.* መከረ : enim Æth: significat *Consultavit*, & ምክር : *consilium*, & si in malam partem acceperis, *Conspiratio. Machinatio.*

מהר In Piel est *Festinavit.* Hinc עט סופר מהיר Ps. 44. 2. In Vulgatâ reddi- 26
tur: *Calamus scribæ velociter scribentis*; sed commodiùs redditur: *periti, docti.* Nam Æthiopicum ምሁር : id significat, à መሀረ : *Docuit*; quæ significatio etiam in Syriaca & Arabica linguâ reperitur. L. D.

ע

עור Vulgò malè exponunt locum Ps. 119 61. עִוְּרֻנִי *Spoliaverunt me*; sed rectè 27
p. 2690. conjecit *Castellus* ex Æthiopica linguâ exponendum esse: *Circumdederunt me.* Græci benè περιεπλάκησάν μοι. *Circumplexi sunt me*; ዐወዱ : enim est *Circumdare* vel *circumire.*

עקב Nomen עָקוֹב à Schindlero exponitur *Curvitas, Obliquitas, Pravitas.* 28
Unde alii id Metaphoricè exponunt de *fraudulento* & *doloso.* At *Jes.* 40. 4. significat *clivum* vel *editum locum*, ut Æthiopicum ዐቀብ : itaque והיה העקב למישור exponendum est: *Et erit clivus in planitiem*, i. e. *Clivi & colles plani fient.* In aliis locis recepta significatio retineri potest, ut Jer. 17. 9. & Hos. 6. 8.

ערג Radix ista habetur inter voces difficiliores & variæ expositionis. Qui- 29
dam de *boatu cervi* accipiunt. Ps. 42. 2. Sed *boare* de anima nimis durum est. L. de Dieu hunc locum ex lingua Æthiop. ዐርገ Arabicè عرج *Ascendit* exponere tentavit, quasi mens Psaltæ esset, *Cervos ascendere in montes, ubi sunt fontes aquarum.* Sed hoc *Bochartus* (1) vocat planè ἀπροσδιόνυσον, *quia ad aquas descenditur, non ascenditur.* Quidam de clamore simpliciter accipiunt, & sic exponunt locum Joel. 1. 20. *Omnis bestia agri* תַּעֲרוֹג *clamabit ad te.* De exsiccatis fontibus & adustis campis ibi sermo est.

גם בהמות שדה תערוג אליך כי יבשו אפיקי מים ואש אכלה נאות המדבר	*Etiam animalia agri clamant ad te. Exaruerunt enim rivi aquarum & ignis absumsit pascua campi.*

Quem locum *Lud. de Dieu* non exponit, quod omnino necessarium erat. 30
Ergo communis aliqua significatio quærenda est, quæ ad utrumque locum congruat, quæque ingentem sitim denotet, ut cum Germanicè dicimus: **Vor Durst lechzen.** Nullum enim majus desiderium dari potest, quàm hominis in magno ardore sitientis, quod in calidiori climate frequentissimum est, & notissimum. Talem vim huic vocabulo inesse crediderim, ut d. l. Psalterii. *Sicut cervus in extrema siti anxie cupit decursus aquarum, ita anima mea tanquam tali siti affecta quærit te.* **Wie der Hirsch lechzet nach frischem Wasser / also lechzet meine Seele GOTT zu dir.** Sic d. l. Joëlis: *Bestiæ in anxia sua siti te quærunt, quasi diceres:* **Die Thiere lechzen nach dir.** Constructione apud Hebræos non insolita. Optimè vulgata: *quasi area sitiens imbrem suspexerunt ad te*; & hoc est, quod volumus. De cervo id dicitur, non cùm serpentes (ut fabulantur) devoravit, sed cum dracones illum complexu suo necare conantur, ut ex magna defatigatione graviter sitiat; quod supra de
n. 93. §. 8. draconibus Æthiopiæ diximus. Sed ista ob malam applicationem verbi ዐረገ : obiter dicenda fuerunt.

צ

צער Vulgò: *Incessit, Processit.* Sed quid hoc ad vocem אֶצְעָדָה *Armilla* Num. 31. 31
50. Fortassis est ab Æth. ጸዐዳ : *Albus*, ita ut sit *armilla albis candentibusque gemmis nitens.* L. D.

ק

קלל Jer. 4 24. הִתְקַלְקָלוּ *destructi sunt.* Quidam ex Æthiopico አንቀልቀለ : 32
Concussus fuit, rectius exponunt: *Commoti, agitati sunt.* L. D.

קפור

(1) In Hieroz. P. I, p. 884.

32 קפד Nec *teſtudo*, nec *Caſtor* nec *Lutra*, ſed *Hericius* eſt, ut vertunt Græci cum L. I. c. 15.
Hieronymo. Congruit quodammodo Æthiopum ቈንፈዝ : *Hiſtrix*. Nam N. CVI.
Hebræum Dageſch reſolvitur in נ: & ד in H: Conſonat Arabicum قنفذ *Kunphudh*, *Erinaceus*. S.B. Part. I. L. 3. c. 36. p. 1037.

33 רפק Locus Cant. 8. 5. מתרפקת על־דודה (ד) ambiguæ & multiplicis eſt interpretationis; quia radix in Hebræa lingua non reperitur. At Æthiopicè ረፈቀ : eſt *Accubuit*, *diſcubuit*; idque confirmare poteſt verſionem τῶν LXX. ἐπιστηριζομένη, & Vulgatam: Innixa ſuper dilectum ſuum. Secundum Æthiopes: *Recumbens ſuper dilectum ſuum*. L. D.

Sequuntur Arabica quædam Vocabula.

34 Arabica etiam vocabula nonnulla lucem è lingua Æthiopica fœnerantur, ut حواري Hawari *Apoſtolus* in plur. حواريون *Apoſtoli*. Cujus vocis Etymologia eruditos torquet; dum alii ab حور *Candore*, à radice Arabica حار *Candidus fuit* derivare volunt, quaſi dicti fuerint *Albi* ſeu *candidi*, ob *candorem animi*: vel quòd *ſtolis albis* picti fuerint in Oriente; vel quòd *dealbandis veſtibus* Fulloniam exercuerint. *Havarijon* enim *Fullonem* ſignificat. Quæ habentur partim in Kirſtenii Arabicis: partim apud Golium in notis ad Cap. LXI. Alcorani v. 14. (m) Verùm ea omnia valdè frivola ſunt. In linguâ Æthiopicâ res plana eſt; ibi enim Apoſtolus vocatur ሐዋርያ : *Havvarja*, *à radice* ሐወረ : *Havvir*, *Ambulare, proficiſci*; idque in genere ſignificat omnem *Legatum* aut *Miſſum*, in ſpecie *Apoſtolum*.

35 مصحف *Alcoranus* ab Abubecro κατ' ἐξοχὴν ſic dictus fuit. (n) Id autem eſt ipſum Æthiopicum መጽሐፍ : *Metzhaf. Liber*; à radice ጸሐፈ : ſcripſit.

36 اعراف. *Aarâf.* Muhammedis *Limbus*; *medius inter Paradiſum & Infernum locus*, receptaculum medii generis hominum, qui tantundem boni ac mali in hoc mundo fecerunt; Id autem aliunde juſtiùs derivari nequit, quàm à rad. Æthiopica አዕረፈ : *Aerafa. Requievit.* quo verbo Æthiopes de piè defunctis utuntur.

37 بحري *Bahri.* Æthiop. ባሕርይ : *Unio, Margarita*; quæ vox in Golii Lexico Arabico non occurrit. Vetus planè videtur; reperitur in Hiſtoria *Ebn Haſhemi*, quam *Firauzabadius* refert, ubi fœmina per gradus res pretioſas pro modio farinæ obtulit. Ibi in textu habetur نحري, at tanquam variam lectionem in margine poſuit *Pocokius* بحري? quæ lectio procul dubio melior eſt, & in textum recipienda, quia de *unionibus* agit. *Specim. Hiſt.* Arab. p. 155.

I N°. CVII. De verbo Hebraico אדם Adam *Rubuit*] Sic vulgò Lexicographi omnes; ſed amplius aliquid olim ſignificaviſſe ex vocabulis inde derivatis probabile evadit. Id denique ex Lingua Æthiopica claré liquet. *Rabbinus Manheimenſis Moſes* Gerathwohl/ Vir in ſuo genere ſatis doctus, valdè averſabatur inſipidam ארמה *terra* & ארם *hominis à rubedine* deſumtam derivationem: aſſentiebatur autem mihi ex lingua Æthiopica de *formoſitate* hoc nomen derivanti: & afferebat pro confirmanda hac ſententia locum Talmudis, qui ſic habet בבא מציעא פרק השוכר id eſt; *Baba Metzia* capite השוכר. ut ſequitur:

שופריה דר' יוחנן מעין שופריה דיעקב.שופריה דיעקב מעין שופריה דאדם הראשון. שופריה דא"הר מעין שופריה דשכינה:	*Pulchritudo R. Juchanan compendium* [vel ſumma eſt] *pulchritudinis Jacobi*: *Pulchritudo autem Jacobi* [eſt] *ſumma pulchritudinis hominis primi*: *Pulchritudo autem primi hominis* [eſt] *ſumma pulchritudinis* Schechinæ ſeu divinæ Majeſtatis *vel divinitatis*.

Adeò *Talmudiſtæ* pulchritudinem Adami cum pulchritudine Majeſtatis divinæ comparari poſſe autumant; fatuâ argumentatione eam ad ſuum R. Johannem derivantes.

Quod

(m) Extat in Gramm. Arab. Erpen. in fine. Lug. 1656. p. 205. (n) *Teſte Georg. Elmacino Hiſt. Sarac. L. 1. c. 2. p. 18.*

L.I. c.15. Quod autem Κόσμος *Mundus* appellationem suam à Phœnicum אדמה traxerit 2
N. CVII. ad *ornatum Mundi* indicandum, cùm ex nomine ipso, tùm ex generali omnis literaturæ è Phœnicia in Græciam derivatione firmiter, ut puto, colligi potest. Sic enim Herodotus L. 5. c. 58.

Οἱ δὲ Φοίνικες οὗτοι, οἱ σὺν Κάδμῳ ἀπικόμενοι, &c. ἐσήγαγον διδασκαλίας [sic lege] ἐς τοὺς Ἕλληνας, καὶ δὴ καὶ γράμματα οὐκ ἐόντα πρὶν Ἕλλησι. | Phœnices *autem isti, qui cum* Cadmo *advenerant, &c. introduxerunt doctrinas in Græciam, imò & literas, non existentes priùs apud Græcos.*

Idem tradunt alii autores Græci. *Ornatum mundi* ipsi Ethnici agnoverunt: *Cicero*(o). *Ut verò perpetuus esset mundi ornatus, magna adhibita cura est à providentia Deorum.* Plinius: *Quem* Κόσμον *Græci nomine ornamenti appellaverunt, eum nos à perfectâ absolutâque elegantiâ MUNDUM.* Quô nihil magis appositè pro sententia nostra dici posset.

Lib. 2. c. 4.

Fullerus(p) non quidem exponit vocabulum אדמה, putat tamen, quòd *terram rubram* denotet: atque hanc significationem torsisse interpretes, quo minus vocabulo uno exprimere potuerint; ideoque *Theodotionem* aliquoties retinuisse ἀνερμήνευτον: *Procopium*, & ex eo *Hesychium* scribere: *Adamah* 3

Σημαίνει τὴν γῆν παρθενικὴν ἀφ᾽ ἧς Ἀδὰμ ἐπλάσθη. | *Significat terram virgineam, ex quâ formatus fuit Adam.*

Hæc Fullerus. Virgineam terram vocat ex frivolis rationibus, quia rubeam vocare ἄνοτον censebat, cùm æque ἄνοτον esset virgineam appellare.

Bochartus facilè sentiens rubedinis significationem omnibus hujus radicis vocabulis non convenire, locum *Thren.* 4.7. אדמו עצם מפנינים *de nitore, splendore, & candore margaritarum* exponit (q). Imò si splendendi significationem huic radici tribuere velles, locus Ciceronis de universo hoc loquentis mirè huc faceret, dum ait: *Varietate distinctum bene Græci* Κόσμον, *nos lucentem* Mundum *nominaremus.* Verùm cum allegato Threnorum loco dicatur: צחו מחלב זכו משלג *splenduerunt præ nive: canduerunt præ lacte*, consentaneum videtur, ut reddatur: *Elegantiores vel pulchriores fuerunt quàm margaritæ*, vel sicum Bocharto malis *candidiores*, non repugnabit sententiæ nostræ; nam quò magis candidi sunt uniones, eò pulchriores habentur. 4

De Orat. 159.

Id demum certissimum est, quòd Æthiopes Adami nomen non aliter quàm de *Formoso* accipiant; Sic enim Poëta noster Enc. VI. April. Oda. I. 5

ሰ: እብለ: ለዘተፈጥረ: ቀዲሙ:
ብጹሐ: አምጣን: በሀቅሙ:
ለዘ: ሠናይ: ወአዳም: በስመ: ስሙ:
ኅረየ: አምላክ: ወአፍቀረ: ነሢአ: ሥጋሁ: ወደሙ:
ወሰላም: ለሔዋን: እንተ: ይእቲ: ሀጽሙ::

Salutem dico ei qui creatus fuit [omnium] *primò:*
Qui pervenit [statim] *ad staturam in mensura sua* [i. e. justam.]
Hunc PULCHRUM & FORMOSUM secundum nomen suum
Elegit Deus & amavit, assumens corpus & sanguinem ejus.
Et salutem Evæ, quæ est os ejus.

Lib. 5. c. 9. Videri potest Hexaemeron S. Ambrosii, cujus titulus est: *De præstantiâ, decore & gratia humani corporis ac membrorum ipsius.*

N°. CVIII. Amharica lingua] Sic dicitur à Regno Æthiopiæ *Amhara*, ubi purissima est; quamvis & finitimi illâ utantur, sed differentibus dialectis. Quia verò in aulâ & castris regiis, ubicunque terrarum illa locentur, in usu est, ideò *Regia* vocatur, & ab omnibus Magnatibus & Nobilibus usurpatur, vel intelligitur. Asperrima pronunciatu est: ad hæc multa peculiaria in Grammatica hujus dialecti dantur, quæ eam difficillimam reddunt. Magno labore & patientiâ conscripsimus *Rudimenta* hujus *linguæ*; nec non *Lexicon mediocre*, utrumque ad editionem 1 2

(o) *de Nat. Deor. L.* 2. (p) *L.* 4. *Miscell. Sacr. c.* 20. *§. Erythræ.* (q) P. II. Lib. V. c. 6.

nem paratum, in usum eorum qui cum hac natione conversari volent; si fortè Deus annueret votis nostris, *ut amica Christianæ hujus nationis commercia cum nostratibus instituerentur.* In opusculis illis plura de natura & ingenio hujus linguæ studiosus Lib.I.c.16. N. CIX.
3 lector reperiet. *Octo* & amplius linguas principales in Habessinia reperiri diximus. Vana ergo sunt, quæ Johann Potken de *viginti*, & P. Jovius de *sexaginta* differentibus hujus genus linguis tradunt. De quo in Procemio 1. § 3. cum vix tot reperiantur dialecti. I.15, 50. Lib. 18.

1 N°. CIX. Scala magna] Sic vocant Coptitæ & Arabes *Nomenclatorem* seu vocabularium suum magnum, cujus specimen in lingua *Copt-Arab.ca* nobis dedit *Ath. Kircherus* (r). Nomen hoc fortassis ex eo, quòd à cœlestibus ad terrestria per aliquot capita tanquam per gradus descendatur. Hoc imitati sunt Æthiopes, ac tale Vocabularium etiam in Æthiopica & Amharica lingua conscripserunt, ሰዋስው: *Scalam* vocantes. Caput de *Gemmis* Hierosolymæ exscripsit, & misit mihi Gregorius, quamvis infeliciter satis exponantur. Id cum lectore hîc communicamus, ut indolem libri videat.

መረግድ፡ በኦሪት፡ ወበአቡቀለምሲስ፡ (rectius ዘመረግድ፡ መርዝድ፡ በቀብጥ፡፡ ዘምረድ፡ በዐረብ፡፡ ኅብሩ፡ ኀመልሚል፡፡	*Smaragdus in Pentateucho & Apocalypsi:* *Merjìd* Copticè (s). زمرد *Arabicè. Color ejus est viridis.*	Exod.28. v. 9. Apoc. 4, 3.
2 ሶም፡ በኦሪት፡ ወበአቡቀለምሲስ፡ ከለከዶን፡ ሲዚድ፡ በዐረብ፡፡ ኅብሩ፡ ቀይሕ፡ ከመ፡ ደም፡	Sôm (t) *in Pentateucho: in Apocalypsi verò Chalcedonius.* بجادي Arabicè (u) *Color ejus ruber* [est *instar sanguinis.*	Exod.35, 8. Apoc. 21. 19.
3 ሰርድዮን፡ በኦሪት፡ ወበአቡቀለምሲስ፡፡ ያክንት፡ በሕዝቅኤል፡፡ ልማስ፡ በዐረቢ፡፡ ኅብሩ፡ ጸዓዳ፡	Sardius *in Pentateucho & Apocalypsi: Hyacinthus in Ezechiele.* الماس *Arabicè.* (x) *Color ejus albus.*	Exod.25.7. Apoc.4, 3.
4 ሰንፔር፡ በኦሪት፡፡ ወበአቡቀለምሲስ፡፡ ወበዐረቢ፡ ሀቂቅ፡ ኅብሩ፡ ከመ፡ ፋሕም፡፡	Sapphirus *in Pentateucho & Apocalypsi.* Arabice عقيق *Color ejus instar prunæ* (y).	Ex. 24, 10. Ap. 21, 19.
5 ልግር፡፡ [rectius ሊጉር፡] በኦሪት፡፡ ሰርደንክስ፡ በአቡቀለምሲስ፡፡ ኢያቁት፡ በዐረብ፡፡ ኅብሩ፡ ቀይሕ፡ ፀዐደዌ፡ ይኄይሉ፡	Lignnius *in Pentateucho.* Sardonyx *in Apocalypsi.* يادوت Arabicè. *Color ejus ruber, sed albedo prævalet.*	Ex. 36, 19. Apoc. 21. v. 20.
6 ቢረሌ፡ በኦሪት፡ ወበአቡቀለምሲስ፡፡ ጳዝዮን፡ በሕዝቅኤል፡ ወበኢዮብ፡፡ ካሲስ፡ በቀብጥ፡፡ ፊርዝገዝ፡ በዐረብ፡፡ ኅብሩ፡ ከመ፡ በረድ፡፡	Beryllus *in Pentateucho & Apocalypsi:* Topazius *in Ezechiele & Iobo. Kasis* Copticè (z). فيروزج Arabicè. *Color ejus instar grandinis.*	Ex.28, 20. Apoc. d. l.
7 አሜቴስጢኖስ፡ በኦሪት፡ ወበአቡቀለምሲስ፡፡ ከርከዴን፡ በሕዝቅኤል፡፡ ኪርኩሐን፡ በዐረብ፡ አሜቴስሐን፡ በቀብጥ፡፡ ኅብሩ፡ ጸሊም፡ ዘቦ፡ ነጥብ፡ ከመ፡ ብሩር፡ ጽሩይ፡	Amethystus *in Pentateucho & Apocalypsi:* Carchedonius *in Ezechiele* كيركهن Arabicè: *Ameteshân* Copticè (a). *Color ejus niger est, in quo punctula instar argenti puri* [nitent.]	Ex. 28, 19. Apoc. d. l.
8 እብን፡ ዘኅብረ፡ ወርቅ፡ በኦሪት፡፡ አክርስምንቶን፡ በሕዝቅኤል፡፡ ክርስቶሎቢ፡ በአቡቀለምሲስ፡፡ አዝፋር፡ በዐረቢ፡፡ ኅብሩ፡ ብጫ፡፡	Lapillus coloris aurei *in Pentateucho;* Chrysomenton *in Ezechiele:* Chrysolithus *in Apocalypsi:* ازفار Arabicè. *Color ejus flavus.*	Ex.28.20. d. l.

(r) Tit. *Lingua Ægyptiaca restituta. Romæ* 1643. (s) Non reperio in Scala magna Copto-Arabica *Ath. Kircheri* cap. 29. p. 202. (t) Ex Græco Σοὰμ. quod est ex Hebræo שהם. At in Alexandrino Codice Græco, quem Æthiopes sequuntur, 1 Par. 29, 2. habetur Σοὸμ. atque hoc est Æthiopicum ሶም: In cujus expositione valdè errant Æthiopes. De *Rubino* enim id est *Carbunculo* exponunt vocem שהם cùm tamen communiter de *Onyche* accipiatur. (u) Prout Kircherus scripsit d. loco; sed non extat in Golii Lexico. (x). At الماس *Adamas* est prout etiam exponitur in Scala Magna *Kircheri* p. 203. At statim ⲟⲩⲥⲁⲣⲇⲓⲟⲛ *Sardius* eodem modo exponitur imperitè. Ibidem. (y) En specimen crassæ ignorantiæ, *Sapphirum prunæ colorem habere.* Equidem in Kircheri Scala magna Arabicum عقيق respondet Coptico Σαπφειρ. At Golius in Lexico exponit *Cornelium Carneol* qui rubicundus est, & pro Sapphiro habet صفير. (z) Nec hoc vocabulum reperio apud Kircherum. Arabicum كسيس habet pro Topazio, prout infra §. 12. exponitur. d. l. p. 202.
(a) Enim verò non hoc, sed ⲟⲩⲁⲙⲉⲑⲓⲥⲧⲟⲥ est apud Kircherum dict. loc.

Lib.I.c.15. N. CX. & CXI.	አካጥስ፡ በኦሪት ፡፡ አክደን፡ በሕዝቅኤል፡፡ ክርስጶራስስ፡ በአቡቀለምሲስ፡፡ ዮርክ፡ በዐረቢ ፡፡ ጸዐዳ፡ ቱሱሕ፡ ዘምስለ፡ ጸሊም ፡፡	Achates *in Pentateucho:* Acaden *in Ezechiele.* Chrysoprasus *in Apocalypsi:* يرك Arabicè. *Albus est* [lapillus] *mixtus nigro.* 9
Ex. 39. 12. d. l. Ex. 28. 18. Apoc. 4. 3.	ኢያስጲድ፡ በኦሪት፡ ወበአቡቀለምሲስ፡፡ ያሰብ፡ በዐረቢ፡፡ ኅብሬ፡ ጸዐዳ፡ ወቀይሕ ፡፡	Jaspis *in Pentateucho & in Apocalypsi.* يشب Arabicè. *Color ejus albus* [est] *& ruber.* 10
Ap. 21. 20.	ገርዮን፡ (b) በኦሪት፡፡ ኢያንክዮን፡ በሕዝቅኤል፡፡ ወሬዉሬ፡ በአቡቀለምስስ፡፡ ሹሞት፡ በቅብጥ፡ ኅብሬ፡ ውሹኔ፡፡ (c)	Ligurius *in Pentateucho:* Onychion *in Ezechiele:* Topazius *in Apocalypsi.* Schumat *Copticè.* Color ejus. 11
Ex. 28. 17. Apoc. d. l.	ጸንዮን ፡ በኦሪት፡፡ በሕዝዮን፡ በሕዝቅኤል፡፡ ወሬዉሬ፡ በአቡቀለምሲስ፡፡ ካሲስ፡ (d) በቅብጥ፡ ፊሮዜዝ፡ በዐረብ፡፡ ኅብሬ፡ ከመ፡ ማይ፡፡	Topazius *in Pentateucho:* Bahzeyon *in Ezechiele:* Waraurè *in Apocalypsi.* Casis *Copticè* فيروزج Arabicè (e). *Color ejus est instar aquæ* [scilicet.] 12

Ista tametsi confusissima & errorum plenissima speciminis causâ exponere voluimus; quæ si studiosus lector conferat cum *Kircheri Scala magna* p. 202. maximam ubique reperiet differentiam, ut difficile sit dijudicare, utrum vocabularium melius sit; quia in utroque nævi & errores magni deprehenduntur, ut quilibet mediocriter doctus facilè cognoscet. 13

N°. CX. Græca vocabula S. Scripturæ plurima ab Æthiopibus minus rectè intellecta fuisse] Exempla hujus defectus in versione S. Scripturæ Æthiopica passim obvia sunt. Quin & vulgaria animalium, plantarum, atque gemmarum nomina per ignorantiam sæpe retinuerunt interpretes; uti apparet ex Levit. cap. XI. & Deut. XIV. ex. gr. γαλῆ ጋሊ፡ *Felis*, cùm tamen Æthiopicè habeant vocabulum ድሙት፡ Pro Æthiopico ቀጸጸ፡ *Chamæleon* retinuerunt Græcum ካሜሌዎን፡ Χαμαιλέων, non quod animalia illa non haberent, sed quòd Græca vocabula non intelligerent. Ut taceamus innumera exempla, ubi vocabula Hebraica à LXX. interpretibus retenta, & ipsi retinuerunt; ut Lib. III. c. 4. n. 26. dicemus. 1 2

N°. CXI. An sit certus linguarum totius orbis numerus] Sic credunt Judæi (ut mox dicetur) argumentò à *Noachi* filiis ducto, quorum filios, nepotes & pronepotes conjunctim numerant, computantes simul gentibus, quæ Gen. X. nominantur, & sic calculum tanquam in capita ponunt, cùm in stirpes facere oporteret, si familias certas & tot diversas gentes diversis linguis distinctas ex illis derivare vellent. 1

Nam secundum textum Hebræum attribuunt

	Filios.		Nepotes.	Pronep.	Abnep.
Japheto	7.	& duobus ex illis	7.	-	-
Chamo	4.	& tribus ex illis	24.	2.	-
Semo	5.	& duobus ex illis	6.	2.	13.
	16.		37.	4.	13.

Ita in summa Septuaginta viros computant, & unicuique peculiarem familiam & Linguam attribuunt, unde exsurgunt Septuaginta linguæ. At vanissima est ista supputatio; Quia, si stirpem à filiis ordiri velis, Patres computari nequeunt: Si à patribus, non filii, multo minus nepotes. Enimverò Japheti Filii Gomer & Javan genuerunt septem filios, si ergo supponas istos familias linguasque peculiares constituisse 2

(b) Rectiùs ለገርዮን፡ ut in exemplari meo reperitur. Exod. 28, 19. ለ፡ per errorem tanquam articulus abjectum est. Pro eo malè legitur ለገር፡ Exod. 36, 19 al. 39, 12. (c) Amharica vox est incertæ significationis. (d) Vid. quæ supra notavimus §. 6. in not. lit. z. (e) In Golii Lexico exponitur: *Iaspis Persica dipiζυρα, i. e. Turchesa. Turcois.* Ein Türkis.

tuisse, ubi obsecro! mansit patrum defunctorum gens & lingua? nam & hi in sup- Lib.I.c.15.
putationem venerunt. Eadem ratio est trium filiorum Chami; *Cush, Mitzraim* & N. CXI.
Canaan, qui stemma suum propagaverunt: ejusque nepotis, Rahma seu Regma, qui duos filios genuit; nam postquam isti quatuor defecerunt, quam gentem vel linguam peculiarem post se reliquerunt? Omnes enim eorum liberi jam sunt numerati. Denique Semus filios duos habuit, *Arphachsad* & *Aram*, & ex his sex nepotes: Ex *Hebero* duos Pronepotes, atque ex horum altero nempe Joktan tredecim Abnepotes.

3 Consideret quæso! vir sanæ mentis, an in definiendis gentibus & linguis ista ullo modo stare possint. Expungendi veniunt ubique patres, si liberos tanquam stemmatis & linguæ alicujus conditores numerare velis, nimirum *Gomer* & *Iavan*: *Cush*, *Mitzraim* & *Canaan*; ex Cushi filius *Regma*, è Semi posteris duo filii, *Arphachsad* & *Aram*. Nepos *Heber*, & Pronepos *Ioktan*, cujus filii Semi Abnepotes tantùm numerandi essent, itaque decem de numero LXX. decederent.

4 Ad confirmandam frivolam istam de LXX. totius orbis populis & linguis sententiam planè extra oleas à Rabbinis allegatur locus Deut. 32. v. 8. ubi dicitur: *quòd Altissimus terminos populorum constituerit juxta numerum filiorum Israel*, quem illi sine ulla ratione definiunt, addentes: *cùm descenderent in Ægyptum*, nimirum *septuaginta animæ*. Gen. 46. 27.

5 Affulsit radius aliquis veritatis Rabbino Nissim referente Abarbenel; qui, satis animadvertens Patres in filiis comprehendi, (ut Buxtorfius loquitur,) (f) pro decem illis modò nominatis egregium effugium reperit, aliter stirpes computando quàm communiter Rabbini omnes faciunt. Siquidem gentium nomina *Kittim*, *Dodanim* &c. duplicat, assumtis *Philistæis*, quos alii excludunt, ut decem alios reperiat. Sed bonus iste Rabbinus meminisse debebat numeri dualis, secundum quem corrigere priùs illum oporrebat lectionem receptam, si duplices intelligere voluisset illas
6 gentes. Verùm futilia & inepta sunt ista omnia; Etenim textum rectè perpendens longè alium scopum Sacri Scriptoris reperiet judiciosus lector, quàm quem nugatores Rabbini proponunt. Non omnes totius Orbis gentes atque linguas, sed earum tantùm origines docere voluit, quæ tum temporis Israelitis notæ: partim etiam consanguinitate junctæ: vel apud & circa illos victuræ erant; propterea aliquorum patrum nepotes & pronepotes omisit, aliquorum verò memoravit, gradibus planè inæqualibus.

7 Quis verò emunctæ naris vir dixerit: Japhetum ex duobus tantum filiis Nepotes suscepisse, reliquos improles vixisse usque ad tempora confusionis Babylonicæ, atque tunc demum decrepitos liberis operam dedisse; nisi enim hoc fecissent, interiisset stemma & lingua eorum, nec Septuaginta populi in mundo mansissent. Par ratio est Filiorum Chami & Semi, qui tanquam ἄπαιδες ponuntur. Porro verisimile non est, Javanum filios habuisse, quorum alter Kitt, alter Dodan vocatus fuerit, sed tantùm, quòd gentes istæ ex istius prosapiâ profectæ fuerint post aliquammultas generationes, quarum propagatores Moyses non nominavit. Eadem ratio est gentium ex Mitzraim prognatarum. Igitur futilissima hac Judæorum supputatione rejectâ cadit etiam sequela LXX. Linguarum.

8 Piget ferè addere, quæ in Talmude suo & quidem (g) in Gemara Cap. 1. § 6. de LXX. assessoribus magni sui Synedrii nugantur, quos inter alia requisita etiam LXX. Linguarum oportuerit esse peritos. Sic enim loquuntur:

אין מושיבים בסנהדרין אלא יודעים בשבעים לשון שלא תהי סנהדרין שומעת מפי התרגמן.	*Non sedent* [i. e. non admittuntur] *in Synedrium, nisi* &c. *scientes LXX. Linguas; ne oporteat Synedrium audire* [sermones] *ex ore interpretum.*

9 Sed non ausi fuerunt Rabbini eas recensere. Miratus sum Alstedium id tentavis-

 se,

(f) In *Dissertat. Philolog. Theolog.* Dissert. II. sect. 2. pag. 81. qui allegat *Franciscum Iunium* in notis ad princip. cap. X. Genes. cum quo planè consentio. (g) In Sanhedrin *De Iudicibus & Iudiciis* cap. 1. fol. 17. col. 1.

L.I.c.15. N.CXL. se, (h) adeóque famæ suæ parùm consuluisse, dum in censum istarum linguarum *Americanam, Brasiliensem, Mexicanam, & Sylvestrium Americanorum* refert, ut scilicet istarum nationum Syndicis ad Synedrium Hierosolymitanum venientibus sine interprete responsa dare potuerint. Sit venia joco.

10 Judæis volupe est ludere in numero septuagenario. Septuaginta scribunt esse nomina Dei: שבעים שמותיו של מלך הגדול. *Septuaginta nomina Regis magni.* (i) *Septuaginta angeli seu Genii tutelares*, gentium scilicet supra à nobis memoratarum. שבעין ותרין זינו דחכמה. *Septuaginta duo modi sapientiæ*(k). Ut mirum non sit, quosdam numerum *LXX interpretum S. Scripturæ*, tanquam eâdem vanitate confictorum, in dubium vocare (l).

11 Sed quò magis ista mecum volvo, eo magis miror, viros graves Ecclesiæ Patres tali traditioni calculum suum adjecisse, cum additamento duarum linguarum, quia Græci inter Noachi posteros duos viros in versione sua ampliùs invenerunt. Itaque Patres Græci originis incuriosi Septuaginta & duas totius Orbis Linguas asseruerunt. (m) Græcorum fidem secuti sunt Patres Latini; *Hieronymus* ad locum 12

Lib. 16. c. 3. & seq. Matth. 26. 53. Et *S. Augustinus de Civit. Dei*, apud quem videre licet, quomodo insignis iste Pater in computandis septuaginta duobus vel tribus Viris tot gentium & linguarum conditoribus frustra laboraverit. In eo enim variant patres, quos alii assumunt, alii omittunt. Imò licet constaret septuaginta vel plures linguas in 13 confusione Babylonica exortas esse, nemo tamen illas nunc numeraverit, cùm multæ veteres vel obsoletæ & planè extinctæ: multæ verò novæ è veteribus corruptæ fuerint.

14 Porro certum linguarum numerum definire, & nunc incertum est, & olim fuit incertissimum. Id pridem agnovit *Johannes Goropius Becanus* Lib. 1. Hermathenæ.

L. 6. c. 5. Quòd autem *Plinio* credat è Timosthene referenti, *in unam Dioscuriadem, Colchorum emporium, trecentas nationes dissimilibus linguis descendisse: & posteà à Romanis CXXX. interpretibus negotia ibi gesta fuisse*; in eo illi assentiri non possum. Strabo 15 aliter scribit de eadem urbe: Lib. XI p. 498.

Συνέρχεσθαι γοῦν εἰς αὐτὴν ἑβδομήκοντα, οἱ δὲ καὶ τριακόσια ἔθνη φασὶν, πάντα δὲ ἑτερόγλωττα &c. | *Convenire in illam Septuaginta: alii verò & trecentas gentes* ajunt, *omnes dissimilium linguarum.*

Φασὶν *Ajunt*, inquit Strabo, ad relationem aliorum provocans, quæ procul dubio falsa fuit. Quis enim tot nationes, nedum tot linguas enumeraverit in exigua illa terræ portione. Nondum centum dissimiles linguas ex orbis cogniti partibus conquirere possunt eruditi, qui Orationem Dominicam variis linguis & dialectis non adeò multum inter se dissimilibus nobis proposuere (n). Igitur mendum ingens in numeris latere putamus, quod nunc corrigere tentabimus.

16 Certum est veteres Latinos, antequam litera G. inventa esset, C. pro G. promiscuè usurpavisse, ut pro *Magistratus, Legiones*, scripserint *Macestratus*, (ubi nota E. pro I.) *Leciones*, quod Vossius clarè demonstrat (o). Librarius imperitior in veteribus codicibus *tricinta* vel *tricenta* reperiens nationes *trecentas* fecit. Huic conjecturæ favet numerus interpretum CXXX. quod fortè scriptum fuit C̄um XXX. interpretibus, linea super numerum ducta, id Librarius legendum putavit *Centum* & sic fecit C X X X. Nimirum verè dissimiles fuisse triginta illas linguas, docere voluit Plinius, eò quòd *triginta interpretibus ad interpretandas triginta nationum linguas* opus fuerit, aliàs trecentas linguas inter Centum & triginta interpretes non facilè distribueris. Porro Romani non adduxerunt interpretes illos, sed unaquæque gens suum secum habuit interpretem, Græcè, ut videtur, scientem, *cum*

quo

(h) In Chronologia dispersionis populorum p. m. 265.
(i) De quibus in formula anathematis Judaici in Hist. nostra 3. 4. 56.
(k) In Zoar de Libro Razaelis, p. 58. 2. (l) Inter quos est Scaliger; referente Waltono in Proleg. Bibl. Polyglott. Cap. 9. §. 4. p. 55. (m) *Clemens Alexandrin.* Lib. 1. Sermon. Epiphan. contra hæreses Lib. 1, tom. 3. hær. 39 & alii. (n) Videsis Thomæ Ludekenii Orationis Dominicæ Versiones præter Authenticam *ferè Centum*. Sed si rectè numeraveris tam linguas quàm dialectos vix *Octoginta* reperies. (o) De Arte Gramm. Lib. 1. Cap. XV. pag. 69. in fin.

quo Romani negotia gesserunt; igitur *cum triginta interpretibus* triginta nationum negotia ibi gerebantur. L. I. c. 15. N. CXI.

17 Ad locum Strabonis, quod attinet, & ille emendatione eget. Saltus enim ingens à septuaginta ad trecentas nationes ab incredibili numero ad multo incredibiliorem committitur. Mallem scribere ἑβδομήκοντα, οἱ δὲ τριάκοντα ἔθνη φασίν. *Septuaginta alii verò* Triginta *gentes* ajunt. Numerus adhuc nimius pro illis regionibus, multò tamen tolerabilior est, si dialectos computes, quæ & ipsæ quoque interprete opus habent.

18 Sed ad scopum nostrum revertamur. Quæ hodiè cognitæ sunt linguæ, certo numero describi nequeunt, nam prout æstimare velis, vel secundum Cardinales linguas: [matrices inepté vocant] vel secundum dialectos: vel secundum nationes & regna, modò plures modò pauciores reperies.

19 Extant *Orationes Dominicæ* quinquaginta linguis ab *Hieronymo Megisero An. 1603. Francofurti* editæ, in quibus pueriliter lusit, Græcam ex variis dialectis antiquis consarcinando. Hem! quantum foret artificium, si quis *Austriaca, Suevica, Helvetica, Franconica, Thuringica, & Saxonica* vocabula cum ἐκφωνήσει vilis plebeculæ miscere, & talem centonem dialectorum una tela contexere vellet. Inde preditura esset massa similis Svecorum caseo, (quam illi Plokost vocant) ex variis unius parochiæ vicis collecto, atque diversis coloribus variegato. Quòd autem Græci olim tot dialectos habuerint, quarum aliquæ etiam in Scripturam & Poetas assumtæ fuerunt, id eò factum putaverim, quòd pleræque essent civitates liberæ, quarum aliæ aliis minimè cederent, sed quælibet suam dialectum pro optimâ haberet, eamque in scriptura suâ & libris retineret. Aliter fit in regnis vel magnis Rebuspublicis, ubi omnes vel aulæ vel metropolis dialectum sequuntur, provinciali elocutione rejecta.

20 At *Megisero* similis censendus esset is, qui versiones *Orationis Dominicæ* secundum diversitatem characterum unius linguæ congerere vellet, quò magnum earum numerum conficeret. Veluti, si Hebraicam linguam *charactere quadrato*: dein *Rabbinico*, mox vulgari *Germanico* Judæorum, nec non *Samaritano*: Syriacam verò charactere consueto, & mox illo, quem *Estrangelo* vocant, ederet; id enim nihil aliud esset, quam si quis Germanicam versionem literis typothetarum; & mox literis scribarum majusculis vel minusculis typis dare vellet, quo numerus linguarum major

21 redderetur. Bonus ille Megiserus delectatus fuit entium vanâ multiplicatione, quippe *Thesaurum Polyglottum*, seu *Dictionarium multilingue* edidit, *ex quadringentis circiter totius Orbis linguis & dialectis* (ut ait) *constans*. Hic libri titulus est. In tabulâ octavâ inter Africanas recenset *Barnagassiorum* & *Barcenensium* linguas. Nimitum ex *Barnagasso*, qui est Præfectus regionis maritimæ *Bahr* (p) & *Barcena lacu* (q) regiones fecit, illisque linguas vel dialectos (quarum ne unicum quidem vocabulum unquam audiverat) peculiares attribuit. Porro *sinus Maris* rubri accolarum: *Guardafu promontorii* incolarum linguas addit. Sic in ipsa Africa, si modò plura regionum, lacuum, insularum, & promontoriorum nomina scivisset, sexcentas alias linguas ex-

22 cogitare potuisset, ut dolendum sit, virum tàm doctum tam miserè ineptire. Modò non idem de *Ioh. Henr. Alstedio Encyclopædistâ* dici posset, qui vanam hanc linguarum & dialectorũ congeriem ordine Alphabetico in *Thesauro Chronologiæ* pulchrè digessit. p. 260.
Ibi, ut numerus quadringentarũ reperiretur, *Argentinensium*, *Nemetum* seu *Spirensium* & *Francofurtensium* dialectos addidit: horum fortassis ideò, quia infima plebs dicit: Zeucht dem Kind die Scheucherchen an seine Feußerchen. Sed cùm talia captaret, non debebat oblivisci Turingensium & peculiariter Erfurtensium dialectum, ubi puer puero aliquid quærenti responderat: Neckelchen! Chelder sä wus es/ quod multi vicinarum provinciarum studiosi modò advenientes, me præsente, non intelligebant. Multas linguas tanquam diversas Alstedius proponit, quæ eædem sunt

(p) Histor. Æthiop. L. I. c. 4. §. 1. (q) Bahr. Tzana, Hist. Æth, Lib. I. c. 8, §. 114.

27 Hæc Cingarorum vocabula, etsi pauca quædam cum aliis linguis convenien- L.I.c.15.16.
tiam aliquam habeant; (quod mirum non est, cum tot pervagentur regiones) ple- N.CXII.
raque tamen ita comparata sunt, ut nullam aliam sapiant originem. Ea- CXIII.
dem vocabula, cum maximam partem reperiam apud *Vulcanium* à centum ferè CXIV.
annis tradita, non fictitia existimo, ut Megiserus putat in Thesauro supra citato
Tab. IV. Germ. in fin.: nec corrupta ex aliis linguis, neque *Ægyptiaca* sive *Coptica*;
videlicet illius Linguæ quam nobis *Ath. Kircherus* tradidit: Neque *Venedica*, i. e.
Wendica, seu *Soraborum* lingua, quam Slavonicæ linguæ dialectum esse probè novi.
28 Alia prorsus ratio, alius sermo est nebulonum mendicantium, qui, ne ab aliis in-
telligantur, ficta & detorta quædam vocabula sermoni suo vernaculo immiscent.
Ista jam ante XC. annos congesta sunt in libellum, cui titulus **vom Barlen** [Parler]
&c. cujusmodi sermonem vulgo **Rottwelsch** (turmatum exoticam dialectû) quidam
vocant, & ridiculè scribunt, pronunciant, & reddunt **Rohtwelsch** *Rubrum barbaris-
mum*; Quod etiam ante nos observavit *Iacobus Thomasius Prof. Lipsiensis doctissimus
in dissertatione sua de Cingaris*. Sed de his alibi.
29 Multas in Æthiopia linguas dari in Historia nostra diximus. Sed hyperbole
est, quod Legatus Æthiopicus Thevenotio dixit, (t) his verbis: *Si Deus fecit LXXII.*
30 *linguas, credo quod omnes omninò in Æthiopia reperiantur.* Multò plures per or-
bem linguas esse quàm quisquam putaverit, facilè mihi persuadere possum, sed non
ex omni peregrino nationis vel urbis vocabulo lingua fingenda est. Virgilianum
illud huc applicare lubet:

Est numerus, neque enim numero comprendere refert:
Quem qui scire velit Libyci velit æquoris idem
Discere, quàm multæ Zephyro turbentur arenæ:
Aut ubi navigiis violentior incidit Eurus,
Nosse quot Ionii veniant ad littora fluctus.

COMMENTARIUS AD LIB. I. CAP. XVI.

N°. CXII. Mamaluccorum Rege cæso magna mutatio re-
1 rum incessit.] *Mamaluccis* acie prope Hierapolin victis, Rex illorum *Campson*,
mœrore & labore fatigatus & jam ætate confectus, inter fugientes & trepidantes
nullo vulnere accepto, mortuus concidit. Neque Tomumbeyus, post illum ele-
ctus, res perditas Mamaluccorum restituere potuit. (u) Itaque *Selymus*, strenuus
Turcarum Imperator, Regnum Ægypti occupavit; quæ res inter alia mala maxi-
2 mum quoque Habessinis damnum attulit. Dum *Mamalucci* rerum in Ægypto
potiebantur, Habessinis nullum ab iis periculum erat: cùm verò Turcæ eos debel-
lassent, gliscente illis temporibus inter Lusitanos & Mohamedanos bello, Turcæ
3 magnas classes in mare rubrum & in Arabiam contra Lusitanos miserunt. Ne
verò ullum receptum in illis oris haberent: neque etiam societatem cum Habessi-
nis utpote Christianis contrahere possent, occupatis portubus, illorum rebellibus
auxilia tulerunt. Ista maximæ calamitatis causa Habessinis fuit; ut in Hist. nostrâ
de bello Adelensi & de Mena Rege diximus. II. 6. 34. & II. 15. 38.

N°. CXIII. De signo occisi hostis quod Barbari afferre solent]
1 Fœdum signum quod Barbari Gallæi afferunt, & coram toto exercitu coacervant, in h.cap.§.21.
historia nostra nominavimus. Idem mos etiam apud alias barbaras gentes obtinet, ut
2 in Itinerariis passim legimus. Imò (ut Gregorius narravit) illum etiam Habessini
imitati sunt, nam plura capita hostium occisorum afferre unus commodè non poterat.

N°. CXIV. Incultas & feras gentes plerumque invadere cul-
1 tiores, iisque sæpe superiores fieri] Istud exemplis in Historia nostra de-
monstravimus: & *Tartaros Orientales* (scil. respectu Precopensium, eorumque qui h.cap.§.34.
ad Wolgam & Tanaim habitant) Chinam aliquoties invasisse diximus. De hoc
legi

(t) Voyage de Levant L. II. c. 69. p. 480. (u) Qui plura de hoc bello & eversione Regni Ma-
maluccorum in Ægypto scire volet, legat Pauli Jovii Histor. Lib. XVII.

L. I. c. 16. legi potest *Martinus Martinii* de regno Sinensi à Tattaris occupato, qui sic Historiam
N. CXV. suam orditur: *Tartari (antiquissima in Asia gens, & multarum gentium principium, jam*
& CXVI. *à quatuor millibus annorum Sinico Imperio inimica) sæpe acria bella cum Sinis gesserunt,*
& quamvis aliquoties victi fuerint, sæpius tamen victores extiterunt. Ex hoc de- 2
sumpta sunt, quæ *Neuhofius in itinerario suo Legationis Batavicæ* habet: *Tartari Sinensi-*
bus infesti pro situ locorum & respectu ad Chinam habito, alii Orientales, alii Occidenta-
les sunt; ut mox idem Martinius tradit. Monnit me Clarissimus Vir *Andreas* 3
Mullerus Greiffenhagius, Sinensis literaturæ in Europa facilè Princeps, Tartaros Orientales
esse, qui postremum Sinas invaserunt, etiamnum ibi dominantes: qui antea invaserant,
Tartari Occidentales fuerunt, i.e. *Gingischanidæ.* Ante illa tempora Tattari quidem
ultra murum colentes modò hi modò illi Sinas lacessiverunt, sed non obtinuerunt
quod *Gingischanidæ & Nuichani.*

N°. CXV. De antiquissimo incantationis genere, quâ
bestiæ variæ congregantur] Valdè antiquum incantationis genus est, varia 1
bestiarum genera in unum congregare. De eo verisimiliter verba *Deut. 18. 11.* חובר חבר
congregans congregationem, accipienda sunt. Mirè variant seq; torquent Interpre-
tes in expositione maleficiorum, quæ ibi prohibentur. Gloriosiùs fecissent, si fassi
essent se illa nescire. *Rabbini de congregatione animalium* accipiunt in libro *Tal-* 2
mudico Sanhedrin; non malè, ut puto. Quòd verò hanc *incantationem* dividant in
magnam & *parvam*, id ex subtilitate Rabbinica provenire censeo; nimirum ut sci-
entes incantationum habeantur. Sic enim *Kimchius* (x) *& ex eo Michlal-Iophi*: 3

פירשורבותינו ז"ל וחובר חבר · אחד חבר גדול ואחד חבר קטן פי חבר גדול שלוחש ומקבץ כתות של חיות גדולות: וחבר קטן לוחש ומקבץ כתות של חיות קטנות כגון נחשים ועקרבים ·	*Explicant Rabbini nostri p. m. Et* consocians societatem: *una* consociatio [est] magna, & *altera* consociatio [est] parva. *Significatio* consociationis magnæ [est] *cum quis incantat & congregat catervas magnorum animalium*: & consociatio parva *cum quis incantat & congregat catervas bestiarum parvarum* e. g. Serpentum & scorpionum.

Acutâ scilicet distinctione, sed nusquam occurrente.

L. IV. c. 7. Talem incantarionem revera adhuc hodie dari ex Tellezio didici; qui in Hi- 4
& seqq. storia electionis Regis Africani in regno *Gingiro* de electoribus sic scribit:

Vem decendo com grandes gritos sôbre o lugar a onde esta o eleyto, dam logo com elle, & o acham rodeado de Leoens, Tigres, Cobras & Onças, que toda esta guarda, & todos esses Cortesaõs ali fazem ajuntar com seus diabolicos feyeiços.	Veniunt descendentes cum magno clamore in illum locum ubi electus est, statimque eum adeunt, illumque repetiunt circumdatum leonibus, tigridibus, draconibus, & pardis, quos tanquam Prætorianos & aulicos [scil.] omnes ibi diabolicis suis magicis artibus unum in locum congregant.

N°. CXVI. Sanguine humano Diabolo litare Africanæ quæ-
dam gentes fas habent.] Inter præcipuas תועבות *Abominationes gentilium* fue- 1
Deut. 18. runt *victimæ humanæ*, quas ab osore generis humani introductas Deus inter alia ma-
v. 10. leficia primo loco severè prohibuit: לא ימצא מעביר בנו ובתו באש *Ne reperiatur in-*
ter vos qui transire faciat filium aut filiam suam per ignem. Hinc execrandum istum mo-
rem vetustissimum esse liquet. *Cananæi* sive *Phœnices* & inter eos *Tyrii* victimis huma-
nis *Saturnum* [Hebr. מלך Moloch] expiare fas habuerunt. Hunc morem ad colonos suos 2
L. 18. 6. 11. *Carthaginienses* transtulerunt; de quibus elegantissimè *Justinus.* Cum inter cætera mala etiam pe-
ste laborarent, *cruentâ sacrorum religione, & scelere pro remedio usi sunt. Quippe homines ut victimas*
immolabant, & impuberes (quæ ætas etiam hostium misericordiam provocat) aris admovebant, pacem
Deorum sanguine eorum exposcentes, pro quorum vita Dii rogari maxime solent. Istud *sacrilegium*
L. 4. 3. 23. *veriùs quàm sacrum*, ut Curtius optimè loquitur, Carthaginienses à conditoribus traditum usque
ad excidium urbis suæ fecisse dicuntur. (y) In Africa apud nonnullas gentes in usu adhuc est. 3
Regina quædam *Angolæ* malefica *Anna Schinga* dicta, (z) pro auspiciis novi belli
aliquos fortissimorum virorum Idolo suo immolavit.

FINIS LIBRI PRIMI.

COMMEN-

(x) In Lib. Rad. sub verbo חבר. (y) De hoc verè diabolico ritu Vide *Vossium de Theolog. Gentili & progressu Idololatriæ Lib. I. c. 35.* (z) *Ol. Dapper. Tit. Æthiopia p. 590.*

COMMENTARIUS
AD
HISTORIÆ ÆTHIOPICÆ
LIBRUM II. CAP. I.

1 N°. I. De vera occasione Indicæ navigationis] Inter ali- Lib.II.c.1.
as causas quæ *Henricum Iohannis Lusitaniæ Regis filium*, strenu- Num. I.
um Principem, impulere, ut navigationem in ignotum ma-
re Atlanticum, spe penetrandi in Indiam, institueret, fuisse
diximus, (a) veterum relationes *de Hannone Pœno*, quòd
Africam circumnavigaverit; Id Plinius de eo tradit, ubi simul ex Pompon. Mela ali- Lib.2.c.67
quot exempla affert eorum, qui circumvecti à Gadibus usque ad fines Arabiæ per- Lib.3.cap.
2 venerunt: & rursus Arabico sinu egressi Gades usque profecti sunt. Verùm 5.&9.
Plinius in Hannone deceptus fuit, ut Bochartus (b) ex ipsius Hannonis Periplo Pu-
nicè conscripto, & Basileæ anno 1533. Græcè edito docet. Noverat Plinius, quod
Hanno navigationem suam scripto prodidisset, eam tamen non legisse videtur,
tantum enim iter non confecit. Nam Pomponius Mela disertè scribit: *Hanno Car-* L.3.c.9.32.
thaginiensis exploratum missus à suis, cùm per Oceani ostium exiisset, magnam partem ejus
[Africæ] *circumvectus, non se mare sed commeatum defecisse memoratu retulerat: & Eu-*
doxus quidam, avorum nostrorum temporibus, cum Lathurum Regem Alexandriæ fugeret,
[sic legendum] *Arabico sinu egressus, per hoc pelagus (ut Nepos affirmat) Gades usque pro-*
fectus est, ideò ejus oræ nota sunt aliqua.
3 Jam olim ab Homeri temporibus constans fama fuit, Oceanum totum orbem
ambire, adeò ut Europa, Asia atque Africa tanquam insula quædam magna censen-
dæ essent (c). Multos autores hac de re allegat Bochartus. Igitur tres illæ orbis ter- d.c.36.
4 ræ partes undiquaque navibus adiri poterant. Quin & de Africæ circumnaviga-
tione speciatim varii rumores circumferebantur. Præter exempla modò allegata
Herodotus de Neco Ægyptiorum Rege scribit: *Cum destitisset à fossa è mari medi-* L.4.42.
terraneo in Mare rubrum facienda, misisse Phœnices quosdam, qui è Mari rubro Mare au-
strale invecti, per Gades in Ægyptum reversi fuerint. Quæ quidem Herodoto minimè
5 verisimilia visa. Strabo quoque Historiam de *Eudoxo Cyziceno* à Mela nominato L.II.p.98.
refert, addens: *quod impiger navita fuerit, & navigationem Oceani aliquoties tentave-*
rit; sed eam in dubium vocat, fortassis immeritò. Nam quæ de ζεφύροις συνεχέσι *Ze-*
phyris continuò flantibus narravit, non poterat scire nisi expertus. Id enim est quòd
hodie nautæ vocant Lusitanicè *Monçam*, Belgicè *Masoen*; sine quo stabili & perpetuo
6 vento navigationes Indicæ fieri non possent. Tandem fortissimi viri Lusitani,
Heroës maritimi, tali famâ freti, id tentaverunt, nec non præstiterunt; Africamque
peninsulam esse, & circumnavigari posse reipsa docuerunt.
7 Porro memorat Strabo Libro. II. supra citato pag 99.

Τοὺς μὲν ἐμπόρους μεγάλα στέλλειν πλοῖα· τοὺς δὲ πένητας μικρὰ, ἃ καλεῖν ἵππους, ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς πρώραις ἐπισήμων.	*Mercatores quidem magnas mittere naves: Pauperes vero parvas, easque vocare equos ex signis proræ* (d).

Itane omnes habuerunt signum equorum, & quidem in prora, ut propterea *equi*
dicti fuerint omnes illæ naves parvæ? Non puto; quia a se invicem non distingui
8 potuissent. Latere hîc videtur Orientale vocabulum רכב ركب, quæ radix
significat: *Vectus fuit equo, jumento*: vel etiam *navi*, seu *conscendit navem* (e). Hinc

 Ara-

(a) In historia nostra hoc loco. (b) Lib. 1. de Coloniis Phœnicum c. 36. §. Interim, &c.
(c) Strabo Lib. II. p. 91. (d) Nota hic signa navium (unde denominatæ fuerunt olim) in *prora* po-
sita fuisse, cùm nunc *in puppi* conspiciantur, nisi corrigere malis Strabonem. (e) Marc. 4,1. in Arab. ver-
sione.

L. II. c. 1. Arabicum مركب & *navim* & *jumentum quodvis* significat. Itaque مراكب *na-*
N. II. & III. *ves* vocaverunt gentes illæ navigia sua, non *equos*, ut Strabo existimavit: vel Græci,
qui hoc illi retulerunt. Sed hæc obiter.

N°. II. Ubi verus Presbyter Johannes olim regnaverit]

L. I. c. 64. Marcus Paulus Venetus sic scribit: *Tenduc, ubi manere consuevit Rex ille magnus, &* 1
toto orbe terrarum nominatissimus, vulgò Presbyter Johannes *dictus. Athan. Kircherus*
c. 4. p. 87. *in Prodr. Copto.* de regno *Presbyteri Iohannis* disquisitionem instituit, sed præter *M.*
Pauli testimonium modò relatum pauca explicatè tradit. Cùm enim primò ex 2
P. Matthæo Riccio Patrum Societatis apud Sinas Præposito rectè docuisset: *Nullum extra*
Sinas regnum nec urbem esse Chataiæ *nomine*; statim tamen addit: *Non crederem ego*
procul à vero dissitum, præter illam terræ partem, quæ Chatai *nomine intra* Sinarum
limites à nostris reperta est, aliam esse Orbis plagam multò ampliorem per Asiaticos Scythas,
Massagetas, Seres, Paronomisadas, vicinosque circumfusam populos: Sinarumque regno à
meridie & occasu conterminam, cui & Chatai *nomen fuerit & in qua is, de quo nunc agi-*
tur Presbyter Johannes *majorum nostrorum ætate principatum tenuerit, quam Scythiam*
extra Imaum Ptolemæus: Marcus Paulus Venetus *Imperium Magni Cham: sacra vero*
pagina (teste Aria Montano) Gog & Magog *appellant.* Quid autem Kircherum 3
permoverit, ut mox dicat: *Hanc autem Scythiam veram* Chataiam *esse, plurima mon-*
strant indicia; non liquet: Nam hac ratione & sibi ipsi & *Riccio* contradicit; paulò
ante enim disertè dixerat: *Cùm hisce proximis annis cognitum sit,* quidquid Chataium
est *ad Sinas pertinere: nec urbem esse ullam aut regnum hac voce dictum, quod nunc extra*
Sinarum terminos reperiatur. Attamē mox subjungit verba quæ modò retulimus: *præ-*
ter illam terræ partē aliam esse orbis plagam cui & Chatai *nomen fuerit* &c. quæ præceden-
tibus manifestò adversantur; nisi fortè de antiquis temporibus dicta sua accipi ve-
lit, verùm ea autorum claris testimoniis demonstranda erant. Nam *Marcus* 4
Paulus provinciam *Tenduc* nobis nominat, quæ habeat Regem de progenie *Pres-*
byteri Iohannis, & Christianos illic primas tenere; quapropter non video, quare Ath.
Kircherus vel *Chataiam* extra Chinam, vel *Presbyterum Iohannem* in *Chataiam* col-
locare velit.

Rectiùs *Hornius* (f) scribit: *Regnabat tum in* Tenduc, Argon, Tangut, Tebet, 5
Kitha, Mogol, *quidam* Juhanna sive Johannes Ung, vel Unad-chan, *è tribu* Car-
rit, *quæ Christianam juxta Nestorianorum opiniones profitebatur religionem. Hic est*
famosus ille Presbyter Johannes Asiaticus sive Indicus, *de quo tot portenta* Mande-
vilius *& alii sparserunt.* Hæc Hornius.

Huic sententiæ ratione locorum acquiescendum puto. De nominibus *Iuhan-* 6
na: Iohannes Ung: judicare non possum, quia *Hornius* autorem suum non laudat, quod
illum facere oportebat. Aliam tamen derivationem vexarissimæ illius appellatio-
nis multò probabiliorem lectoribus infra dabimus. Famam de hoc Principe, ut 7
mihi videtur, *Armeniorum Legati*, qui circa annum Christi 1145. Romam venere,
in Europam primò intulerunt; etenim ante illos vestigium apud nostros autores ex-
stare vix puto. Inde *M. Paulus*, qui circa annum 1270. illa loca perlustravit, occa-
sionem sumsit tot & tanta de illo scribendi; at nomen ipsum nostrates malè inter-
pretati sunt, ut mox dicemus.

N°. III. De Etymologia Presbyteri Johannis]

Principem 1
potentem abusivè ita dictum in Asia Septentrionali in Regno Tenduc regnasse con-
sentiunt quidem nunc eruditi; ut numero præcedente indicavimus; cur autem sic
vocatus fuerit, multas originationes proferunt, sed omnes merâ conjecturâ nec ulla
autoritate nituntur. Nullum enim scriptorem nominant, qui Regem illum Chri-
stianum à Persis vel subjectis suis tali aliquo vocabulo insignitum dicat.

E Persia famam tanti Regis ad Europæos, in Oriente mercimonia exercentes, 2
profluxisse arbitrantur prudentiores; ideò originem nominis istius in lingua Persica
quæ-

(f) *In introd. ad Geograph. antiquam.*

quærunt. Scaliger Regem illum فرستيجاني *Fristegiani*, id est *Apostolicum* dictum L. II. c. 1.
fuisse putat (g); quam sententiam amplectuntur eruditorum plerique; cùm tamen Num. III.
non modò sit imperfecta, sed etiam analogiæ Linguæ Persicæ incongrua. Qui enim
primò hoc nomen in Oriente audiverunt, non nudum Epitheton *Apostolicus*, sed si-
mul nomen dignitatis *Chan* vel *Shah Rex* perceperunt, nempe *Shah Fristejan*, ut sonet
Rex Apostolicus. Sicuti in Occidente Rex Hispaniæ non simpliciter *Catholicus*, sed
3 *Rex Catholicus* audit. فرستن *Fristen* & فرستادن *Fristaden* Persicè quidem *mittere*
significat; at Persæ pro Apostolo utuntur vocabulo Arabico ab Æthiopibus desumto
ሐዋርያ : حواري *Havvarja* i.e. Apostolus, de quo supra L. I. 15. 106. §. 34. Viri autem
Persicè docti tale vocabulum, quale Scaliger profert, à *Fristen* analogicè derivari
negant. Illis quidem فرستاده *Fristade Legatus*, *Angelus*, *Apostolus*, vel quilibet
Missus est; sed adjectiva denominativa à Substantivis derivata assumunt in fine
ين *In*; ut dicendum sit: *Fristadin*: Nam *Fristagan* vel *Fristegiani* nihil est, *Frista-
dagan* autem est pluralis à *Fristade*, deinde non *Fristegan* sed *Preste Ian* vulgò dicitur.
4 Rectè igitur sententiam hanc explodit *Bespierius* (h) ut mox pluribus dicemus. At-
que sic cadit etiam sententia Hornii, qui loco supradicto vocabulum *Prestegan* Persi-
cè *Evangelicum* vel *Catholicum* sive *Orthodoxum* significare dicit.
5 Neque placet expositio Golii (i) qui nomen hoc inde ortum putat, quod Orien-
tis mercatores Regem illum à Persis Persico idiomate پرستار خان *Prestar-Chan* vo-
cari intellexissent; id autem sonare *mancipiorum vel servorum Principem*. Siquidem
Habessinicæ gentis mancipia toto Oriente notissima sint. *Puto*, inquit, (quia do-
cere nequit) quòd à Persis nunc sic vocetur, aut unquam vocatus fuerit. Est igi-
tur Viri Clarissimi conjectura, quæ ideò locum habere nequit, quia illa quidem ad
Neguçum Africæ Regem, minimè verò ad *Presbyterum Iohannem Asiaticum*, de quo hîc
6 quæstio est, spectare potest. Deinde hæc appellatio longe vetustior est, quàm
ut ad Habessinorum Reges applicari possit, utpote qui in tanta famâ tunc temporis
non erant apud Europæos in Asia, cùm nomen *Presbyteri Iohannis* primùm crebre-
sceret. Neque illis seculis mancipia Habessinica tam frequentia in Oriente erant,
uti post bella Adelensia. Lusitani autem hoc nomen Africano Regi imponen-
tes, id non à Persis audiverant, ut Golio visum fuit, sed in Europa jam ex vetustis re-
lationibus perceperant, cum in Indiam illum quæsitum proficiscerentur: & ad Ha-
bessinorum Regem, cùm illum crucem gestare, & Christianum esse intellexissent,
malè applicaverant.
7 Sed ad *Bespierium* paulò ante memoratum redimus. Is super tot alias novam
& hucusque inauditam derivationem profert: *Preste-Ian dici*, ait, *Persicè quasi*
فرشته جهان *Freschteh-Iehan* i.e. *Angelum mundi*; sine ulla ratione vel causa, nisi
quòd dicat: *Magnum Mogolem adhuc se vocare* شاه جهان *Shah-Iehan* i.e. *Regem Mun-
di. Istum autem possidere bonam partem illarum regionum, quas olim Presbyter Iohannes
Asiaticus possederit, atque hinc verisimile evadere, quòd vocabulum* Jehan *ab illo usurpa-*
8 *tum retinuerit.* Quæ conjectura mihi nimis longè petita videtur; neque enim ap-
pellatio *Angeli* ad Regem bene quadrat: neque *Freschteh* sed *Preste* dicitur. Rectè
autem notat *Schindlerum*, qui in Lexico Pentaglotto sub voce כבא fingit: פרסת
Prest in lingua Persica significare *Regem* & באן *Apostolum*. Cætera, quæ optimus iste
Lexicographus hoc loco sine ulla ratione memorat, transmittimus.
9 Nulla igitur mihi convenientior & simplicior videtur hujus vocabuli exposi-
tio, quàm Clariss. Viri *Andr. Mulleri Greiffenhagii* Viri πολυγλωττοτάτου. Is mihi coram
dixit: Prester-chan idem esse ac *Adoratorum Chanum* sive *Christianorum Principem*,
q. d. der Bet-Fürste / Bet König. Cumque id post editam historiam meam li-
teris suis confirmaverit, illum hujus sententiæ autorem nunc libens profiteor.
10 Quippe illæ etymologiæ demum sunt optimæ, quæ non cum analogia linguæ tan-

 tùm,

(g) De Emendatione temporum Lib. VII. *In notis ad Computum Æthiop.* (h) In tracta-
tu de l'Estat present de l'Empire Ottoman. T. I. p. 91. 92. & 93. ad vocem *Prestre-Iean*. (i) In notis
ad Alferganum p. 89. lin. 4.

L. II. c. 1. tùm, sed etiam cum historia & natura rei conveniunt. Jam autem *Prester-Chanum* Num. IV. Christianorum Regem fuisse in locis supra memoratis satis diximus, & autores omnes agnoscunt.

N°. IV. Appellationes variæ & pleræque vanæ Regis Habessinorum] Quo fato Regi Habessinorum tot vana & pleraque absurda cognomenta indita fuerint, equidem nescio; Illa hîc ordine recensebimus, & si fieri possit, explicabimus.

Abecum apud *Volaterranum* occurrit, (k) qui falsi vocabuli falsam significationem profert, sic enim scribit: *In his finibus* Presbyter Johannes *consistit, quem* Abeeum *vocant, quod* ferratum *significat.* Ego vel *Abetum* scribendum puto, corruptum ex አቤቶ፡ 1

Abeto, *O Domine!* quomodo supplicantes, vel ministri castrenses eum invocant (l): vel አቤታችን፡ Abetachun, id est *Domine noster*, Gallis: Monseigneur. Sic enim Principes regii sanguinis salutantur. *Abitacon Zanes. Nipote dell' Imperatore Malac-Saghed* i. e. *Dominus Noster* Zanes, *Fratris filius Imperatoris Malac-Saghedi* scribunt *Pp. Soc. in Epist. An. 1622.* pag. 42. 2

c. 17. Amma. *Leonhardus* Rauchwolff *in itinerario suo* scribit: *In novi regni auspiciis nomen* David *Regibus Habessinorum imponi, eosque aliàs* Lederwyk: *A Persis vero* 3

V. §. 3. Amma *vocari.* Falsa planè sunt, & partim malè intellecta, ut supra in Procemio notavimus. Quid verò *Amma*, & ridiculum Lederwyk (Germanicæ terminationis vocabulum) sibi velint, cum maximè nescientibus nescio.

Atic-Labassi. Arabicum est حضغ العبشي *Hatheg-el Habashi*, de quo in Hist. Æth. II. 1. 25. *Asiclabassi* Ortelio. 4

Avic-Negus, quid sit *Aviè* nescio. *Eug.* Rogerius id habet, de quo infra n. 5. in fine. 5

Azegue *Acegus* nonnullis, est nostrum ሐጼ፡ *Hatzeghe.* Verùm non est ejus cognomentum, sed titulus honoris, ut Gallicum *Sire*, cum illum alloquimur. Hist. Æth. II. 1. 24. 6

L. 1. cap. 7. in fin. Beldigian. *Lud. Vrreta* hoc nomen refert, & dicit, quòd significet *Pretiosum super omnes res pretiosas*, reprehenditque *Damianum à Goez*, quòd ille, utpote Lusitanus, lectionem non rectè sciverit, & ex *Chian* fecerit *Iuan.* Vicem illi lepidè reddit B. Tellezius Lusitanus, quòd somniaverit nomen *Beldigian.* *Mas bem de* 7

L. 1. c. 1. p. 3. *balde se cansa com este seu Baldigian*, ait: h. e. *Sed satis frustra laboras cum hoc suo Baldigiano.* Acumen consistit in Lusitanico vocabulo *De balde.* Frustra.

Belulgian. Vide num. seq. Gian-Belul. ብርትዜዋን፡ Bertzewan. 8

Monstrosum hoc nomen Æthiopicè ita scriptum reperitur in *Johannis Fabri Malleo contra Lutheri Librum de Potestate Papæ Coloniæ 1524. impresso*; ubi tum temporis Æthiopicos characteres habere poterat (m). Is de Chaldæis in Asia ultra circulum æquinoctialem non longè à fluviis Geon & Nilo (*sic loquitur*) degentibus scribit: *Patriarcham habent, cujus nomen semper* Bert-Zewan, *secundum nostram prolationem* Preste-Johan, *qui &* ንጉሥ: *Negus* dicitur. Hæc ille ineptissimè. Sonat ferè ut Βαρσαβᾶν, Act. 1. 23. sed applicari nequit. Hæc & reliqua hujus autoris absurda ignorantiæ illorum temporum tribuenda, quanquam dicat, se ex Fratribus de provinciis istis Romam venientibus ista audivisse.

Cahan Vide infra: Presbyter *Cohan.* §. 15.

Elati, in *Commentario Albuquerquii* (n) legitur: *Habessini Presbyterum Iohannem non aliter vocant quàm* Elati, *idque significat* Imperatorem. Ego vocabulum 9

ሐጼ፡

(k) Lib. XII. Tit *Loca nuper reperta, &c.* (l) Hist. Æth. lib. 2. c. 18. §. 23. (m) *Tract. IV. p. 53. 6.* (n) *P. IV. c. 7. §. A Dalaca insula, &c.*

ሐፄ: *Hatzè* cum articulo Arabico *El* intelligi puto, q. d. الحضي *Alhathi* five Lib.II.c.1.
El-hatzè omiſſa aſpiratione *H.* & *th.* blæſo. Num.IV.

Fares ta-gian, &

Gian-Belul ſequente numero quinto exponemus.

10 Giochan-Belul. *Poſtellus in Coſmographia* ſcribit; *quòd ipſe ſic nominare audiverit Presbyterum Johannem*, ubi, quando, & à quo, non dicit. Certè non in Æthiopia, nec in compellatione Regis. Quàm ingratum eſt talia legere ſine ulla probabili circumſtantia! p.149.

11 Jonanas Arabicum eſt يونان Jonas, tanquam in honorem Prophetæ *Ionæ* ſic dictus. Ridiculè. Sandoval de Inſtaur. Æth. ſalute Lib. II. c. 30. §. 4.

12 Iuhanna, ſive Iohannes Ung. Iſta *Hornius* habet Introduct. ad Geographiam antiquam. Verùm non ad noſtrum Regem Habeſſinorum, ſed ad Aſiaticum Presbyterum Johannem applicat, igitur obiter tantùm id annotare voluimus. Sup.II.1.2. §.5.

Lederwnck / de quo paulo ante ſub *Amma*.

13 Mandimanza. Sic *Mandingenſes*, *Guineæ* populos Monarcham noſtrum vocare, eumque nunquam ſine aliqua honoris ſignificatione nominare, *Sandovallus ſcribit d. l.* ſed mihi nullatenus veriſimile videtur.

14 Preſter Jan, Prieſter Johannes; *Preſtre Iean* Gallis. Pape Jan *Belgis.* Prieſt John: *Anglis. Preſte Ioam*, vel tantùm *O Preſte*, tanquam κατ' ἐξοχὴν *Luſitanis.* De cujus vera Etymologia paulò ante dictum. At in Occidente Perſicæ Linguæ ignari hoc nomen finxerunt & refinxerunt, neque tamen ullum *Presbyterum* neque *pretioſum Iohannem* ex eo exſculpere potuerunt; ut numero præcedente diximus. Quidam tamen id defendere conati ſunt, eò quòd crucem Epiſcoporum more gereret. *Sandoval. d.* §. 4. Alii, cum ſatis intelligerent, Presbyteri titulum Regi ſeculari, qui nulla ſacra tractaret, minimè convenire, ex *Presbytero* formaverunt *Pretioſum Iohannem*, de quo mox. Multi adhuc corruptiùs ſcribunt Preſteganum, neſcio cur. Hotting. Topograph. Eccles. cap. V. §. 2. p. 127. N. 3. §. 20.

15 *Sebaſtianus Munſterus* peritiam linguæ Hebraicæ hîc malè applicat, dum in *Grammatica ſua Chaldaica* ſcribit: *Abaſſini ſub potentiſſimo Rege vivunt, quem vulgò* Presbyterum Johannem *vocant, aut quod magis crediderim* p.15.

Presbyterum Cohan, ſcil. כוהן *Cohen* Hebr. *Sacerdos* eſt. Itane bonus ille vir putavit, hoc idem eſſe ac ſi quis diceret: Der Prieſter (ſive *Le preſtre*) *Sacerdos.* Sicuti Itali Ætnam hodiè vocant: *Il monte Gibello*, q. d. der Berg Mons.

16 Ætna enim κατ' ἐξοχὴν جبل Gebel *Mons* Arabicè à Saracenis dictus fuit. Ex hac Sebaſtiani Munſteri ſententiâ profectum eſſe puto, quòd *Theodorus Biblіander* in epiſtola quadam familiari ad Ambroſium Blaurerum (o) ſcripſit: *Se per negotiatores Indiæ comparare ſibi voluiſſe Biblia Æthiopica ſive Chaldaica Chriſtianorum qui ſub* Cahan *degunt.* Simpliciter *Cahan* pro Hebr. *Cohen* vel *Cahen* Chaldaico dicere voluit, ne tam ineptam Tautologiam cum Munſtero committeret.

17 Preſte. *Presbyter* ſimpliciter, & quaſi κατ' ἐξοχὴν dicunt Luſitani, O Preſte ut paulo ante monuimus; non addentes Joàm *Iohannes*, cùm in navigationibus ſuis de hoc rege loquuntur.

18 Preto. *Niger* Luſitani quidam ex Prete fecerunt, illumque vocaverunt *Preto Joàm, Nigrum Iohannem*, quòd ſcilicet colore *niger* eſſet ille *Dominus Iohannes. Cornel. à Lap. Numer. XII.* Alii adhuc ſtultius

19 Pedro Juan, i. e. *Petrus Iohannes*, tanquam binominis eſſet. *Paulus Guicius in Lexico*, & *Bellef. in Coſmographia* allegante *Sandovallo L. 2. c. 30. §. 4.*

20 Pretioſus Johannes. Hoc titulo ſummus Pontifex ſemel uſus eſt, nolens

(o) Hottingerus in Dedicatione Hiſtoriæ ſuæ Orientalis Tiguri An. 1660, impreſſæ.

Lib.II.c.1. lens imitati *Alexandrum III.* qui (referente *Baronio ad annũ 1177. n.32.*) illi ſcripſerat:
N.V.&VI. *Sacerdotum ſanctiſſimo*, de quo egimus in Hiſtoria noſtra. Iſtum *pretioſi* titulum mor-
L. 3. 9. 6. dicus defenderunt nonnulli, ne Pontifex erraſſe videretur, ut in *Hiſt. Æthiopica* dixi-
h.c. §. 20. mus. Confinxit illum *Tzaga-Zabus*, vel ejus interpres in ſæpius exploſa *Confeſ-*
ſione ſua. *Quod ſi libet*, inquit, *ſciſcitari de cognomine noſtri Imperatoris, is ſibi perſua-*
ſum habeat illum perpetuò appellari Pretioſum Iohannem, *& non* Presbyte-
rum Iohannem, *ut hic* [in Luſitania] *falsò paſſim jactatur. Scribitur enim noſtro*
ſermone Iohannes Belul h.e. Iohannes pretioſus, *ſive* altus, *& in Chal-*
daica lingua ſcribitur Iohannes Encöe, *id ſi interpreteris, etiam Iohannis pre-*
tioſi ſive *alti* ſignificatum habet. Quæ futilia prorſus atque falſa ſunt, nec cum
genio linguæ convenientia. Ridiculum verò eſt quod ex ጃን: *Ian* (lege Gallico
more, & Polon. ʒan) *Rex* Amharicè faciat *Iohannem*. ዕንቍ: *Enkue, Gemma*, ſub-
ſtantivum eſt, nec pretioſum ſignificat.

Senap, Senapus. Hoc nomen habet *Vincentius le Blanc* (p) ex *Arioſto* de- 21
ſumtum, cujus verſus ſupra retulimus. (q) Cujus autem linguæ vel ſignificationis
ſit, vix quenquam dicturum arbitror.

Talac. Vid. num. ſeq. in fine.

Unad-Chan. *Hornius* habet ſup. N. 3. §. 5 hujus libri. Quid autem ſi-
gnificet, vel quomodo in vocabulum *Preſter-Chan* quadret, me latet.

§. 20. N°. V. Gian Belul] ጃን: *Ián* Amharicè (ut paulò ante diximus) *Regem*, 1
ብሉል: *Belul* verò *pupillam* [minimè *altum*] ſignificat. Has voces ita combina-
vit *Tzaga-Zabus in Conf. fidei Æthiopicæ* q. d. *Rex pupilla*. Sed nunquam Rex ſic com-
pellatur, niſi cum ſupplices has voces ingeminant ጃን: ኮዬ: ብሉል: ኮዬ: *Ian,*
L. 2. 18. 18. *choi, Belul choi* i. e. *Rex mi*, pupilla mea! exclamantes, ut in Hiſtoria noſtra diximus,
& infra N. 62. hujus libri repetemus.

L. 2. 7. 53. Faras-ta-gian] *Tzaga-Chriſt impoſtor* (de quo in *Hiſtoria noſtra*) vel qui- 2
dam illius conſcius impudentiſſimè confinxit vocabulum hoc. Nam in fictis in-
ſignibus (r) in medio pinxit *Leonem equo inſidentem*, imperitiſſimè ſcribens: *Pha-*
rez equum: *Gian* (lege Gallicè Ján) Leonem: & *Ta*, *ſub* ſignificare, atque inde fa-
ctum, quòd Imperator Æthiopiæ *Pharez-ta-gian*, *Equus ſub Leone*, (pulchro ſcil.
cognomento) appellaretur. Sed omnia protervè confictæ ſunt. Nam Reges Æ-
thiopiæ nunquam tale nomen geſſerunt: ፈረስ: quidem *equum* ſignificat, ጃን:
verò *Regem* non *Leonem*, & ተ: *Cum* non *ſub*, ita ut ፈረስ: ተጃን: *Faras-ta-Ian*
Amharicè idem ſit ac *Equus cum Rege*.

Eugenius Rogerius Miſſionarius Barbariæ, homo ſimplex, in *deſcriptione Terræ* 3
ſanctæ (s) his quisquiliis fidem habens, illarum quoque cauſas reddit tam lepidas,
ut exſcribere pigeat; & quaſi non ſatis nugarum eſſet, mox ſubjicit: *Iſte* Pharas-ta-
Jan *quem Æthiopes vocant* Talac, *ſive* Avic Negus &c. En tibi rurſus nova cogno-
menta fabuloſa, quorum origo & ſignificatio pariter ignorantur.

N°. VI. De compellatione Regis titulo ሐፄ: Hatze & 1
ንጉሥ:] Verum Regis Habeſſinorum cognomentum in hiſtoria noſtra dedimus.
Alia nomina ſeſe offerunt in Hiſpania illuſtrata (t), quæ propter malè expoſitum
vocabulum ሐፄ: etiam examinanda ſunt. Dicitur ibi pag. 1278. *quatuor nominibus*
Reges Æthiopiæ appellari.

Belul-gian, quod ſupra n. 5. exploſimus.

ሐፄ: *Hatze, cum in ſede Davidis collocatur*, idque ſignificare *electum* ſeu *ſpon-* 2
ſum. Quaſi verò hæc eſſent ſynonyma. Talem ſignificationem neque in Lingua
Æthio-

(p) In itinerario ſuo ſtatim ab initio & in fin. (q) Lib. I. c. 8. n. 66. §. 7. (r) Quæ repe-
riuntur poſt titulum mendaciſſimi libelli: Les eſtranges evenements du voyage de Zaga-Chriſt, &c. Cujus
mentionem fecimus in Proœmio §. 43. (s) L. 2. tract. de Habeſſinis p. 197. (t) Ex Libello Maria-
ni Victorii Inſtitut. Ling. Æth. Romæ 1552. in 4to. ut videtur, deſumta.

Æthiopica neque Amharica teperio. ኀዛየ: Hazaya Æthiopicè quidem ſigni- Lib.II.c.1.
ficat: *donationem propter nuptias ſponſo dedit* [ſponſa]; ኀዛ: verò nuſpiam *Sponſum*, & N. VII.
vana ſunt reliqua.

3 ንጉሥ: Negus, *cum coronatur*. Statim ac anteceſſot ejus moritur *Negûs* à ſuis appellatur. Ñam Habeſſini æque ac Galli gloriati poſſunt: *Le Roy ne meurt pas.*

4 መሲሕ: Meſich, h. e. *Meſſias, cùm vertex illi in modum coronæ abraditur.* Quæ cuncta valde frivola & vaniſſima ſunt, neque *Tellezius*, qui coronationem Re- p.297.a.
gum accuratè deſcribit, quicquam hac de re habet.

Nº. VII. Rex Æthiopiæ apud veteres Arabes vocatur النجاشي
Nagiashi: ab Æthiopico ነጋሢ: Amharicè ነጋሽ: Nagash, ut
1 olim Reges Ægypti Pharaones] *Nagiashi*, ut Arabes, vel *Nagaçi*, ut Æthiopes nunc efferunt, antiquum fuit Regum Æthiopiæ cognomentum. Hoc ſenſu legitur in verſione Antiochena Pſalterii (u), Pſ. 71. 8. & 73. 15. & 86. 4. Sed ſciendum eſt, titulum iſtum non Imperatoribus Habeſſinorum tantùm, ſed etiam aliis Æthiopum Regibus tributum fuiſſe, imo devictis iſtis, certarum regionum Proregibus reli-
2 ctum fuiſſe; ut in Hiſtor. noſtra diximus. Quod apprimè tenendum, quum apud Lib.II.17.5
ſcriptores Arabes in Hiſtoria Muhammedis legimus, quòd Coreiſhitas fugiens ſe recepetit ad النجاشي الحبشة *Nagashium Regem Æthiopum*, uti habet autor Arabicus *Iſmael Shahinshach* Parte I. in capite quod agit ذكر الهجرة الاولي *de narratione Hegiræ* [ſeu fugæ] primæ Muhamedis (x). Quo loco cave ne accipias de Imperatore Habeſſinorum in Africa, quo Muhammedes nunquam venit, ſed de Rege Æthiopum Arabico, qui devictis Homeritis ſucceſſit. Etenim ſucceſſores Aretæ ſub Imperatoris Æthiopiæ clientela rerum in Arabia felici potiti ſunt, donec Mu-
3 hamedi ſe ſubjicerent. Atque iſta etiam faciunt ad explicationem Abdelbakidis à Seldeno allegati, de quo nos infra Lib. II. c. 4. n. 22. agemus. Craſſus error eſt in Giggæi Lexico Arabico Mediolanenſi, in quo *Nagashi* exponitur *Rex Aſſyriorum.*

4 Alia ratio fuit antiquorum Ægypti Regum, qui ſoli nomen Pharaonis poſſederunt. Quid hoc olim ſignificaverit, inter doctos diſquiritur. Joſephus (y) ſcribit: *Pharaonem ſignificare Regem.* *Bochartus* ad locum *Ezech. c. 29. 3. 4.* (z) ex Lexico Arabico *Elcamus* tradit, *Pharaonem ſignificare Crocodilum*, ſed id mihi Rege parùm dignum cognomentum videtur. Tertia ſententia Andreæ Mulleri Greiffenhagii ſupra laudati veriſimilior eſt, qui literis ad me datis *Pharao dici* ait *pro Phar-ot*; *eſſe enim vocem compoſitam & ſignificare* Patriæ patrem, *ſicut* Phar-muth *Patriæ matrem*, quæ curioſis dijudicanda relinquimus, nam alterius ſunt loci.

5 Habent aliàs Reges ſua inter gentes epitheta perpetua, quæ in gratiam lectorum ex Berneggeri Indice in Juſtinum hic exſcribemus. *Regum Ægyptiorum*, inquit, *nomen eſt Ptolemæus*: *Æthiopum Reginarum Candace* (teſtibus Act. Apoſt. 8. 27. Plin. 6. 29. f.) *Albanorum Silvius.* (Livius Lib. 1.) *Regum Cappadocum Ariarathes. Gothorum* (teſte Calvino in Lexico Jurid. voce Flavius;) *Flavius. Indorum Taxiles*; (teſte Curt. 8. 12. 23.) *Paphlagonum Philæmenes.* (37. 4. 8.) *Parthorum Arſaces*, (41. 5. 6.) *Ponticorum Mithridates & Pharnax. Romanorum Cæſar & Auguſtus* (41. 5. 9.) *Syrorum Adadus*, teſte Joſepho antiquit. Lib. 7. c. 6.

1 Nº. VIII. Duplex nomen eſſe Regibus Æthiopiæ, nimirum baptiſmatis & regni] Nomen baptiſmatis à parentibus imponitur, nec differt à nominibus privatorum, quæ Æthiopes cum Græcis vel Hebræis communia habent inter Chriſtianos uſitata: At Æthiopica nomina plerumque ſunt ſignifica- L.4.c.3.
2 tiva, ut in *hiſtoria noſtra* docuimus. Nomen verò regni, quod illis à caſtrenſibus acclamatur, aliquid regiâ dignitate & magnitudine dignum denotat; ut:

ኢዮሳስ:

(u) Impreſſa eſt Romæ Arabicè & Latinè in 4. An. 1614. (x) Allegatur ab *Abrahamo Ecchellenſi P. II. Eutychii vindicati cap. 27. pag. 553. & ſeqq.* (y) Antiq. Judaic. *L. VIII. c. 5. al. c. 2. n. 6.* (z) *Part. II. L. V. c. 16. p. 795.*

Lib. II. c. 1. N. IX. X. XI. & XII.

አድማስ፡ ሰገድ፡ *Adamas venerabilis.* Cognomentum Menæ Regis.
ስልጣን፡ ሰገድ፡ vel መልክ፡ ሰገድ፡ *Sultanus* i. e. *dominator vel Rex venera-*
bilis. Cognomen Susnei & aliorum Regum.
አጽናፍ፡ ሰገድ፡ Venerabilis usque ad fines terræ. Cognomen Claudii R.
ዐቃቤ፡ አድያም፡ ሰገድ፡ *Conservator finium* [regni] *venerabilis*, quem titu-
lum hodiernus Imperator Æthiopiæ gerit.
Cognomentum ዕንቍ፡ ሰገድ፡ *Gemma venerabilis*, quod Tzaga-Zaabus in 3
Confessione sua fidei Davidi imposuit, alibi nuspiam reperi, sed pro eo ወናግ፡ ሰገድ፡
quod *Claudius* Rex *Davidi* Patri suo in *Confessione sua* tribuit.

L. 2. 7. 53. N°. IX. De impostoris Tzaga-Christi epistola ad D. Wislengium Patavinum] De hoc impostore egimus in *Historia nostra.* Epistolæ, cujus 1
hoc loco mentionem feci, apographum possideo, descriptum ex originali, quod *D.*
Bangius Hafniæ Danorum anno 1661. ipse mihi ostendit, qui illud à *Wislenzio* accepe-
rat. Nomen suum Æthiopicè rectè scribere nescivit Tzagaxus; sic enim pravè
scriptum erat አነ፡ ፀር፡ ክርሥቶ፡ *Ego Tzer Christo* ር፡ pro ጋ፡ fecit, & ክ፡ in voce 2
Christos omisit. *Tzer* verò Æthiopicè *hostem* significat Tam iners pecus fuit; quia
eum scribere oportebat ፀጋ፡ ክርስቶስ፡ *Donum Christi.* Alia autem manu subscri-
pta erant hæc verba Italicè: *Zaga Christo, Abdel-mesih Principe di Ethiopia Haba-*
scino. Plane nihil memoratu dignum continet, alias eam cum Lectore communi-
cassemus.

N°. X. Helenæ epistola ad Regem Lusitaniæ sine ullis titulis exarata] Titulum illum Regis Æthiopiæ *Davidis* magnum, qui vulgò circum- 1
fertur, imitatione Europæorum confictum fuisse, in historia nostra retulimus. Epi-
stola *Helenæ*, cujus h. l. meminimus, impressa extat in *Historia Legationis Matthæi Arme-*
nii ad *Emanuelem Lusitaniæ Regem* Legati, de quo egimus in Prolegomenis § 9. Re-
peritur etiam in Itinerario Alvarezii, ejusque versionibus omnibus, & incipit: *In no-*
mine Dei Patris, Filii, & Spiritus S. unici Dei in tribus personis &c. Sequitur salutatio
& votum, & tandem ipsa epistola nullis titulis ornata. Idem observatur in Epi- 2
stolis sub initium hujus seculi ad *summum Pontificem & Regem Hispaniæ* datis, ut & in
epistola Regis Habessinorum ad *Gubernatorem Indiæ Orientalis de anno 1671.* quam in-
fra N. 36. hujus libri cum lectore communicabimus. Quæ sufficere poterunt 3
pro confirmanda assertione nostra, titulum illum magnum Davidis fuisse confictum
ab iis, qui inani hoc fastu dignitatem aliquam primis illis epistolis in Europa produ-
cendis conciliare voluerunt.

N°. XI. Summus Pontifex à Rege Habessinorum Patriarcha Romanus vocatur] Initium Epistolæ regiæ *Malac-Saguedi* ad Pontifi- 1
cem Romanum in *Historia nostra ex Tellezio* lectori dedimus. Ille habet Lusitani-
cè : *A o santo Papa de Roma.* Sed certum est Æthiopes Papam non aliter salutare
quam ሊቀ፡ ጳጳስ፡ ዘሮምያ፡ i. e. *Patriarcham Romanum.* Nomen majus in 2
Hierarchia Ecclesiastica non habent, nec aliter ab Arabibus Christianis vocatur
quam بطريرك رومية *Patriarcha Romanus*; ut infra l. 3. c. 7. n. 80. hujus Commen-
tarii trademus.

N°. XII. Quare Rex Hispaniæ in literis Regis Habessinorum vocetur Rex Regum?] *Tellezius*, ex quo titulos istos desumsimus, sic 1
orditur literas suas:

Carta enviada do Emperador de Ethiopia N. N. a o Emperador de Hespanha N. N.	Epistola missa ab Imperatore Æthiopiæ ad Imperatorem Hispaniæ.

Scilicet Æthiopicè ንጉሠ፡ ነገሥት፡ idem est ac *Rex Regum* i. e. *Imperator*, quem 2
titulum cùm Rex Æthiopiæ sibi arrogaret, æquum erat, ut eum vicissim Regi
Hispaniæ tribueret.

N°. XIII.

N°. XIII. Quæ ratio epiſtolarum ſit apud Habeſſinos?] L. II. c. 1. N. XIII. & XIV.

1 De ratione ſcribendarum epiſtolarum linguâ Æthiopicâ integram diſſertationem conſcripſimus, quæ in altera Grammaticæ noſtræ Æthiopicæ editione publicè com-
2 parebit. Specimen earum jam ſupra dedimus in Proœmio: ubi ſtudioſus lector ex literis Gregorii obſervare poterit, cruce inſigniri epiſtolas cum inſcriptione nominis Salvatoris noſtri hoc modo: XIII. §. 28. & ſeqq.



Latinè ſic expreſſeris:

3 deinde ſtatim ſequi nomen ſcribentis cum ſalutatione, poſtea exordium. In quo ſæpe Rhythmico(a) & Habeſſini & reliqui Orientales omnes præcipuum ornatum literarum ſuarum ponunt; ut quanto elaboratius hoc ſit, tanto elegantiorem putent epiſtolam; adeoque in eo omnem ſuam eloquentiam & artem ſcribendi conſumant; ut pluribus in diſſertatione ſupradicta docebitur.



COMMENTARIUS

Ad Lib. II. Cap. II.

1 N°. XIV. De catalogo Regum Æthiopiæ] Catalogum *Mariani Victorii Reatini* in Hiſtoria noſtra ſprevimus. Idem mendoſiſſimè impreſſus digno loco extat, ſcil. poſt hiſtoriam fabuloſam Tzagaxi, de quo paulo ante. L. II. n. 9. *Duretus in hiſtoria de l' origine des langues de cet Univers* (b) confundit veteres Æthiopes, quorum Homerus mentionem fecit, cum noſtris Habeſſinis, atque eundem Catalogum deſcribere incepit, ſed mox bene ſubjunxit, quòd *Gilb. Genebrardus in ſua Coſmographia* eum pro certo non agnoverit.

2 Mirum quòd *Hieronymus Vecchietti Florentinus* à ſimplicioribus quibusdam Habeſſinis Romæ perſuaſus, illum, (emendatis tamen quibusdam nominibus) magnifico *operi ſuo Chronologico, Auguſtæ Vindelicorum anno 1621. impreſſo*, inſeruerit. Sed in tractatione ipſa poterat illi venire in mentem, vitioſa eſſe & nomina & annos,
3 cùm triginta ſeptem Regibus tribuerit trecentos & quindecim annos, egregio ſcilicet invento alternatim uni octo alteri novem annos aſſignans. Nimirum ab imperitiſſimo homine *Catalogus* ille compilatus fuit, qui nomina in diſperſis chartis reperta pro diverſis habens, pro lubitu mirificè confercivit. Nam *Abram* & *Azba* fratres, quos n. 64. habet, & *fidei illuſtratores*, [rectiùs conditores] vocat, iidem ſunt, qui n. 107. & 108. አብርሃ: ወአጽብሐ: *Abreha & Atzbeha* vocantur. Plurimi ſequentium bis ponuntur, adeò ut ſi *nonaginta novem* omnino fuerunt *Reges* Æthiopiæ (*ut Tellezius veriſimiliter ſcribit*) ex vitioſiſſimo hoc Catalogo LXXII. L. I. c. 27.
4 ut ficti vel bis poſiti planè ſint expungendi. Ut taceam Vecchietti *ſynchroniſmos* pag. 69. *pravos*, qui ex tam falſo principio aliter prodire non poterant, quam falſiſſimi. Is enim modò dictos Reges Religionis Chriſtianæ inſtauratores n. 65. collocat in annum Chriſti 436. Cum tamen regnaverint circa annum 330. *Calebum* n. 117. in annum 949. qui tamen floruit circa annum Chriſti 552. Plura addere piget, ramperversè omnia tradita ſunt.

(a) Uti videre eſt ex literis Gregorii Æthiopis ad Erneſtum Saxoniæ Ducem ſupra in Proœmio XIII. § 4., lit. E. & Regis Aſ-Saghedi hic in Commentar. Lib. II. c. 7. n. 36. nec non Helenæ Æthiopiæ Reginæ ad Emanuelem Luſitaniæ Regem apud Alvarezium. (b) *Iit, du Royaume d' Ethiopie* pag. 573.

Lib. II. c. 2. Num. XV. & XVI. N°. XV. De aliis Regum catalogis in diversis regnis confictis] Tales catalogi, affectatâ antiquitatis gloria, passim visuntur apud incautiores Chronologos vel Historicos. Plerosque intulit *Ioh. Henr. Alstedius* in suum *thesaurum Chronologicum*. (c) Quod in hoc viro miramur; nam quidquid illi occurrit vel à viris claris, vel ab obscuris relatum, promiscuè transcribit. Exemplum tantùm esto 1
pag. 229. *Dynastia Ducum Burgundiæ* ex Magistro Emondo de Dynter, cujus stirpis *Priamum Trojanorum Regem* autorem facit. Eâdem operâ & sine ullo probandi onere potuisset aliquos Priami majores usque ad Noachum recensere. *Bertium* laudat, qui in 2
pag. 233. Germania sua *Sueciæ Reges à Magogo* [cur non potius à Noacho ipso] deducit, cum tamen *Iohanni Magno* gloria hujus inventionis debeatur.

Cæterùm Alstedius, cum aliàs non sit obesæ naris, totaque *Encyclopædia* animum ejus versaverit, bene dijudicare potuit, aliquot Ægyptiorum dynastias esse prolepticas imò fictitias, & tamen non potuit cognoscere fraudem *Iohannis Annii Viterbiensis monachi*, omni probro digni, qui multis eruditorum offuciis suis imposuit, dum fictum suum *Berosum*, tanquam infimæ antiquitatis monumentum pro- 3
c. 21 p. 207 duxit, & Commentario suo scilicet illustravit. Eum enim Alstedius passim sequitur, speciatim in consarcinata *Regum Germanorum Chronologia*, quos tanquam valdè certos enumerat, & inter eos postremum esse *Alemannum* scribit, quem Berosus retulit. Plura hujus vanitatis exempla, è seculis obscuris originem trahentia, & cuivis facilè obvia, referre piget. 4

COMMENTARIUS

Ad. Lib. II. Cap. III.

N°. XVI. כוש Cusæi Arabes] Rectissime docet Bochartus in suo Phaleg Lib. 4. cap. 2. per כוש *Cush* intelligi regionem Arabiæ Palæstinæ vicinam: atque *Cusæos* eosdem esse cum veterum *Scenitis* & *Saracenis* recentiorum. Putat autem *LXX. Interpp.* & qui eos magno numero sequuntur, *Philonem*, *Iosephum*, *Eusebium*, *Hieronymum*, aliosque complures in magno errore esse, quòd regionem *Cush* pro *Æthiopia*, & כושים *Cusæos* pro *Æthiopibus* habuerint, cùm fuerint Arabes. Nimirum Bochartus nullam aliam in mente habuit, quàm Æthiopiam propriè dictam in Africa sitam. Propterea locum Jeremiæ XIII. 23. reddit: *An mutabit Cusæus pellem suam, & pardus maculas suas*; non animadvertens, quòd jam tum temporibus Jeremiæ nomen nationis speciale *Cusæorum* apud *Iudæos*, uti *Maurorum* apud *Europæos* ad omnes nigri coloris homines transierit, ut Lib. I. c. 1. n. 17. §. 6. indicavimus, & infra §. 27. repetemus. 1 2

L. 2. c. 7. p. 85. In eadem sententia fuit *Matth. Beroaldus*, qui in *Chronico suo* scribit: *Regionem Chus crediderunt interpretes sacrorum librorum Æthiopiam, magno errore & supinitate non ferenda eorum, qui tractarunt ea quæ ad Chorographiam pertinebant Sacræ Scripturæ, qui, quod primùm audierunt, statim arripuerunt tanquam verum.* Sic loquitur. Addit rationes quibus evincere conatur, *Cush* malè & perperam reddi Æthiopiam, cum sit pars Arabiæ: & *Cusæos* malè Æthiopes, cum sint Arabes. Deinde Lib IV. c. 6. 3
p. 233. ait: *Chus notus est ex multis Sacræ Scripturæ locis, in qua frequens est mentio regionis* Chus, *& populorum* Chusæorum, *in quorum interpretatione plurimum erratum est* à Josepho & LXX. interpretibus: *item Latino interprete & cæteris ferè scriptoribus Ecclesiasticis, secutis erroribus* [sic scribit] *priorum. Nam Chus regionem ubique dixerunt* Æthiopiam: *&* Chusæos *interpretati sunt Æthiopes.* Mox vocat *inveteratum & supinum errorem* à Josepho *auctum & confirmatum mendaciis audacibus.* 4

(c) Cap. XXIV. & seq. Chronologiam habet regnorum hodiè florentium.

Contra

5 Contra *P. Benedictus Pererius Commentario in Gene* (d) ait: *Non* … *in* L. II. c. 3.
ducere in animum, ut credam, tot tantosque viros, non dico Philonem, Josephum, Hie- N. XVI.
ronymum *omnesque Hebræos juxta atque Christianos divinarum literarum tractatores, non hos dico, sed* LXX. Interpretes, *convertendis sacris literis summam, non sua tantum ætate & in Synagoga, sed multis seculis in Ecclesia autoritatem & venerationem promeritos: nec in Palæstina tantum, verum in Ægypto cum ipso Rege Regnique proceribus magnâ sapientiæ existimatione laudeque versatos, hos dico, vel ignorasse, quænam regio & gens nomine* Chus *in sacris literis significaretur, vel nescivisse, ubinam terrarum ea provincia & gens locata esset, quodve discrimen vicinorum Arabum atque remotissimorum Æ-*
6 *thiopum esset.* Postea totam disceptationem distinctione discutit. *Constare enim* dicit, *duplicem fuisse Æthiopiam, alteram Orientalem: Occidentalem alteram, Arabico sinu disclusas. De illa loqui S. Scripturam, de hac minime.* Ait porro: *Hanc distinctionem Æthiopiæ non ego finxi ex meo sensu, sed ex optimis autoribus expromsi, illam primus* Homerus *induxit*, bipartitos faciens Æthiopes ad Ortum & Occasum spectantes, *quam distinctionem postea confirmavit* Herodotus, *eandemque præstantissimi Geographi* Strabo & Plinius *confirmarunt.* Hæc ille.

7 Eruditissimus *Bochartus* accuratissimi judicii vir, eadem quæ *Beroaldus* animo d. Lib. IV.
agitans, multus est in operosâ demonstratione כוש *Cush* Hebræorũ non esse Æthio- cap. 2.
piam, sed Arabiæ regionem (e) ac eam ob rem fortiter contradicit omnibus aliter sentientibus, quos supra retulimus; quæ hi ajunt, ille negat. Ex. gr. *Mosis uxor* Cu-
siis *non est Æthiopissa mulier, sed Arabica.* פטדה כוש Pitdhach-Cush, *non est Æthiopica Topazius, sed Arabica.* כושי Cušæus, *qui non mutat cutem suam* Jer 13.23. *Non est Æ-*
8 *thiops sed* Cušæus *vel Saracenus.* Et sic ex mente Bocharti pari modo respondendum esset omnibus veteribus autoribus *Theodoreto, Theophani, Procopio Gazensi, Stephano* & aliis. *Sabæi & Homeritæ non sunt Æthiopes* (id enim ex usu sui temporis di-
9 cunt) (f) *sed Arabes*; quod sanè periniquum foret. Bochartus non videtur vidisse vel legisse Beroaldum eique contradicentem Pererium, neutrum enim allegat, neque istius distinctioni respondet, quin potius scribit (g): *Nisi quis aliam Æthiopiam in Arabia sibi fingat, quod unum habent quod regerant Augustinus & Theodoretus.*
10 At mihi veteres S. Scripturæ interpretes legenti, & priscorum disputationes in divisione terrarum reputanti, jam olim in mentem venit, non errore, aut veri situs ignoratione, sed more & stylo illius seculi Cušæos Arabas à Septuaginta interpreti-
11 bus aliisque veteribus auctoribus Æthiopes dictos fuisse. Æquè enim ac Pererius opinari non poteram LXX. interpretes in viciniâ degentes, & copiam habentes virorum ex Æthiopia crebrò venientium & illuc proficiscentium, tam supine vocabulum hoc vertisse, ut ipsi per כוש *Cush* intelligerent *Æthiopiam Africanam* supra Ægyptum ex qua Nilus profluit: atque post eos tot claros viros eundem errorem erravisse.
12 Sed postquam Pererius in manus mihi venit, operæ pretium mihi visum fuit, paulò altiùs in hanc controversiam inquirere, & autores, quos ille laudat, evolvere.
13 Quod ad *Homerum* attinet, quem ille primo loco nominat, reperi quidem illum, dum Ulyssis profectionem in Æthiopiam narrat, *Æthiopes in Orientales & Occidentales* divisisse his versibus: Odyss. A. v. 23.

Αἰθίοπας τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν
Οἱ μὲν δυσομένου ὑπερίονος οἱ δ᾽ ἀνιόντος.

[Ad] *Æthiopes qui dupliciter dividuntur; ultimi hominum;*
Alii quidem ad occidentem Solis, alii ad orientem.

Sed nec partem terrarum, nec regionem eorum nominat, ideoque interpretes illius inter se discordant, quomodo divisio ista sit accipienda.
14 *Plinius* Africanam tantùm Æthiopiam intellexit; nam nominatis aliquot A- L. 5. c. 8.
fricæ populis, hæc verba subjungit: *Verissimâ opinione eorum, qui desertis Africæ duas Æthio-*

Ff 2

(d) *Lib. III. ad cap. 2. Gen. v. 11 & Lib. XV. ad Gen. c. 10. v. 6 n. 32* (e) Illud antiquo & proprio sensu verum est, nam Cušæi Arabes sunt. Vide Targum Jonathæ. (f) In hoc Comment. L. 8. c. 1. n. 15. seq. & n. 20. §. 1. 2. (g) d. Lib. 4. c. 2. §. Primo *Chusan, &c.* p. m. 38.

L. II. c. 3. N. XVI. *Æthiopias superponunt, & ante omnes, Homeri, qui bipertitos tradit Æthiopes ad Orientem Occasumque versos.* Ita loquitur; quasi notabile quidpiam esset, incolas alicujus regionis sine alia differentia in Orientales & Occidentales dividere.

Strabo quoque, cum variè & fusè de his Homeri versibus disseruisset, inter 15
L.1.p.m.33 alia docet: *Navigantes cùm ex mari rubro, tum Gadibus profectos renunciasse, utramque Africæ oram, tam Orientalem quàm Occidentalem ab Æthiopibus possideri.*

Τί ἂν ἄλογον inquit, εἰ καὶ Ὅμηρος ὑπὸ τοιαύτης ἀκοῆς ἀχθεὶς δίχα διῄρει τοὺς μὲν πρὸς ἀνατολὴν λέγων· τοὺς δὲ πρὸς δύσιν, τῶν μεταξὺ μὴ γνωριζομένων εἴτε εἰσὶν, εἴτε μὴ εἰσίν. | *Quid ergo absurdi.* [est] *si & Homerus hac auditione permotus bifariam divisit* [Æthiopes] *alios quidem ad Orientem dicens, alios vero ad Occidentem, illis qui inter utrosque sunt mediis ignotis,* [manentibus] *num sint, an non sint.*

Quamvis autem autores isti Pierium duplicem Æthiopiam asserentem non 16
juvent, siquidem nullam Asiæ faciant mentionem, & ipsa Æthiopia Africana in Orientalem & Occidentalem commodè distingui possit. Alii tamen perhibentur autores, qui Asiæ nominatim mentionem faciunt, ipsosque Arabiæ & Indiæ populos Æthiopes vocant. Ipse Strabo alibi sic loquitur, ut videatur divisionem Æthiopum in Africanos & Asiaticos agnoscere. Nam paulo inferius dicit

Οἱ γὰρ οὕτω λεγόμενοι Αἰθίοπες δίχα διῄρηνται φυσικῶς τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ. | *Ita enim dicti Æthiopes bifariam dividuntur naturaliter Arabico sinu.*

Hic autem Africam ab Asia sejungit. Idem alios fuisse scribit: *qui Æthiopiam in Phœniciam usque extenderint:*

Εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τὴν Αἰθιοπίαν εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς Φοινίκην μετάγουσιν. | *Sunt qui Æthiopiam in vulgo nobis dictam Phœnicen transferant.*

Ex quo cognoscitur, multos veterum etiam extra Africam Æthiopes censuisse. 17
Quin & ex Herodoto palam demonstrari potest. Is ducentis fere annis LXX. Interpretibus anterior, nationes in exercitu Xerxis militantes enarrans, Arabes & Æthiopes trans Ægyptum sub uno duce Arsame commemorat, nimirum Arabes propriè dictos, illisque contiguos Æthiopes armis, lingua, moribus pares, aliàs ab eodem Duce regi non potuissent. Istos non solum situ (orientis videlicet) sed & capillis ab Africanis distinguit his verbis L.7.c.70.

Οἱ μὲν γὰρ ἀπ' ἡλίου [ἀνατολέων] Αἰθίοπες ἰθύτριχές εἰσι· οἱ δὲ ἐκ τῆς Λιβύης οὐλότατον τρίχωμα ἔχουσι πάντων ἀνθρώπων. | *Qui à Solis* Oriente [col...] *Æthiopes, rectos capillos habent; qui verò ex Africa, crispissimam comam habent inter omnes homines*

Quòd autem de *Asiaticis* loquatur, statim addit, Οὗτοι δὲ ἐκ τῆς Ἀσίης Αἰθίοπες *Isti autem ex Asia Æthiopes* &c. *quo nihil clarius dici potest.*

Eusebius Cæsar. in Chronico Anno ab Abrahamo CCCXCVII. scribit: *Æthiopes ab* 18
Indo flumine consurgentes, juxta Ægyptum consederunt. Philostratus Lib. III. de vita Apollonii *Æthiopes* esse dicit: γένος Ἰνδικὸν *Gentem Indicam*, & Lib. VI. ἀποικίας τῶν Ἰνδῶν, *Coloniā Indorum.* Quæ loca supra (h) à nobis citata & explanata hîc rursum allegamus, ut constet, veteres non tantùm in Africa sed & in Asia quoque Æthiopes statuisse.

Cæterum divisio ista in Asiaticos & Africanos Æthiopes ex plurimis aliis auto- 19
ribus Græcis comprobatur, qui *Sabæos* seu *Homeritas*, notissimos Arabiæ populos *Æthiopici generis* esse prædicant. De iis *Stephanus de Urbibus* scribit: Ὁμηρῖται ἔθνος Αἰθιόπων, *Homeritæ gens Æthiopum* (i)

[*Luc. Holstenius* quidem in not. & castigat. in d. Stephanum pro *Æthiopum* legendum censet *Arabum*; sed sine causa, quia tot alii Autores Homeritas, seu quod idem est Sabæos, Æthiopes vocant. Videatur Historia S. Aretæ infr. N. 22.]

L. 22. §. 3. Idem dicit *Theophanes Byzantius apud Photium*, de quo sopra. *Theodoretus in quæst.* 20
XXII. Num. XII. Σαβα ἔθνος Αἰθιοπικὸν ἐστι. *Saba gens Æthiopica* est (k). Idem eodem loco

(h) Lib. I. c. 1. n. 19. §. 26. & 32. (i) Stephanus hanc ob rem immerito manifesti erroris arguitur a Jacobo Gothofredo in dissertationibus super Philostorgii Lib. III. c. 4. [illegible] Nam ille nititur autoritate Marciani in periplo A. & multos alios habet assertores. (k) [illegible]xos enim & Homeritas eosdem esse docuimus supra Lib. I. [illegible] n. 20. Illud nomen à Metropoli hoc [illegible] conditore gentis habuere.

loco: *Evangelistam scribere*, ait Βασίλισσα Αἰθιόπων ἀναστήσεται *Regina Æthiopum surget* &c. Lib. II. c 3.
In quo memoriâ lapsus non fuit, ut *Bochartus* putat (l), sed nomen generis pro spe- N. XVI.
21 cie ponere nihil referre putavit. Nam si verba ejus paulo accuratius perpendas, rationem quærere videtur, *cur Madianitæ dicti fuerint Æthiopes? quod scilicet vicini essent Sabæorum, qui & ipsi Æthiopes vocarentur.* Optime enim scivit, ubi Sabæi habitarent, eosque secundum stylum sui seculi rectissime descripsit, (m) quærens: Σαβαῖ ποῖον ἐστιν ἔθνος: Saba qualis gens est? Respondet: Αἰθιοπικὸν *Æthiopica*, addens:

Ἐντεῦθεν δὲ αὐτοὺς κεῖσθαι φασὶ τῆς θαλάσσης τῆς Ἰνδικῆς, ὀνομάζουσι δὲ αὐτοὺς Ὁμηρίτας, καταντικρὺ δὲ εἰσὶ τῶν Αὐξουμιτῶν, μέση δὲ τούτων κέχυται ἡ θάλασσα. Τούτων ἡ βασιλεύουσα ἡ θαυμασία ἐκείνη γυνὴ

Sitos eos esse ajunt citra mare Indicum. Nominant autem eos Homeritas, & sunt è regione Axumitarum. Inter hos autem & illos medium est mare. Eorum Regina fuit admirabilis illa fœmina &c.

22 Itaque verisimile non est, quod toties memoria lapsus fuerit Theodoretus, aut ex falsa imaginatione potius quàm ex recepto ævi sui usu scripserit. Eadem habet exscriptor Theodoreti *Procopius Gazensis Sophista ad Lib. 1. Reg. c. 10. 1.*

23 Secundum tot testimonia & sententiam illorum seculorum optimè conciliare possumus, quæ à tot autoribus de Æthiopibus in Asia, & speciatim in Arabia dicta fuerunt, ut planè absre dixerit Bochartus, in priscis autoribus alioquin versatissimus: *Nisi quis aliam Æthiopiam in Arabia sibi fingat.* Non enim opus est fingere, quæ
24 tot tantique scriptores disertè dicunt. Imo ex ipsa τῶν LXX. versione κατὰ τὸ βιαιον argumentari possumus contra Bochartum. *Quia Moysis uxor Madianitis Æthiopissa vocatur: Quia tentoria Æthiopiæ & pelles terræ Madian* [illegible] *censentur* Soph 3. 10. *Quia Ægyptus trans flumina Æthiopiæ ponitur* (n) *Quia Zarah* (הכושי) *Rex Æthiopum cum exercitu decies centenorum millium adversus Iudæos profectus est* 2. Paralip. 14. 9. Ea autem omnia non nisi in vicinam Arabiam congruunt, ideò non tantùm in Africa, sed & in Asia Æthiopiam quandam tempore LXX. Interpp. fuisse sequitur. Hæc
25 pro defensione illorum Interpretum sufficiant. Etenim nullus dubito, illorum tempore, imo diu ante, vocabulum *Cush* apud Hebræos ad omnes nigro colore infectos homines transivisse, ita ut interpretes illi, æquivocationis & proprii sensus (ut alibi sæpe) incuriosi, כוש Cush reddiderint *Æthiopiam*, & כושים Cushim *Æthiopes*, quòd tunc temporis communiter ita vocarentur; qui verò vel quales in specie essent, minimè soliciti.

26 Hoc solùm illis objici potest, quòd nomen illud proprium in generali significatione tunc consuetâ exposuerint, cum specialem Cusæorum in multis locis retinere debuissent. Veluti si quis in Sallustio *Mauros* reperiens, nomen hoc die Mohren Gallicè *les Mores* reddere vellet, cum die Maurer vel Mauritanier *les Mauritains* reddere deberet: vel vice versa die Mohren/*les Mores* in vernacula quadam Æthiopiæ Orientalis historia legens, Latine *Mauros* transferret. Illi enim exprobrari posset, quod Bochartus LXX. interpretibus facit: *Mauritaniam multis parasangis ab Æthiopia Orientali abesse.*

27 Idem accidit speciali nationis vocabulo Hebraico כוש Cush, quod vocabulo Latino *Maurus*, Mohr/ ut ad omnes homines nigros extenderetur. Si quid conjicere valeo, id jam tum tempore Jeremiæ Prophetæ factum, quia Cusæi etiam nigricantes erant, ut Bochartus rectè demonstrat, non picei quidem, sed buxei coloris, prout *Plinius* de Indis scribit. *A Gange, versa ad meridiem plagâ, tinguntur sole populi, jam quidem infecti, nondum tamen Æthiopum modo exusti.* Lib. 6. c. 19.

28 Inter Nigros sive Æthiopes Eutychius (o) etiam Cusæos refert: ut زارح ملك الكوش وهم السودان *Zarah Rex Cushæorum, qui & ipsi* [Æthiopes vel] *nigri* (p) sunt; Itaque sensu hoc generali à Ieremiâ dictum puto: *Num mutabit* כושי *Æthiops cutem suam*, adeò ut si aliud vocabulum pro Æthiope tunc temporis in usu fuisset, id ille procul dubio hìc adhibuisset.

 Ista

(l) Phaleg Lib. II. c. 26. & IV 2. p. [illegible]8. (m) Ad L[illegible] III. Reg. quæst. [illegible]3. (n) Confer ad hunc locum Biblia C[illegible]tica Matth. Poli. (o) In Annal. Alexandrin. I[illegible] t. [illegible] p [illegible]90 [illegible] gritæ, ut Seldenus reddidit.

Lib. II. c. 3. Ista hujus vocabuli acceptio generalis apud Judæos usque in hunc diem durat. 29
N. XVI. Etenim Judæi Æthiopem seu nigrum hominem non aliter ac כוש *Cush* reddere pos-
sunt. *Benjamin Tudelensis* Æthiopiam & Æthiopes designare volens, aliud voca-
bulum non habuit. Imò ipsum proprium כוש *Cush* in appellativum muraverunt.
Nam יין כוש *vinum nigrum* vocant, & per שחור exponunt eodem prorsus modo ac
L. n. 17. §. 4. Græci hodierni vocem Μαῦρος *Maurus* pro Adjectivo *Niger* usurpant, ut supra in-
dicavimus.

Tantum de veteribus interpretibus, qui vel Æthiopiam in Asia nobis repræ- 30
sentant, vel vocabulum כוש Cush in genere pro Æthiope sine nationum differen-
tia accipiunt. Quæ cuncta prolixè à nobis exponenda fuerunt, non solùm propter
LXX. Interpretes, & controversiam occasione illorum inter viros clarissimos natam:
sed etiam, ut nostram de Æthiopum nostrorum ex Asia in Africam migratione
sententiam huic velut fundamento superstrueremus (q), alios veteres autores simul
declarantes & conciliantes.

Verùm enim verò si qui fortè sint, qui per Æthiopes veteris Testamenti in- 31
telligant Africanos: vel hoc nostro tempore Hebræorum כושים in sacra Scriptura
repertum, in linguis vernaculis ubique reddere velint *Æthiopes*, *Mores*, Mohren/
& non potius, ubi res poscit, *Cusæos* Cuschiten & das Land Cusch/ illi certe hic il-
lic notam erroris vel ignorantiæ, vel incongruæ versionis effugere non poterunt. Non
enim genus ponendum est, cum speciem ejusque certum nomen scimus; quod so-
lum LXX. Interpretibus in usu vocis Æthiopiæ objici posse diximus.

Quo loco ante omnes perstringendus nobis est Josephus antiquitatum Judai- 32
carum fabulator sæpius quàm historicus,

> [Ita judicant de eo viri eruditissimi. *Bochart. Phaleg L. II, c. 26. §. Taceo* &c. *Josephus lectori sæpe imponit* Quod vel ex hac historia colligere est, *cujus fides in mult*[illegible] *nutat*; paulo post: Hæc è Josepho hactenus, *quæ fabulosa esse prorsus statim animadvertet, quisquis non est obesæ naris.* Primò enim *id falsum est* &c. Huc referenda est *fabula de fluvio Sabbatico*, & multa ejus farinæ alia. Et supra *Beroaldus* §. 4. *Judæcem mendacem* eum vocat.]

qui *duas Mosi uxores Æthiopissas despondet, alteram Africanam e Meroë insula filiam Regis* 33
Æthiopum Tharbin: [de qua quid evenerit, postea altum apud illum est silentium] *alteram Asia-
ticam è regione Madian.* (r) Utraque nomen hoc natale gerere potest, prior falsa, ap-
pellatione propriâ & speciali: posterior vera, appellatione generali, quia Cusæa erat
coloris buxei. A sanioribus plerisque exploditur, & sane meretur; quidquid enim
præter S. Scripturam affert, veritati parum consentaneum videtur; Itaque illius cau-
sa Lectorem non morabimur. Cæterum LXX. Interpp. & alios veteres scriptores 34
Græcos, Æthiopiam aliquam in Asia ponentes, non statim erroris insimulare, sed
illustrare æquum commentatorem oportet, lectores monendo, *Æthiopiam* Moh-
ren-Land] *in veteri Testamento non de Africana sed Asiatica plerumque accipiendam* (s)
quæ quidem apud priscos Latinos & hodiernos Geographos ad Æthiopiam non am-
plius referatur.

N°. XVII. Veterum sententiæ de Mari rubro] De Etymolo- 1
Lib. I. c. 2. n. 26. gia *Maris rubri* supra disseruimus. Hic tantùm lectori in memoriam revocamus,
quæ de priscis Geographis diximus, quòd, uti terrarum regiones & fines, ita & Ma-
rium aliter ac hodierni acceperint & terminaverint, nomenque notum & propin-
quum ad remotiores & ignotiores regionum vel Marium partes extenderint; pro-
ut Mari rubro contigit, quod revera olim aliud non fuit, nisi *mare Edom* seu *Edoma-
um*, quod *Edomiticam terram* sive *Idumæam* alluit à Græcis malè expositum, ut loco
citato disputavimus.

Lib. I. p. 32. Procopius in Persicis, ubi de mari inter Homeritas & Axumitas medio disse- 2
ruit ait:

Avm

(q) Supra Lib. I c. 1. n. 39. §. 36. (r) Antiquit. Judaic. L 2 [illegible] in fin. & c. 11. (s) Rectè B. T lleziu Lib. I c. . *Regiones à littoribus maris rubri Arab*[illegible] *usque ad Palæstinam in S. literis* [intellige Vet. Test.] *vocantur Æthiopia*, vid. & Joh. Bapt. Scort. de Natura [illegible] Lib. I . 2.

Αὕτη πρὸς ἐνίων ἡ θάλασσα ἐρυθρὰ κέκληται, τὸ γὰρ ταύτης ἐκτὸς ἐκπλέοντι ἄχρι ἐς τὴν ἠϊόνα καὶ Αἰλᾶν πόλιν, Ἀράβιος ὠνόμασται κόλπος.

Hoc [sc. mare medium inter illas nationes] *à nonnullis* [non ab omnibus] *mare rubrum vocatum fuit. Nam extra illud navigantibus usque ad littus & Ailam urbem,* Arabicus *appellatur* sinus. L. II. c. 3. N. XVIII. & XIX.

Si Procopium rectè percipio, per Mare rubrum intelligit Mare quod est inter Arabiam Felicem & Regionem Habessinorum medium: *Arabicum* verò sinum eam
3 maris partem, quæ est juxta Ailam, portum Arabiæ propriè dictæ. Hoc sensu acceptum fuisse Mare rubrum temporibus Taciti colligo ex ejus verbis supra d. n. 26. §. 5. allegatis. Et sic appellatio Maris rubri [nutum!] discesserat tunc temporis ab illo loco, ubi primum cœperat propè Idumæam, assumto Sinus Arabici cognomento; resumtâ tamen sequentibus seculis primâ appellatione.

4 Arabia autem olim propriè dicebatur, quæ è regione Ægypti sita erat, ulterior Sabæorum regio à nonnullis ad Æthiopes: ab aliis ad Indos referebatur, uti lectori constare potest ex iis, quæ supra (t) docuimus. Postea verò Arabiæ nomen extensum fuit ad totum illum ingentem terrarum tractum, inter Sinum Arabicum & Persicum situm, indito nomine Arabiæ magnæ, sive Felicis. Sic enim Philostorgius l. 3. c. 4.

Τὴν δὲ χώραν μεγάλην τε Ἀραβίαν καλεῖσθαι καὶ εὐδαίμονα πρὸς τῶν Ἑλλήνων.

Hanc autem regionem [sc. Sabæorum seu Homeritarum] Arabiam magnam & felicem vocari à Græcis.

N°. XVIII. An Regina Sabæa etiam Æthiopiæ imperaverit?]

1 Non alienum à vero videtur *Reges Arabiæ Felicis* (u) ex quibus Regina Sabæa oriunda fuit: à principio utrique Maris rubri littori, & sic etiam parti Æthiopiæ, quæ littori adjacet, imperitavisse: vel etiam colonos suos Habessinos aliquamdiu sub imperio suo retinuisse; quam conjecturam etiam habet *Vincentius le Blanc* (x) in suo itinera-
2 rio, ubi de Habessinis agit. Nam vana mihi prorsus videntur, quæ de Reginæ Sabææ Regia *Sabaim* dicta in falso Davidis Regis Æthiopiæ titulo reperiuntur, quem in Hist. nostra rejecimus. Nec plus fidei merentur, quæ Josephus habet de *Saba* 2. 2. 48. Æthiopum Regia, quæ postea *Meroe* à Cambyse dicta fuerit. Hujus enim autoris fidem in multis nutare, paulo ante documus. N. 16. §. 33. lit. r.

3 Sed mirum *Nicol. Godignum* (y) aliàs bono judicio præditum, huic fabulæ assentiri. Eam variis nominibus dictam fuisse ait Nicaulam, Nitocrem, Nicaulam, denique Maquedam, quibus refellendis inhærere nolumus. Scilicet putavit titus Judaicos apud Æthiopes hinc originem suam traxisse.

N°. XIX. Bellum perpetuum Roboami cum Jeroboamo]

1 Sic loquitur Scriptura 3. Reg. 14. 30. *Fuitque bellum inter Roboam & Ieroboam cunctis diebus.* Amicus istud in historia mea legens objecit, quæ *cap. 12. 22.* habentur, de prohibitione Judæis à DEO facta, *ne bellarent contra fratres suos filios Israel; & quòd dicto audientes domum reversi fuerint*, itaque bellum non cunctis diebus fuisse. Non quidem me ferit hæc objectio, sed respondent viri docti id fortassis ad breve tempus factum, quòd non magni fuerit momenti, bellumque
2 mox redintegratum fuisse. Sed ulterius responderi potest, præceptum istud Judæis factum decem reliquas tribus susque deque habuisse, & Judæos, si non aperto Marte, tamen incursionibus & prædationibus vexavisse, adeoque offensivum non defensivum bellum Judæis interdictum fuisse, vel etiam: quod præliis abstinuerint, inimicitia tamen duraverit, quod verisimillimum, & res ipsa docet.

3 Ad dubium quod in Historia nostra movimus de jactatâ cognatione Habessinorum cum Israelitis, opposuit nobis vir doctus, insolitum non esse, quòd gentes famu-

(t) Lib. I. c. 1. n 17. 20. & 22. (u) Yamanenses vocat Pocokius. Etenim Arabia felix اليمن *Laman* (vel ut Angli scribunt *Yaman*) Arabibus dicitur. Quintus eorum Rex fuit *Homer*, unde *Homeritæ* dicti, ad quos Belkis nostra Hodhadi Filia XXII. refertur. Specim. Hist. Arab. in Not. p. 59. Ab Arabibus communiter Salomonis Uxor dicta. Geogr. Nub. Clim I. P. 6. & Cl. II. P. 6. (x) In his travells, London 1660. §. The Ancients, ibi: There is som evidence, that hereto fore Kings of Æthiopia (rectius Arabia) reigned on both sides the Gulph, &c. (y) De rebus Abbassinorum, Lib. I. c. 18.

Lib.II.c.4 familiæque propinquæ sui invicem obliviscantur, idque in Europâ contigisse, ubi gen-
N. XX. tes cognatæ, *Franci & Germani, Angli & Saxones*, præterea multæ familiæ illustres,
&XXI. quæ ab Italis vel vice versa Italicæ, quæ à Germanis originem duxerunt, amica commercia brevi omiserunt, priscæ cognationis parum memores, suis quique privatis rebus intenti. Sed nos loquimur de tempore, quo omnia Salomonis & Reginæ Sabææ acta adhuc in recenti memoria erant; & de cultu sacro, cujus solum templum in Judæa extabat. Quæ aliter se habent in exemplis allatis, ubi tam arctum religionis vinculum non dabatur. Ad hæc non deerunt exempla, ubi derivatio gentium & familiarum aliquam diu culta fuit, veluti inter *Tyrios & Carthaginienses*, & fortè etiam aliquamdiu inter illas ipsas gentes supra nominatas, quamvis scripto non fuerit consignatum. 4

N°. XX. Quòd literarum elementa plerumque cum Religione transeant] Id plurimis exemplis demonstrari potest, quorum aliqua in *historia nostra* protulimus. Quæ res cum notoria sit, ampliore declaratione non eget. *De Persicis* sic Ludov. de Dieu (z): *Ex quo Mahometismus Persiam invasit, Arabes uti religionem, ita characteres suos Persis dedere.* Adeoque proprius antiquusque ipsorum character nunc vulgò ignoratur. Ita *Europæi* cum religione *Latina*, *Latinas quoque literas* accepere, quamvis eas scribendo mirè varient, quod & Arabicis contigit, aliter enim ductus suos Persæ, aliter *Turcæ*, aliter *Mauri*, alii aliter formant, ut ex MSStis illarum gentium videre est, ut taceamus characteres Cuficos antiquos, quorum specimina hic addere voluimus.

(Margin: L. IV. c. 1. §. 1. — paragraph numbers 1, 2)

COMMENTARIUS

Ad Lib. II. Cap. IV. §. 10.

Promiseram quidem in Historia mea Æthiopica §. 10. hujus capitis, me nomina tredecim Regum Æthiopiæ, qui post Bazenum à nato Christo usque ad Reges fratres Abreham & Atzbeham, trecentorum & viginti septem annorum intervallo, in Æthiopia (Tellezio teste) regnaverant, memoraturum; at nunc curatiùs inspecto spurio illo catalogo, (de quo supra) non tredecim sed viginti octo Reges reperio, nominibus tàm peregrinis, ut vix unum Æthiopicum inter ea agnoscam, igitur vanis atque inanibus opus hoc replere nolo. Qui nomina illa corrupta vel ficta scire volet, inspicere poterit *Mariani Victorii* Institutiones Linguæ Æthiopicæ. *Hispaniam illustratam* Tom. II. Tit. Æthiopia. *Hieronymum Vecchietti* de sacrorum temporum ratione. Denique Historiam fabulosam *Zaga-Christi* in fine. 1 2

(Margin: N. XIV.)

Suprà nominati Reges fratres Abreha & Atzbeha iidem illi procul dubio sunt, qui in Epistolâ Constantii ad Tyrannos Axumitarum *Aizana & Sazanus* vocantur. Eos appellat ἀδελφὲς τιμιωτάτες *Fratres honoratissimos.* Reperitur in *Apologia Athanasii* ad Imperatorem Constantium pag. 542. Fueruntque Romanorum amici. Duplex autem & sæpe triplex nomen habere Reges Æthiopiæ plerumque à Græcis diversum, ostendimus in Historia nostra. L. II. c. 1. §. 38. 3

N°. XXI. De Rege Æthiopum qui Græcis & Latinis Elesbaas, Habessinis Calebus dictus fuit] Quis celebris iste Rex fuerit, nunc demum rectè cognitum est, postquam *Alph. Mendezius Patriarcha Lusitanus* in Æthiopia, relationem suam edidit, ex qua *B. Tellez* sequentia exscripsit: Iste Rex Elesbaas, *Æthiopibus* Calebus *dictus, valde sanctus vir fuit, & pro tali celebratur ab Ecclesia Romana, in cujus* martyrologio *reperitur die 16. Octobr. Vitam illius descripsit* Simeon Metaphrastes *in glorioso martyrio* S. Aretæ *& trecentorum quadraginta sociorum, quos occidit* 1

(Margin: I. 32. p. 80. b.)

(z) In Rudim. Pers. Lib. I.

2 *occidit* Dunaas *Iudæus, Rex Homeritarum* (a). Eadem historia Æthiopicè verbo L.ib.II.c.4.
tenus reddita reperitur in (libro ስንክሳር፡ seu) *Synaxariis Æthiopum*, quæ sunt N.XXII.
quasi illorum *Flos Sanctorum*. Plura habes numero sequente, & in Historia nostra
hoc ipso loco.

1 N°. XXII. De historia S. Aretæ] Arabicum ارياط non *Aryat* sed *Arêt* legendum, supra 1, 1, 20. § 7. monuimus, sic enim ex illorum ore pronunciari audiverunt Græci, à quibus ad nos pervenit nomen *Areta* (b). Historia illius cùm
2 apud Græcos & Latinos, tùm apud Arabes & Æthiopes est celebratissima. Græci *in Synaxariis suis ad diem 24. Octobris* memoriam τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Ἀρέθα, *sancti magni martyris Arethæ* celebrant; quæ linguâ Græcâ vulgari sic incipit:

οὗτος ἦν πρῶτος τῆς πόλεως Νεγρᾶς εἰς τὴν Αἰθιοπίαν, ἐπὶ τῶν καιρῶν τῆς βασιλείας Ἰουστίνου. βασιλεύοντος τὴν Αἰθιοπίαν Ἐλεσβαὰν ὁ χριστιανικώτατος: τοὺς δὲ Ὁμηρίτας κάτωθεν ἑβραίου Δουναάν, ἡ δὲ τοιαύτη χώρα σημαίνει εἰς τὴν θείαν γραφὴν λέγεται Σαβᾶ, σημαίνει δὲ ὡς τοὺς Ἕλληνας εὐδαίμων Ἀραβία.

Iste [Aretha] *erat Princeps urbis Negra in Æthiopia* [*scil.* Arabica seu Sabæa, quæ est regio Homeritarum] *tempore regni Justini, regnante in Æthiopia* [scil. Africana i. e. Habassia] Elesbaâ *Christianissimo* [Rege]: *apud* Homeritas *autem quodam Hebræo* Dunaas [dicto]. *Ista autem regio in S. Scriptura dicitur* Saba. *Græcis autem* Felix Arabia.

[Hic observabit studiosus lector Æthiopiam Asiaticam & Africanam non distingui. Negra autem sive Nagra in Arabia felice sita est, quæ hic, ut alibi sæpe, Æthiopiæ nomine venit.]

3 *Alph. Mendez* supra dictus (qui hanc historiam cum libris Æthiopum contulit referente *Tellezio*) ait: *Stupenda est conformitas quæ reperitur inter libros Latinos & Æ-* L. 1. c. 32.
thiopicos, quos contuli exactissimâ diligentiâ. Illi enim verbotenus cum nostris conveniunt in verbis, quæ habet Surius & Baronius; [loco paulo ante citato] *istius verba sunt: Instabat jam quintus annus, ex quo* Justinus *acceperat sceptra Romani Imperii, quo quidem tempore imperabat etiam Æthiopibus* Elesbaan, *vir qui propter pietatem & justitiam apud omnes maximum nomen fuit consecutus, in civitate autem* Auxume *Regiam construxerat.* &c. Tantummodo in nominibus propriis differentiam esse scribit, *nam quem nostri libri vocant* Elesbaan, *illum Æthiopes* Calebum: *quem nos* Dunaan, *illi* Pinchas *vocant.* Hæc Mendezius.

4 Sed hîc non levis suboritur quæstio, cui religioni addictus fuerit ille *Elesbaas* sive *Calebus, Melchitarumne an Iacobitarum?* cum certum sit Æthiopes à tempore Concilii Chalcedonensis, *Dioscorum* ejusque successores Patriarchas pro genuinis habuisse, & fatetur *Mendezius*, in codicibus Æthiopum legi: quòd *Timotheus* Patriarcha [qui erat sectæ Jacobitarum] hortatus fuerit *Calebum* ad expeditionem contra impium *Dunawasum* suscipiendam: Contra *Simeon Metaphrastes* scribit: *Asterium hoc fecisse, qui erat Patriarcha Alexandrinus sectæ Melchitarum*, quos *Catholicos*
5 Mendezius vocat. Dubium istud etiam ex eo confirmatur, quòd Græci *Elesbaan* inter sanctos non referant, quamvis illum vocent χριστιανικώτατον *Christianissimum*. Quæ nos in medio relinquimus, donec ipsa Æthiopum documenta inspexerimus.

6 Interim historia *Aretæ* optimè sibi constat; nam Arabes nominatim *Aljannabius* & *Ahmed Ebn Yusef*, in historia Homeritarum Dunaan Arabice ذو نواس Dunawasû q.d. *habens cincinnos*, cognomento dictũ fuisse scribunt, cum verum ejus nomen
7 esset *Iosephus* vel *Pinchas*, ut Æthiopes volunt. Narrant tam trucem ac sævum fuisse tyrannum, ut omnes, qui Judaismum profiteri nollent, in foveam igne plenam protruderet atque cremaret: quam ob causam صاحب الاخدود q. d. *autor foveæ* [*scil.* igneæ] dictus fuit.

[Obiter hîc nota: Diu antea Judæos in his regionibus præpolluisse; sic enim Philostorgius L.III.c.4. οὐκ ὀλίγον δὲ πλῆθος καὶ Ἰουδαίων αὐτοῖς ἀναμέμικται. Non parva multitudo Judæorũ iis

Gg [Sabæis]

(a) *Surius Tom. 5. d. 24. Octobr. & Cardinal Baronius Tom. 7. Annalium Anno Christi 522. N. 23.*
(b) Nota. Arabes per T simpliciter: Græcos per θ. th. scribere.

L. II. c. 4. N. XXII. [Sabæis] permixta eft, Igitur ab illo tempore fic invaluerunt, ut tandem ipfo regno potirentur.]

Muhammedes qui LXX. annis poft Dunawafum invaluit, mentionem hujus 8
crudelitatis facit in fuo *Alcorano* (c), eamque damnat, fed more fuo verbis concifis & obfcuris, quæ non nifi ex gloffatoribus intelliguntur, fic enim loquitur:

قتل اصحاب لاخدود *
النار ذات الوقود *
ان هم عليها قعود *
وهم علي ما يفعلون بالمومنين شهود *

h. e. *Interfecti fuerunt autores* [vel focii] *foveæ,*
Quæ ignem habebat accenfum;
Cum illi effent fuper eo [quafi] *confpirantes.*
At quod illi fecerunt credentibus, illi ipfi teftes [aliquando erunt.]

Quæ *du Ryer* Gallicè tantùm fummatim, ut alibi fæpiffimè, & non *κατὰ πόδα* fic reddit: *Ceux qui ont fait des foffez remplis de feu, pour bruler les vray-croyans, feront tesmoins de leur propre malice.* Obfervet hîc obiter ftudiofus Arabicæ Linguæ 9
ὁμοιοτέλευτα *feu Rhythmos Muhammedis*, quibus ille mirè delectatus fuit; idque miferi Mufulmanni tanquam inimitabilem elegantiam demirantur.

S. Arethæ hiftoriam ambiguam reddidit ambiguum Æthiopum nomen, & 10
quòd autores tam Græci quàm Arabici *Arethæ* fucceffores, quamvis gente Arabes, الحبشة *Habeffinos* feu *Æthiopes* nominaverint, eò quòd fub protectione & clientela Habeffinorum effent: vel quòd illis feculis communiter Æthiopes vocarentur. Nam fcriprores Græci (ut modòè Græcorum Synaxariis audivimus) Aretham, Arabem Chriftianum, Æthiopem vocant.

Ioh. Zonaras de regno Juftini: 11

Διαπρεσβευσάμενος πρὸς Ἀρέθαν τῶν Αἰθιόπων βασιλέα, ἔπεισεν αὐτὸν τὰ πλησιάζοντα τοῖς Αἰθίοψι τῆς τῶν Περσῶν ἐπικρατείας καταδραμεῖν.

Miffis ad Aretham [S. Arethæ filium, à Calebo Habeffinorum Imperatore in regnum loco Dunavvafi inftitutum] *Æthiopum Regem Legatis, induxit ipfum, ut vicinas Æthiopibus Perfarum provincias incurfaret.*

Etenim Homeritas Arabes, feu quod idem eft Sabæos pro gente Æthiopicâ olim 12
habitos fuiffe fæpiùs inculcavimus (d). Atque hi funt Æthiopes illi, quibus tan-
1, 21. 3. quam Romanorum amicis Chosroes bellum intulit (e); quo pacto fupra Theophanis Byzantii dicta declaravimus.

Hinc etiam conciliari poffe putamus locum *Muhammedis Abdelbakidii*, qui 13
Atzhamum Habeffinorum Regem ad Muhammedem defeciffe fcribit. Unde eruditi quidam putant *Chriftianifmum apud Habeffinos propriè dictos interruptum fuiffe*, & multum
L. 3. c. 26. fe fatigat Seldenus in uxore Hebraica, ut iftud nomen in Catalogo Imperatorum
p. 394. Æthiopiæ reperiat. Sed ut mihi videtur, non de Imperatore Habeffinorum in 14
Africa: fed de *Rege Habeffinorum in Arabia*, qui ope Imperatoris fui Regnum Homeritarum occupaverant, nominatim de Bazeno, qui fe Muhammedi fubmifit (f), & forte duplex nomen geffit, locus ille intelligendus eft. De quo pluribus agemus infra Lib. III. c. 2. in Addit. ad num. XVII. ubi de tempore converfionis Habeffinorum & illorum in fide Chriftiana perfeverantia tractabimus. Aliam conjecturam habes cap. 15. hujus Libri. n. LV.

Confufam effe hiftoriam Homeritarum ex ipforum Arabum teftimonio in hi- 15
ftoria noftra memoravimus. Poft extinctum *Dunawafum*, & *S. Arethæ filium* ab Imperatore Habeffinorum in regnum introductum, gens ifta variis nominibus ab Hifto-

(c) *Surata LXXXV.* ftatim ab initio. (d) Supra Lib. I. c. 1. n. 19. §. 5. & XX. 2. & hoc libro c. 3. n. XVI. §. 18. & feq. (e) Georg. Cedrenus anno quinto Juftini Curopalatæ. (f) Pocok. Specimen Hift. Arab. in notis pag. 65.

ICHNOGRAPHIA TEMPLI ÆTHIOPICI IN VIVAM RUPEM INCISI.

INTROITUS IN RUPEM

Sepultura

FENESTRA in rupem

Historicis priscis designatur. Etenim prisca Homeritarum familia Persis adhærebat: Aretæ verò posteri, qui sub protectione Imperatoris Habessinorum erant, L. II. c. 5. N. XXIII. & XXIV.
16 cum Romanis faciebant. Utrosque ob vicinitatem & gentis similitudinem *Saracenos* nominat Procopius; nam L. 1. Persicorum *Alamundarum Regem Saracenorum Persicorum* appellat: *Aretham* verò τὸν τῶν παρὰ Ῥωμαίοις σαρακηνῶν βασιλέα i. e. *Regem Saracenorum Romanis adhærentium.* Illis autem perpetuis certaminibus inter se debilitatis, modo Persis modo Romanis superioribus, supervenit tandem Muhammedes, & utrosque subjugavit.

COMMENTARIUS.

AD LIB. II. CAP. V.

1 N°. XXIII. De templis in vivas rupes incisis] De his Alvarezius agit c. 54. & dicit: *Admirandæ structuræ esse templa illa, neque sibi videri similia in toto mundo reperiri: portas ac fenestras tam artificiosè exsculptas esse, quasi cælato opere ab aurifabro factæ fuerint.* Idem narrat: *Decem tales ædes sacras viginti quatuor annorum spatio extructas fuisse*; [excavatas dicere oportebat] *quarum nomina fuerint.* al. 55.

1. *S. Emanuelis.*	2. *S. Salvatoris.*	3. *S. Mariæ.*
4. *S. Crucis.*	5. *S. Georgii.*	6. *Golgota.*
7. *Betlehem.*	8. *S. Mercurii.*	9. *S. Martyrum.*
	10. *Lalibela.*	

2 Etiam Iehnographias earum (quò minùs dubitemus,) nobis repræsentavit, addito juramento, *quòd ea bis benè contemplatus fuerit, ut posteritati eò certius referre posset.* Unam tantùm exempli gratia hic delineari curavimus.

3 Eleganter *B. Tellezius* de hoc structuræ genere: *Alia ædificia crescere* ait *congerie saxorum, hæc verò stupenda planè augmentum sumsisse diminuta lapidum mole.* Sed non allegat PP. Societatis, ut aliàs. Fortè destructa jacebant illorum tempore,
4 Adelensi bello desolata, odio Christianæ religionis. Exemplum talis structuræ habemus in Germania *in Comitatu Regenstein ditionis Halberstadensis*, ubi in monte vidi sacellum saxo vivo insculptum, nec non stabula cum præsepibus eodem modo excavatis, sed paupere & humili opere.

COMMENTARIUS.

AD LIB. II. CAP. VI.

N°. XXIV. David secundo genitus primogenito Naodi
1 filio in regno prælatus fuit] *Alvarez* historiam hanc pluribus ita refert, cap. 95.
ut dubium magnum Politico lectori suboriatur, an jure exclusus fuerit *Naodi filius primogenitus*, & Baeda-Mariami ex prima uxore nepos. Nullam enim aliam culpam illi imputant, nisi *quòd fortis & ferox juvenis fuerit, quodammodò superbus & ob-*
2 *stinatus.* Unde valde probabile evadit *Helenam* Reginam, avi illius *viduam* improlem, & *Metropolitam Marcum*, penes quos tum temporis summum rerum arbitrium & thesauri regii erant, nihil potentiæ sibi apud talem Regem sperantes, secun-
3 do genitum puerum undecennem prætulisse, ut per illum regnarent. Narrat enim

Lib. II. c. 6. enim Alvarezius quòd *Abbuna Marcus* apertè professus fuerit, *se & Reginam Helenam*
N. XXIV. *Davidem Regem constituisse, idque se facilè facere potuisse, quod Proceres aulæ in partibus suis,*
d. c. *& thesauros in potestate sua habuerint.* Verùm enimvero, ut mihi videtur, ob ferocitatem & superbiam, fortitudinis sæpè sociam, nemo regno privari potest. Adhuc alius prætextus quæsitus fuit, quo opus non fuisset, si jure repulsam tulisset. *Fuisse quosdam in opinione,* (inquit Aluarezius) *eum, quòd ante Patris regnum privatus in monte* Geshen *natus fuerit, jure succedere non potuisse.*

Quæ iniquissima quæstio etiam olim inter *Darii* Persarum Regis filios *Artabazanem* [Artemenem Justinus L. 2. c. 10. vocat] *& Xerxem ex Atossa* Cyri majoris filia, patre regnante natum, agitata fuit, quam Darius ex hypothesi [ὑποθήκην Herodotus vocat] *Demarati Spartani* [qui idem in patria sua in usu esse dicebat] pro *Xerxe* decidit. Sed ut judiciosissimè scribit Herodotus: 4

Lib. 7. c. 2. Δοκέει δὲ μοὶ καὶ ἄνευ ταύτης τῆς ὑποθήκης βασιλεῦσαι ἂν Ξέρξης· ἡ γὰρ Ἄτοσσα εἶχε τὸ πᾶν κράτος.

Mihi vero videtur, etiam sine hoc [Demarati] *argumento*, Xerxem *regnaturum fuisse, quandoquidem* Atossa [illius mater] *omnem potentiam in manu habebat.*

Idem prorsus de *Helena* nostra dici potest. Hîc habemus verum argumentum talium controversiarum decisivum, frequens in regnis ubi fœminæ potentiâ prævalent. Notum est exemplum *Liviæ*, Augusti (g): *Agrippinæ*, Claudii uxoris: (h) *Roxolanæ* apud Turcarum Imperatorem (i) & aliarum plurium, quæ omnes liberis suis regnum paraverunt, variis prætextibus privignos è medio tollentes. 5

Justinus historiam Xerxis aliter refert, quasi arbitrio Artaphernis omnia concorditer gesta & composita fuerint, sic enim d. l. scribit: *tantò moderatiùs tum fratres inter se regna maxima dividebant, quàm nunc exigua patrimonia partiuntur.* Sed mihi Herodoti narratio vero multò propior videtur. 6

Iniquam autem hanc decisionem esse, paucis argumentis demonstratum ibimus. *Hereditas est successio in universum jus, quod defunctus tempore mortis habuit,* nullâ distinctione factâ quando hoc vel illud acquisiverit. Posito igitur, quòd filii pariter sint legitimi, & æquale jus succedendi naturaliter habeant, injustum est & nullibi terrarum usitatum, quærere, *quæ bona vel jura pater possederit, cùm hic vel ille nasceretur.* Aliàs si jus nascendi statim jus succedendi tribueret, primogenitus illa bona & jura, quæ pater tunc possideret, vendicare sibi posset, nihilo sequentibus liberis relicto, quod iniquissimum fore ipsa naturalis ratio dictitat. Cum igitur de successione non quæratur nisi defuncto patre, utique status successionis prout res tunc sunt, non prout fuerunt, considerandus est. Pacis autem & tranquillitatis publicæ, ad quam omnes leges ac quæstiones publicæ reducendæ sunt, interest, ne talis quæstio unquam moveatur, quippe quæ nunquam sine sanguine, vel malis artibus decidi possit. 7 8 9 10

Multò justiùs *Justinus* d. l. ait: *Maximus natu ætatis privilegio regnum sibi vindicabat, quod jus & ordo nascendi, & natura ipsa gentibus dedit.* Rectissimè Herodotus d. l. Νομιζόμενον πρὸς πάντων ἀνθρώπων τὸν πρεσβύτατον τὴν ἀρχὴν ἔχειν. *Tanquam lege constitutum est inter omnes homines, ut maximus natu imperium habeat.* Atque hæc succedendi ratio jus gentium apud Scriptores passim vocatur. Exceptio & limitatio hujus juris, *modò talis primogenitus regnante Patre natus fuerit*, iniquissima foret, nullisque nec exemplis nec argumentis demonstrari posset. Equidē talis quæstio hic illic apud Politicos occurrit, sed cordatissimi illorum regulam pro primogenitis constituunt. 11

[*Videatur Grotius de jure B. & P. L. 2. c. 7. §. 28. & ibi nota. Greg. Tholosanus de Republ. L. 7. c. 9. Arnisæus L. 2. c. 2. Sect. II. Fr. Hottomanni illustres quæst. 2. Tiraquellus de jure primogen.* quæst. 31.]

At in casu nostro, si eventum spectare velimus, prælatio illa Davidis malè cessit. Secuta enim gravia cum Adelensibus bella strenuo Rege maxime opus habuissent. David contra in deliciis eductus, à belli regnique negotiis procul habitus, & voluptatibus corruptus, nihil memorabile gessit, & semet regnumque suum per socordiam penè perdidit; ut in *Historia nostra* videre licet. 12
a. 15. 13.

(g) *Tac. Ann. L. 1, 3. & seqq.* (h) *Id Ann. XII. c. 69.* (i) *Thuanus* Lib. XII. A. 1553.

N. XXV.

1 N°. XXV. De Davide Rege puero undecenni] Sic in epistola L. II. c. 6.
Anni 1521. ad *Emanuelem Lusitaniæ Regem* scriptâ, ipse ait: *Matthæum ego non miseram,* N. XXV.
quoniam adhuc puer eram undecim annorum, vix dum suscepto regni sceptro, post mortem & XXIX.
patris; sed Helena Regina, *quam loco matris colebam, & quæ regnum pro me guberna-*
2 *bat.* Matris loco dicit, revera enim non mater, sed quasi avia erat, *Baeda-Mariami, avi Davidis vidua*, ut paulo ante diximus. Nam ut *Tellezius* disertè scribit: *Neque filium, neque filiam peperit* [Helena] quapropter nec materno amore Naodi primogenitum diligebat, ut num. præcedente diximus.

N°. XXVI. Colloquia de rebus sacris à Davide Rege cum Alvarezio habita] Ista sanè notabilia fuerunt, prout ipse (k) memoriæ prodidit. Hoc enim cum elogio Regis atque magnatum Æthiopiæ prædicandum est, quòd lectioni librorum sacrorum dediti sint, ipsis P.P. Societatis id testantibus, ut supra docuimus, & mox sequentibus numeris, nec non infra pleniùs constabit. L. 3. c. 5. n. 36. L. 1. n. 98. §. 2.

N°. XXVII. Laus Claudii Regis Æthiopiæ] *Emanuel Fernandius Iesuita in Epistola ad Generalem Societatis Iacobum Lainum anno 1562.* data (l) sic scribit: *Si perfidiam excipias*, [sic injuriosè traducit Ecclesiam Alexandrinam,] *in toto Abassino imperio erat nemo, quem* Claudius Imperator *prudentiâ, magnanimitate, cæterisque regiis virtutibus non superaret. Vrbanitate & comitate erga Episcopum* Andream Oviedum [è Societ. JESU] *utebatur eximiâ, tantoque illum prosequebatur studio, ut nunquam reducendi sui* [sic Patres loquuntur,] *spem ipsi ademerit.*

N°. XXVIII. Idem Rex Claudius in disputationibus Theologicis acer fuit] *Tellezii verba* (m) adscribi merentur:

Em a sua presenza ouve muytas vezes disputas, e todos seus lettrados pareciam diante d'elle boçays. Elle mesmo tomava sempre a mam, & com tanta vehemencia defendia seus desatinos, que ás vezes dava que fazer. E ainda que o Bispo pela graça divina sempre a elle, e a todos os concluia, ficavam porém zombando, bradando & dizendo, que elles tinham vencido de maneyra, que tudo com elle ficava em vám.

In præsentiâ ejus sæpius habebantur disputationes, & omnes ejus literati cum illo comparati inertes videbantur. Ille ipse rem agebat, & tantâ vehementiâ defendebat insana sua dogmata, ut nonnunquam negotium facesseret [*nostris*]. Et quamvis Episcopus gratiâ divinâ & illum & Doctores illius confutaret, illi tamen irridentes & vociferantes dicebant, se victores fuisse, ita ut omnia irrita manerent ac vana;

ut in colloquiis de religione fieri consuevit.

N°. XXIX. CONFESSIO FIDEI
CLAUDII (a) REGIS ÆTHIOPIÆ.

በስመ፡ አብ፡ ወወልድ፡ ወመንፈስ፡ ቅዱስ፡ ፩ አምላክ።

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, unici DEI.

1 ዝንቱ፡ ውእቱ፡ ሃይማኖትየ፡ ወሃይማኖተ፡ አበውየ፡ ነገሥት፡ እስራኤላዊያን፡ ወሃይማኖተ፡ መርዔትየ፡ እለ፡ ሀለዉ፡ በሀገረ፡ መንግሥትየ።

Hæc est fides mea, & fides Patrum meorum, Regum Israeliticorum (b); & fides gregis mei, qui est in septis Regni mei.

(k) *Cap. 76. & seq. itinerarii sui.* (l) Quæ extat tum apud *B. Tellezium* L. 2. c. 26. tum apud *Nicolaum Godignum.* Lib. 3. c. 5. (m) *L. 2. c. 27. §. E como &c.*

(a) De insigni hoc Rege egimus in Historia nostra 2. 6. 18. & in Comm. N. 27. & 28. Natus est A. C. 1523. Ad Regnum pervenit anno 1541. decimo octavo ætatis anno: Occubuit in prælio anno 1559. vitæ trigesimo sexto. De eo vide *Maffej. Histor. Ind.* Lib. XVI.

(b) Cur se ita vocent, habes in Hist. mea Æth. II. 3. 34.

Lib. II. c. 6. N. XXIX. ንሕነሰ፡ ነአምን፡ በ፩ አምላክ፡ ወበ ወልዱ፡ ዋሕድ፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ፡ ውእቱ፡ ቃሉ፡ ወውእቱ፡ ኃይሉ። ውእቱ፡ ምክሩ፡ ወውእቱ፡ ጥበቡ። ዘሀለወ፡ ምስሌሁ፡ እምቅድመ፡ ይትፈጠር፡ ዓለም። ወበደኃሪ፡ መዋዕል፡ መጽአ፡ ኀቤነ፡ እንዘ፡ ኢየሀርቅ፡ እመንበረ፡ መለኮቱ። ወተሰብአ፡ እመንፈስ፡ ቅዱስ፡ ወእማርያም፡ እምቅድስት፡ ድንግል። ወተጠምቀ፡ በዮርዳኖስ፡ በ፴፡ ክረምት፡ ወኮነ፡ ብእሴ፡ ፍጹመ፡ ወተሰቅለ፡ ዲበ፡ ዕፀ፡ መስቀል፡ በመዋዕለ፡ ጲላጦስ፡ ጰንጤናዊ። ሐመ፡ ወሞተ፡ ወተቀብረ፡ ወተንሥአ፡ በሣልስት፡ ዕለት። ወእምዝ፡ በ፵ ዕለት፡ ዓርገ፡ በስብሐት፡ ውስተ፡ ሰማያት፡ ወነበረ፡ በየማነ፡ አቡሁ። ወካዕበ፡ ይመጽእ፡ በስብሐት፡ ይኰንን፡ ሕያዋነ፡ ወሙታነ፡ ወአልቦ፡ ማኅለቅት፡ ለመንግሥቱ።

Nos credimus in unum Deum, & in filium ejus unicum IESVM Christum, qui est verbum ejus, & Potentia ejus; Consilium ejus, & Sapientia ejus. Qui fuit cum eo antequam crearetur Mundus. In ultimis verò diebus venit ad nos, non tamen ut decederet throno divinitatis suæ (c): *& Homo factus est ex Spiritu Sancto, & ex Maria sancta Virgine; Et baptizatus fuit in Iordane trigesimo anno; & erat vir perfectus; & suspensus est in ligno crucis in diebus Pontii Pilati* (d); *passus, mortuus, & sepultus est, & resurrexit tertiâ die. Et deinde quadragesima die ascendit cum gloria in cælos, & sedet ad dextram Patris sui. Et iterum veniet cum gloria judicaturus vivos & mortuos, & non erit finis regno ejus.* 2

ወነአምን፡ በመንፈስ፡ ቅዱስ፡ እግዚእ፡ ማሕየዊ፡ ዘሠረፀ፡ እምአብ።

Et credimus in Spiritum Sanctum, Dominum vivificantem, qui processit à Patre (e). 3

ወነአምን፡ በአሐቲ፡ ጥምቀት፡ ለስርየተ፡ ኃጢአት። ወንሴፎ፡ ትንሣኤ፡ ሙታን፡ ለሕይወት፡ ዘይመጽእ፡ ለዓለም። አሜን።

Et credimus in unum baptismum, ad remissionem peccatorum. Et speramus resurrectionem mortuorum ad vitam venturam in æternum; Amen. (f). 4

ንሕነሰ፡ ነሐውር፡ በፍኖት፡ ንጉሥ፡ ጽድቅ፡ አማናዊ፡ ወኢንፈጽን፡ ኢለየማን፡ ወኢለፀጋም፡ እምትምህርት፡ አበዊነ፡ ፲ወ፪ ሐዋርያት፡ ወጳውሎስ፡ ፈልፈለ፡ ጥበብ፡ ወ፸ወ፪ አርድእት፡ ወ፫፻፲ወ፰ ርቱዓነ፡ ሃይማኖት፡ ዘተጋብኡ፡ በኒቅያ፡ ወ፻ወ፶ በቍስጥንጥንያ፡ ወ፪፻ በኤፌሶን። ከመዝ፡ እሰብክ፡ ወከመዝ፡ እሜህር፡ አነ፡ ገላውዴዎስ፡ ንጉሥ፡ ዘኢትዮጵያ፡ ወስመ፡ መንግሥትየ፡ አጽናፍ፡ ሰገድ፡ ወልደ፡ ወናግ፡ ሰገድ፡ ወልደ፡ ናዖድ።

Nos autem incedimus in via regia, planâ, verâ, & non declinamus neque ad dextram, neque ad sinistram à doctrina Patrum nostrum *XII. Apostolorum*, & *Pauli* fontis sapientiæ, & *LXXII* (g) *discipulorum*, & CCCXVIII. *Orthodoxorum*, qui congregati fuerunt *Nicea*: & CL. *Constantinopoli*, & CC. *Ephesi* (h) [congregatorum] Ita prædico & ita doceo ego CLAUDIUS Rex Æthiopiæ, & nomen regni mei *Atznaf-Saghed* (i) Filius *Wanag-Saghedi*, filius *Naodi* (k). 5

ወበእ

(c) Hæc ex phrasi Græcorum ita traduntur: Προέρχεται εἰς τὸ ταπεινὸν τοῦτο τοῦ κόσμου ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἀπὸ τοῦ οὐρανίου θρόνου καταβαίνων, καὶ ἀπὸ τῆς πατρικῆς δόξης οὐκ ἀφιστάμενος. *Accedit in humile hoc hujus Mundi Filius DEI de cœlesti throno descendens, & a paterna gloriâ non recedens.* S. Leo Papa *in sermone contra heresin Eutychetis* (de Jejunio Septimi mensis: Inter opera Leonis) sic loquitur: *Christus & Deitatis suæ potentiam non amisit, & veritatem perfecti hominis nascendo suscepit.* (d) Ad verbum: *Pilati Pontici*, tanquam è Ponto oriundus fuisset.

(e) De *processione Spiritus S. à solo Patre*, ex mente Ecclesiarum Orientalium. vide H. Æth. III. 5, 29. in Comm. n. 39.

(f) *Symbolum* hoc *fidei* Claudius ita concinavit ad exemplum *Symboli Apostolici*, quo nos utimur, Æthiopes verò carent. Vide Hist. Æth. III. 5, 19. in Comm. n. 37. Sed pro eo communiter utuntur Nicæno. (g) Et tamen in versione Æthiopica Luc. 10, 1. & 17. tantùm habetur ሰብዓ፡ LXX. ut in plerisque Codicibus Græcis.

(h) Omittitur hic *Concilium Chalcedonense*, quia non receptum sed rejectum est in Æthiopia, ut in notis nostris primis ad hanc Confessionem dixeramus, & in Historia nostra III. 5, 2. Et Comm. n. 38 abunde testatum facimus.

(i) Hist. Æth. II. 1, 33. in Comm. n. 8. §. 2. (k) *Genealogiam* Regum Æthiopiæ habes in Hist. Æth. II. 7, 69.

7 ወበእንተ፡ ምክንያተ፡ አክብሮትነ፡
ዕለተ፡ ቀዳሚት፡ ሰንበት፡ አኮ፡ ዘ
ናከብሮ፡ ከመ፡ አይሁድ፡ እለ፡ ሰቀ
ልዎ፡ ለክርስቶስ፡ እንዘ፡ ይብሉ፡ ደ
ሙ፡ ላዕሌነ፡ ወላዕለ፡ ውሉድነ፡፡
እስመ፡ እሙንቱ፡ አይሁድ፡ ኢይቀ
ድሑ፡ ማየ፡ ወኢያነድዱ፡ እሳተ፡ ወ
ኢያበስሉ፡ ጸብሐ፡ ወኢይሐብዙ፡
ኅብስተ፡ ወኢይትፈለሱ፡ እምቤት፡
ውስተ፡ ቤት፡፡
8 ወባሕቱ፡ ንሕነሰ፡ ናከብሮ፡ እ
ንዘ፡ ናዓርግ፡ ባቲ፡ ቍርባነ፡ ወንገብር፡
ባቲ፡ ምሳሐ፡ በከመ፡ አዘዙነ፡ አበ
ዊነ፡ ሐዋርያት፡ በዲድስቅልያ፡፡
አኮ፡ ዘናከብሮ፡ ከመ፡ ሰንበተ፡ እ
ሑድ፡ እንተ፡ ይእቲ፡ ዕለት፡ ሐዳስ፡
ዘይቤ፡ ዳዊት፡ በእንቲአሃ፡ ዛቲ፡ ዕለ
ት፡ እንተ፡ ገብረ፡ እግዚአብሔር፡ ን
ትፈሣሕ፡ ወንትኃሠይ፡ ባቲ፡፡ እስ
መ፡ ባቲ፡ ተንሥአ፡ እግዚእነ፡ ኢየሱ
ስ፡ ክርስቶስ፡ ወባቲ፡ ወረደ፡ መንፈ
ስ፡ ቅዱስ፡ ላዕለ፡ ሐዋርያት፡ በጽር
ሐ፡ ጽዮን፡፡ ወባቲ፡ ተሰብአ፡ ውስተ፡
ከርሠ፡ ቅድስት፡ ማርያም፡ ድንግል፡
በኵሉ፡ ጊዜ፡፡ ወባቲ፡ ይመጽእ፡ ደ
ገመ፡ ለዐስበ፡ ጻድቃን፡ ወለፍዳ፡
ኃጥአን፡፡

Quod verò attinet ad *celebrationem* no- L. II. c. 6.
ſtram *diei priſci Sabbati* (l): Non ſane ce- N. XXIX.
lebramus illud ſicut Judæi, qui crucifixerunt Chriſtum, dicentes: *Sanguis ejus* Matth. 27.
ſuper nos, & ſuper liberos noſtros: Quia illi 25.
Judæi neque hauriunt aquam, neque accendunt ignem, neque coquunt ferculum, neque pinſunt panem, neque emigrant de domo in domum. Nos autem ita celebramus illud, ut adminiſtremus in eo *S. Cœnam*, & exhibeamus in eo *agapas* (m), ſicut præceperunt nobis Patres noſtri Apoſtoli in Διδασκαλίᾳ (n). Non celebramus illud ita ſicut Sabbatum feriæ primæ, quæ dies eſt nova, de qua David ait: *Hæc eſt dies quam fecit Dominus*, Pſ. 117, 24.
exultemus & lætemur in ea. Quia in ea reſurrexit Dominus noſter *IESVS Chriſtus*: & in ea deſcendit *Spiritus S.* ſuper Apoſtolos in cœnaculo Sionis (o): & in ea incarnatus fuit in utero S. Mariæ Virginis perpetuæ: & in ea veniet iterum ad remunerationem juſtorum & ultionem peccatorum.

ወበእ

(l) De *feriatione Sabbati* in primitivâ Eccleſiâ, & hodienum in Æthiopiâ uſitatâ vide Hiſt. Æth. III, 1. 52. in Comm. n. 9. & 10. (m) Procul dubio ἀγάπας *Convivia charitativa* Claudius intelligit, quæ in orientalibus Eccleſiis etiamnum ſunt in uſu. Ruſſi adhuc certis occaſionibus pauperibus convivia præbere ſolent, idque ab ipſo Imperatore fieri conſuevit. Videſis Canon. Apoſt. 38. (n) ዲድስቅልያ፡ Arab. الدسقلية اي التعليم *Didascalia ſive doctrina* a Græco Διδασκαλία. Revera libellus eſt ita dictus Apoſtolis adſcriptus, qui & apud Coptitas reperitur, & tertius eſt in Collectione Canonum. Ignotus hucusque fuit Eccleſiæ Romanæ atque Græcæ. *Quisnam ſit, plane incertum eſt* ait *Beveregius* in annot. ad Procemia & Paraphr. Arab. Conc. Nicæni. p. 211. Europa nondum illum vidit. Coptitis tantùm notus eſt, à quibus Æthiopes illum acceperunt. Triginta octo Canones continet, quorum capita infra lib. III. c. 4. cum lectoribus communicabimus. (o) ጽርሐ፡ ጽዮን፡ *Cœnaculum Sionis*; In priore editione expoſuimus hanc vocem *Oratorium Tzionis*. Nam ጽርሕ፡ iſtud etiam ſignificat Marc. 14, 14, 15. & alibi, Coptitæ eodem modo vocant, cum in collectione Canonum paulo ante memoratâ de Apoſtolis ſcribunt: وهم مجتمعون في علية صهيون بعد الصعود وحلول الروح القدوس عليهم *dum eſſent congregati in cœnaculo Sionis*; [Beveregius vertit *ſummo Sionis* d. l. ſed mea mihi placet verſio) *poſt aſcenſionem* [Chriſti] *& deſcenſionem Spiritus S.* Cœnaculum illud Poeta meus ጽዮን፡ *Sion* abſolutè ſic vocat Encom. 25. Mart. 2. de *Oneſiphoro* loquens: ምስለ፡ ሐዋርያት፡ በጽዮን፡ መንፈስ፡ ቅዱስ፡ ይቀብዖ፡፡ *Cum Apoſtolis in* [cœnaculo] *Sionis* [erat] *ut Spiritus Sanctitatis eum ungeret*. Vide *Hieronymum* Epiſt. XXVII. ad Euſtoch. & Epiſt. ad Paulin. qui in monte Sion cœnaculum ſtatuit, ubi & Paſcha peractum & Spiritus S. datus eſt. Veriſſimam autem puto ſententiam eorum, qui τὸν οἶκον οὗ ἦσαν καθήμενοι *Domum ubi Apoſtoli conſederant*, Act. 2, 2. accipiunt de templo, & quidem parte exteriore אולם dicto. Non enim in domo aliquâ privatâ miraculoſam illam Spiritus S. deſcenſionem fieri oportebat, ſed in loco publico tot nationum conventu celebri, & ſpatioſo. Quin & verſu 46. illius capitis dicitur, quòd ſingulis diebus permanſerint unanimiter in templo. Conclave autem illud, in quo congregati erant, *Cœnaculum* vel *Oratorium Sionis* cognominatum fuiſſe, apud Occidentales non memini me legiſſe.

L. II. c. 6. ወበእንተ፡ ሥርዐተ፡ ግዝረትኒ፡ አ
N. XXIX. ኮ፡ ዘንትገዘር፡ ከመ፡ አይሁድ፡ እ
ስመ፡ ንሕነ፡ ናአምር፡ ቃለ፡ መሀርሁ፡
Gal. 5, 6. ለጳውሎስ፡ ፈለፈለ፡ ጥበብ፡ ዘይቤ፡
ተገዝሮሂ፡ ኢይበቍዕ፡ ወኢተገዝሮ
ሂ፡ ኢያሠልጥ፡ ዘእንበለ፡ ዳእሙ፡
ሐዲስ፡ ፍጥረት፡ ዝውእቱ፡ አሚን፡
1. Cor. 7, 18 በእግዚእነ፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ።
ወካዕበ፡ ይቤ፡ ለሰብአ፡ ቆርንቶስ፡ ዘ
ሂ፡ ነሥአ፡ ግዝረተ፡ ኢይንሣእ፡ ቍለ
ፈተ። ኵሉ፡ መጻሕፍ፡ ትምህርቱ፡
ለጳውሎስ፡ ሀለው፡ ኀቤነ፡ ወይሜሀ
ሩነ፡ በእንተ፡ ግዝረት፡ ወበእንተ፡
ቍልፈት። ወባሕቱ፡ ግዝረትሰ፡ ዘኮ
ነ፡ በኀቤነ፡ በልማደ፡ ሀገር፡ ከመ፡ ብ
ጥንተ፡ ገጽ፡ ዘኢትዮጵያ፡ ወኖባ።
ወከመ፡ ስቍረተ፡ እዝን፡ ዘሰብአ፡ ሀ
ንድ። ዘንተሰ፡ ዘንገብር፡ አኮ፡ በሀቂ
በ፡ ሕገገ፡ ኦሪት፡ ዳእሙ፡ በልማደ፡ ሰ
ብእ።

ወበእንተ፡ በሊዐ፡ ሐራውያኒ፡ አ
ኮ፡ ዘንትከላእ፡ በሀቂበ፡ ሕገገ፡ አ
ሪት፡ ከመ፡ አይሁድ፡ ለዘኒ፡ በልዐ፡
ኢናስቀርር፡ ወኢናረኵሶ፡ ወለዘኒ፡
ኢበልዐ፡ ከመ፡ ይብላዕ፡ ኢናገብር።
በከመ፡ ጸሐፈ፡ አቡነ፡ ጳውሎስ፡ ለ
Rom. 14, 3. ብሔረ፡ ሮሜ፡ እንዘ፡ ይብል፡ ዘኒ፡ በል
ዐ፡ ኢይመንኖ፡ ለዘኢይበልዕ፡ ወለኵ
ሎሙ፡ እግዚአብሔር፡ ተወክፈ
vers. 17. ሙ። መንግሥተ፡ እግዚአብሔር፡
vers. 20. ኢኮነት፡ በመብልዕ፡ ወበመስቴ፡ ኵ
ሉ፡ ንጹሕ፡ ለንጹሓን፡ ወእኩይ፡ ለ
ሰብእ፡ በሊዕ፡ ምስለ፡ ዕቅፍት።
Matt. 15, ወማቴዎስ፡ ወንጌላዊ፡ ይቤ፡ አልቦ፡ ዘ
17. ይክል፡ አርኵሶቶ፡ ለሰብእ፡ ዘእንበ
ለ፡ ዘይወፅእ፡ እምአፉሁ። ወዘሰ፡
ውስተ፡ ከርሥ፡ ይበውእ፡ ወይትገመ
ር፡ ጽመ፡ ወይትገደፍ፡ ወይትከዐው፡
ወያነጽሕ፡ ኵሉ፡ መባልዕት። ወበ

Quod verò attinet rationem *circumci-* 9
sionis, non utique circumcidimur sicut
Judæi, quia nos scimus verba doctrinæ
Pauli, fontis sapientiæ, qui dicit: *& cir-*
cumcidi non prodest, & non circumcidi non
juvat: Sed potius nova creatio, quæ est fides
in Dominum nostrum IESVM Christum.
Et iterum dicit ad Corinthios: *qui assum-*
sit circumcisionem, non accipiat præputium.
Omnes libri doctrinæ Pauli sunt apud
nos, & docent nos de circumcisione & de
præputio. Verùm circumcisio est apud 10
nos (p) secundum consuetudinem re-
gionis, sicut incisio faciei in Æthiopia &
Nubia (q); & sicut perforatio auris apud
Indos. Id autem quod facimus, non (fit)
ad observandas leges Mosaicas, sed tan-
tùm propter morem humanum.

Quod autem spectat *esum carnis suil-* 11
læ (r) non utique prohibemur illo, pro-
pter observationem Legis Mosaicæ sicut
Judæi. Eum enim, qui ea vescitur, non
abominamur, neque immundum judica-
mus. Neque eum, qui ea non vescitur, ut
vescatur, cogimus. Sicut scripsit Pater
noster Paulus ad Romanos, dicens: *Is*
qui manducat non spernat eum, qui non man-
ducat. Omnes enim Dominus suscepit. Re-
gnum D E I non consistit in cibo & potu, omne
mundum est mundis. Malum vero est homi-
ni edere cum scandalo. Et Matthæus Evan-
gelista dicit: *Nihil potest contaminare homi-* 12
nem, nisi quod egreditur ex ore ejus. Quid-
quid enim ingreditur in ventrem, atque
ventriculo retinetur, id tandem in abscessu
ejicitur & effunditur. Atque sic mundum

ብሂለ:

(p) Quomodo differat circumcisio Æthiopum à *circumcisione* Judæorum docuimus in Hist. nostra III, 1, 19. in Comm. n. 3.

(q) Nolumus lectorem celare, quæ de origine hujus moris Muhammedes Abdel-bakides Bocharensis habet, etiam alibi à nobis allegatus. Is in Libro de præstantia Æthiopum de اللعوط وجه الحبش *incisionibus in facie Æthiopum* sequentia tradit: *Fuisse aliquando Regem* من ملوك اليمن *è Regibus Jamanæ* [i. e. Arabiæ felicis, Yamanenses vocat Pocokius] qui bello subactos Æthiopes penitus voluerit exstirpare. Eos verò petiisse, ut eâdem clementia erga se uteretur ac erga alios اهل الكتاب *populos Scripturæ* [i. e. Judæos & Christianos] Se enim esse من اهل الكتاب وعلى دين موسى عليه السلام فاجعلنا اهل ذمة ونودي لك الجزية كساير اهل الكتاب *è populis Scripturæ & sequi religionem Mosis pace mem: Fac igitur nos* [dixerunt] *populum clientelæ* [i. e. vitæ & bonorum securitatem promitte nobis] *& pendemus tibi tributum, sicuti reliqui populi scripturæ.* Negasse id Regem, ideò quia essent idololatræ. At illi, allatis libris, adductisque Sacerdotibus & monachis, nec non juramentis in supplementum præstitis, contrarium demonstrarunt, & Regi plenè persuaserunt. Ita in clientelam receptis injunxit Rex, ut signo quodam externo se notarent, quo ab Idololatris distinguerentur. Id illi post tridui deliberationem fecerunt, seque una vel pluribus incisionibus in facie signaverunt. Fides sit penes autorem.

(r) Videsis de hac re Histor. Æth. III, 1, 42.

ብሂለ፡ ዝንቱ፡ ቃሉ፡ ነሠተ፡ ኵሉ፡
ሕንጻ፡ ስሕተቶሙ፡ ለአይሁድ፡ እለ፡
ተምህሩ፡ እመጽሐፈ፡ ኦሪት፡፡

13 ሊተሰ፡ ሃይማኖትየ፡ ወሃይማኖተ፡
ካህናት፡ መምህራን፡ እለ፡ ይሜህሩ፡
በትእዛዝየ፡ በሀፀደ፡ መንግሥትየ፡
ወኢይትገኃሡ፡ እምፍኖተ፡ ወንጌል፡
ወእምትምህርተ፡ አቡነ፡ ጳውሎስ፡
ኢለየማን፡ ወኢለፀጋም፡፡ ወበመጽ
ሐፈ፡ ታሪክ፡ ጽሑፍ፡ ሀሉ፡ በመ
ጽሐፈ፡ ዚአነ፡ እስመ፡ ቈስጠንጢ
ኖስ፡ ንጉሥ፡ አዘዘ፡ በመዋዕለ፡ መን
ግሥቱ፡ ለኵሎሙ፡ እለ፡ ተጠምቁ፡
አይሁድ፡ ከመ፡ ይብልዑ፡ ሥ
ጋ፡ ሐራውያ፡ በዕለተ፡ ትንሣኤሁ፡
ለእግዚእነ፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ፡፡
14 ወባሕቱ፡ በከመ፡ አደሞ፡ ለቡ፡ ለሰብ
እ፡ ይትኄረም፡ እምበሊዐ፡ ሥጋ፡
እንስሳ፡፡ ቦዘያፈቅር፡ ሥጋ፡ ዓሣ፡
ወቦ፡ ዘያፈቅር፡ በሊዐ፡ ሥጋ፡ ደር
ሆ፡፡ ወቦ፡ ዘይትኄረም፡ እምበሊዐ፡
ሥጋ፡ በግዕ፡ ወኵሉ፡ ዘከመ፡ አደሞ፡
ልቡ፡ ይተሉ፡፡ ከመዝ፡ ውእቱ፡ ሥ
ምረቱ፡ ወፈቃዱ፡ ለሰብእ፡፡ በእንተ፡
መብልዐ፡ ሥጋ፡ እንስሳስ፡ አልቦ፡ ሕ
ግ፡ ወአልቦ፡ ቀኖና፡ ውስተ፡ መጽሐ
ፈ፡ ሐዲስ፡ ኵሉ፡ ንጹሕ፡ ለንጹሓን፡፡
ወጳውሎስኒ፡ ዘሰ፡ የአምን፡ ኵሉ፡ ለ
ይብላዕ፡፡
15 ዘንተ፡ ኵሉ፡ ዘጽሕቁ፡ ለጸሐፍ፡
ከመ፡ ታአምር፡ ጽድቀ፡ ሃይማኖት
የ፡፡ ተጽሕፈ፡ በ፲ወ፭፻በ፶ወ፭
ዐመት፡ እምልደተ፡ እግዚእነ፡ ኢየ
ሱስ፡ ክርስቶስ፡ አመ፡ ፳ወ፫ለሰኔ፡
በሀገረ፡ ደሞት፡፡

reddit omnem cibum. Dum verò dixit ista verba sua, destruxit totam structuram erroris Judæorum qui docti fuerunt ex libro legis Mosaicæ. Lib. II. c. 6. N. XXIX. & XXX.

Mea verò Religio & Religio Presbyterorum Doctorum, qui docent jussu meo in ambitu regni mei, talis est, ut neque recedant à via Evangelii, neque à doctrina Patris nostri Pauli, sive ad dextram sive ad sinistram. Et In libro *Tarich* [dicto] scriptum extat in libro nostro: *Quòd Constantinus Rex* (s) *jusserit in diebus regni sui, ut omnes Iudæi baptizati cibarentur carne suillâ in die resurrectionis Domini nostri IESV Christi.* Verùm prout visum fuerit unicuique, abstinere potest ab esu carnis animalium. Sunt enim qui delectantur carne piscium; sunt qui amant edere carnem gallinarum: sunt qui abstinent ab esu carnis ovillæ; & quilibet, sicut ei videtur, animum suum sequitur. Atque ita se habet beneplacitum & voluntas hominis. De esu verò carnis animalium terrestrium, nulla lex, nullus Canon datur in Novo Testamento: *Omnia munda sunt mundis.* Et Paulus ait: *Is autem, qui credit, omnibus vescatur* (t). Rom. 14, 2

Atque istud est, quod scribere volui, ut scias veritatem Religionis meæ. *Scripta M D.LV. anno à nativitate Domini nostri IESV Christi, die XXIII. Iunii, in Regno Damot.*

Qua occasione scripta fuerit hæc Confessio, ubi eam acceperim, & quid de ea sentiendum sit, infra Lib. III. c. 1. n. 12. latè explanabitur.

No. XXX. Menæ Davidis Filii bellum cum Tazcaro fratris
1 sui natu majoris filio illegitimo] *Claudio* sine liberis defuncto, frater illius germanus *Menas*, cognomento *Adamas-Saghed*, id est: Adamas [gemma] venerabilis [malè quibusdam *Adam*] tertius Davidis filius illi in Regno successit. Secundo loco natus *Iacobus* jam fato functus erat, relicto filio illegitimo, cui nomen *Tazcarus.* Successio sine dubio ad *Menam* spectabat, ad quam Tazcaro notho nullum jus
2 erat. Illegitimi enim gentium jure ad successionem non admittuntur, aliis præsertim è regia stirpe legitimis filiis existentibus; sed etiam specialibus Habessiniæ legibus excluduntur. *Tellezius* clarè scribit Lib. III. c. 14. pag. 243. b.

Em filhos bastardos nam ha successam, segundo as mesmas leys de Ethiopia:

Filiis illegitimis non competit successio secundum ipsas Æthiopiæ leges (u).

(s) Historia, ad quam hîc respicit *Claudius*, habetur apud Historicos Arabes *Elmacinum*, & *Eutychium Alexandrinum* Tom. 1. p. 466. quorum loca exscripsimus in priore editione hujus Confessionis, ejusque notis, n. 13. De cætero videsis Comment. ad Lib. III. cap. 1. n. 12.

(t) Dicta scripturæ in hac confessione allegata ita reperiuntur in versione Æthiopica, quamvis non sine aliqua lectionis varietate.

(u) Videatur *Grotius de Iure B. & P.* L. 2. c. 7. §. 14. & 16.

L. II. c. 6. N.XXXI. & XXXII. Micipsa *Jugurtham* naturalem suum adoptavit, & testamento pariter cum fi- 3
liis (improvido consilio) heredem instituit (x), quô non opus habuisset, si & nothi
jure gentium succederent.

Igitur æmuli Menæ magis odio in eum quàm concesso jure, ut caput factio- 4
nis haberent, *Tazcarum* elegerant, cum suo & totius regni exitio. Isto enim vi-
cto & de saxo dejecto, *Isaacus* provinciæ maritimæ Præfectus, Vir summæ autoritatis,
Turcas in regnum vocavit, qui portus Maris occupantes, nunquam posthac extur-
bari potuerunt.

[Corrigenda hîc est nostra de *Menâ* historia, quòd die 20. April. 1562. prælio vi-
ctus & occisus fuerit. Nam *P. P. Societatis in addit. ad relationem Æthiopiæ p.* 301.
c. 6. bis dicunt, *quòd Februario mense An.* 1563. *mortuus fuerit.*]

Post ejus mortem rebellio duravit. Etenim Isaacus, regnandi avidus, & au- 5
toritate suâ fretus, assumto alio notho, *Iohanne* Tazcari fratre minore, rebellis us-
que ad mortem mansit. *Turcæ* verò portâ semel apertâ aliquoties *Tigram* invaserunt.
Antonius Fernandez ad Provincialem Indiæ scripsit: *Turcas An.* 1572. *novam irruptio-
nem fecisse, idque quarta vice factum ex quo Patres Fremonam concesserint, magnam vasti-
tatem Habassiæ inferentes, donec à Rege Malac-Saghedo reprimerentur.*

N°. XXXI. De moribus & doctrinâ Patrum Societatis Regis
Malac-Saghedi judicium] *Tellezii* verba hîc referre lubet: 1

Ainda que mostrava ter respeito a os Padres, pelos ter por santos, nenhum caso fazia de sua doutrina, por cuydar que nam era boa, que assim se enganava, & se contradizia a si mesmo, poys nam podia deyxar de ser santa a Ley, que a elles os fazia santos.

Quamvis autem Patribus honorem exhiberet, eò quòd eos pro viris sanctis haberet; eorum tamen doctrinam flocci faciebat, quòd crederet eam non esse bonam; sic autem fallebatur, & sibi ipsi contradicebat, aliter enim esse non poterat, quin sancta esset Religio eorum, quos ille pro sanctis habebat.

Innocentia morum præditos fuisse Patres illos Societatis, magnâque patien- 2
tiâ & mansuetudine tolerasse miserias omnes in prædicandâ religione Romana con-
tra Alexandrinam, non dubitatur. Sed si argumentum *Tellezii* valeret, doctrina Ale-
xandrinorum, quàm Æthiopes sequuntur, censenda esset sancta & bona, quòd
multi sancti & inculpatæ vitæ viri apud Habessinos omni tempore reperti fuerint.

N°. XXXII. Illegitimos Regum filios sæpe causam bello cæ-
dibusque dedisse] Tristia Æthiopiæ exempla *Tazcari & Iohannis* illegitimorum 1
Jacobi filiorum, ut paulò ante retulimus, veritatem hujus dicti satis comprobant.
Iacobi Melec-Saghedi nothi bellum contra *Susneum* Æthiopiam tantùm non pessum
n. 30. 3. dedit. Plenæ sunt talium exemplorum historiæ. *Jugurtha Micipsæ filius natura-* 2
lis, ut supra diximus, in regnum adoptatus, ingratissimum se tanto beneficio gessit,
occisis fratribus, seque regnumque patrium evertit; ut ex *Sallustii historia belli Jugur-
thini* constat. Recentissimum in Anglia habemus exemplum, ubi anno 1685. 3
Iacobus Monmuthi Dux, Caroli II. naturalis, contra legitimum successorem insurgens,
sibi multisque aliis exitium attulit.

N°. XXXIII. De clementia Za-Dengheli erga Jacobum re-
gni æmulum] Insignem clementiam *Za-Dengheli* erga *Iacobum* in historia nostra 1
summoperè commendavimus. Jure contra eum tanquam regni perturbatorem
Lege Majestatis agere poterat, quòd certus esset, sibi soli regnum, ut proximo agna-
to legitimo, deberi. Sed quia *Iacobus infans*, magis Procerum quàm suo scelere pecca-
verat, bonus iste Rex clementiam laudatissimè prætulit, contra tyrannorum morem,
qui etiam sine admisso scelere, tantum futuræ seditionis metu, in alios imperii capaces
sævire solent. Egregiè *Malvezzius* in suo Davide perseguitato:
2

Gastigar

(x) *Sallust. Bell. Iug. c. 9.*

SEXCENTI

...TI EQVITES NOCTU FUGITIVI
...nati de rupe præcipitantur.

Gastigar quello che si è fatto, è proprio della legge : quello che si vorrebbe fare, è riservato a Dio : quollo che si pottrebe fare, è particolare del Tiranno.

Delicta punire quæ quis fecit, justitiæ est: quæ quis velit facere, Dei : quæ quis possit facere, Tyranni. Hoc est quod alibi dicit: L. II. c. 6. n. XXVIII. & XXXIV.

Boni Principes puniunt tantùm delicta præterita : mali etiam futura. Quod aliud nomen Turcarum Sultanis dabimus, qui fratres suos metu futuræ rebellionis gratis occidunt? Cujusmodi exempla cùm propitio Deo in Orbe Christiano nulla experiamur, benè dicit idem *Malvezzius* (y): *Senza Tyranni vive felicissima la Christianità.* hoc est : *Sine Tyrannis feliciter nunc agit Respublica Christiana.* Nimirum in regnis rectè constitutis, & successione benè firmatâ, apud fidos regni Ordines, talia regnantibus metuenda non sunt.

3 Secus est in militaribus imperiis, rarò diuturnis ; ut Imperio Romano accidit, postquam jus creandi Principis in militum manus venit. *Evulgato imperii arcano,* ait Tacitus, *posse Principem alibi quàm Romæ fieri* ; vel potiùs, ut alibi benedixit : *posse* Hist. I. 4. 2.
etiam ab exercitu [seu militibus] *principem fieri* , Rempublicam pessum ire oportet. & 25. 2.
4 Væ illi regno, ubi hoc arcanum evulgatur : vel ubi Principes ipsi seque fortunasque & II. 76. 7.
suas omnes militum fidei committunt, quod facere coguntur ii qui malis artibus Remp. administrant, & propterea in perpetuo metu vivunt; quô non torquerentur, si bonis artibus cum benevolentia subjectorum negotia regni tractarent.

COMMENTARIUS

Ad Lib. II. Cap. VII.

N° XXXIV. De sexcentis & amplius equitibus, qui fugâ
1 nocturnâ semet de rupe præruptâ præcipitaverunt] Historiam ex L. III. c. 28.
Tellezio pleniùs referemus; *Talis erat fugientium pavor,* ait, *ut nihil esset, quod eos re-* p. 279.
tinere posset, nimirum plus poterat metus quam ferrum ; nam prælium tardè cœperat, illi autem jam nocte ingruente in tenebris fugiebant, non videntes à quo vel ad quem pergerent. Eamobrem multi, ut mortem effugerent, ad mortem cucurrerunt, præcipitantes se per rupium abrupta. Ad radicem unius talium ducentorum & amplius cubitorum altitudine
2 *postero die reperti fuerunt D. vel DC. equites conquassati* &c. *Et certum est, quod multo plures interierint in saltibus istorum præcipitiorum, quàm ferro hostili; ut planè huc quadret dictum Scripturæ S. de exercitu Absolonis 2. Reg. 8. 6.* Multo plures erant quos saltus consumsit, quàm quos voraverat gladius *Ubi significationem vocis* saltus à saltu *per præcipitia rupium in aerem non malè acceperis, quia miseri illi de alto in valles per prærupta & planè abscissa saxa quasi desiliebant.* Hæc Tellezius.

N°. XXXV. De Zaga-Christo, falso Æthiopiæ Principe [
1 ጸጋ፡ክርስቶስ፡ (quod vulgò effertur *Tzagaxus,*) per tres annos in Gallia pro legitimo Æthiopiæ Principe habitus fuit. Impostorem hunc in Historia nostra descripsimus. Postea mihi venit in manus *Eugenii Rogerii descriptio terræ sanctæ de qua supra* 2, 7, 58.
in Prooem. n. 5. §. 7. locuti sumus. Is capite *de Habessinis* persuadere conatur lecto- p. 397.
ribus, *verum & genuinum Æthiopiæ Principem fuisse hunc Tzagaxum.* Narrat enim cap. 2.
populares ejus monachos Hierosolymitanos, illi magnum honorem exhibuisse , & genuflexo illi inserviisse. Item *quòd ea quæ de eo scribas , ex Abessinis intellexerit, & quod nullum Orientalem viderit, qui voluerit genus ejus in dubium vocare.* Hæc sunt ejus argumenta. Porro scribit : *Sedecim annos habuisse Tzaga-Christum, cum ex Æthiopia profu-* p. 401.
2 *geret.* Sed nimis credulum fuisse bonum istum Missionarium, ex toto contextu
historiæ ejus elucet. Nam cap. 1. scribit : *Davidem Æthiopiæ Imperatorem ad Cle-* pag. 398.

(y) In Tarquin. Superbo in fine.

Lib.II.c.7. *mentem VII. Legatos misisse, obedientiam præstitum.* *Idem fecisse successores ejus usque ad*
N.XXXV. *annum 1609. quò ad Imperium pervenerit* Jacobus *Eutychianus*, Tzagaxi *Pater, qui vo-*
&XXXVI *luerit expellere Catholicos.* Susneum *verò defendendis illis arma cepisse*, atque An.1628.
Iacobum vicisse, qui sagittâ ictus paucos post dies obierit. Quæ cuncta impudenter 3
conficta & ementita esse, non ex Historia nostra tantùm, sed ex *Patrum Societatis epi-*
stolis anno 1611. Lusitanicè & anno 1614. Hispanicè impressis, & mox in varias lin-
guas translatis: nec non ex *P. Nicolai Godigni libro de rebus Habessinorum*: ex episto-
la & relatione ampla *Patriarchæ Alphonsi Mendezii, Roma 1628. Italicè* impressa,
lectoribus constare potest. Quamobrem minimè credere possum, quod ille
pag. 412. prædicat: *Papam mandasse Guardiano Hierosolymitano, ut ad se mitteret Tza-*
gaxum: multo minus *quòd Dominus de Crequi Legatus Gallicus auctor illi fuerit*
in Galliam proficiscendi. Erant enim tum temporis PP. Societatis res in 4
Habessinia gestæ in Urbe notissimæ, eorum relationes annuæ ab omnibus legeban-
tur, ex quibus constabat, *Iacobum d. 10. Mart. anno 1607. adolescentem plus minus an-*
norum sedecim prælio victum & occisum fuisse & Susneum receptâ religione Romanâ jam
tum ab illo tempore in Æthiopia regnavisse (z). Si ergo *Tzaga-Christos* anno 1628. se-
decim annorum adolescens fuit, quomodo Patrem Jacobum habere potuit.

Quæ de salacitate illius in Historia nostra memoravi, ea verissima esse compe- 5
ri, cum sub finem Anni 1683. in Gallia morarer. Quin & flagitiis scelera addidit,
ut mihi honesti quidam senes, qui illum bene noverant, narraverunt. Abducta
enim Consiliarii cujusdam Parlamenti uxore, inquisitio contra eum decreta fuit.
Citatus à Quæstore rerum criminalium comparuit quidem, sed accusationi re-
spondere noluit, *Vn sien pareil, sui similem*, inquiens, *nemini, nisi Deo soli actionum*
suarum rationem reddere teneri. Oh! *Regem te prædicas*, quæstor ait, *age tu lictor!*
intro profer vestem Iovis, quò adolescens in comœdia usus sum, ut contumax iste intelligat,
Deos supra Reges esse. Sic ludibrio habitus, & sub cautione sistendi se rursus dimis- 6
sus, brevi sive ex luxuria: sive ut quidam putarunt, ex veneno sponte sumto, in mor-
bum incidit, qui mortem illi attulit anno ætatis vigesimo sexto, si verum est quòd
anno 1628. sedecim annos impleverit. *Ruella* haud procul Lutetiâ Parisiorum An.
1638. sepultus fuit. *Pleuritide* mortuum eum scribit *Rogerius* ejus patronus & fortas-
sis commendator.

Ludicrum *Epitaphium*, quod in Historia nostra posuimus, sic est emendandum: 7

Cy gist du Roy d'Ethiopie	Hic jacet Regis ex Æthiopia
L'original ou la Copie	Originale vel Copia.

sup. n.IX. Vix nomen suum scribere potuit sceleratus iste, ut ex epistola ad *Wislengium Medicum*
Patavinum datâ liquet. Librum Æthiopicum Lutetiæ Parisiorum reliquit, qui nunc
in *Bibliotheca Colbertinâ* asservatur, in cujus calce quædam ineptissimè ab eo scripta
reperiuntur.

N°. XXXVI. Epistolam Af-Saghedi Imperatoris Habessi-
norum ad Gubernatorem Societatis Indiæ Orientalis Johannem
Maetzuyker] promisimus lectori in historia nostra Æthiopica, quam hîc damus 1
ex Belgico idiomate conversam, quia Arabicam habere non potuimus.

In nomine Dei misericordis & miseratoris (a).

E*pistola missa ab excellentissimo Rege, magno Principe, Rege diversorum populorum, ob*
fortitudinem, virtutem atque benignitatem celebri, & nexu dignitatum principalium
clarissimo, cujus status gloriosus & pollens, imperiumque amplum & inclytum est, pro gloria
Ecclesiæ Jacobitarum: *& defensione* Religionis Christianæ, *à Rege* Af-Saghedo
[አፋ፡ ሰገድ፡] *filio* Sultani Alem-Saghedi [ዓለም፡ ሰገድ፡] (b) *cujus*
[vitæ]

(z) Confer B. Tellezium d. Lib. III. c. 28. p. 279. (a) Secretarius Arabs usus est Arabica *Muhammedanorum* inscriptione, cùm aliàs *Christiani* scribere soleant: *In nomine Patris* &c. (b) Cognomenta regia sunt ista, nam privatum nomen Af-Saghedi, in Baptismate acceptum, fuisse puto Johannes, qui Filius fuit Basilidis; ut in sequente additione dicetur.

[vitæ] *dies Deus prolonget, ejusque judicia & regimen confirmet in hoc & futuro ſeculo.* L. II. c. 7.
2 *Literæ hæ reddantur in manus illius, qui eſt gloria Religionis Chriſtianæ, ejusque columna* XXVI.
& ſcutum firmiſſimum ac tegumentum Chriſtianitatis, ejusque fulcimentum, quæ ſucceſſit in locum Sacerdotii Aaronis [i. e. Synagogæ Judaicæ] *atque innititur firmis & indubitatis fundamentis* Evangeliſtarum: *qui ornatus eſt donis divinis; qui honore & gloriâ pollet, ut non opus habeat multo faſtu titulorum: qui conſtanter amicitiam colit cum amicis* [nempe] Generali Gubernatori Bataviæ. *Deus impleat pleniſſimè ſpes ejus, & largiatur vitam longam, & exhilaret populos ubique terrarum tam magnos quàm parvos beneficentiâ ſuâ, qui*
3 *curâ atque prudentiâ ejus egregiâ collecti ſunt. Offerimus illi benevolentiam noſtram ad conciliationem fœderis & conſervationem amicitiæ & conventionum, quamvis nulla neceſſitas nos ad id cogat. Deo ſit laus pro beneficiis ſuis continuis erga nos, & pro gratia ſua eximia. Deus vos collocet in locum & gratiam illius, cui nihil occultum eſt. Poſtquam ad nos pervenit decor famæ veſtræ in extremis mundi finibus, & claritas juſtitiæ veſtræ in civitatibus & regionibus magnis: cùmque nos ipſi notitiam habeamus amicitiæ inter vos & patrem noſtrum* Alem-Saghedum, *propter clara facta & res veſtras geſtas, ut & bonæ atque*
4 *familiaris ſocietatis, in uſum confœderationis atque conjunctionis mutuæ; ideò inducti fuimus ad reſtaurandam* [amicitiæ] *communicationem vobiſcum, quod hac legatione facere intendimus per miniſtrum noſtrum* Morad Armenum, *cum quibusdam rarioribus muneribus, quæ ſunt* quatuor equi, & duo aſini ſylveſtres ſtriati [Zecoræ] *in ſignum amicitiæ. Accipite ea benevole, confido enim, amicitiam hanc Deo volente fore perpetuam.* I. 10. 37. in Coment. num. 79.
5 *Certiores autem nos omnium reddite, quo (ſi Deo placet) fœdus & amicitiam perficere queamus. Oramus Deum, (ad quem nos merito convertimus) quò multiplicet benedictionem, & augeat* gratiam ſuam, nosque in amicitia conjungat, *ille quippe eſt omnium actionum humanarum obſervator. Scriptum menſe* Moharam [qui tunc erat *Aprilis*] *anno Hegiræ ſive Fugæ Mahomedis* 1083.

A D D I T I O.

Ad Cap. VII. de Regibus hujus Seculi.

6 Ex noviſſima relatione *Moccha Arabiæ portu* Anno 1685. ad me data intellexi, illo anno in Æthiopia regnaſſe Regem ያሶቅ፡ አድያም፡ ሰገድ፡ *Iaſſok-adjam-Saghed* h. e. *Finium protectorem venerabilem* (id nomen Regni eſt) egregium Juvenem, Fil. *Iohannis* F. *Baſilidis* F. *Suſnei.* Igitur puto Regem *Aſ-Saghedum*, cujus epiſtolam modò tradidimus, patrem ejus fuiſſe, in baptiſmo *Iohannem* dictum, Filium *Baſilidis*, qui duplex cognomentum, *Sultan-Saghedi*, & *Alam-Saghedi* geſſit. Summam relationis illius infra in fine hujus libri poſt Num. LXV. cum lectore communicabimus.

COMMENTARIUS.

Ad Lib. II. Cap. VIII. Vacat.

COMMENTARIUS.

Ad Lib. II. Cap. IX.

N°. XXXVII. De contentione ſuper Edictis de rebus ſacris promulgandis, inter Suſneum Regem & Patriarcham Luſitanum agitata] *Epiſtola Patriarchæ* ad Regem Æthiopiæ, quòd edicta de rebus ſacris

L. II. c. 9. sacris autoritate sua promulgasset, ex B. Tellezio cum *responso Regis* integro Lib.
XXXVII. III. Cap. 11. Comm. num. 125. & 126. lectoribus ob oculos ponetur. Quia ex hac
contentione alienatio Regis à Patribus Societatis primùm nata, alios graviores effe-
ctus postea habuit, ut in Historia nostra diximus.

Habent Æthiopes historiam Ecclesiæ Catholicæ usque ad tempora Concilii 2
Chalcedonensis, ex qua scire poterant, quid Constantinus aliique prisci *Græcorum
Imperatores* Catholici in causis similibus factitassent. Etenim Scriptores Ecclesia-
stici illorum temporum, cùm de convocatione conciliorum loquuntur, Imperato-
rum tantùm mentionem faciunt, nullo prævio vel Pontificis Romani vel Constan-
tinopolitani Patriarchæ consensu. Id Æthiopum Imperatores sibi adhuc in regno 3
suo licere contendunt. Socrates hac de re (c): Ex quo Imperatores esse cœpe-
runt Christiani, Ecclesiæ negotia ex illorum nutu pendere visa: atque adeo maxi-
ma concilia de eorundem sententia & convocata fuisse, & adhuc convocari. *Eu-* 4
tychius (d) narrat: *Theodosium Iuniorem ad requisitionem Eutychetis* (qui tamen
κακοδοξίας arguebatur) *concilium convocavisse* his verbis:

فاستعذر اوتيشيوس الي تاودوسيوس
الملك وقال ان فلابيانوس قطعه
ظلما. وسال الملك ان يكتب الي
جميع البطاركة ان يجتمعوا وينظروا
في قصته * فكتب الملك الي
ديسقورس بطريرك الاسكندرية والي
دمنيوس بطريرك انطاكية والي
لاون بطريرك رومية والي يوبيلانيوس
بطريرك بيت المقدس ان يشخصوا
مع اساقفتهم لينضروا في قصة
اوتيشيوش *

Et facultatem defendendi sui petens Eutyches *apud* Theodosium *Imperatorem dixit*: quòd Flavianus illum injustè excomunicasset, *oravitque Imperatorem, ut scriberet ad omnes Patriarchas, ut convenirent, & causam illius examinarent. Scripsit igitur Imperator ad* Dioscorum Patriarcham Alexandrinum: *& ad* Domnium Patriarcham Antiochenum: *& ad* Leonem Patriarcham Romanum: *& ad* Jubelanium (lege *Iuvenalium*) Patriarcham *Ædis sanctæ*: [i. e. Hierosolymorum] *ut congregarentur cum Episcopis suis, & dispicerent de causa Eutychetis*; qui etiam paruerunt, & *Ephesi* convenerunt.

Etenim edicta de rebus sacris promulgare Imperatoribus Græcis neque à pri- 5
mis Pontificibus Romanis: neque à Patriarchis Constantinopolitanis unquam inter-
dictum fuit. Ipse *Leo Magnus* Papa ab Imperatore *Theodosio* concilium petit, episto- 6
lâ, quæ nona vulgò nominatur, his verbis usus: *Si pietas vestra suggestioni ac supplica-
tioni nostræ dignetur annuere, ut intra Italiam habere jubeatis Episcopale concilium, citò
(conciliante Deo) poterunt omnia scandala resecari.* Etiam *Carolus V. Imperator noster*
id sibi licere putavit, cùm edictum, quod *Interim* vocatur, de rebus in religione tum
temporis controversis, suâ sponte publicaret: Id habetur inter Constitutiones ab
Ordinibus Imperii tunc temporis approbatas, & subscriptas d. 30. Jun. 1548.

N°. XXXVIII. Quòd Reges Æthiopiæ Jurisdictionem
Ecclesiasticam sibi vindicent] Quæstionem *de Iurisdictione Ecclesiastica*, 1
præsertim *quoad temporalia Ecclesiarum*, Rex Æthiopiæ molestissimè tulit, neque in
p. 484. hoc se vinci passus est. Idcirco *Tellezius scribit*: quòd *Patriarcha Mendezius* dissimu-
laverit & distulerit hoc negotium in melius tempus:

Porem, inquit, *esse nunca mays chegou, porque d'ali por diante foy tudo de mal em peyor.*

Istud verò nunquam venisse, quoniam ex illo tempore omnia de malo in pejus ruerint.

Hæc jurisdictionis Ecclesiasticæ materia scopulus fuit offensionis & petra scan- 2
dali, in quam PP. Societatis statim ab initio impegerunt. Nam in judicium ad judi-
cem

(c) In Procemio Libri V. Historiæ Ecclesiasticæ. (d) *In Annal Alexandrinis Tom, II.*

cem secularem vocati ob juvenem ad religionem suam traductum, cum *cautio in judicio sistendi se* ab illis peteretur, responderunt: L. II. c. 9. XXXIX. & XL.

Que este negotio era da Fè, no qual elle, nem o Visorey nam podiam ser juyzes, se nam sò o summo Pontifice Romano, cabeça de toda a Igreja de Christo, & assi que nam tinham obrigaçam de far fiança, nem aparecer em juyzo, pois era tribunal secular, a os quais os Ecclesiasticos nam estam sogeitos nas cousas da Fè.

Esse causam sacram, cujus neque ille [præfectus] neque Prorex judex esse possit, sed solus summus Pontifex Romanus, totius Ecclesiæ Christianæ caput. Ideoque se non teneri cautionem præstare sistendi sese in judicio, quandoquidem sit tribunal seculare, cui viri Ecclesiastici in rebus Fidei non sint subjecti.

3 Verùm istam distinctionem Habessini capere non potuerunt à tot seculis aliter edocti, nec talem exemptionem in scriptis apostolicis, aut antiquis synodalibus decretis uspiam repererunt, quin potius infixum animis suis habuerunt dictum illud Paulinum: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Rom. 13, 1.

1 N°. XXXIX. Regalia quæ dicantur?] Jurisconsulti nostri duplicia faciunt *regalia, majora* & *minora*. Ad majora regalia multi referunt *jura Superioritatis*, quorum pleraque ordinibus Imperii nostri vel longo usu: vel privilegiis Imperatorum nostrorum concessa, in subjectos exercentur. Qualia sunt: *Ius sacrorum & quæ inde dependent: Armorum, Legum ferendarum: Summorum magistratuum constituendorum: Ultimæ instantiæ: Ius tributorum: denique omnia belli pacisque jura, sine quibus majestas Regni vel Reipublicæ consistere nequit.* Ea cuncta Rex Æthiopiæ (ut multi alii Reges in puro statu monarchico) absolutè & solus exercet, nec cum ullo subjectorum suorum communicat. At alia jura, quæ in concessione privilegiorum & dignitatum consistunt, & salva Republicâ exerceri vel omitti possunt, veluti: *Duces, Principes* aut *Comites creare, in Nobilium numerum adscribere; legitimare: Famæ restituere: Veniam ætatis concedere: Academias erigere: Ius indigenatus tribuere*, & similia, ea in Æthiopia non usurpantur, & Habessinis ferè sunt ignota.

2

3 *Minora regalia*, quæ aliàs vocant *Regalia utilitatis*, sive *Regalia fiscalia* (e) qualia sunt omnis generis *vectigalia, mulctæ, metalla, salinæ, piscationes, venationes* & similia. Ea quoque omnia in Regis Habessinorum potestate sunt, quamvis non omnibus utatur, ut in historia nostra diximus. L. II. 9. 22.

N°. XL. Subditi in plerisque Asiæ, Africæque regnis nullâ

1 bonorum proprietate gaudent] Stupenda sunt quæ Tellezius *de Habessinorum Regum jure in subditorum bona* refert, sic scribens: *Id quòd inprimis Regem hunc magnum facit, est, quòd Dominus sit in solidum omnium prædiorum sui regni, ita ut ea dare & auferre possit, quomodo & à quocunque libuerit, quandoquidem privati, tam magni quàm parvi nihil habent nisi ex gratia Regis, & omne quod possident est quasi precarium*

2 *ad tempus. Tam frequens ac consuetum est Imperatori* transferre, permutare & auferre quæ quis habet, idque binis vel ternis annis, interdum & quotannis, imò sæpe sex mensium spatio, *illaque aliis concedere, ut etiam nemini id mirum videatur*; adeoque sæpe contingit, ut unus aret, alter seminet, tertius vero metat. *Hinc fit, quòd nemo sua prædia rectè curet, nec etiam arborem plantet, sciunt enim quòd rarissimè fructus ejus sibi collecturi sint. At Regi in tantum utile est, ut omnes absolutè de eo dependere cogantur. Inde quoque est, quòd alii metu amittendi prædia quæ habent: alii verò spe acquirendi quæ non habent, Regi serviant tempore pacis & belli, illique pro facultatibus suis munera afferant, ut quanto quis plus afferat, eo plus gratiæ reportet.* Hæc Tellezius.

3 Eadem planè aspera atque iniqua referuntur etiam de *Rege Indiæ* qui vulgò *Mogol* vel *Mogor* vocatur. Fertur enim, neque magnis neque parvis quicquam in proprietatem concedere. *Ol. Dapperus in descriptione* istius regni ait (f): **Alde gronden en Landen behooren den Koning toe &c.** i.e. *Omnes fundi & agri Regis sunt*, adeò ut nemo palmum arvi possideat, nisi illius gratiâ & favore, quamobrem omnes

(e) Quæ habentur in *Constitut. Friderici Feudorum L. II. tit. 56.* (f) *Sc. India propriè dicta, sive Regni M. Mogolis Tit.* Hoff-Pracht/Staat/&c. pag. 179.

L. II. c. 10. omnes ab illo dependent, & benevolentiam atque favorem ejus ambiunt &c. Eadem in magno Russorum Imperio obtinere ajunt.
N. XLI. & XLII.

Atque istud jam olim à multis seculis in Asiæ & Africæ regnis ita obtinuisse 4
colligitur ex verbis Samuelis, qui morem hunc Israeliris, Regem petentibus, his verbis exposuit. 1. Sam. 8. 14.

ואת שדותיכם ואת כרמיכם וזיתיכם הטובים יקח ונתן לעבדיו:	*Agros quoque vestros, & vineas vestras & oliveta optima tollet, & dabit servis suis.*

De more agit non de jure, ut vanum sit alias interpretationes huic loco quærere.



COMMENTARIUS

Ad Lib. II. Cap. X.

N°. XLI. De fabulosa Æthiopum Habessinorum ex Africa in Asiam Septentrionalem expeditione] Hornius *in Introductione ad* 1
Geograph. antiquam sic scribit: *Scaligerum Abissinorum ex Africa in Indiam expeditionem & fugam finxisse.* Non possumus dicere, quòd finxerit, quia rem tanquam dubiam
ita proponit (g) ut videatur in contraria potius sententia esse. Etenim primò rectè 2
asserit: *Nomen Prestegiani, non Africani sed Asiatici Principis cognomentum fuisse.* Mox,
quasi idem nomen Habessinorum Imperatori jure tribueretur, ipse ceu dubitans loquitur: *Permirum videri, gentem, hodie nauticæ rei penitus ignaram, adeò terrâ marique*
potentem fuisse, ut ab Æthiopia ad Sinas usque Imperii fines propagarit; cùm id simplici- 3
ter negare debuisset. Statim verò, quòd istud planè incredibile sit, addit: *Nunquam hoc credet, qui Abissinorum mores & vitam penitus cognitam habuerit.* Et tamen
profert asserentium (quos non nominat) argumenta, eaque non refellit; neque etiam quidquam faciunt ad probandam aliquam Habessinorum expeditionem, aut
Imperium in Asia Septentrionali. Certè hac in parte quasi mutilam aliquam dissertationem scripsit Scaliger, accurato & plano scribendi genere minimè usus, ut nescias, in qua sententia acquieverit.

Alii, qui fabulam talem referunt, ineptissimè citant *Suidam* & *Plutarchum*, qua- 4
si à *Rege Æthiopiæ Gangete*, flumen, antea *Chliarus* nomine, *Ganges* dictum fuerit.
Sandovall. de restaur. Æthiop. salute P. I. Lib. 2. c. 30. §. 5.

N°. XLII. De Cyriaci Nubiæ Regis expeditione in Ægyptum, ad opitulandum Christianis à Præside Ægypti Muhammedano oppressis] De centum mille equitibus nigris in centum mille equis ni- 1
gris equitantibus, quos *Cyriacus Nubiæ Rex* in Ægyptum duxit, ipsa verba *Georgii*
Elmacini Scriptoris Arabis supra L. I. c. 10. n. 75. retulimus. Contigit hæc Hi- 2
storia *anno æræ Diocletianæ CCCCLXI.* qui est *annus Christi DCCXLIV.* quo tempore
nomen hoc Regis Cyriaci in Catalogo Victorii non reperitur, nec id quidquam ad rem facit, cum Catalogus ille Regum Æthiopiæ nullius planè sit momenti; ut supra Lib. II. num. XIV. hujus Commentarii dictum.

L. I. n. 22. §. 29. Per *Nubiam* hoc loco intelligit Bochartus Habessiniam, ut supra docuimus; qui 3
scribit: *Nubaos Iacobitarũ sectæ adhærere; inde liquere hos Nubaos eosdem esse cum Abassenis seu Abyssinis.* At nos loco supra dicto monuimus, nomen *Nubæorum* notius ad gentes ulteriores ignotas extensum fuisse, ut in *Cusæorum*, *Tartarorum*, *Francorum*, *ipsorumque Habessinorum* appellatione factum est (h). Secundum meam sententiam dicendum potius esset: Sub his *Nubais* in tanto terrarum tractu etiam comprehenduntur Habessini

(g) De emendat. temporum; in dissert. ad Comput. Æthiopicum Lib. VII. (h) Vide supra Lib. I. c. 1. n. 17. §. 6. & seqq. & 2. 16. §. 27.

bessini, de quibus historia hæc accipienda. Gregorius de ea interrogatus, veram L. II. c. 10.
esse dicebat, & doctis patriæ suæ viris notam. Plura de Nubæis habes supra dicto N. XLIII.
num. XXII. §. 5. & XLIV.

1 N°. XLIII. Quo pacto feri Gallæi domari possint] *Gallai* soli sunt, qui hodiè Habessinos infestant & vexant. Cùm enim Habessiniam plurimis locis attingant, incursiones quotannis multas faciunt, quibus simul ubique resisti non potest. Et quoniam sedentarii non sunt, neque urbes neque oppida, & vix villas
2 habent, ideò ægrè subigi possunt. Quomodo verò domandi sint in Historia nostra exposuimus. Summa consilii in eo consistit, ut coloniæ illuc deducantur; quod in hac regione factu facillimum est, quia agri fertilissimi sunt, ut urbes & oppida ædificari & muniri possint, in quibus homines quietè degant, & opificiis aliisque pacis artibus imbuantur.

3 Romani inter alias Barbaros domandi artes, etiam voluptates variaque pacis studia habebant, quibus adversus eos plùs quàm armis valuerunt (i). *Sic Britannos domitos* Tacitus scribit (k): *Sequens hyems saluberrimis consiliis absumta; namque ut homines dispersi ac rudes, eoque bello faciles, quieti & otio per voluptates assuescerent: hortari privatim, adjuvare publicè, ut templa, fora, domus exstruerent* &c. *Paulatimque discessum ad delinimenta vitiorum, porticus & balnea & conviviorum elegantiam; idque apud imperitos humanitas vocabatur, cùm pars servitutis esset.* Hæc ingenuè & planè apertè Tacitus.

4 *Gallai*, utut Barbari sint, tales artes libertati suæ aliquando nocituras sciunt. *PP. Societ.* (l) scribunt:

Estes Gentios tem entre si hũa prophecia, que gente branca os hani de fazer lauradores, & botar fora de Ethiopia.	Hi gentiles inter se habent vaticinium, quòd populus albus laboratores [terræ] ex illis facturus, eosque ex Æthiopia ejecturus sit.

5 Cujus generis vaticinia plura quivis bonus Politicus illis prædicere posset. Inprimis autem factiones & dissidia inter eos pro illorum salute fovenda, & ob discordias internas profugis auxilia ferenda sunt: iis verò qui jam in *Dembea* incolunt, agri in confiniis dandi, ut veluti murum contra populares suos nondum domitos constituant.

1 N°. XLIV. De Turcarum expulsione è portubus Habessinorũ] *Turcas* facilè expelli posse è portubus Maris rubri PP. Societatis in omnibus suis scriptis docent. Res ipsa loquitur; præsertim hoc tempore, ubi *Turca* à Fœderatis terra marique premuntur. Nam oppida ipsa *Arkikum* & *Suaquena* humilibus aggeribus parum firmiter munita sunt & exiguis campestribus tormentis instructa, ut exi-
2 guæ copiæ navales Christianorum Europæorum, cum Habessinorum terrestribus conjunctæ, illa haud difficulter occupare possint. Quin & fame solâ expugnarentur, nemine Turcis auxilium ferente, quia commeatum, annonam, & quidquid aliàs ad victum requiritur, imò aquam ipsam ex Habessiniâ petere coguntur. Insulæ enim adjacentes planè steriles & siticulosæ, loca verò culta remotiora sunt.

3 *P. Balth. Tellezius* munimenta illa sic describit (m): *Arkiki fecerunt Turcæ munimentum quatuor propugnaculis constans, fragili & humili muro ex saxis & argilla (ut videtur) substrato. Quamvis ex calce esset, quia latus non est, duabus horis ictus tormentorum vix poterit sustinere. Habent quidem in propugnaculis constituta quædam tormenta minora, quibus fugare atque terrere possunt Æthiopes ejus loci habitatores, neutiquam verò rei bellicæ peritos*: Et paulo post: *Præsidium ipsum sexcentis aut octingentis Turcis albi coloris constat, totidemque Arabibus aut hybridi generis hominibus.* Et *Lib. VI. c. 16. Quàm facilè autem expugnari possit ista insula cum altera Suaquena dicta, docent Patres Societatis, cùm de auxilio Lusitanorum in Habassiam mittendo agunt.* Qua de re infra pluribus. Lib. III. c. 13. n. 134.

(i) *Tacitus Hist. L. IV. 64. 7.* (k) In *Agricol. c. 21.* (l) *In epist. ann. 1607. & 1608. Relat. Æthiop. in fin.* (m) *Lib. XI. cap. 18. p. 502. b.*

L.II. c.10. Accidit tempore Patriarchæ *Alph. Mendezii*, ut *Suneus* Rex Turcis iratus, 4
N.XLV. turmas mercatorum, [Carovanæ] quæ omnes copias in portus maris rubri vehunt,
proficiſci vetuerit; ita ut non ſolùm annonæ caritate vexati fuerint Turcæ, ſed etiam
vectigalibus ſolitis, ob commercia interrupta, caruerint. Igitur Turcæ audientes
Mendezium gratiâ apud Imperatorem valere, ſcripſere ad illum, interceſſionem e-
jus rogantes. Patriarcha, occaſione uſus, pacis conciliator illis fuit ſequentibus con-
ditionibus:

1. Ne merces atque res Imperatoris propriæ ullum vectigal ſolverent. 5
2. Vt omnibus ab Imperatore Legatis, tam Muſulmannis quàm Chriſtianis, in & extra 6
Abaſſiam liberrimus tranſitus permitteretur.
3. Vt omnes res Patriarchæ, Patrumque & Doctorum Imperatoris, *inprimis ad* 7
templa pertinentes, & etiam veſtes jam diſſecta & elaborata, ab omni tributo & portorio
immunes eſſent.
4. Vt Patres Societatis *eorumque famuli & ſervi, cum turmâ mercatorum ex India* 8
venientes, vel illuc proficiſcentes, liberrimè meare & remeare poſſent.
5. Ne Turcæ ulla mancipia emerent, niſi à mercatoribus Turmarum: furto verò vel 9
plagio [in Abaſſia] *ablata, probatione ſufficiente factâ, gratis reſtituerent.*
6. Vt conditiones iſtæ libris rationum publicanorum Matzuæ & Suaquenæ *inſcribe-* 10
rentur, atque à Præfectis, illorumque ſucceſſoribus obſervarentur.
7. Vt Baſſa *Turcarum pactum hoc juramento firmaret, adeò ut ſi unum ex illis capiti-* 11
bus non obſervaretur, Bahar-Nagaſſo *Dobarua reſidenti liberum foret turmas mercato-*
rum retinere.

Quæ cuncta ex epiſtolâ *Caſpari Paez d. 30. Iunii anno 1626. datâ, & anno 1629.* 12
pag. 178. *Romæ Italicè impreſſa* excerpere voluimus, ut inde conſtet, quàm facilè ſit Turcas in
portubus Habeſſiniæ ſolâ cohibitione annonæ ad incitas redigere.

N°. XLV. Æquiſſimum tributi genus eſſe proventus re-
gionum naturales] Antiquiſſimum & æquiſſimum tributi genus cenſendum 1
eſt, quod à ſubjectis de *proventibus regionum naturalibus* præſtatur; ſive ſint pecudes,
ſive annona, ſive metalla, ſive quidquid frugum terra fert, ſi certa & æqua portio, ex.
gr. *Octava*, quæ omnes diviſiones facile admittit, conſtituatur. *Decima* ferè primis
ſeculis in uſu fuit, hinc illud Samuelis de Regum vulgato more 1. Sam. 8. 15.
וזרעיכם וכרמיכם יעשר *Sed & ſegetes veſtras & vinearum reditus addecimabit.* Secun-
dum vulgatam.

Apud Romanos varia erant vectigalium genera: *centeſima, ducenteſima, qua-* 2
drageſima rerum certarum venalium, de quibus jam non eſt quæſtio. At *fructuum* par-
tem *decimam* ſibi retinebant in agris ſativis, in plantatiis aut arboretis *quintam*. In
paſtionibus autem, certum pretium definiebant in capita minoris majoriſque pecoris;
prout *Appianus* Alexandrinus ſcribit (n). Æquum autem eſt, ut fructus natura-
les hortorum plus pendant quàm induſtriales agrorum, qui labore & ſudore pa-
rantur.

[Plura hac de re vide apud *Lipſium de magnit. Romana L. II. c. 1. pag. 38. & ſeqq. &*
Jul. Caſ. Bulengerum de tributis ac vectigalibus Populi Romani.]

Ejuſcemodi *vectigalia* ſine ulla moleſtia vel ſubditorum querela exigi pote- 3
runt, tanquam naturâ ipsâ modum annuæ penſionis definiente, ita ut annorum u-
bertatem vel calamitatem Princeps & populus ex æquo ferant: nec in pendendo mo-
ra vel contumacia ulla committi poterit: nec quicquam cum tanto rationariorum
aut debitorum incommodo in reſiduo hærebit. Verùm enim verò, ubi æs ſignatum
in uſu eſſe cœpit, vectigal pro portione fructuum brevi in deſuetudinem abiit, nec niſi
apud gentes pecuniâ deſtitutas adhuc in uſu eſt, ut apud *Habeſſinos* noſtros.

Iniquiſſimi autem ſunt illi, qui nullâ vel exiguâ meſſe factâ eundem canonem
exigunt; vaniſſimo prætextu, quòd ſubditi uberibus annis nihil plus ſolvant, eos pro-
pterea

(n) *Lib. I. Civilium.*

pterea ſterilibus nihil minus ſolvere oportere; cùm certum ſit, agrorum vectigalia ita pleru mque computata eſſe, ut, quantum maximè coloni ſolvere poſſint, impoſit[illegible] illis ſit. L. II. c. 11. XLVI

COMMENTARIUS

Ad Lib. II. Cap. XI.

1 N°. XLVI. De Axuma Habeſſinorum Regia] Habeſſinos noſtros à Regia ſua *Axuma* Axumitas dictos fuiſſe jam ſupra L. 1. n. 21. hujus Commentarii docuimus. አክሱም: *Axum* Æthiopes ſcribunt & pronunciant. At poſteriores Luſitani, nominatim B. Tellezius, ſcribere maluerunt *Acçum*, quia *Axum* illis ſonat אשׁכם *Aſchum*. Unde autem Alvarezii *Caſſumo* factum ſit, ſupra indicavimus: ſimulque errorem graviſſimorum virorum, *Scaligeri, Bocharti* & *Golii* notavimus, qui pravâ ſcripturâ hujus urbis decepti ex Axumitis *Chaſhumitas*, *Chaxumitas*, *Æthiopes ſimos*, & neſcio quales amplius, fecerunt. L. I. c. 4. n. 32.

2 Veteres quoq; hanc urbem variè & pravè exprimunt. Apud Ptolemæum Tab. 4. Africæ c. 8. ſcribitur: αὐξώμη ἐν ᾗ βασί[illegible], *Auxume in qua eſt regia*; ſub XI. latitudinis Septentrionalis gradum locata. At PP. Societatis eam ſub decimo quarto cum dimidio ſitam repererunt. Alii Αὔξουμις *Auxumis* vel Ἀξωμις *Axumis* (o) alii Αὐξώμις *Auxomis* ſcripſere. Epiphanius L. 1. Panarii. c. 5. p. 7.

3 *Thomas de Pinedo* Luſitanus apud *Stephanum de urbibus* lectionem Ἀξουμίτης ἀρσενικῶς μητρόπολις Αἰθιόπων malè defendit, & Salmaſii (p) juſtam correctionem, dum *Axumis* ſcribendum cenſet, rejicit. Licet enim pro tuendâ hac lectione *Arrianum* (q) citet, qui habet μητρόπολιν Ἀξωμιτῶν λεγομένων tamen & illum eadem correctione opus habere putaverim; alter enim alterum ſecutus videtur, quia analogia Grammatica talem terminationem non admittit. Nam urbis deſinentis in της, & quidem ἀρσενικῶς generis maſculini, in tota Græca lingua nullum datur exemplum. Multò minus urbium nomina generis maſculini ſunt, ſi excipias duo vel tria in ος terminata, & unum neutrum Ἄργος *Argus* nullum urbis nomen ſingulare eſt generis maſculini.

4 Igitur ubi analogia Grammatica id poſcit, tutò correctionem inſtituere poſſumus, quamvis plures autores idem habeant, uno fortaſſis ex alio idem exſcribente, vel eundem errorem errante, præſertim in vocabulis peregrinis. Mendoſum ergo jure dicimus & Stephanum & Arrianum. Nam ſi [illegible] ſcripſiſſet Stephanus, idque nomen urbis putaſſet, dixiſſet ut alibi, τὸ ἐθνικὸν [illegible], uti fecit [illegible]της. Tot enim alii autores habent αὔξωμις, [illegible] vel ἄξωμις, quod ille procul dubio non omiſiſſet, ſi ipſe aliter ſcribendum cenſuiſſet. Sed delendum ἀρσενικῶς id enim falſiſſimum.

5 Deſcriptionem ipſius urbis habes in Hiſtoria mea hoc capite. Alphonſus Mendezius Patriarcha Luſitanicus in ea pernoctavit, & veterum Æthiopiæ Regum ſedem fuiſſe teſtatur his verbis (r):

[illegible] me appariſce per molti cadaueri dell' antico ſplendo e e maeſtà, che ſono 16. o 17. piramidi, tutte d'un pezzo, di marauiglioſa altezza, quantunque la più alta ſia ſtata dal tempo abbattuta, concorrenti alla gloria dell' Egitto. A me parvero Mauſolei de gli antichi Rè. Indi poco lontano ſorge un ſaſſo di larghezza tre braccia ſcolpito a lettere, parte Greche e parte Latine, ma quaſi roſe dal tem-

Sicuti apparet ex multis reliquiis antiqui ſplendoris & majeſtatis, videlicet ſedecim aut ſeptendecim Pyramidibus ex uno ſaxo factis mirabilis altitudinis, quamvis altiſſima temporis injuria ſit dejecta, ita ut gloriam Ægyptii æmulentur. Mihi viſa ſunt Mauſolea antiquorum Regum. Non procul abhinc erectum eſt ſaxum tribus cubitis latum, inſculptum literis partim Græcis partim Latinis, ſed temporis injuria ferè

Ii 2 po. Il

(o) Procop. Lib. I. Perſic. (p) In Vopiſcum pag. 223. (q) In Periplo Maris Erythræi. p. m. 144. (r) In Epiſtola Cal. Junii 1626. in Europam ſcripta pag. 106.

l. II. c. 11. N. XLVII. & XLIIX.

po. Il che fu indicio, che tutte quelle opere erano d' artefici Europei dall tempo di Giustino, e d'altri Imperatori Orientali; i quali hebbero grande intelligenza (come attesta Procopio) co Re di Ethiopia auuengache allora fosse un mescuglio delle lingue Greca e Latina, per ritrovarsi insieme allogiati sotto le tende i soldati dell' uno e l' altro idioma.

excisis. Hoc indicium est, omnes istas structuras esse a artificum Europæorum temporibus Justini, & aliorum Imperatorum Orientalium, qui teste Procopio magnam cum Regibus Æthiopiæ amicitiam coluerunt. Quamvis tunc temporis mixtura fuerit linguarum Græcæ & Latinæ, quia milites unius & alterius idiomatis in iisdem castris militabant.

Verùm imaginari mihi non possum mixtam scripturam in illis saxis reperiri, 6
multo minus rationem istius rei valere puto. Oculatiores inspectores (aut nimium
fallor) aliquando reperient scripturam merè Græcam, atque in ea literas A. B. E. Z.
I. K. M. N. O. P. C. T. X. quas Latini cum Græcis communes habent, quamvis
non in omnibus æqualis sint pronunciationis. Plura habes apud Tellezium L. 1.
c. 22. Et nos Lib. I. c. 1. n. 19. §. 6. & 11. ad dissertationem Scaligeri de ignotis illis literis latiùs disseruimus.

N°. XLVII. De urbe Roma ob Imperii sedem translatam vastatâ] Urbes regiæ, si à Principibus suis deserantur, paulatim decrescunt & inter- 1
eunt: cujus rei plurima exempla passim extant. *Roma* a Gothis sub Alarico Rege
Ao. Christi CCCCX. toto triduo direpta: deinde à *Wandalis* sub Genserico Ao.
salutis CCCCLV. per quatuordecim dies prædatoribus militibus obnoxia: tandem
à *Totila Gothorum Rege* Ao. DXLV. planè vastata & desolata fuit, ut aliquot diebus
nulli homines ac vix bestiæ in ea conspicerentur, ut nonnulli autores scribunt (s).
Idem fatum *Axuma* experta est post translatam in *Shewam* imperii sedem; *Basilica* 2
illius fuit diruta, antiquitatis monumenta egregia destructa atque disjecta: *Bibliotheca* combusta; quod in incendiis maximarum urbium irreparabile semper est detrimentum; idque *Tacitus* (t) in Româ a Nerone incensâ meritò deplorat his verbis: *Opes tot victoriis quæsitæ, & Græcarum artium decora, exin monimenta ingeniorum antiqua & incorrupta, quamvis in tanta resurgentis urbis pulchritudine multa seniores meminerant, quæ reparari nequibant.* Quod & de Axuma nostra partim dici
potest.

N°. XLVIII. De veteribus inaugurationis regiæ ritibus]
Quales in Habessinia in usu sint ex *Tellezio* descripsimus. Tales priscis temporibus 1
etiam in aliis regnis fuerunt usitati: veluti in Suecia, ubi Reges in quodam ingenti
saxo, quod in prato haud procul Upsalia a [illegible], olim inaugurati fuerunt (u).
Prudenter enim in plerisque regnis constitutum est ut certo loco electio fieri
debeat.

Sic in *Imperio Romano-Germanico* Francofurti ad Mœnum, in celebri hac 2
urbe, ubi ista scribo, electio Regum Romanorum in Imperatorem evehendum fit,
nec nisi consensu Electorum & [illegible] urbi Francofurtensi reversalibus, alibi peragi
potest. Veteres autem illi & [illegible] ritus apud gentes passim exolevere. Nihil 3
enim ad summam rei faciunt, tantummodò vulgi animos occupant, & confirmant.
Sed coronatio & inauguratio ipsa à cultioribus gentibus ubique retinetur; ex ca
enim apparet populi universi consensus. Quin & in sacra Scriptura legimus quod
1. Reg. 16. 13. Deus *Davidem a Samuele* ungi jusserit. Hinc est unctio & coronatio Imperatorum
& Regum Christianorum, ob quam Sacrosancti & Uncti Domini vocantur, à privatis inviolabiles.

COMMEN-

(s) Zosimus, Socrates, Onuphrius, Procopius & qui illos sequuntur ista plenius docent. (t) *Annal. Lib. XV. cap. 41 2.* (u) Samuel. Pufendorffii continuirte Einleitung zu der Historia von Europa §. .p. 16. Videatur & *Johannes Magnus* de hac re.

L. II. c. 12. N. XLIX. & L.

COMMENTARIUS

Ad Lib. II. Cap. XII.

Nº. XLIX. Psalterium Davidis apud nobiles & plebejos
1 Æthiopiæ in magno pretio habetur. Qui legere sciunt, *Psalterium* memoriter ediscunt. Nullus liber magis manibus teritur. Monachorum quotidianus liber precum est: ut in *historia nostra* diximus. Neque tantum filios, sed etiam filias magnarum illud memoriter tenere, è *literis PP. Societatis annuis* supra docuimus, 3. 3. 35. L. n. 98. 2.
2 & *Lib. III. c. 5. num. 36.* pluribus docebimus. Hac ratione incredibile non est, in magnis conviviis integrum Psalterium, inter plures distributum, loco precum simul & semel perorari posse, (ut mihi Gregorius retulit) cum & fœminæ suum pensum recitare valeant.

Nº. L. De dignitate summa ብሕትድድ: ደጅ: *Bahtudectorum* in
1 Æthiopia abrogata. In Etymologia hujus vocis variant autores. *Bodinus*, qui nihil Æthiopice scivit, cùm vulgò scriptum reperiret *Betudete*, a *Beth* domus compositum esse, neque aliud quid significare posse putavit, quàm *Le grand Maistre. Maistre d'hostel* i. e. Magnum Palatii magistrum. *Magistrum regiæ domus*, inquit, *nostri eodem planè sensu, quò Rex Æthiopum maximum* Bethudetum *Hebræo nomine, ap-*
2 *pellant.* Hæc ille. בית *Domus* certe Hebraicum est: quid vero *Vdete?* B. Tellezius *O amado*, sive *O valido* significare, ait h. e. Gallice *Favorit*, *Mignon d' un* l. 2. c. p. 52. *Prince*, Hisp. *Privado.* Video quidem quod alludat ad radicem Amharicam ወደደ: *Wadada.* Arab. ودّ *Amavit.* Sed prout Gregorius me scribere docuit, non sic, sed *Soli-porta*, cum magna ellipsi exponendum esse, tanquam *Vir cui soli janua Principis patet.*

3 A vocabulo ad rem transeamus: Pergit Tellezius: *Reges Æthiopiæ hoc nimiæ potentiæ vocabulum commutasse in aliud, & Arabico vocabulo* [رئيس] *Ress vel* [راس] *Râs, Caput, Princeps, vocitasse præcipuum rerum agendarum ministrum.* Idem factum in Gallia, ubi *Les Maires du Palais* abrogati & *Conestabiles* (*Comites stabuli* aliis) constituti. d. l.

4 Sed remedium non consistit in nominum mutatione. Non enim vocabulum Principibus formidandum est, sed res ipsa; scilicet *potentia nimia quam Principes ministris suis tribuunt*; cùm tædio curarum & voluptatum amore muneris sui quasi pertæsi, summam rerum agendarum ad unum solum transferunt: qui in magnis bene vel malè faciendi licentia, animos hominum ad se trahere potest. Id autem in regnis malè constitutis inprimis illis, ubi nulli Ordines sunt, exitium imperantibus afferre solet. Quàm parùm abfuit, quin ipse *Tiberius*, tam astutus Princeps, à dilecto suo *Sejano* subverteretur. Id certe accidit Regibus Galliæ, qui *Merovingiani* dicuntur, quorum ultimi vocantur *les Roys Fainéants* i. e. *Reges otiosi & inertes.* [rectiùs rudes & inertes, *sive in ignorantia rerum omnium educati*] Eorum postremò in monasterium detruso, regia Majestas *Magistris Palatii* [Maires du Palais] *Carolinis* [Charlevingiens] cessit, ut ex historia Gallica notissimum.

5 Potissima hujus rei culpa provenit ex malâ educatione, dum improbi ministri, filios Principum aliquando regnaturos, ab omni eo quo ad munus suum instruantur, procul habent, ut ipsi per eos regnare possint. Hinc contingit, ut ad tantum fastigium evecti, & rerum omnium ignari, cogantur aliis, cui assueti & familiares sunt, administrationem negotiorum regni relinquere. Id verò pro conditione temporum,
6 personarum & rerum exitiosissimum esse potest. *Bodinus* non malè (x): *Diuturno rerum*

(x) *De Republ. Lib. III. c. 6. ab initio.*

L. I. .12. LI. *rerum agendarum usu compertum est, n[illegible] peri[illegible]ul[illegible]us e[illegible], quam [illegible] m[illegible]stratibus eminere*
unum al[illegible]quem, qui cæteris om[illegible]ibus, tum [illegible]r[illegible]atis tum etiam magistratibus imperare p[illegible]t-
quique uno tantùm gradu absit a Maj[illegible]ate [illegible]e que peri[illegible]ul[illegible]us, si summus ille magis[illegible]ratus
nec parem habeat, nec imperii coll[illegible]gam [illegible] & Re publ. [illegible]pr[illegible]us suas confirmare p[illegible]s[illegible] ut quon-
dam Præfectus Prætori[illegible], qui post Imperator[illegible] m[illegible] [illegible]mnibus ma[illegible]stratibus urbanis ac provincia-
libus imperabat: & qui ab omnibus Imperii Romani ma[illegible]l[illegible]atibus appellari poterat. ab
ipso vero ad imperatorem ne qui[illegible]dem pr[illegible]vocare licebat. Sic loquitur Bodinus argu- 7
mento L. unicæ. §.1. [illegible] de Officio Præf. præt. ubi pericolosa & fallax ratio *ex Aure[illegible]o*
Arcadio [illegible]hari[illegible]io additur [illegible] *Credidit Princeps eos, qui ob singularem industriam, explora-*
tâ eorum fide & gravitate ad hujus officii magnitudinem adhibentur[illegible] non aliter judicatu-
ros e[illegible] pro sapientia ac luce di[illegible]nitat[illegible]s suæ, quam ipse foret judicaturus. Sed in ista [illegible]
credu[illegible]tate Princeps sæpe falli potest. Dignitas ista Præfe[illegible] prætorio sub Tiberio 8
An. 4. 2. 1. Cæsare vim maximam adepta est; nam *Sejanus*, ut *Tacitus* scribit [illegible] *Vim præfecturæ,*
modicam antea, intendit, dispersas per urbem cohortes una in [illegible]stra conducendo. Hinc
apparet, quantum à Tiberio peccatum fuerit, quòd non tant[illegible] [illegible]n civilem potestate[illegible],
sed etiam militarem potentiam *Sejano* in manus dederit. Nam modò ista separata
maneat, ab ipso Principe ejusque ærario dependens, periculum tantum non est,
ut is primarius Minister, q[illegible] civilia munera tractat, potentia sua abutatur.

N°. LI. De potentia eorum qui ex humili loco ad maxi-
mam dignitatem evehuntur [illegible] [illegible]e potentia *Libertorum* apud Principes Ro- 1
manos multa apud Tacitum legimus (y [illegible] Hi ministeria Principatus agere soliti,
partem Reipubl. malis temporibus sese fecerunt [illegible] H[illegible]a secretioribus ministeriis fue-
runt. Hunc morem, in absolutis regnis usitatissimum, liberi populi mirantur. Sic
olim *Polycletus, Neronis libertus*, Britannis irrisui erat. Stupebant enim, *quod Dux &* 2
exercitus tanti belli conse[illegible]or ser[illegible] [illegible]is obedirent [illegible] z [illegible] Causas in Historia nostra expo-
..18.6. suimus: Primo respectu Principum, quòd in talibus hominibus, quos ipsi veluti è pul-
vere sustulerunt, plenam habeant fiduciam, & quòd ob conversationem quotidia-
nam eos secretorum omnium participes reddant: dein a parte Libertorum, quod in
nemine alio spem suam repositam l[illegible]be[illegible]nt, & propterea Patronis suis fideles, & a[illegible]
servi[illegible]a q[illegible]vis paratiss[illegible]mi esse cogan[illegible]

COMMENTARIUS.

Ad Lib. II. Cap. XIII.

N. LII. De potentia Castrensium periculosa [illegible] Milites, ubi re- 1
rum potiuntur, cuncta in se trahere, atque semet rerum agendarum, totiusque Rei-
publ. arbitros constituere amant [illegible] quod Imperatores Romani cum damno suo ma-
ximo experti sunt. Idem contingit illis, qui secundum arbitrium suum imperare
volunt, militum vi freti. Exempla hujus rei habemus non tantum in Historiâ 2
veterum Imperatorum Romanorum [illegible] sed & in Imperio Turcico frequentissima
sunt. Etenim *Prætoriani* aliquoties *Sultanos* suos deposuerunt, quod & hac nostra
tempestate mense Decembri anno. M. DCLXXXVII. factum, *Solymanno* in locum
fratris *Muhammedis IV* ad imperium evecto, ut hac in re diutius versari opus
non sit.

M[illegible]itaria imperia a [illegible]oliticis omnibus improbantur, neque diuturna esse solent. 3
Nam pacis artes, quibu[illegible] Regna atque Respublicæ conservantur & florent, militibus
sunt inimicæ. *Bodinus* [illegible] a) scribit. *Mil[illegible]tes summæ l[illegible]i ac [illegible]uptati ducunt agros [illegible]*
stare[illegible] agricolas spoliare, vicos incendere[illegible] urbes obsidere, o[illegible]as expugnare, expugn[illegible]
diripere

(y [illegible] *Hist.* 1.58. 1. & 76. 6. *Agr.* 40. 2. [illegible]) *Tacitus Ann.* 14. 39. [illegible] (a) Dict. tract. *L.* 5. *cap.* 5.
§. *Vesle est &c.*

diripere, direptas inflammare, ſtupra cædibus, cædes ſtupris cumulare, omnia denique humana divinaque miſcere. Hæ ſunt utilitates, hi militiæ fructus bonis omnibus deteſtabiles, L.II.c.14. N.LIII. & LIV.
militibus tamen ſuaves ac jucundi. Paulo poſt ſubjungit: *Quæcum ita ſint, non video, quamobrem ad hoc crudeliſſimum vitæ genus cives inſtituere, aut armare, niſi ad extrema*
4 *vitæ pericula, debeamus.* Hæc Bodinus. Sed temperanda ſunt iſta pro temporibus & conditione Reipublicæ. Etenim qui cum multis hoſtibus confligantur: vel quorum libertati vicinus potentior inſidiatur, illos utique decet cives ſuos armare, & tempeſtivè ad durum hoc vitæ genus aſſuefacere. Nam ſi expectare velint, donec ad extremum vitæ & libertatis periculum res vergant, de utrâque brevi actum erit.

COMMENTARIUS.

Ad Lib. II. Cap. XIV.

N°. LIII. Habeſſinorum milites, ut olim Romanorum,
1 annonâ contenti ſunt] Sine ſtipendiis militare diximus Habeſſinos in Hiſtoria noſtra. Idem de antiquiſſimis Romanorum militibus notat *Feſtus*: *Privato ſumtu alebant ſe milites Romani penè ad id tempus quò Roma capta eſt à Gallis.* Poſtea bello contra Volſcos decrevit ſenatus (b): *ut ſtipendium miles de publico acciperet, cum ante id tempus de ſuo quisque functus eo munere eſſet.* Pecuniam intelligit, nam *frumentum, arma & veſtem ſemper acceperunt*, ut rectè *Lipſius* cenſet (c).

2 Oh! quàm facilè foret, univerſalem Monarchiam conſtituere, ſi hodie tales milites darentur. At tempore *Polybii* pedites gregarii acceperunt τῆς ἡμέρας δύο ὀβολούς, *in diem duos obolos: Equites drachmam*, i. e. *ſex obolos*,, *vel potius denarium, qui decem aſſes* olim continuit, ut *Lipſius* computat dicto loco. Non autem tunc temporis diſtributus fuit panis, ſed frumentum, quod ipſi molere, atque in prunis vel cinere fervido pinſere cogebantur; in hunc finem tam pedites quàm equites demenſum ſuum in frumento accipiebant, bono contra otium & laſciviam remedio.

3 Inter vitia militum & mores militiæ corruptos à *Salluſtio* recenſetur: *Frumentum publicè datum vendere, & panem in dies mercari.* Proinde *Metellus* iſta, tanquam ignaviæ adjumenta, edicto ſuſtulit: *Ne quisquam in caſtris panem aut quem alium cibum coctum venderet.* talis *Romanorum militia* erat. *Salluſtius Bello Iugurth.* cap. 44. & 45.

COMMENTARIUS

Ad Lib. II. Cap. XV.

N°. LIV. De veteribus Æthiopum expeditionibus]
1 Ante omnia hîc repetenda ſunt, quæ ſupra de Æthiopia diximus, ne quis ea *Habeſſinis* tribuat, quæ antiquis & genuinis *Æthiopibus, Ægypto vicinis*, competunt; de quibus ſcil. accipienda ſunt ea, quæ autores priſci *Herodotus, Diodorus, Ioſephus*, & alii de invaſione & dynaſtia Æthiopum in Ægypto memorant. Quorum Reges (referente *Africano*) fuerunt *Sabbacon, Senechus*, & *Tarchus.* Sed iſti nihil ad nos.

2 At certiſſima ſunt, quæ de Habeſſinorum in Arabiam felicem expeditione memoravimus, à quibus *Homeritæ* & *Cachlanitæ* æram ſuam inchoaverunt. De illis *Alkodajus* in Hiſtoria (d):

وكانت

(b) Livius L. 4. c. 59. (c) *De Milit. Roman. L. . Dial. 16. pag. 317*
(d) Allegante Pocokio in Specim. Hiſt. Arabum.

Lib. II. c. 15 N. LV.

وكانت حمير وكهلان يورخون بملوكهم التبابعة ❋ ثم ارخوا بظهور الحبشة علي اليمن ❋	*Homeritæ autem & Cachlanitæ* [primo] *supputabant à Regibus suis, gentis* Tobbaidarum &c. *Postea verò computarunt ab invasione* Habessinorum *in Arabiam felicem.*

Sed Historiam ipsam nondum cognoscere nobis licuit, nisi forte intelligatur expeditio Calebi. De qua in historia nostra Lib. II. c. 4. §. 21.

No. LV. De bello Adelensi] De ferali hoc bello, quod exitium ferè 1
attulisset imperio Habessinorum, quædam in historia nostra omissa nunc referemus. Capitale odium inter Habessinos & Adelenses à multis seculis viguit. Cu-
c. 27. juscausam antiquisimam ex *Epistolis Andr. Corsali Florentini* (e) hanc fuisse deprehendi; quòd Rex quidam Habessinorum Regno pulsus, atque in rupem Amharæ detrusus, exinde ad Adelenses profugerit, ductaque Regis filia socero successerit, Habessiniam ad se jure hereditatis pertinere contendens. Qua de re Corsa- 2
d. l. lus sic scribit: *Zeila, aliaque magnæ urbes regni Adel subjectæ sunt Regi cuidam Muhammedano,* Salatru *dicto. Qui, eodem genere regio ac David ortus, aliquamdiu in Habassia regnavit. Mox depositus, atque in rupem* [Amba id significat] *ubi regum liberi perpetuo custodiuntur, relegatus modum reperit è rupe evadendi. Itaque ad Adelenses profugit, ubi benè exceptus Regis filiam in matrimonium accepit, cum qua hæreditario jure Regnum adeptus est. Deinde, desertâ Christianâ religione, Muhammedanus factus, perpetua cum Habessinis bella gessit, quæ posteri illius, tanquam hæreditaria odio quasi Vatiniano continuaverunt.* Hæc Corsalus.
c. 112. Alvarezius scribit: *Adelæ Regem, propterea quòd perpetuum bellum cum Habessinis* 3
gerat, à Muhammedanis pro Sancto *haberi: atque à Regulis Arabiæ armis, equis aliisque ad bellum necessariis juvari, pro quibus ille plurima mancipia Habessinica* [illic locorum gratissima] *reddat.* Patres Soc. in relat. ann. 1607. & 1608. p. 60. b. in fine clarè scribunt: *Adelenses semper habuerunt & etiamnum habent bella cum Imperatore Æthiopiæ.* Etenim controversiæ de successione regni fine unius vel alterius familiæ internecione rarissimè componuntur.

Hinc succurrit conjectura nova de loco *Abd' el Bakidis* (quem supra retulimus) 4
quasi defectione *Atzhami* Habessinorum *Nagashi* ad Muhammedem, circa annum Christi 627. factâ, interruptus fuerit Christianismus apud Habessinos. Nam ille depositus Æthiopiæ Imperator profugus, proculdubio Imperium Æthiopiæ ad se pertinere putavit, & titulum *Nagashi-Elhabesh* hoc est: *Imperatoris Habessinorum* retinuit, quem etiam ii, qui partium ejus erant, ei proculdubio tribuerunt. Hunc 5
igitur, vel aliquem ex posteris ejus Muhammedis sectam amplexum fuisse dubio caret. Nam omnes *Adelæ* Reges jam à longo tempore *Musulmanni* facti sunt. Huic conjecturæ obstat quòd Corsalus scribit: *Principem illum è castello,* Amba *dicto, in quo Regum Æthiopiæ filii exsortes Regni in perpetua custodiâ habebantur, effugisse.* Si enim id de rupe *Amharæ* accipias, temporis ratio manifestò repugnat, quia mos iste in perpetuam custodiam Liberos regios dandi Muhammede sexcentis & amplius annis recentior est. Attamen quia *Corsalus* rupem (id enim *Amba* significat) simpliciter no- 6
minat, nullâ Amharæ mentione factâ, fieri potest, ut Princeps ille in aliam aliquam rupem (alia enim castella non habent) relegatus fuerit, & sic effugerit; more illo liberos regios in rupem includendi hoc loco à Corsalo abs re per prolepsin addito. Sed priusquam ipsas Arabum vel Æthiopum historias videamus, nihil certi de hac re decernere poterimus. Interim nobis prima nostra conjectura, quam cap. IV. hujus libri N. XXII. §. 13. proposuimus, magis placet. 7

Tempore Alexandri, Naodi patrui, claruit insignis Dux Adelensis nomine *Ma-*
fudi, (f) qui gnarus Habessinos *jejunia quadragesima* strictè & rigidè observare, illo 8
tem

(e) Impressæ reperiuntur simul cum Alvarezii itinerario. Quæ hic proferimus ex Germanica versione excerpsimus. (f) Idem ni fallor, cujus Andr. Corsalus mentionem facit d. c. 27.

tempore quotannis incursiones in Habessiniam fecit, multis hominum millibus in ca- l. II. 15.
ptivitatem abductis, idque per XXV annos continuavit. Etenim Habessini jeju- N. LV
niis emaciati hostibus plane impares erant, adeo ut sexaginta & amplius leucæ igne
atque ferro vastarentur
9 Egregium hujus barbari Ducis facinus refertur. *Cum aliquando rupem validam*
occupavisset, rusticos omnes immunes dimisit & ad colendum agrum hortatus est, ut si anno
sequente rediret, frumentum atque pabulum pro exercitu suo reperiret. Milites vero ar-
mis spoliatos sic allocutus est: *Vos traditores, quandoquidem obsonium vestrum tam ma-*
le meriti estis, ac Domini vestri regionem tam ignave defendistis, meritam pœnam luetis.
10 Sic eo ipso in loco quinque millia militum trucidati. Aliquo tempore interjecto,
David Rex, jam strenuus adolescens, per exploratores cognito, ubi hostis irruptio-
nem facturus esset, raptim exercitum contraxit, & ad pylas montium, per quas Rex
Adelæ cum Duce suo Massudio transierat, castra posuit. Igitur *Massudius*, conspe-
cto rubro Negusi tentorio, pavens regi suo dixit: *ut cum paucis militibus procul inde*
per prærupta montium in loca tuta se reciperet, se hic cum exercitu vel victurum vel mori-
11 *turum.* Ipse Dux rebus desperatis, cùm nullum per fauces montium retro effugi-
um daretur, tanquam alter Goliad prodiit, & ad singulare certamen unum ex hosti-
bus provocavit, sperans, si victor existeret, se Habessinis, auspicio tali pavidis, faci-
lè superiorem futurum. Sed monachus fortis & audax, *Gabriel Andreas* dictus, ac-
cepto duello eum vicit, caputque amputavit, quo facto hostes omnes ad unum cæsi
fuerunt, ne nuntio quidem tantæ cladis relicto. Caput Ducis, tanto tempore Ha-
bessinis tremendi, per tres annos asservatum fuit, idque ipse Alvarezius vidit & car-
mina audivit, quæ de fortitudine & impavido ejus animo canebantur
12 Eodem tempore Lusitani *Zeilam*, Adelæ portum, *Lope Suarezio* Duce occu-
paverant, & plane combusserant, incolis omnibus vel occisis, vel in captivitatem ab-
ductis. Quibus tum temporis quidem valdè lætati sunt Habessini, sed paucos post
annos Adelenses, sclopetariis ac bombardariis a vicinis Arabiæ regulis acceptis,
atrocem ultionem de Habessinis sumserunt. Quæ relatu necessaria putavimus, ut
lectores eò melius intelligerent, unde tam immane & hæreditarium odium inter illas
nationes, nec non inter Lusitanos & Adelenses extiterit, atque tam gravia mala Ha-
13 bessinis pepererit. Sed post illa tempora de nullo amplius bello Adelensi quidquam
mihi cognitum neque lectum fuit, credo quia *Galli* intervenerunt, Adelensibus æ-
que ac Habessinis infesti, iique intermedias provincias *Fatagaram* & alias plures
occupaverunt, interstitio quodam inter utramque nationem sic constituto.

N°. LVI. De auxilio in Lusitania à Rege contra Adelenses
1 decreto] Discrepant scriptores in referenda hujus auxilii causa & occasione. Pa-
tres Societatis, speciatim *Petrus Pays*, scribunt casu id contigisse: etenim *Stephanum*
Gamæum, in mare rubrum incendendis Turcarum navibus profectum, ab *Isaaco*
Bahrnagasso, alioque viro primario, *Robel* dicto, nomine Reginæ matris enixe roga-
tum fuisse, ut Christiano regno, Filioque suo *Claudio* ferè oppresso, suppetias ferre
vellet, idque illum, habitâ cum præcipuis classiariorum aliisque nobilibus viris deli-
2 beratione, concessisse. At mihi propius vero visum fuit, inscio Rege Lusitaniæ
tantum militum numerum missum non fuisse. Nam *Johannes Bermudes*, *in episto-*
la ad Regem Lusitaniæ anno 1565. Ulyssipone edita, memorat: *Se jussu Regis Æthiopiæ in*
Lusitaniam venisse, atque ibi decretum obtinuisse, ut quadringenti & quinquaginta sclo-
3 *petarii Lusitani Æthiopiæ Regi auxilio mitterentur. Hoc mandatum cum in Indiam tu-*
lisset, Proregem Stephanum Gamæum *milites dare noluisse, prætexuisse enim, expeditio-*
nem hanc centum aureorum millibus confici non posse; se vero respondisse: *Nihil hoc esse,*
Presbyterum Johannem *facile centum aureorum myriades* (vulgò Million) *solvere pos-*
4 *se, nam ejus infinitos esse thesauros. Sic in mare rubrum profectum cum magna tristi-*
tia intellexisse, Regem Davidem fato functum, Viduam ejus, Filiumq; heredem equidem ad-
huc vivere, atque sese defendere, sed Adelenses jam tenere provinciam maritimam, sum-

ll. c. 16. LVII. *quæ portum* Arkiko, *atque* Bahrnagassium Christianum *loco pulsum, & alium* Muhammedanum *in ejus locum suffectum fuisse. Illum, audito Lusitanorum adventu, pacem & amicitiam nec non commercia obtulisse. Herum enim suum jam tum totius Æthiopiæ potiri. Cui* Lusitani, *dolum odorati, pari astutia respondérint. Postero die copiis in littus expositis post brevem velitationem barbaros fusos fugatosque, atque sic viam patefactam, legatos ultro citroque missos, & auxilium Lusitanorum magno applausu receptum fuisse.* Hucusque Bermudes; post quæ secuta sunt illa quæ in historia nostra narravimus. Quæ si aliter se habuissent, non ausus fuisset *Iohannes Bermudes* talia in Lusitania scribere, ubi adhuc vivebant, qui acta illorum temporum nosse poterant: & quia de se suisque actionibus scribit, mentitum illum fuisse oporteret, si aliter se res habuisset, quod tali viro non facilè imputandum. 5

COMMENTARIUS

Ad Lib. II. Cap. XVI.

N°. LVII. Historia primæ Habessinorum in Europam ad Lusitanos legationis] Legationem hanc ejusque occasionem descripsit *Damianus à Goez in epistola ad Iohannem Magnum* de qua *supra* in Proœm. I. §. 9. egimus. Diximus autem in historia nostra, quòd diu dubitatum fuerit de veritate istius Legationis. Rationes dubitandi *Goezius* affert, iisque respondet: 1

Primò: *Cur Armenius mercator solummodo cum Iuvene quopiam* Ebesfino [sic scribit] *sine comitatu regio, & non potius Vir Habessinus nob lis & clarus missus fuerit? Nimirum à sinu Arabico usque ad sinum* Gangeticum *duo tantùm idiomata valere, nempe Persicum & Arabicum : sine quibus nemo iter facere possit; neutrum Habessinos calluisse, quòd id nec domi discant : nec e patria sua vix unquam excedant. Iuvenem verò Habessinum ideo adjunctum fuisse, ut varias terras & linguas addisceret.* 2

Secundò: *Habessinis nondum satis cognitas fuisse Lusitanorum res, propterea viro usi voluisse, qui mercatoris specie regiones pertransire, atque de omnibus rebus cognitionem certam afferre potuerit.* 3

Ego plures causas addere possem; nempe *intutum iter.* Nam propter bella Adelensia & Lusitanorum naves prædatorias, quibus Saracenorum negotiationem in Mari rubro prohibebant, peregrini omnes, maximè vero Christiani suspecti erant, ut ignoti in itinere detinerentur, sicut ipsi Matthæo [illegible] accidit. Deinde facilè credo *claros viros Habessinorum talem legationem recusavisse*, utpote linguarum, regionum, morumque externorum planè [illegible]. Tandem, quod caput est, *ipsa Helena*, suprema regni administratrix, *nesciuit quo pacto Legatum mitteret*: vel quibus literis eum instrueret. Nam si epistolam illius consideres, *Epistola fidei* videri potest, qualis Legato primario [illegible], hæc enim continet verba: *Quidquid Orator noster Matthæus vobis [illegible], id veluti nostra persona profectum accipite, eique fidem adhibete.* Et tamen [illegible] summam universæ legationis, & quidem arcanissima de auxiliis contra S[illegible] continet, quæ separatim Legato pro instructione dari solent. Poterat Arabem aut Ægyptium, quorum copia erat, vel ipsum Matthæum Armenium, tanquam præcursorem præmittere; Sed iste pro primario Legato se gessit. Nam [illegible] Goam appulisset, exscendere noluit, dicens. *Se non vulgaris Principis, [illegible] Imperatoris Presbyteri Iohannis Legatum esse*, ita ut Albuquerq[illegible] eum singulari pompa & comitatu nobilium & Clericorum illum excipere. Id [illegible] aliis Lusitanis displicuit, quia de veritate Legationis illius dubitabant. [illegible] & ipsum Albuquerquium offendit, eò quòd illi causam Legationis [illegible] aperire [illegible], id enim soli Regi Lusitaniæ se facturũ dixerat. Sed reticet 4 5 6 7

hoc

hoc Göezius, atque indignationem Proregis dissimulat, nec memorat quæ Masse L.II.c.16.
jus refert (h), *quòd nullo suo merito indigna & acerba pertulerit Matthæus à Lusitanis.* N.LIIX.
Nam per tres annos in India detentus, & non nisi Ao. 1513. in Lusitaniam dimissus
8 fuit, ut in Historia nostra diximus. Ipse Matthæus, cùm post decem annos in
Habessiniam feliciter à Lusitanis reponeretur, coram Prætore & cæteris classiariis gra-
tias Deo egit, *quòd finem dederit omnibus suis ærumnis, infamia & injuriis; eò quòd
habitus fuerit pro Muhammedano impostore, falsario & Sultani exploratore*; quæ non si-
ne commiseratione audita fuerunt à Lusitanis præsentibus (i). Juvenis autem ille
Habessinus nunquam in patriam rediit, in itinere fato functus.

N°. LVIII De Tzaga-Zaabi ad regem Lusitaniæ Legatione]

1 Legatio istius Viri ad Lusitanos etiam dubiis sat gravibus laborat. Cùm Rex Æ-
thiopiæ illum in Lusitaniam Legatum destinasset, interrogavit Alvarezium (k): *Num
eum idoneum putaret?* quod ille affirmavit; *quia ita se gesserit, ut cum illo fuerint con-
tenti.* Describit eum Damianus à Göez (l), *quòd fuerit vir senex, nobilis, patriâ
Habessinus, Sacerdos sacrorum, & Chaldaicæ* [i. e. Æthiopicæ] *linguæ peritus: & quòd no-
2 bilium aulicorum comitatum secum adduxerit.* Verùm quid in Lusitania egerit &
quare Romam non iverit, cum tamen literis non solùm ad Regem *Iohannem III.* sed
& ad *Pontificem Romanum* instructus fuerit, parùm compertum habeo. Religio
certè in causa esse non potuit, nondum enim tunc temporis Habessini pro hæreticis
habebantur: Schismaticorum vero Legati, uti *Russorum Autocratoris*, a Pontificibus
Romanis ad mittuntur.

3 Sed præter ista omnia mirari licet, quæ in *epistola Ioh. Bermudis supra allegata*
reperiuntur. Is de se ad *Sebastianum* Regem sic scribit: *Româ in Lusitaniam concessi,
Rege avo tuo Evoræ existente, qui adventu meo summopere lætatus est, cupiens ut conclude-
retur legatio* Tzaga Zaabi, *qui duodecim annos ibi hæserat, nihilque concluserat, ex mera
4 negligentia. Iam autem Imperator me jusserat, ut tollerem ab eo munus legatorium, ipsum-
que comprehenderem, & captivum mecum in Æthiopiam deducerem. Attuli ergo illi lite-
ras ab Imperatore, quas ille accipiebat & osculabatur, & pro veris agnoscebat, & eo ipso
agnoscebat etiam me pro suo* Patriarcha, & superiore: *osculabatur mihi manus, & cedebat
mihi locum suum sine ulterioribus verbis. Ego jussi catenis ferreis ligatum, in quolibet bra-
chio unâ more regionis suæ, in carcerem deduci. Post paucos dies autem rogatu Regis eas
rursus demsi.*

5 *Summa legationis illius erat perpetua amicitia & fraternitas, utque reciprocè Re-
gum liberi matrimonia inter sese contraherent, & è Lusitania filius Regis iret ductum filiam*
Regis Æthiopiæ, *& regnaret in illius regno post ejus mortem; quò fœdus inter Lusitanos
& Æthiopes, & consequenter obedientia erga* Pontificem *foret eò major & diu-
turnior.*

6 (2) *Vt mitteret auxilium contra* Regem Zeilæ, [i. e. Adelæ] *qui invaserat regna
illius, pro quo missurus esset magnam divitiarum copiam.*

(3) *Vt mitteret quosdam fossores ad perfodiendum collem, per quem jam olim* Ey-
lale Belale [hoc nomen habet] *antecessor ejus* Nilum *derivaverit, quò illum rursus huc de-
rivaret ad submergendam Ægyptum.*

7 Hæc habet Bermudes sine ullo bono sensu qui viro Politico satisfacere pos-
sit, ut infinita dubia alia, quæ relatio hæc continet, transmittamus. Quomodo enim
culpa protractæ per tot annos Legationis soli Tzaga-Zaabo imputari poterat? Non-
ne in potestate Regis Lusitaniæ erat, illum, si nihil agere vellet, vel ob defectum
sufficientis mandati (ut puto) non posset, darâ benevolè veniâ in Indiam remitte-
re. Culpa utrorumque videri potest, vel quòd ille responsum non urserit: vel quòd
8 Lusitani non dederint. Certè Legationis istius capita primo statim aspectu ta-
lia apparent, ut de illis nihil agi potuerit sine plenissimis mandatis. Hæc fortassis

Kk 2 fuit

(h) Hist. Indic. Lib. VII. (i) Johann de Barros Dec. III. Lib. 3. p. m. 74. (k) Vide ejus itinerar. cap. 115. (l) In Epistola supra allegata ad Johannem Magnum tunc Dantiscanum? Vid. Procem. I. §. 4.

L.II. c.16. fuit causa, quæ bonum illum Tzaga-Zaabum tam diu in Lusitania detinuit. Quo-
N. LIX. modo autem Imperator Æthiopiæ jubere poterat Tzaga-Zaabum inauditum &
indefensum comprehendi, & captivum in Æthiopiam deduci? Nec quid ille respon-
derit, auditis talibus mandatis, aut quid tandem de illo factum fuerit, Bermudes
l. 8. n.66. narrat. Fabulam de submergenda Ægypto supra explosimus.

§. 9. Nulla posthæc Legatio ab Habessinis in Europam tentata. Narrat quidem 9
Hieron. Vecchietti (m) Jacobum Regem in regnum restitutum Ao. 1606. aliquos
cum epistolis ad Papam misisse, sed illos à Turcis in itinere interceptos, & Constan-
tinopolim abductos, quamvis annitente Gallico Oratore, liberari non potuisse.
Quandoquidem verò B. Tellezius (n) accurate describit, quæ Rex ille cum PP.
Societatis in favorem Romanæ Religionis egerit, nullâ talis Legationis mentio-
ne factâ, dubia mihi redditur ista Vecchietti relatio, quem aliàs multa falsa de Jaco-
bo hoc referre video. Ille brevis ævi & regni fuit, oppugnatus toto tempore à Sus-
neo agnato, ut de tam arduâ Legatione cogitavisse mihi non videatur.

N°. LIX. Legatio Regis Susnei per ignotas Africæ regiones ad
Oceanum Indicum tentata] Epistolas quas Rex *Susneus* cùm ad *Papam*, tùm 1
ad Regem Hispaniæ *Philippum* dedit, Lector repetiet infra Lib III. c. 10. num. 105.
p. 43. Scribunt *PP. Societatis in relatione sæpius allegata, Ann. 1607. & 1608.* quòd Rex ille,
non contentus tales literas dedisse, legationem in Europam mittere decreverit, mul-
tis obstaculis impeditam. Tandem omnibus difficultatibus spretis, unum è nobili-
tate sua ፍቁር፡ እግዚእ፡ *Fekur-Egzi* dictum, adjuncto Patre *Antonio Fernandezio*
in Europam legavisse. Sed ut in historia nostra diximus, iter istud non tantùm infi- 2
nitis periculis propter *Gallæos* latrocinantes subjectum fuit, sed etiam fluvia majora ob
defectum & pontium & scapharum trajici nequiverunt. Non minus jucunda
quàm stupenda lectu sunt, quæ *Tellezius* de novo flumina trajiciendi modo narrat.
L.IV. c.6. Is enim prosè sic scribit: *Sibi utile videri talia referre, ut si quis curiosus imitari velit, ha-* 3
*beat exemplum, quod sequatur; simul ut sciant nostrates Architecti & Mathematici, quod
nondum omnes machinas invenerint, sed etiam* Gingirenses [Barbari] *inventa quadam*
Machina admiranda. *ingeniosa sibi retinuerint.* Pergit scribendo: *Primo vaccam mactaverunt, & ex ejus corio
magnum utrem, quasi follem quendã fecerunt, à cujus utraq; parte perticas magnas firmiter
alligantes, follem partim sarcinis partim aere impleverunt, ut aqua innatare posset. In istis
perticis quatuor homines sedebant, pondere quantum fieri potuit æquali; ita ut in quodam
quasi æquilibrio aquæ innatarent, sed eos manere oportebat valdè quietos; uno enim se mo-
vente vel decidente, reliqui omnes cum toto instrumento pessum ibant. Hanc admiran-* 4
*dam machinam regebat vir robustus, bonus natator, qui fune alligato illam trahebat; se-
quebantur duo natatores alii, qui tanquam gubernatores puppis, illam trudebant, quo vellent,
adeo ut multùm sibi gratularentur &* Legatus *&* Pater *cum flumen hoc* Zebée *dictum,
haud minus ac* Tartaricum Acherontem *superassent, & dicere potuissent* ex Virgilio
Æneid. l 6.

Tandem trans fluvium incolumes

Multa alia notatu digna de hoc itinere & regno *Zendero* [Gingiro] quo an- 5
tea nunquam ullus Europæorum pervenerat, *Tellezius* memoriæ prodidit, ex quibus
præcipua in Historiam nostram retulimus. Id tantùm optassem, ut Pater *Antonius*
etiam dies itineris sui, situm locorum & elevationem poli, quam facile explorare
poterat, tum etiam anni tempora, hyemis & æstatis vices nobis exposuisset

---

A D D I T I O.

Ad §. XXVIII. hujus Capitis.

De Legato Æthiopico, Constantinopolim ad Turcarum Im-
peratorem misso, quem Thevenotius An. 1660. in Ægypto vidit]
De

(m) In volumine de fact. tempor. ratione Lib. VI. c. 44. pag. 71. (n) Lib. III. c. 26. pag 276.

1 De quo sic loquitur (o): *Cet Ambassadeur estoit un vieillard, qui avoit eu le bout du* L. II. c. 6.
nez, le bout de la levre d'enhaut, & celuy de la levre d'en bas un peu coupez; mais qui N. LIX.
au reste estoit fort bien fait, & de bonne mine, il estoit vestu en Cofte, portant le sultan
comme eux, & parla fort bon Italien; ce qui me donna occasion de l'entretenir. Il me
dit, qu'il s'appelloit Michaël, *qu'il estoit natif* de Tripoli de Syrie, *& qu'il avois fait*
trois ou quatre voyages en Chrestienté; Il me temoigna mesme qu'il estoit Catholique
Romain, *mais qu'il n'osoit en Ethiopie se declarer pour tel, mais seulement pour* Abyssin,
2 *c'est à dire* de la Religion des Coftes. *Il y avoit XVIII. mois qu'il estoit party de*
Gontar (p), Ville *capitale d'Ethiopie: Il avois esté si long temps a venir à cause des*
vents contraires, qui regnoient sur la mer rouge, par laquelle il estoit venu, que d'environ
cent personnes qu'il menoit auec luy, tant de ses Serviteurs, que d'escla-
ves pour presenter au Grand Seigneur, il en estoit mort trente ou quaran-
te. S'il avoit pris le chemin de terre il feroit venu plus viste; car de Gontar,
jusqu'à Schüaquen (q) *il y a environ un mois & demy de chemin, & de* Schuaquen
3 *jusque* au Caire, *par chameaux quarante ou cinquante jours.* Summa est: *Legatum*
istum jam senem fuisse, nomine Michaelem. Tripoli Syriæ oriundum. *Octodecim men-*
ses illum in itinere hæsisse, ex quo Gontarâ [lege Guendra] *Æthiopiæ metropoli profectus*
fuerit. Causam fuisse ventos contrarios in mari rubro. Si terrestri itinere Guendra
Suaquenam *venisset sesqui mensis itinere: & deinde* Suaquenâ Cairum *quadraginta vel*
4 *quinquaginta diebus, iter suum citiùs conficere potuisset.* Sequitur hinc, iter proxi-
mum Cairo ad Regiam Æthiopiæ trium mensium minimùm esse. De muneribus,
quæ Legatus iste secum habuit, alibi disseruimus. l. 22. n. 16.

De Legatione

Regis Habessinorum ad Gubernatorem Batavorum in India.

5 Postquam ad Legationes Habessinorum venimus, operæ pretium nobis visum
fuit summam Legationis *Af-Zagheds* Habessinorum Regis *ad Gubernatorem genera-*
lem Batavorum in India hîc paucis referre. Epistolam ejus supra retulimus. Do- 2.7. n. 36.
na quæ attulerat, nempe Onagros rarissimos, *Zecoras* dictas, alibi descripsimus. Le- l. 10. n. 6.
gatus ipse *Gosia Morad* nomine, non Arabs (ut mihi scripserat amicus) sed Armenius
fuit. Epistola Regia (nisi me computatio fallit) mense Aprili Anno 1673 scripta erat.
Ex Habessinia Moccham, dehinc navi mercatoris Baneani Surattam deportatus
fuit, ubi d. 7. Septembris 1674. decem viris stipatus appulit. A directore societatis
comiter exceptus, & primò *Malaccam*, deinde *Bataviam Iavæ majoris* urbem missus
6 fuit. Præter illam Epistolam nulla alia mandata habuit, ac ob id nihil cum eo agi
potuit. Igitur liberaliter habitus ac publicis sumtibus cum suo comitatu sustenta-
tus, tandem Surattam remissus fuit. Exinde Anno sequente 1675. primo vere
Moccham renavigavit, acceptâ ad herum suum epistola responsoriâ urbanis verbis
repleta, additis donis huic nationi congruentibus, videlicet: vestis coloratæ pluri-
mum, Attalicæ Sinensis aliquantum; sex volumina holoserici Persici: accessit una
& altera bombarda affabrè elaborata: duæ campanæ æneæ: duo specula, pro fa-
mulis autem satis piperis. Duos annos se in itinere consumsisse, Bataviæ dixerat. (r)
7 Sed parum fructuosa visa fuerunt commercia cum Habessinis, tum ob incom-
modam & longinquam Maris rubri navigationem: tùm ob portus Habessiniæ à
Turcis possessos, qui lucra omnia in se trahunt, & peregrinos vel difficulter admit-
tunt: vel merces portoriis ita gravant, ut quæstus omnis in irritum cadat. Sed ut
mihi videtur sicuti *Moccha*, ita quoque in opposito Maris rubri littore procurator vel
consul constitui posset, iisdem pactis & conditionibus ut in aliis Turcicæ dominatio-
nis portubus fieri consuevit.

(o) Voyage du Levant, P. II. c. 61. p. 474. (p) Nullam novi metropolin hoc nomine. ጎንደር: Guender locus est in Dembea, ubi castra regia diu fuerunt, quæ forsassis intellexit. (q) Insula est ስዋኪን: Suaquên, de qua nos in historia nostra l. 1. 3. (r) Hujus relationis summam ex actis cele-berrimæ Societatis Indicæ exceptam debemus favori *Nobiliss. & Amplissimi Dn Witsen Consulis Amstelodamensis prudentissimi & meritissimi.*

L.II.c.17. N.LX. & LXII.

COMMENTARIUS.

Ad Lib. II. Cap. XVII.

Nº. LX. Unde Præsidum & Præfectorum Æthiopiæ appellationes tam peregrinæ tamque diversæ natæ fuerint] Ex *Gregorii* relatione in Historia nostra Lectori indicavimus, *Proreges, Præsides & Præfectos* provinciarum Æthiopiæ non iisdem officii sui vocabulis appellari. Inde factum, ut cum Lusitani audirent alium ናጋሺ፡ *Nagashi*, alium መኰንን፡ *Macuenèn*, alium ካንቲባ፡ *Cantiba* vocari, quidam putaverint esse regionum nomina, prout videre 1
I. 4. 6. est in antiquis tabulis Geographicis, de quibus in historia nostra disseruimus. Causam hoc ipso capite historiæ nostræ exposuimus; quòd fortassis antiqui possessores, antequam à Regibus Habessinorum subigerentur, titulos illos gesserint, eosque postea præfecti regii sibi vindicaverint. Veluti si Rex Galliæ Gubernatoribus suis indulgeret, ut alius sese *Ducem Britanniæ*, alius *Comitem Tholosæ*, alius *Regem Arelati*, & ita porro, appellaret, ideo quòd primi possessores istis titulis gavisi fuerint. 2

COMMENTARIUS

Ad Lib. II. Cap. XVIII.

Nº. LXI. Reges Orientis nullas amant hæreditarias dignitates, ac proceres suos omnes pro servis habent] De causis hujus moris in historia nostrâ disseruimus, ita verò rem se habere liquet. De Turcis notius est, quàm ut ulla allegatione opus sit. De Persarum Rege constat, quòd ad tempus vitæ tantùm tribuat principales dignitates & opes (s). 1

Notabilia valdè sunt quæ *O. Dapperus* (t) *de nobilibus & magnatibus magni Mogolis, Omrah* dictis scribit: *Quandoquidem agri omnes Regis proprii sunt, nulli magnates ditionibus amplis conspicui hic dantur, cùm enim Rex omnium bonorum hæres ex asse sit, nulla familia diu opulenta esse potest; sæpe liberi procerum ad extremam paupertatem delabuntur, ut aliis magnatibus servire, vel equites gregarii esse cogantur. Illos quos maxime honorant, servorum nomine mactant.* Et pag. 184. *Illi qui Pardum in spectaculo viceras*, dixit Rex: *Sum clementissimus tuus herus, & tu meus servus.* 2

Nº. LXII. De clamore supplicum literas supplices scribere nescientium] Quæ de hac re in Historia mea retuli, ea ex *Gregorio* meo intellexi. Postea eadem reperi in relatione *P. Hieronymi Lupi* (u), sed malè expressa, ignorantiâ vel linguæ vel pronunciationis. Ut cum Arabicũ *Acid* ponit pro يا سيدي *Ia-siddi* ô Domine mi. *Adarie* pro Tigrensium ሓደርዮ፡ Hadarie seu *Hadarye* Amharicum ጃን፡ ኮይ፡ *Ian-coy*, pro *Ian choi*, & ita porro. Edidit eam Thevenotius, ut in Commentar. ad Procem. diximus §. 61. 1 2

Nº. LXIII. Supplices peculiaribus vocibus Regem inclamando in Æthiopia uti in Historia nostra diximus. 1

Amha-

(s) *Itinerarium Persicum Olearii Lib. V. c. 35.* (t) In descriptione Indiæ propriè dictæ p. 189
(u) Quam Thevenotius edidit inter alia Itinera curiosa. Voyages curieux. pag. 5.

Amharenses suum ሕግ: ኀደ: hoc pacto canunt: L. II. c. 18. N. LXIII. & LXIV.

Idque tamdiu ad nauseam usque iterant, donec se exaudiri putent.

Gongai suum ደንዞ:

Tigrenses suum ሃደሪዬ:

Et ita alii aliter partim canentes; partim ululantes.

No. LXIV. Mos Turcarum supplicum ignem in capitibus
1 suis accendendi] De hoc more epistolam vidi Constantinopoli anno 1645. scriptam à *Levino Warnero postea Ordd. Fœderati Belgii apud Turcarum Sultanum Oratore* natione Germano, qui de multis querelis tum temporis per universum Imperium Turcicum gliscentibus scribens: *ardentia capita noctu ante palatium & fenestras Imperatoris crebrò conspecta fuisse* dicit. Solent autem vel ex stramine vel ex charta, aut alia materia arida, quasdam velut vittas capiti imponere, atque ita è regione palatii procul stare. Ignes isti nocturno tempore per fenestras Sultanum advertunt, ut nisi planè stupidus & immisericors esse velit, afflictos reficere, iisque remedium afferre cogatur. Idem confirmatur recentioribus relationibus impressis *de moribus Turcarum*.

2 Quæ de Indiæ Regis campana in extrema palatii parte a calamitosis trahi solita scripsi, ea mihi retulit *Wilhelmus Leyel* (x), qui aliquot annos in India vixerat, atque Indorum mores probè noverat. Attamen in recentioribus hujus aulæ descriptionibus mihi non occurrit.

COMMENTARIUS

Ad Lib. II. Cap. XIX.

1 No. LXV. De judiciis & pœnis Habessinorum] Crimina in Æthio-

(x) De quo supra L. I. c. 10. n. 77. §. 2.

L. II. c. 19. N. LXV. Æthiopia certi temporis præscriptione tolli posse, apparet ex clausula, quæ *edicto* regio *de abrogatione sabbati* inserta fuit, ut qui hoc crimen (scil. *feriationem Sabbati*) committeret, accusari posset intra septem annos. Eam vero non adjungi solere nisi in gravissimis criminibus, *B. Tell[...]us* testatur.

2 Notatu dignum est, custodiam captivorum Romanis olim usitatam, apud Habessinos adhuc in usu esse. Sic enim *PP. Societatis* (y). *Captivitas in Æthiopia (ob capitalia delicta, etiam in crimine læsæ majestatis) tantum consistit in una catena, qua captivi manum dextram & custodes etiam adolescentis manum sinistram* (sic lege) *ligat ita ut non prohibeatur deambulare & ire quocunque voluerit.* Hucusque Patres Soc. Ratio est quod turres & carceres non habeant, & in tentoriis semper versentur. *Ioh. Bermudes* utrumque brachium *Tzagazabi* catena vinxit more Æthiopico, ut ipse

II. n. 58. §. 4 scribit *in rel. sua* §. 1. 3 Est ergo modus iste vinciendi captivos castrensis in castris à Romanis olim repertus, & postea etiam in urbe retentus. *Seneca* (z): *Eadem*

cap. X. *catena & custodiam* [i. e. captivum] *& militem copulat.* Et de tranquillitate animi: *Omnes cum fortuna copulati sumus, aliorum aurea catena est & laxa, aliorum arcta & sordida, &c. alligatique sunt etiam qui alligaverunt, nisi tu forte leviorem in sinistra catenam putas.* Igitur dextra captivi manus cum sinistra militis catenâ satis longâ, ut

Act. 12. 6. uterque commodè incedere posset, ligabatur. De *S. Petro* legimus: *In ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus.* Eo pacto sæpe illustres etiam captivi retinebantur, uti accidit *Agrippæ Regi*, de quo *Iosephus* (a): *Quod Cajus Caligula amicus ejus, post mortem Tiberii commutaverit* τῇ σιδηρᾷ ἁλύσει χρυσῆν ἰσοσταθμον *ferream catenam aureâ ejusdem ponderis.*

[Plura de hoc more vide apud *Lipsium Comm. ad Tacit. Annal.* 3. 22. 5.]

Nobilium pœna in Habassia est *deportatio in insulam* lacus Tzanici, quæ ጸዊ: 4 *Dek* vocatur. Expertus illam est *Za-Denghelus* regii generis juvenis, postea *Rex*. Talis apud multas gentes est usitata: in Japonia habent insulam *Fatsinchina* dictam, quatuordecim milliaribus *Iedo* distantem, de qua legere est in Legationibus Japonicis *ab Arnoldo Montano* editis (b).

Vindictam læsis concedere, quod in plerisque Orienti regionibus usitatum, contra bonum & æquum pugnat, ob rationes in historia nostra positas. Nihilominus in Persia id vulgare est. Exemplum habes apud *Olearium* (c). Item apud *Ioh. Iohanson Straus in itinerario* (d). Ita apud *Iaponense* privata vindicta permittitur. *In dicto legationum libro p. 35. a.* 5

cap. 70. in fine. *Ius talionis* in Habessinia frequens esse colligere licet ex *Alvarezii itinerario*. 6 De quo multa cùm apud Theologos, tum apud JCtos reperiuntur, quæ hic exscribere non vacat. Sufficiant quæ in Historia nostra diximus, plura qui volet, consulat *Commentatores ad Exod. 21. 23. & Deut. 19. 21. atque ibi Rabbinos*, qui censent, verba illa: *Oculum pro oculo, dentem pro dente* propriè accipienda non esse, sed limitationem hanc admittere: *nisi quis pecuniâ damnum datum redimere velit.* Sed eam glossam fundamento carere puto; etenim membra corporis humani æstimari nequeunt.

ADDITIO.

De præsenti Æthiopiæ statu. Cum amplissima *Batavorum Societas Indica* rogatu meo quæstiones quasdam pro cognoscendo præsente Æthiopiæ statu ad suos Directores in Indiam mitteret, *Hubertus Klock* procurator illius *Moccha* Arabiæ emporio *d. 19. Augusti ann. 1685.* sequentem responsionem ad me misit, quæ summatim sic se habet: 7

I. Habessinorum res nunc florentissima sunt, & pace satis bonâ gaudent, nisi quòd Barbari Gallas regni fines incursionibus suis ab utraque parte adhuc vexent, ut semper parati atque intenti esse cogantur. 8

II. Iam

(y) *In epistolis annuis 1624. & 1625. p. 27.* (z) *Epist. V. in fine.* (a) *Antiq. Iudaic. Lib XVIII. cap. 8.* (b) *In Germ. vers. p. m. 35.* (c) *Itin. Pers. Lib. IV c. 41.* (d) *p. 149. d. 25. April An. 1671.*

9 *II. Iam tres anni ſunt, ex quo Rex* Jaſſok-adyam Sagghed *ad regnum pervenit.* L. II. c. 19.
Succeſſit autem Johanni, *iſte* Baſilidi, *Suſnei filio. Prudentiſſimus eſt Princeps & valdè* N. LXV.
pius, adhuc ſtrenuus miles, annos habens triginta & unum.

10 *III. Quod ad ſtatum Eccleſiaſticum attinet, poſt exilium Patrum Societatis Alexandrinam Religionem, ſub Patriarcha Alexandrino, Coptorum Ægypti conſtanter ſequuntur. Creduntur tamen aliqui religioſi fratres adhuc ibi latere, qui Rege haud inſcio exercitio religionis ſua privatim fruantur.*

11 *IV. Aliàs jam ab anno 1640. nulla mutationes memoratu digna in hoc regno nobis innotuerunt.*

V. Gallai quidem latrocinia & populationes ſuas conſuetas continuant, nec quiſquam finem illarum prævidere poteſt. Etenim immanes iſti Læſtrygones magis quàm unquam alias inter ſe conſpirarunt. Negus [Rex] *contrà exercitus ſuos auxit & undique conduxit, ut eos aliquando debellet. Fama fert, illum res magnas moliri, ita ut brevi notabile quid ex illis oris audituri ſimus.*

VI. Portus Habeſſinicus Arkiko *cum adjacente inſula* Matzûa *adhuc ſub jugo Turcarum gemit, nec ulla mutationis ſpes affulget.*

12 *VII. Perdifficile eſt* peregrinis, *Turcarum ac Muhammedanorum, Habeſſinis ſubjectorum, ditionem pervadere, & in interiora Regni penetrare, niſi quis bene linguam calleat, & more regionis veſtitus ſit. Nihilominus magnâ circumſpectione opus eſt, niſi quis graves injurias, ipſiusque vitæ periculum incurrere velit.*

13 *VIII. Vix aliæ nationes, præter* Arabes *aliosque* Muhammedanos, *mercimonia cum Habeſſinis exercent. Iſti autem* Matzuam *&* Suaquenam *veniunt, quo Habeſſini merces ſuas deferunt, quæ navibus in alias regiones portantur.* Armenii *tamen nonnunquam modum intraeundi reperiunt, qui ibi bene excipiuntur.*

14 *IX. Portus* Bailur [regni Dancalé] *non frequentatur niſi ab* Arabibus, *qui navibus ſuis,* Gelvas *dictis, ſemel in anno eò proficiſcuntur ac veſtes lineas ovibus, butyro, ac ſimilibus mercibus vilibus permutant.*

15 *X. Portus, ex quibus Arabes aliique Muhammedani in oram Habeſſinicam tendunt, ſunt* Moccha, Hededa, Cameron & Jedda: *A Septembri in Majum usque* Euri *continui ſpirant: reliquo anni tempore* Zephyri; *qui à navigantibus ſedulò obſervari ſolent.*

16 *XI.* Habeſſini Chriſtiani *patriâ ſua rariſſimè egrediuntur, & ſi forte mercandi causâ Meccham vel Ieddam veniant, religionem ſuam diſſimulant, Muſulmannorum habitu incedentes.*

XII. Mancipia Habeſſinica *præſtantiſſima ſunt: & optimæ indolis, ut ſupra pluribus retulimus.* l. 1 4. n. 98. ſ. 11.

Alia relatio

De hodierno Habaſſiæ ſtatu.

17 Præterea lectores meos celare nolo, quæ ſub finem anni 1683. Lutetiæ Pariſiorum, ex *Armenico* quodam *mercatore* cognovi, ad quem Dn. Thevenotius initio Pr. ʃ. 4.
laudatus me duxit. Is nobis narrabat: *Epiſcopum quendam* Armenium, *familiarem ſuum, ultra annum in Habaſſia vixiſſe. Ex ea ante quatuor circiter annos reducem nunciaviſſe; Regi tunc temporis nomen fuiſſe* Johannes, *ſeque magnâ gratia apud illum*
18 *valuiſſe. Nam permiſiſſe ſibi contrectare cubitum, qui uno tantum eſſe ſolido conſtiterit. Cùm enim cæteri homines duo oſſa cubiti habeant, quorum alterum* ulna: *alterum radius ab Anatomicis vocatur; Reges Habeſſinorum id præ cæteris peculiare habere, ut radio iſto careant. Magna potentia pollere Monarcham hunc, pecuniæ ſatis habere, terram enim auri ferocem eſſe, idque in aprico ſæpe reperiri. Sennâra Regulum illi nunc ſubjectum ſibi tranſeunti dixiſſe*: Imperatorem ſuum Turcarum Sultano opulentiorem eſſe.

Ll *Religio-*

L.II.c.19. N.LXV. *Religionem Alexandrinam ibi adhuc prapollere, nisi quod Rex crebris sermonibus* 19
tractaverit, quòd Abbunam *seu* Metropolitam *ex Armenia accersere vellet, ob crassam Coptorum inscitiam & ruditatem, seque propterea suspectum fuisse monachis Habessinis, tanquam ipse hanc dignitatem affectares, atque Romana Religioni addictus esset. Quippe eos* Catholicis Romanis *adhuc valde infensos esse. Quamobrem periculi evitandi causâ maturè ex Regno excessisse.*

Neque cum Armenium quendam penes se habere rei tormentoria magistrum, qui Habessinos pulverem pyrium facere, & bombardas atque sclopeta fabricari docuisset. Regem Legatum in Persiam misisse, qui inter alia dona Onagrum *pulcherrimum discolorem secum habuerit.* Hæc Armenius ille. 20

Cum ista Tavernerio, celebri illi peregrinatori, narravissem, simulque percunctatus essem, quid in itineribus suis Orientalibus de hoc Monarchâ cognovisset. 21
Vera esse respondit, *qua Armenius de ubertate auri illius regionis retulisset; se enim vidisse & novisse Legatum quem* Negus Habessinorum *ad* magnum Mogolem *miserit. Illum pro munere regio secum attulisse* arbusculam auream *ramulis praditam, qua instar vegetabilis in metallo quodam creverit; seque manibus suis illam tractavisse, & duobus pedibus altam reperisse, digiti fere crassitie.* F. Bernierium *de isto Legato quadam sine causâ sinistrè scripsisse, quia simultates cum illo exercuerit, quarum causas ignoraret.* Hæc Tavernerius.

Memini me in Bernierii Libro (cui titulus: *Histoire de la derniere revolution des Estats du grand Mogol par le S. F. Bernier.* Tomo. II.) de hac legatione ad Regem Indiæ, *Orang Sebee* quædam obiter legisse, de quibus, quia liber ad manus non est, judicare nunc non possum. Tantum excerpsi, quæ de destinatione sua in Habassiam proficiscendi scripsit his verbis: 22

Ie faisois état de passer de la à l'Isle de Masowa *&* l'Arkiko *pour donner jusques à* Gondet *ville capitale du pais de* Habech, *ou Royaume d'* Etiopie; *mais on m'assura, que depuis que les Portugais y avoient esté tuez par l'intrigue de la Reine mere, ou chassez avec le* Patriarche Iesuite *qu'ils y avoient amené de Goa*, les Catholiques *n'y estoient point en sureté, jusques là qu'un pauvre* Capucin *avoit laissé sa teste à* Suaken, *pour avoir voulu entrer dans le Royaume. Que veritablement en me disant* Grec *ou* Armenien *je ne courrois pas tant de risque, & que meme, quand le Roy auroit reconnu, que je luy pourrois servir en quelque chose, il me donneroit des terres que je ferois cultiver par des esclaves, que j'acheterois si j'avois de l'argent, mais qu'infailliblement on m'obligeroit incontinent de me marier comme l'on avoit fait depuis peu, un certain* Religieux, *qui y avoit passé sous le nom de Medicin Grec, & que jamais on ne me laisseroit sortir du pais.* 23

Summa & sensus est, quod voluerit in *Matzuam* & *Arkikum* proficisci, & sic porro *Guendram* caput Regni pergere. Sed certiorem factum fuisse *Catholicos* post ejectum *Patriarcham Iesuitam* ibi non amplius tutos esse. Quod quidem tanquam *Græcus* aut *Armenius* introire potuerit, sed uxorem ducere coactus fuisset, (quod cuidam *Monacho* [fortassis lubenti] acciderit) sine spe veniæ rursus exeundi. 24

Quæ ita prout accepi cum lectoribus communicare volui; quoniam pleraque vera esse, & historiæ nostræ congruentia deprehendi. Regulum *Sennara* (quæ pars antiquæ Nubiæ est) à *Basilide* subactum Gregorius quoque mihi retulit. Solummodo unicum & solidum cubiti regii os fabulosum mihi videtur.

FINIS LIBRI SECUNDI.

COM-

COMMENTARIUS
L. III. c. I. N. I.

AD
HISTORIÆ ÆTHIOPICÆ
LIBRUM III. CAP. I.
De rebus Ecclesiasticis.

N°. I. E Matthæi Armenii primi Habessinici ad Lusitanos Legati relatione, quoad res Ecclesiasticas] De hoc viro ejusque narrationibus, à Damia-
1 no Goëzio editis, satis diximus in Procem. I. §. 9. & seq. Ecclesiastica, quæ hucusque distulimus, nunc referre operæ pretium videtur, quia historiæ ecclesiasticæ Scriptores superioris seculi multa ex illo sumserunt à veritate alienissima. Præcipua quædam capita ex illo delibabimus.

Parte primâ *de ceremoniarum & religionis ritu* sic loquitur:

§. 14. *Symbolum Apostolicæ fidei Habessinis probari.* Hoc de Nicæno verum, de
2 eo quod nos Apostolicum vocamus id dici nequit; illud enim non habent.

§. 16. *Angelicam salutationem in celebri usu esse.* Tam ambiguè loquitur. Nam
3 inter preces quotidianas usurpari minimè verum est.

§. 18. *Cunctum populum quotannis in festo Epiphaniorum solenniter rebaptizari.* Id
4 quod verba sonant, falsum. Baptismus enim propriè dictus in Habassia non iteratur. Videatur *historia nostra L. III. c. 6. §. 43.*

§. 21. *Sacri olei & chrismatis sacramenta Habessinos agnoscere.* Hoc planè fal-
5 sum, testibus P. P. Societatis; *Godigno* Lib I. c. 35. p. 215. *Tellezio* L. I. c. 37. *Alph. Mendezio in epist. Calend. Iunii 1626. data, & Romæ impressa.*

§. 37. *Concionatores passim esse, qui Christi fidem populo prædicent.*
6 Hæc fortassis de conversione gentilium intelligi voluit, nullas enim conciones nec Homilias è suggestu habent, ut apud nos diebus Dominicis fieri consuevit. Primas conciones Habessini à PP. Societatis memoriter recitari audiverunt, & mirati sunt.

§. 41. *Sanctos vitâ functos facto examine canonizari*, id est *inter Divos referri*
7 falsissimum.

§. 50. *Romanum Pontificem apud eos agnosci pro primo Patriarchâ* æqualis potesta-
8 tis cum cæteris Orbis Christiani Patriarchis verum: at pro capite Ecclesiæ universalis cum potestate jubendi & prohibendi falsum, idque P.P. Societatis cum magno suo dolore experti sunt.

§. 51. *S. Bartholomæum primum Evangelium Habessinis prædicasse.* Hinc appa-
9 ret quod relator neque Historiam Ecclesiasticam Æthiopum, nec vitam Bartholomæi, nec aliud quid memoratu dignum de rebus sacris Habessinorum sciverit. Quamobrem plura referre piget. Quilibet diligens lector Matthæi dicta cum Historiâ nostra conferens vera à falsis facilè discernere poterit.

N°. II. De Tzaga zaabi absurdâ fidei Confessione] Elogium
1 hujus viri, quô illum Gregorius meus crebrò decorabat, ኣንስሳ: ገዳም: *Bestia campi*, erat; causam in Historia nostra exposuimus. Sed ne solo nostro aut Gregorii judicio stemus, En verba Tellezii. L. 4. c. 12.

L. III. c. 1. N. III. *E acabarà o mundo de entender o pouco credito, que se deve dar a os que o contrario escreveram: & em particular ao seu Embaxador Zaga-Zaab, que veyo a Portugal com o Padre Francisco Alvarez, dizendo & escrevendo* que os Abexins e tam finos Catholicos, *sendo elles finissimos hereges, por mays que quis disfarçar seus disbarates na quella* protestaçam *de sua fe, que fez em Lisboa, em vinte & quatro de Abril, no anno de mil & quinhentos & trinta & quatro, na qual* obscuris vera involvit, *como se pode ver em Damiam de Goys.*

Tandem aliquando mundus cognoscet, quàm parum fidei tribuendum sit iis, qui contrarium scripserunt [scil. Habessinos esse bonos Catholicos] speciatim illorum Legato Zaga-Zaabo, qui cum Patre Francisco Alvarezio in Lusitaniam venit, dicenti & scribenti, quòd Habessini sint optimæ notæ Catholici, cum sint pessimæ notæ Hæretici; quantum etiam annisus fuerit colorare sua deliramenta in sua *Protestatione* [confessione] *Fidei*, quam fecit Ulissiponæ d. 24. Aprilis Anno 1534. in qua obscura veris involvit, ut videre licet in Damiano de Goys. 2

Intelligit libellum ejus de religione & moribus Æthiopum, qui extat in *Hispania illustratâ* Tom. II. p. 1302.

Similiter ante ipsum Nicolaus Godignus tradit: *Iam monui ab illo* [Zaga-Zabo] *Damianum Goëz & alios per idem tempus historicos fuisse deceptos, multaque ex ejus narratione mandasse literis, quæ falsa fuisse deprehensum postea est.* 3

Quæ Patrum Societatis verba sufficere possunt ad demendam omnem autoritatem, quam scriptor iste apud nostrates habuit, & dictis suis omnes libros nostratium scriptorum superiori, & partim hoc seculo contaminavit: simul ad tollendam fidem illis omnibus quæ pro Romanâ religione, in gratiam Lusitanorum, apud quos tum temporis versabatur, opusculo suo immiscuit. Plura huc facientia diximus supra in Procem. I §. 4. 5. & 13. 4

N. III. De circumcisione Habessinorum] Quæ differentia sit inter circumcisionem Judæorum & Habessinorum in Historia nostra explanavimus. Habessinos autem eam à Judæis non didicisse, & multas alias gentes jam à multis seculis eam usurpavisse sine scientia originis, clarius est quàm ut ullâ probatione egeat. 1

Præter gentes, quas in Historia nostra nominavimus, *insulani Socotora*, tametsi Christiani, eam quoque adhibent. De illis *Maffejus* (a): *Ex Iacobitarum heresi propter vicinitatem Æthiopiæ multa vitia traxere. Nam & à Pontificis Romani auctoritate sejuncti sunt, & circumcisionem aliosque ritus Iudaicæ superstitionis usurpant.* Sic loquitur *Maffejus*, eosdem fortasse ritus intelligens, qui Habessinis imputantur. 2

Habitatores etiam insulæ *Madagascar* certo anni tempore circumcisionem peragunt (b). De *Najeis* gente Æthiopica (Historia Æth. 3, 1. 21.) *Eutychius in Alexandrinis annalibus Tom. I. p. m. 111.* sic scribit: 3

وجنس من الحبشة يقال لها النجاه
يفعلون هذا الي هذه الغاية ✡

Est gens inter Æthiopes, quæ dicitur Elnajah, faciens istud [scil. circumcisionem cultris lapideis, sicut Josua] *usque ad hoc tempus.*

Itaque non soli Judæi cum Mahummedanis nunc circumcisionem retinent, ut vir doctus scribit (c), sed & Christiani, quos supra nominavimus, cum Ethnicis nonnullis.

L. II. c. 104. *Colchos* circumcisione olim usos *Herodotus in Thalia* autor est, simulque multis argumentis docet, quòd Ægyptiacæ originis fuerint, ut planè mirum sit, quòd Josephus Scaliger (d) & ex eo Lucas Holstenius (e) Colchos Hebraicæ originis fuisse scribat, ex decem videlicet tribubus à Rege Assyriorum in illa loca translatis, quasi nullæ aliæ gentes quàm Israelitæ circumcisionem habuissent. 4

P. I. c. 32. Causas circumcisionis quas Muhammedani proferunt, ex Thevenotii itinerario Orientali in Historia nostrâ retulimus. Locum integrum exscribemus, quia rem totam planam facit; simul Judæorum circumcidendi ritum plenè declarat. Sic autem loquitur: *Mahomet choisit la Circoncision (plutost que le Baptéme) comme la plus anci-* 5

(a) Histor. Indic. L. III. p. m. 127. (b) Teste *Ioh. Iac. Straus Lib. I. Itiner. c. 2. p. 12. b.* (c) Le Moine in not. & observ. ad Barnabæ Epist. p. 761. (d) In Propert. Lib. I. (e) Epistola ad Nibusium de Sabbatio flumine, quæ inter Leonis Allatii *σύμμικτα* extat.

ancienne, & mesme la plus commode. Car les Mahometans croyent, qu' un homme ayant le L. III. c. 1.
prepuce coupé est plus propre à la generation, & veritablement les Arabes ont le prepuce si N. III.
long, que s' ils ne le coupoient, ils les incommoderoit fort, & on voit chez eux de
petits enfans, a qui il pend fort long, outre que s' ils ne coupoient leur prepu-
6 *ce, en urinant ils en retiendroient tousjours quelque goutte, qui les pollueroit. Et*
toutesfois pour avoir quelque distinction d' avec les Iuifs, il ne volut pas, que la circoncision
des Turcs fut comme celle des Iuifs, car les Iuifs circoncisent leurs enfans des qu' ils ont huit
jours, & apres avoir coupé le prepuce, coupent encore en deux avec les ongles la peau, qui
couvre le reste du gland, & la roulent avec les doigts, a fin de decouvrir entierement le
gland, au lieu que les Turcs ne circoncisent leurs enfans qu' à onze ou douze ans. Sensus
est; *Muhammedem pro charactêre sectæ suæ circumcisionem Baptismo prætulisse: Et Mu-*
hammedanos eam sibi utilem putare, & generationis & munditiæ causa, quia putant se urinâ
pollui. Differre multum à Iudæorum circumcisione &c. quod etiam nos in historia no-
7 stra docuimus. Sed in hoc fallitur Thevenotius, quòd existimet: *Muhamme-*
dem illam sectatoribus suis injunxisse, & quidem cum differentia à Judæorum circum-
cisione. Siquidem eam non reperit nec injunxit, sed repertam reliquit. Nam ex
sola majorum traditione & exemplo Pseudoprophetæ sui, non ex Alcorani scripto
Musulmanni circumcisionem retinent. Arabes enim diu ante illius tempora eam
exercuerunt, ut ex *Philostorgio* liquet; *qui circa annum Christi 342. Homeritas* seu Ara- L. III. §. 4.
biæ felicis incolas (quos ille ex Kethura Abrahami secundâ uxore ortos putat) sic de-
scribit:

Ἐκπερίτεμνον δὲ τὸ ἔθνος κατὰ τὴν ὀγδόην περιτεμνόμενον ἡμέραν, καὶ θύουσιν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ δαίμοσιν ἐπιχωρίοις.	*Circumciditur ista gens octavo die. Sacrificant autem Soli & Lunæ & Dæmonibus provincialibus.*

8 Quæ cùm ita se habeant, quid mirum, *Habessinos* nostros, quos *Homeritarum colo-*
nos diximus, eundem circumcidendi ritum à majoribus suis, non à Judæis, per manus
traditum adhuc observare. Quin & Troglodytæ illorum vicini jam olim Ægy-
ptiorum more genitalia circumciderunt (f), Diodorus:

Τὰ δ' αἰδοῖα πάντες οἱ Τρωγλοδύται παραπλησίως τοῖς Αἰγυπτίοις περιτέμνονται.	*Genitalia omnes Troglodytæ pariter ac Ægyptii circumcidunt.*

9 Dum hæc scribo incidi in quæstionem inter quosdam viros doctos agitatam,
Num circumcisio apud Iudæos an apud Ægyptios primùm cœperit? Vel utra gens eam ab alte-
râ didicerit? Qui prius asserunt, pro se habent textum Scripturæ: *Hoc est pactum* Gen. 17. 10.
meum quod observabitis inter me & vos &c. *Circumcidetur ex vobis omne masculinum.*
Quæ verba inferunt originem rei per pactum quoddam novum, à Deo cum Abraha-
mo initum: Qui posterius, nituntur testimoniis profanorum autorum, qui de
antiquitate hujus ritus apud Ægyptios testantur. Cumprimis Herodoti qui
scribit: L. II c. 104.

Φοίνικες δὲ καὶ Σύριοι οἱ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ καὶ αὐτοὶ ὁμολογέουσι παρ' Αἰγυπτίων μεμαθηκέναι.	*Quod Phœnices & Syri Palæstinæ ipsi fateantur, quod circumcisionem ab Ægyptiis didicerint;*

Qui tamen scire poterant, Abrahamum cum sua familiâ initium circumcidendi
fecisse.

10 Deinde parùm verisimile illis videtur nationem jam Abrahami temporibus
potentem voluisse à gente pastoritia sibi invisa (quia detestantur Ægyptii omnes pastores
ovium. Gen. 46. 34.) assumere morem absurdum sordidumque (ut *Tacitus* loquitur) H. V. 5. 10.
& dolorificum valde; quem nemo adultus, nisi rationibus divinis (quæ apud Ægy-
11 ptios cessaverunt) permotus, sibi in loco tam pudendo inferre velit. Ad locum
Scripturæ respondent: Deum circumcisionem Abrahamo dedisse, ut iridem Noa-
cho, (g) ubi similia verba reperiuntur: *Hoc signum fœderis, quod do inter me & vos* &c. Gen. 9. 12.
Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me & inter terram; Non
quod tunc primùm iridem creaverit Deus, nullum enim dubium esse, ut causæ iri-
dis fuerunt ante diluvium, ita & iridem ipsam.

12 Verùm enim verò nisi solidè probent circumcisionem Ægyptiorum antiquiorem

(f) Lib. III. cap. 32. p. m. 165. (g) Spencerus ista habet Lib. I. c. 4. p. 33.

L. III. c. 1. N. IV. esse Abrahamo, quia Herodotus nullum tempus determinat, vana sunt cætera argumenta: nam contingere potuit, non quod tota Ægyptiorum natio simul & semel circumcidendi ritum assumserit, sed forte unus & alter ex plebe primùm circumcisione usus fuit, eamque mox aliis persuasit, donec in omnes propagaretur. Deinde alia est ratio iridis, illiusque pacti omnibus viventibus communis, quàm circumcisionis ad solam Judæorum gentem spectantis, neque enim Nota dici potuisset fœderis inter Deum & Abrahami posteros, quam etiam aliæ gentes jam tum usurparent. Nisi forte פריעה *denudationem* pro differentia specificâ tum primum introductâ, eamque pro distinctione ab aliis gentibus circumcidentibus accipere velis.

N°. IV. De præputio rursus superinducendo] Locus Apostoli 1
1. Cor. 7. 18. de hac re sic se habet:

18. Περιτετμημένος τις ἐκλήθη, μὴ ἐπισπάσθω. ἐν ἀκροβυστίᾳ τις ἐκλήθη, μὴ περιτεμνέσθω.	18. *Circumcisus aliquis vocatus est, ne supertrahatur. In præputio aliquis vocatus est, ne circumcidatur.*
19. Ἡ περιτομὴ οὐδέν ἐστι, καὶ ἡ ἀκροβυστία οὐδέν ἐστιν, ἀλλὰ τήρησις ἐντολῶν Θεοῦ.	19. *Circumcisio nihil est, & præputium nihil est, sed observatio præceptorum DEI.*
20. Ἕκαστος ἐν τῇ κλήσει ᾗ ἐκλήθη, ἐν ταύτῃ μενέτω.	20. *Quilibet in vocatione, qua vocatus est, maneat.*

Locus hic interpretes plerosque, supertractionis istius ignaros, torsit. 2

Græci & Latini veteres, ut & recentiorum plerique abscissum semel præputium rectè negant ulla arte, multominus naturâ restitui posse. *Hippocrates* id disertè asserit *Aphoris.* 19. Sect. VI.

Ἢν διακοπῇ ὀστέον, ἢ χόνδρος, ἢ νεῦρον, ἢ γνάθου τὸ λεπτὸν, ἢ ἀκροποσθίη (h), οὔτε αὔξεται οὔτε συμφύεται.	*Si dissectum fuerit os, aut cartilago, aut nervus, aut* genæ tenue (i), *aut præputium neque augescit (recrescit) neque coalescit.*

Neque putandum est, quod vir doctus opinatur (k), Hippocratem hîc loqui 3
tantùm de naturali non de artificiali restitutione, hanc enim fieri posse. Quis verò Chirurgus tantus artifex est, ut dissectum os, cartilaginem, aut nervum ruptum resarcire possit. Igitur una eademque mens Hippocratis, idem sensus est de præputio, ac de aliis illis particulis ibi enarratis, quod nulla arte restitui possint. Assentiun- 4
tur Medici præstantissimi. *Rhodius Danus dissertat. de Acia c. 6. pag. m. 91.* & seqq. qui & *Aristotelem* allegat, *Hist. Anim. Lib. I. c. 13. Iohann. Heurnium Lib. 6. aphor. 13.* merito scribere ait: *Præcisum præputium neque augescere iterum, neque coalescere posse.*

Quamobrem Theologi veteres & inter eos *S. Hieronymus in cap. 52. Esaiæ,* & qui 5
illum sequuntur, *Lyranus* & alii dictum hoc Paulinum propriè accipi non posse putantes (l), mysticè accipiunt, ut *qui semel se devoverit cælibatui, non redeat ad conjugium,* quasi Apostolus dixisset: Qui cœlebs vocatus est, ne ducat uxorem: & qui uxoratus vocatus est, ne dissolvat matrimonium. Sed expositionem hanc 6
minimè quadrare ex toto contextu liquet. Non enim sufficit partem aliquam textus allegoricè explicare; sed continuare te oportet & dicere, & *qui in conjugio vocatus est, non redeat ad cælibatum, quia cælibatus nihil est, & conjugium nihil est.* Quæ oppidò absona sunt.

Verum enim verò ubi proprius & naturalis sensus datur, allegoriâ opus planè 7
non est, quia Rabbini & Talmudistæ communiter omnes agnoscunt, præputium restitui

(h) Alibi vocat τὸ ἄκρον τοῦ αἰδοίου δέρμα. (i) Quid hoc sit interpretes parum expediunt, quare nos id Anatomicis relinquimus. Nos quidem Germanicè dicimus das dünne Ende. Sed tenue hoc non constituit peculiare quoddam membrum, neque partem aliquam seminalem quæ tantum in gena, & non æquè in aliis corporis partibus reperiatur, ut hic peculiari expressione opus fuerit. Jacobus Hollerius Stempanus in Commentario suo ad hunc locum intelligi ait: Abnervationes illas lati musculi ad oculos & palpebras & labra. Quid hoc sit alii viderint, & an non in alia corporis parte æque reperiatur ac in genis. (k) St. le Moine in not. & observ. ad var. sacr. p. 766. (l) Hieronymus enim ad 1. Macc. 1, 15. ait: *Non est potestatu nostra præputium adducere post circumcisionem.* Quod de Patre hoc mirens, cui Judæorum mores non ignoti fuêre. Igitur merito ab eo dissentiunt Bellarminus 2. de N. D. c. 5. Corn. à Lap. Comm. ad h. loc. Spondan. A. C. 57. §. 21. pag. 82. Reprehenditur etiam à P. Cunæo de Rep. Hebr. Lib. III. cap. 5. Alphonsus Salmero Toletanus. Tom. XIV. Disp. 14. p. 98.

tui poſſe, atque talem virum ſuperinductum præputium habentem illi מָשׁוּךְ, *attra-* L. III. c. 1.
ctum vel rectiùs (quia ſimplicia apud Hebræos vim compoſitorum omnium admit- N. IV.
tunt) *ſupertractum* vocant, doctrinæ causâ Latinè non obſcure repræputiatum dixe-
ris; In plur. משוכים *attracti*, non מושכים *attractores*, ut vir doctus reddidit (m).
8 Quod autem iſtud revera factum & præputium reſtitutum fuerit, exempla paſſim do-
cent. 1. Maccab. 1. 15. *Qui fœdus ſacrum deſeruerunt*, ἐποίησαν ἑαυτοῖς ἀκροβυστίας. *Fece-
runt ſibi præputia.* Quamvis & iſtum locum quidam de moribus & ritibus gentilibus
allegoricè accipiant (n), ſed malè & ſine cauſa *Ioſephus* (o) *Menelaum, & Tobiæ
filios* nominat, qui adulantes Antiocho Gymnaſium Ethnicum Hieroſolymis ex-
ſtruxere, atque τῶν αἰδοίων περιτομὴν ἐπικάλυψαν *genitalium circumciſionem obtexerunt.*
9 Pleni de hac re ſunt Rabbinorum libri, ut pluribus teſtimoniis opus non ſit. Quin
& talis *attractus* ſeu *repræputiatus* denuò eſt circumcidendus משוך צריך למול *At-
tractus opus habet, ut circumcidatur* [denuo] ajunt Rabbini; idque factum tempore
Cozibæ. Imò quater vel quinquies attractus toties rurſus eſt circumcidendus,
uti dicitur in *Bereſchith Rabba*, quod veri modi ſupertrahendi ignarus nemo cre- p. 46.
diderit.
10 Buxtorfius *in Lexico Rabbinico* ad vocem משוך: & in epiſtola doctiſſima ad Joh.
Caſp Bauhinum (p). Ad quæſtionem: *Num abſciſſum præputium iterum recreſcere
vel reduci queat?* ex Talmude Hieroſolymitano tract. יבמות c. 8. Item in tract. de
Synedr. fol. 44. 1. id quidem affirmat; quomodo autem fieri poſſit, fatetur ſe i-
gnorare, niſi quòd R. Salomon Jarchi in Gloſsâ Talmudis de Achane, quem repræ-
putiatum putat, modum valdè flagitioſum & impoſſibilem fingit, משך את עיר
אמה חמיר quod hic exponere pudet & credere piget. Operationem aliquam
Chirurgicam habet Corn. Celſus (q) & poſt eum *Æginetæ* (r) & *Fallopius* (s),
Sed ut cuilibet legenti apparet, incertam, periculoſam planè, & dolorificam, quam
nemo unquam experiri voluerit, nec quiſquam unquam, ut puto, expertus fuit.
11 Quomodo verò naturaliter recreſcere poſſit præputium, nemo quod ſciam
hucusque docuit. Ut mihi videtur, diſtinctione expedienda res eſt. Duplex
operatio in circumciſione Judaica peragitur, quarum utraque eſſentialis eſt, nempe
abſciſſio partis præputii, quâ brevius redditur: deinde פריעה *denudatio glandis*, quâ
ſuperior pars præputii dilaceratur, ita ut glans planè detegatur. Prior reſtitui nullo
modo poteſt, atque de hac accipiendus eſt Hippocrates, & qui illum ſequuntur:
12 Poſteriorem vero & arte & naturâ reparari poſſe putamus, ut mox dicetur. De-
nudatio autem iſta tam eſſentialis eſt, ut circumciſor, qui eam omittit, nihil egiſſe
videatur. Eſt enim Axioma recutitorũ notiſſimum, מל ולא פרע את המילה כאלו לא מל
Qui circumcidit & non denudat circumciſionem, perinde eſt ac ſi non circumcideret.
Modum hujus denudationis *Buxtorffius* (t) deſcribit: quod *circumciſor unguibus
13 pollicis pelliculam glandis in duo diſcerpat, ut glans omnimode retegatur.* Hanc ob cau-
ſam Turcæ, Habesſini, & aliæ nationes (apud quos epiſpaſmus locum non habet,
quia abſciſſione præputii tantùm utuntur) à Judæis pro ערלים *præputiatis* haben-
tur, ut ſi Judæi fieri velint, denudationem admittere cogantur. Atque iſta eſt *ſe-
cunda circumciſio*, cùm Iſraelitæ שנית *ſecundò* circumcidi jubentur, ut doctiſſimi
Rabbinorum cenſent, aſſumtâ in auxilium Gematriâ Cabaliſticâ, teſte *Buxtorfio* (u).
Hinc exponi poteſt locus Epiphanii (x), de Symmacho Samarita, quem Judæum
factum ſecundò circumciſum fuiſſe ſcribit, id enim fieri Samaritis ad Judæos acce-
dentibus. Quòd autem idem Judæis à Samaritis viceversâ contingere putet, in eo
graviter fallitur. Nam abſciſſio præputii & denudatio ritè facta repeti nequit.
14 De abſciſſo præputio tàm Judæorum quàm gentilium res clara eſt, quod neque
natura recreſcere, neque arte Chirurgicâ rurſus extendi & produci poſſit. At
mul-

(m) Le Moine not. & obſ. in var. ſacra. pag. 761. (n) Auguſt. Marloratus Expoſ Eccleſ.
p. 115. & Hieron loco paulo ante citato. (o) *Antiquit. Iud. lib.* XX. c. 6. (p) Quam nobis
exhibet celeberrimus Bartholinus de morbis Biblicis c. 26. (q) Lib. VII. cap. 25. (r) *Lib. VI. R.
M. c. 53.* (s) *Libr. de decorat. c. 9.* (t) *In Synagoga Iudaica* cap. IV. p m 98. (u) In dicta *Syn Iud.
cap. 4. p.* 102. (x) De menſur. & pond. p. 538.

L. III. c. 1. multo aliter se res habet quoad rupturam illam, quam soli Judæi denudatione faciunt, N. IV. V. & de essentiâ circumcisionis esse putant; quam Medici supra nominati ignoraverunt, & plerique philologorum adhuc ignorant. De hac aliud dicendum. Eam enim arte, vel etiam naturâ restitui posse verisimile est. Arte; *si utraque pars cuticulæ rupta parumper refricetur, & vulneretur*, Chirurgi omnes fatebuntur, & multi egregii mihi fassi sunt, quòd talis vulneratio tantùm bene obligata, etiam sine emplastro, multò magis adhibito eo, rursus consolidari possit, eodem modo, uti fissura labiorum curatur. Naturâ; *si propter cuticulæ illius diuturnam contiguitatem sua sponte connascatur*, (ut medici loquuntur) quod membranis in corpore humano casu cohærentibus, contingere potest, & sæpe contingit; veluti cum pulmo connascitur costis.
Sicuti ergo עריל *præputiatus* habetur, qui פריעה *denudationem* non 15
passus est: ita rursus talis censebitur, si denudationem istam arte resarciverit, & glandem denudatam rursus obtexerit, vel cuticula rupta suâ sponte concreverit. Utrumque fieri posse Judæi firmiter credunt; Sic enim loquuntur: אם משך לו אחר ערלה או שנמשכה מאליה *Sive induxerit ei alius præputium, sive inductum fuerit à se ipso.* Itaque locum habere potest id quod supra ex *Bereshith Rabba* protulimus, *quòd denudatio præputii glandem tegentis facta quater vel quinquies consolidari*, totiesque rursus rumpi, & sic Judæus in verum circumcisionis statum restitui possit, ne עריל vocetur.

Huc facit propria vocis ἐπισπᾶν significatio, quæ non significat *protrahere, pro-* 16
ducere, vel præputium abscissione brevius factum rursus in longum diducere, (quod de Achane Salomon Jarchi finxit, ut paulo ante meminimus) sed *superinducere* seu supertrahere. Deinde glossa τὸ משוך *Attractum* apertè definit: מהול שנמשכה ערלתו וכסתה את העטרה *Circumcisum* [ante hac] *cui supertractum est præputium, ut rursus tegat coronam*, id est, caput seu glandem membri illius; ut *Buxtorfius* exponit in voce משך. Igitur talis משוך ἐπισπασθεὶς perinde æstimatur, ac si fœdus DEI in se irritum reddiderit, ac ob id nullam partem habeat in vita æterna. Verba sunt R. Mosis Majmon (y).

כל המפר ברית אברהם אבינו והניח ערלתו או משכה אף על פי שיש בו תורה ומעשים טובים אין לו חלק לעולם הבא.	*Omnis qui irritum reddit fœdus Abrahami Patris nostri, & retinet præputium suum: aut supertrahit illud, quamvis habeat Legem, & bona opera faciat, non est ei pars in seculo venturo.*

Dignum relatu est, quod mihi Rabbinus Manheimensis Moses Gerathwohl 17
narravit. Is auditâ mea sententiâ, assensum illi præbuit, referens: *Iudæo cuidam seni & diu viduo præputium dilaceratum, ita ut dixi, suâ sponte concrevisse, id eum familiaribus amicis aperuisse, qui quòd nemo præputiatus* גן עדן Paradisum *ingredi posset, autores illi fuerint, ut id sibi denuo dilacerari pateretur. Factum id præsentibus senioribus, non ut rursus aliquid abscinderetur, hoc enim non opus erat, nec fieri poterat, sed tantùm ut connatum* [seu potius consolidatum] *præputium rursus dirumperetur.* Hac distinctione controversiam inter eruditos hucusque agitatam sopiri, & Rabbinorum dicta vulgò non intellecta conciliari posse putamus. Sed ista nos propter dictum Pauli, simulque ad differentiam inter Judæorum, aliarumque gentium præsertim Habessinorum circumcisionem explanandam, paulo prolixiùs disseruimus.

[De Epispasmo Judaico disputationem edidit M. Jeremias Lossius, qui loca nonnulla autorum nobis suppeditavit in notis allegata. Eruditam quoque dissertationem de eadem materia D. Wedelium Lib. 1. n. 51. 4. à nobis laudatum in lucem edidisse audio, à me nondum visam.]

No. V. De Circumcisione, vel exsectione potiùs, fœmellarum in Africâ, partim etiam in Asiâ usitata] Ineptè circumcisio vo- 1
catur, quæ in fœminis Africanis peragitur. Propudiosa res est, nec de ea loqui voluerint viri graves illarum regionum, ubi ea est in usu. *Gregorius*, cùm illius, tanquam

(y) In הלכות מילה cap. 3. n. 3.

quam alicujus rei notabilis, mentionem facerem, pudibundus exclamabat, *Phy, phy*, ut ad res turpes solemus; nec quidquam respondere volebat. Interpretabar illi, quæ *Tzaga-zaabus* in confessione suâ Fidei hac de re scripserat, *quasi jussu & decreto Reginæ Maquedæ etiam mulieres circumciderentur.* Sed aliud responsum non L. III. c. 1. N. V. 3. 1. 7. Com. Pr. I.
2 retuli, quam አንስተ፡ ገዳም፡ ኮነ፡ *Bestia campi fuit.* Interim data hâc occa- §. 17.
sione, quoniam tot autores hujus rei mentionem faciunt, præter mentem de ea, tan- ibid. §. 21.
quam de materia aliqua anatomica, disserere cogor. Nam Anatomici, præsertim ii qui in Oriente fuerunt, rectè sciunt quid fœminis Africanis abscindi possit, ex quibus in gratiam curiosorum quædam exscribemus; sed absit, ut figuram æri incisam demus.

3 Thomas Bartholinus *in anatomia suâ reformatâ* (z) de clitoride scribit: *In hac verò parte Æthiopibus usitatam fœminarum circumcisionem* Bellonius & Jovius *factam putarunt. Modum amputandi tradunt* Ætius & Ægineta, *qui cum nymphâ confundunt* (a). *Etiam nunc ob insignem magnitudinem Orientales urunt, ne amplius crescat, conductis ad id provectioris ætatis fœminis, quam operationem impropriè* الختانة *circumcisionem* [quæ marium est] *appellant* (b). *Estque illis tam necessaria ob excrescentis clitoridis deformitatem, quàm decora. Nudæ enim in Ægypti Alcairo puellæ sine velamine post hanc circumcisionem demum aut matrimonium, indusio vestiuntur. De quibus ut & circumcisione nos fusius in antiquitatibus puerperii.* Hæc rectissimè Bartholinus.

4 *Iohannes Weslingius*, qui quinquennium Cairi vixit, in *Syntagmate Anatomico*: pag. 108.
Clitoridis enorme atque inutile incrementum, endemium Arabibus Ægyptiisque malum est. Itaque vel in puellis, quicquid hujus vel immodestiùs prominulum conspicitur, abscindere protinus & inurere coguntur. Plura habes apud Regnerum de Graaf de mulierum organis c. 3. p. 174. Quibus continentur omnia, quæ de hac re dici vel scribi possunt. Ex
5 quibus refellere poteris secus loquentes, ut mox audiemus. Habes hîc nationes quarum fœminæ hoc dedecore laborant, quod benè *Endemium* vocat *Weslingius*, modo extendatur ad omnes Æthiopum fœminas, de quibus rectè loquitur Bartholinus. In Persia quoque usitatam scribit Bellonius (c), ac ob id in templa admitti, secus ac Turcarum fœminas, quæ ceu incircumcisæ templis excludantur. Sed vereor ne falsus sit Bellonius. Etenim Olearius recens scriptor tradit: Persarum fœminas &
6 conviviis & templis arceri. Quòd autem in Septentrionalibus Europæ & Asiæ regionibus, etiam apud Turcas, ista superfluitas in fœminis non reperiatur, nemo mirabitur, qui reputaverit homines sub Zona torrida incolentes, ut vultu, colore, capillis, ita & aliis corporis partibus & qualitatibus plurimum à cæteris mortalibus differre.

7 Valdè autem vetustum morem esse vel ex eo colligunt Rabbini, quòd, ubicunque circumcisionis in S. Scriptura mentio fit, semper additum reperiatur זכר *masculi* nomen, ne quid tale in *fœminis* tentetur (d) Primus scriptorum insignis *Strabo* Lib. 17.
hujus rei meminit, distinctè, ut solet, scribens: Καὶ τὰ παιδία περιτέμνειν, καὶ τὰ θήλεα ἐκτέμνειν. *Mares circumcidere, & fœminas excidere solent.* Proprissimè *excisionem* vel *exsectionem* vocat, & sic optimè distinguit à circumcisione.

8 Porro *S. Ambrosius in suo Abrahamo* de circumcisione differens addit: *Ægyptii* Lib. 2. c. 11.
quarto decimo anno circumcidunt mares: & fœminæ eodem anno circumcidi feruntur. Addit rationes, ut bonus Pater plerumque solet, longè petitas: Sed eæ non sunt hujus loci. *Paulus Iovius Episcopus Nucerinus* scribit: *E pudendis etiam mulierum ca-* Lib. 18.
runculam præcidere solent. Tecla Marjam Habessinus *in responsionibus suis ad Examen Cardinalium* apud Thomam à Jesu ait: *Propter quandam antiquam consuetudinem in mari-*

(z) Lugd. Bat. An. 1651. impressâ Lib. I. c. 34. (a) Quod horum exemplo etiam alii eruditissimi Viri faciunt. *Huetius* in Observat. ad Orig. Comment. p. 5. a. de hac excisione: *Ea fit resectione τῆς νύμφης, &c.* ἀλλοτριωθὲν, rectius dixisset. *Ætii* locum idem allegat Tetrabl. 4. Serm. 4. c. 103. *Paul. Ægineta.* Lib VI. c. 70. Errat & *Bellonius* qui particulam hanc pudendi muliebris Græcis *Hymenæa* Latinis *Alas* dictas putat Observat. Lib. III cap. 28. (b) Nescio quis sic appellet; nam Arabes peculiare & proprium vocabulum pro fœmellis habent, ut in fine hujus numeri dicetur. (c) *Lib Observat. III. cap. 28.* (d) Gen. XVII. 10. 12. XXXIV. 15. 16. 24. Exod. XII, 48.

L. III. c. 1. N. V. & VI. *maribus præputium, in fœminis verò nympham circumcidentes:* Ineptè satis, quasi utrobique eadem ratio esset & modus. Adhuc pejùs Origenes (e): *Ut in viro præputium circumciditur, sic in fœmina umbilicus amputatur. Duretus de l'origine des langues:* pag. 575. *une petite carnosité*, inquit, *appellée par les Grecs* Νύμφη. *Parvam carnositatem* vocat, Græcis *Nympham* dictam.

Thevenot. (f) *de la circoncision des filles des Mores, qui sont Mahometans*, ait: *Mais ils ont quelques superstitions, que les Turcs n'ont pas; car les Mores circoncisent leurs filles, leur coupant un petit morceau de ce qu'on appelle Nymphe, & ce sont des femmes, qui font cette circoncision des filles. Les Turcs ne font point cela, ils circoncisent seulement les garçons.* Sensus est: *Æthiopes Muhammedanos superstitione quadam uti, secus ac Turcas, quia & fœmellas circumcidant.* Ita putavit Thevenotus superstitionis esse, quod vitii cujusdam tollendi causa fit, quo Turcarum fœminæ carent. 9

pag. 201. Johann. Henr. Hottingerus in Append. Gramm. Harmonicæ scribit: *Talis circumcisio cumprimis in Ægypto fit, ubi anteriore naturæ muliebris parte superflua quædam excrescunt, quæ in tenera ætate auferri solent, non tamen ex lege aliqua vel religione, sed duntaxat ad tollendum naturæ vitium, quod conceptui partuique obesse volunt.* Sic quidem dicunt; at aliæ pudendæ causæ subsunt, de quibus hic loqui nolumus. 10

Lib. 8. Graviter autem fallitur Leo Africanus, qui de Alcairi civium ritibus narrat: *Circumire vetulas clamitantes, quæ mulieres juxta Muhammedis præscriptum incidant.* Id dubio procul in *Alcorano* non reperit, nec etiam in *Suna* seu traditionibus Musulmannorum. Fallum quoque est, quod sequitur: *tantùm in Ægypto & Syria hunc ritum observari*, quia, ut diximus, per totam Æthiopiam & partim Asiam fit. Nisi locum hunc Leonis tantùm de vetulis illis in Ægypto & Syria clamitantibus accipere velis; quam vis nec id mihi lectum sit unquam. 11

Dapperus (g) fœdum hunc fœminas exsecandi morem satis crudè & planè describit. *Georgius Andreas Sleswicensis*, hujus rei ignarus (h), in turpissimis promontorii Bonæ spei fœminis aliquid propendere vidit, nesciens, *an cuticula illa naturalis, an scissura quædam cutis facta esset*, quia barbaræ illæ moribus fœdissimæ hac excisione non utuntur. Hæc dicenda fuerunt, ne quis imposterum putet, circumcisionem marium cum turpi hoc actu comparari posse. 12

Postremo notandum Arabes peculiaribus vocabulis marium circumcisionem à fœminarum exsectione distinguere. Nam de maribus dicunt ختن *Chatana*: de fœminis, خفض *Chafadha*. Magistra vero talis artificii vocatur خافضة *Chafidhaton*, de quibus vide Golium in Lexico. 13

N°. VI. De appellatione fœminæ inexcisæ apud Arabes probrosâ] Diximus in historia nostra talem fœminam inexcisam valdè pudendo vocabulo Arabibus *Bandaron* vocari, corruptè pro *Badaron* (i). Nam in omnibus linguis obscœna vocabula pudoris causa insertis vel mutatis literis in pronunciando plerumque alterantur (k). Imò honesta sæpè vox talis κακοφωνίας causa ejusmodi corruptionem pati cogitur (l). 1

Hîc quoque notandum, sicut probrum Judæo est ערל *Arêl* vocari, ita in hunc usque diem Habessinis ቍላፍ: *Kuelaf Præputiatus* seu *incircumcisus* probrosum est, & sic per contemptum convitiati sunt Patribus Societatis (m); quasi incircumcisum esse etiam Christianis magno opprobrio duceretur. 2

N°. VII. De Baneanorum, gentilium Indorum, moribus profanis] Hollandi *Benjanen* vocant; Gregorius meus *Banean*. De gentis hujus 1 abominabili idololatriâ, fœdis atque horribilibus idolis nunc agere instituti nostri ratio

(e) Hom. 6. in Ezech. (f) *In Itiner. suo Orient. P. II. c. 74. p. 497.* (g) *In Africa sua signis* Quoja *p. 417.* (h) *In itinerario suo c. 4. p. 5.* (i) Quin & alio infami ἀλληγορικῷ nomine متكا *Metca* vocatur. (k) Exempla ex Germanica lingua afferre nolo. Itali modestiores, vel fœminæ pro *Cazzo Capo* dicunt. (l) Galli pro *Comment* dicunt *Comment*. Hollandi nomen regni *Calicut* scribunt *Calechut*: In Saxonia inferiori pro Kalekutische dicunt Calicutische Hanen vel Kalekunen. (m) Anonymi Epist. ad Susneum; Part. 4. 5. & 9. infra cap. 10. n. 111.

ratio non permittit. Dolendum autem est, gentem aliàs mitem atque probam, & effusionem sanguinis abhorrentem, tam fœdâ idololatriâ laborare. Vetustissimam *Pythagora* doctrinam de *Metempsychosi* etiamnum retinent, nec ullum animalculum, ne insectum quidem necant. An verò illi doctrinam hanc insanam à Pythagora, an Pythagoras ab illis hauserit, valde incertum est, quamvis sint qui utrumque scribant. & L. III. c. 1. N. VIII. & IX.

3 *Diogenes Laërtius in vita Pythagoræ* non meminit, quòd unquam in India fuerit. Indi certè apud Pythagoram non fuerunt. Igitur vel ex auditu habuit Pythagoras: vel stulta ista opinio à diversis fuit excogitata. Sacerdotes eorum, & docti inter illos viri *Brachmanes* jam antiquis noti fuerunt, hodiè *Brachminen* dicuntur; quorum sectas plurimas recenset *Dapperus in descriptione Indiæ supra allegatâ p. 28. Ioh. Albertus de Mandelslo in itin. Oriental. c. 35.* & seq. *Georgius Andreæ* L. IV. *itiner. Orient. India.* Cap. XII.

N°. VIII. De cibis Tartarorum Orientalium insolitis]

1 *M. Paulus Venetus de cibis Tartarorum memorat: Equos & canes & insecta quædam* [in Lib. I. c. 57

2 MSS. nominantur, sed vox legi nequit, teste Andr. Mullero] *comedere solent.* Georgius Andreæ (n) de iis scribit: *Omnis generis carnem edunt, eamque semicrudam, modò caro sit, veluti equos, camelos, vulpes* &c. atque ille inter alias causas, quare ex Tartaria

3 fugitivus factus fuerit, hanc ciborum insuetudinem refert. *Neuhofius* (o) idem testatur. Barbaros populos in Africa dari *Pamphagos*, id est: *Omnia comedentes* quicquid occurrit, diximus in Historia nostra l. 14. 52.

N°. IX. Sabbatum simul cum die Dominica in primitiva

1 Ecclesia celebratum fuisse] Autores, qui hoc verè asserunt, in Historia nostra allegavimus; plures reperiuntur apud *Gabrielem Albaspinæum Aurelianensem Episcopum* (p) ut mirum sit Theologos quosdam recentiores id in dubium vocare.

2 *Constitutiones Clementis & Canones Apostolorum nominatim trigesimum tertium* non in hunc finem in historia nostra allegavimus, ut argumentum aliquod ex ἐπιγραφῆ [inscriptione] pro autoritate illorum adstrueremus; sed tantùm in testimonium antiquitatis, cui sufficientissimi sunt. Id enim validè fieri posse rectissimè *Scaliger* docet (q); his verbis: *Quòd autem Habessini Sabbatum æque ac Dominicam ab opere immune habent, id non est argumentum Iudaismi, sed veteris Christianismi. Quot enim Canones sunt, qui vetant Sabbato opus facere?*

3 Fuerunt inter antiquos hæretici Sabbatarii, ideò fortè sic dicti, quòd Dominicam planè spreverint: vel quòd Sabbati celebrationem, tanquam Christianis necessariam & quidem Judæorum more rigidissimè exegerint; non quòd eos, qui sponte illud observarent, condemnaverint. *Concilium Laodicenum* expresè docet: Can. 16. *quod μετὰ ἑτέρων γραφῶν cum reliquis scripturis etiam Evangelium sit legendum die Sabbati.* Quem canonem non satis explicant Interpretes; quoniam non meminerant *Paraschas* Legis Mosaicæ & *Haphtaras* (r) tantùm more Judaico antea lectas fuisse; omissis lectionibus evangelicis. Volunt ergo Patres Laodiceni, ut etiam legatur *Novum Testamentum.* Rectè *Aristenus:* Εὐαγγέλιον καὶ Ἀπόστολος &c. *Balsamon enim & Zonaras* preces tantùm antea habitas fuisse putaverunt.

4 Dubium ergo nullum est, quòd tum temporis conventus Christianorum sacri in Sabbato habiti fuerint, aliàs supervacaneum fuisset, lectiones publicas illo die ordinare. Idem porro colligitur ex eo, quòd ubique in hoc concilio in actibus sacris (qui non nisi publicè fiebant) σάββατον καὶ κυριακὴ *Sabbatum & Dominica* conjunguntur, veluti can. XLIX. & canone LI. *Quod oportet* τῶν ἁγίων μαρτύρων μνήμας ποιεῖν ἐν τοῖς σαββάτοις καὶ κυριακαῖς, *sanctorum martyrum commemorationes facere in Sabbatis & Dominicis*, quæ omnia frustra sic dicerentur, nisi etiam sacra die Sabbati in Ecclesia habita fuissent. Quomodo verò intelligendus sit canon XXIX. dicti concilii, sequenti numero dicemus.

Mm 2 N°. X. De

(n) In dict. Itiner. Orient. Lib. III. c. 8. & cap. 10. (o) *In itiner. Sinico c. 18. p. 395.* (p) Observat. de veter. Eccles. ritibus. Lib. I. cap. 13. (q) *Dissertatione ad Comput. Æthiop.* Lib. VII. pag. m. 683. (r) Sectiones Librorum Biblicorum sunt, à Judæis sic dictæ, eruditis notæ.

L. III. c. 1. N°. X. De Feriatione Sabbati apud Habessinos usitata]

N. X. In *Confessione Fidei Claudii Regis Æthiopiæ*, quam supra Lectoribus dedimus, satis ap- 1
II. 6. n. 29. paret, quo pacto Habessini Sabbatum: & quo pacto Dominicam observent, & quam differentiam inter utramque diem faciant. Ruralia opera die Sabbati intermittunt, fortè ob verba expressa Legis: በሰንበት፡ ዕለት፡ ታዐርፍ፡ ዘርአ፡ ወታዐርፍ፡ ዐፂድ፡ *Septimo die cessare facies sementem & cessare facies messem.* Ut habet Æthiopica versio *Exod. 34, 21.* Res acerrimè agitata fuit tempore PP. Societatis, qui plane nolebant, ut opera rustica intermitterentur. Hinc severa illa edicta Susnei contra feriatores, *de quibus infra num. XI.* hujus libri. Nec sacros conventus illo die permittebant, & graves pœnæ sanciebantur in transgressores, ut in *Historia nostra* dictum. III. 10. 64.

Gregorius meus indignabatur, cùm audiret Judaismi insimulari populares 2
suos ob Sabbati observationem, me quasi interrogans: *An non liceat orare & Deum colere die Sabbati, si id ex prisca consuetudine sine obligatione ad Legem Mosaicam fiat, cum libertate laborandi & opus faciendi? Nonne Apostolos ipsos Sabbatum cum Iudæis celebravisse*, Act. 13. 14. &c. *Se satis scire celebrationem diei Dominicæ jam tum tempore Apostolorum cœpisse, sed dicat sibi aliquis, quando sabbatum fuerit abrogatum? Nam unius constitutionem non esse alterius abrogationem. Statum quæstionis in eo consistere* (1.) quoad jus, *an liceret abrogare id quod DEUS ipse certo die in memoriam creationis statuisset?* (2.) quoad factum, *an Apostoli reverà illud abrogaverint, cùm potius verisimile sit, illos teneræ adhuc Ecclesiâ Iudæos scandalizare noluisse, adeoque Sabbatum simul cum die Dominica retinuisse. Id liquere ex Historia Ecclesiastica. Non enim sequi, diem Dominicam Apostoli instituerunt, ergo Sabbatum abrogaverunt. Potuisse enim nascente Ecclesiâ & diris illis temporibus, ubi plebs frequentiori admonitione opus habuerit, binos imò plures dies sacros singulis hebdomadibus haberi. Quod autem sequentibus temporibus in Ecclesia Græca & Latina sensim in desuetudinem venerit, id aliis Ecclesiis Orientalibus officere minimè debere, nec illas propterea damnandas esse.* Hæc ex mente Gregorii. *P. Rich. Simon* (s) censet: *que le Iesuite Roderic ne devoit pas tant presser les Cophtes dans la Conference.* h. e. *Iesuitam Rodericum non debuisse Coptis in hoc articulo* [scil. feriationis Sabbati] *tam acriter instare.* 3

Verùm Habessini non tantum ab opere rurali in Sabbato cessant, sed etiam 4
nullum iter faciunt. Narrant PP. Societatis (t): *Proregem Tigræ uxori mandasse, ut proficisceretur Fremonam ad audiendam Patrum Soc. Missam, sed noluisse famulos illius simul proficisci, quòd dies Sabbati esset, quia neque Sabbato, neque die Dominica iter facere liceret.* At Proregem illis dixisse: *Ne cunctemini iter aggredi isto die, neque existimetis esse peccatum, en* Concilium Laodicense, *quod jubet, ne Sabbatum observetur.* Hæc Patres. *Canon XXIX.* illius concilii intelligitur; in quo explicando æstu- 5
ant eruditi, quòd videatur aliis de Sabbati sanctitate pridem traditis repugnare.
L. 8. c. 35. Nam in Constitutionibus, quæ dicuntur Apostolorum, legitur: Σαββάτῳ καὶ κυριακῇ σχολαζέτωσαν οἱ δοῦλοι, &c. *Sabbato & dominica otiantor servi*; & tamen dicto canone XXIX. dicitur: Ὅτι οὐ δεῖ χριστιανοὺς ἰουδαΐζειν, καὶ ἐν τῷ σαββάτῳ σχολάζειν, ἀλλὰ ἐργάζεσθαι αὐτοὺς ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ· τὴν δὲ κυριακὴν προτιμῶντας, εἴγε δύναιντο, σχολάζειν. *Quod non deceat Christianos Iudaizare, & in Sabbato feriari, sed operari illo ipso die: Dominicam verò magis honorantes, si poterint, otiari.* Antinomiam hanc tollere conatur *Alba-* 6
spinæus (u) hoc modo:

Primò respondet: *Canonem in eos factum esse, qui Iudaico more Sabbata observarent*; hoc est: quòd non tantùm ab agresti, sed ab omni alio domestico labore cessarent: & etiam animalia sua domi continerent, & hoc ipsum esse Judaizare, quod hoc Canone improbetur.

Secundò: *Christianos festa sua ita nunquam observavisse, ut ab omni prorsus labore absti-*

(s) *Histoire critique de la creance & des coutumes des Nations du Levant 1684. pag 135.* (t) In epistolis de annis 1608. & 1609. (u Observationum Lib. I. c. 13. pag. 36. repeciuntur post Opera Optati Milevitani, Paris. 1631.

abstinerent, sed quantùm commodè fieri posset. Nimirum in hoc Canone dicitur: L. III. c. I.
εἴγε δύναιντο, *si modo possint.* Nam si ab omni omnino labore in diebus festis Christia- N. X.
nis abstinendum esse putassent, ita Patres locuti non fuissent.

7 Ad me quod attinet, expositionem conjecturalem Albaspinæi admitto, ea enim confirmatur *observantiâ*, quæ (ut Juro Consulti loquuntur) *optima est legum interpres.* Ista autem apud Æthiopes, prisci moris tenaces, doceri potest ex sæpius allegatâ *Claudii Regis Æthiop. Confessione*, dum scribit: *Non celebramus Sabbatum sicut Judæi, qui neque aquam hauriunt, neque ignem accendunt, neque panem pinsunt, neque de domo in domum migrant* (x). Hactenus Habessini dictum *canonem XXIX. Concilii Laodiceni* observant. Judæos enim ista & multo plura observare, *Buxtorfius in Synagoga Iudaica cap. 16. ex tract. Talmud. de Sabbato* refert, & in specie notat, *quod* p. 372.
Sabbato ne minimum quidem liceat efferre מרשות לרשות *ex dominio vel potestate in potestatem*, i. e. *ex uno conclavi in alterum: ex uno domicilio in aliud domicilium.*

8 Graves autem altercationes inter Doctores eorum de ejusmodi minutiis dantur; ex gr. Exod. 35. 3.

לא תבערו אש בכל משבתיכם ביום השבת.	*Ne accendatis ignem in omnibus habitationibus vestris in die Sabbati.*

Rigidiores, & inter eos Karræi hunc locum sic intelligunt, *ut ne ullum quidem ignem habere liceat*, prout *Iacob Levi* Judæus Hebronensis, in Europam eleemosynarum causa missus, mihi narravit. At cæteri Judæi putant: *ignem sibi habere licere, modò ipsi illum non accendant, & neque focum neque titionem attingant, sed ministerium hoc per pauperes Christianos efficiant*, ut supra indicavimus. I. n. 68. 3.

9 *Samaritani* in literis *Sichemo die 13. mensis septimi anno Mundi 6125.* ad me datis, differentiam inter se & Judæos enarrantes inter alia scribunt: ࠅࠋࠀ · ࠍࠁࠏࠉࠓ · ࠀࠔ · ࠁࠔࠁࠕ · *& non accendimus ignem in Sabbato*, quo satis indicant, quòd etiam ab aliis non accendi curent, aliàs nulla differentia esset à Judæis.

10 Sed ego multa de hac re legens observare mihi videor, non quoad cultum divinum, quin utroque die rite haberi possit & debeat, apud veteres dubitatum vel disputatum fuisse, sed quoad labores & opera, quatenus nimirum agenda vel intermittenda, quid quantumvé laborandum esset. Canones enim prisci de hac re generaliter loquebantur, nullum certum laboris genus definientes, propterea variam apud Doctores admittebant expositionem. Præter illum quem in historia nostra adduximus, primus ex XVII. illis qui Petro & Paulo adscribuntur ex Alexii Aristeni Epistolis apud Beveregium Tom. II. eodem modo sic se habet: Πέντε ἡμέρας οἱ λαοὶ ἐργαζέσθωσαν, σαββάτῳ δὲ καὶ Κυριακῇ τῇ ἐκκλησίᾳ σχολαζέτωσαν, &c. *Quinque dies populi opus faciunto, Sabbato autem & Dominicâ Ecclesiæ vacanto.* Quidam igitur patres familias cum uxoribus & liberis ista sibi tantùm dicta putabant, servos autem suos ad labores adstringebant, supervenit igitur alius Canon (y), quem
11 supra allegavimus, quô *servi quoque feriari* jubentur. Alii nihil prorsus neque per servos, neque per jumenta sua Judæorum more operabantur: contrà die Dominicâ omnem laborem, utpote nuspiam prohibitum, licitum esse rebantur. Cui rei temperamentum afferre voluit concilium Laodicænum, antiquiores Canones quasi explicans, & prohibens die Sabbati ἰουδαΐζειν id est: *Iudaico more feriari: die Dominicâ verò, quantum fieri possit, quiescere jubens.* Paucis: *Feriâ septimâ non omne opus intermittere more Iudaico: primâ verò non omne opus facere.* Idque modò strictius modò laxius in Ecclesiis acceptum & observatum fuit; donec feriæ Sabbati in Eccle-
12 sia Occidentali, ut alii ritus Judaici, planè in desuetudinem venirent. De qua materia plura dicemus infra Num. XLIX. hujus libri. Hæc sufficiant ad demonstrandum, quod feriatio Sabbati in Ecclesia primitiva certo modo fuerit in usu, nominatim in Ecclesia Alexandrina, in qua etiam retenta, & in Æthiopicam derivata fuit.

Mm 3 Confe-

(x) *Cap. 16. ex tract. Talmud de Sabbato* Hinc satis intelligitur falsò imputari Habessinis quod Sabbatum more Judaico celebrent; prout scribit Brerevvood in scrutin. relig. c. 16. & 23. & alii.
(y) In Constitut. Apost. Lib. 8. cap. 33.

L.III.c.1. Conferatur epistola Jacobitæ cujusdam Anonymi ad Regem Susneum, quam infra
N. XI. cum lectore communicabimus. Cap. X. n. CXI.
& XII.

N°. XI. De jure Leviratus, an apud Habessinos sit in usu]

Alvarezius quidem affirmat; at *cap. XXI.* itinerarii sui exempla affert planè non 1
convenientia Hebræorum juri. Nam *jus Leviratus Deut. 25. 5.* constitutum præci-
sè vult, ut frater superstes fratris sine liberis mortui viduam ducat. At in casibus
ab Alvarezio allatis planè alia res est, ibi enim divortio facto, & liberis existentibus,
frater repudiatam duxerat, & etiam liberos ex ea genuerat, quod certè, ut scandalum
magnum, à Gregorio meo valdè improbabatur.

N°. XII. De Confessione Fidei Regis Claudii an sit legitima?]

II. 6. 29. Hanc supra denuò totam additis annotationibus nostris imprimi curavimus. Di- 1
spiciemus hoc loco, num vera & genuina censenda sit? Cum illa primùm in Anglia
cum Lexico & Grammatica mea Æthiopica imprimeretur, *Brianus Waltonus*, *Edm.
Castellus*, aliique amici *Angli*, qui editionem promoverant, nullum unquam de ea
Joh. Henricus Hottingerus. dubium moverunt, quò minus pro genuina haberetur. *Ioh. Henricus Hottingerus*
in dissertatione, Etymologico Orientali sive Lexico Harmonico præmissa, de ea
sic loquitur: *Scriptum est non usque adeò antiquum, raritate tamen & usu suo maximi æ-
stimandum.* *Ioh. Mich. Dilherrus* in tractatu suo Germanico de vita Christi eam
Germanicâ linguâ donavit. *Eberhardus Ankelmann* S. S. Th. Licentiatus eam Lu-
sitanicè expressit, ac simul Germanicè sub titulo Lusitanico & Germanico edidit:
Etliche merckwürdige Sachen/ etc. *I. Vlricus Wildius S. S. Th. D.* in dissertatione
sua *de Ecclesia Æthiopica*, illa Confessione passim nititur, quod etiam facit *M. Dietericus
Luders* Stadensis in quinque disputationibus pereruditis de Historia Imperii Abissini;
neque quisquam horum doctissimorum virorum fungum pro cerebro habuit.

p. 2. b. Solus *Andreas Mullerus* Greiffenhagius in Dissertatione prima de *Mose Mardeno* 2
postquam de fictis Legationibus, atque epistolis, incertisque confessionibus dixisset,
subjungit hæc verba: *Indicet qui potest de Gabrielis epistolis* &c. *de Claudii Abissini Regis
confessione.* Quibus verbis scrupulum, quem solus fortè habuit, injicit lectori, ut &
hanc inter incertas confessiones numerandam esse censeat. Æquum omninò erat,
ut dubium suum promeret, quo & lectores de eo judicare quivissent. Sed ille sim-
pliciter eam aliis scriptis fictis admiscuit. Operæ pretium nobis videtur Historiam 3
integram hujus Confessionis Lectoribus ob oculos ponere, ut expendant, an suspicio
aliqua νοθείας [suppositionis] locum habere possit. Cum anno hujus seculi quinqua-
gesimo nono Hamburgi apud *Dn. Ezram Edzardū* (ob officia in convertendis Ju-
dæis, iisque sustentandis celeberrimum) agerem, protulit mihi librum membrana-
ceum Æthiopicum in Æthiopia Msstum, operimento spoliatum, quod, ut ex reliquiis
exiguis apparebat, è Holoserico rubro factum fuerat. Deauratum quoque fuisse
vestigia auri in extremis foliis ostendebant; unde colligebam, librum in Magnatis
alicujus manibus fuisse. Inspexi librum, statimque deprehendi *Organum B. Mariæ* 4
Virginis esse, quod ipse possideo, ejusque mentionem in Historia mea Æthiopica fa-
cio. In calce libri reperi *Confessionem istam Fidei Claudii Regis Habessinorum*, quâ
perlectâ nihil de veritate ejus suspensum me habuit, *quàm quòd occasio non exprimere-
tur*, quæ Regem ad scribendam illam impulisset: deinde quòd in clausula finali le-
geretur: ከመ፡ ተአምር፡ ጽድቀ፡ ሀይማኖትየ፡ *ut scias veritatem religionis
meæ*, & tamen nemo nominaretur, ad quem directa esset. Dies quoque & mensis
non erat *Æthiopico* sed *nostro more* ab annis Christi designatus.

Cùm autem doctrinam ipsam & stylum verè genuina deprehenderem, du- 5
biis meis ipse facile respondebam, defectus illos à simplicitate Æthiopica profectos
agnoscens. Dum nihil opus esse putaverunt Regis librarii occasionem istius scri-
ptionis exponere, ut quæ tunc temporis omnibus esset notissima: nec nominare eum,
ad quem dirigeretur, utpote cui in manus tradebatur. In tempore vero scriptio-
nis scriba regius sese accommodare voluit Lusitanis, qui annos gratiæ Æthiopum aut

6 aram Martyrum non intellexiſſent. Occaſionem autem talem fuiſſe, poſt editam L. III. c. 2. demum primâ vice Confeſſionem cognovi. Deſtinabatur in Æthiopiam à Luſi- N. XIII. tanis cum ſplendido apparatu Patriarcha *Iohannes Nannius Barretus* è Soc. Jeſu, & Bulla Pontificis pro eo expediebatur d. 17. Februarii Anno 1554. Cum igitur prudentes quidam (ut Tellezius loquitur) vererentur, ne, dum iſta in Europa agitabantur, Habeſſini ſententiam ſuam mutarent, juſſit Rex *Petrum Mascaregnam* Proregem Indiæ, qui ſub finem Martii Ao. 1554. Uliſſipona ſolvit, præmittere aliquos
7 explorandæ Regis voluntati (z). Is *Iacobum Diaz* & *Gonzalum Rodrigheſium* Patrem Societatis cum Fr. Fulgentio Freyre in Abaſſiam miſit, qui die 7. Februarii Ao. 1555. Goâ ſolventes menſis ſpatio portum Æthiopiæ *Arkiko* tenuere. Atque *iſte Gonzalus* eſt, cujus Epiſtolam infra n. 102. referemus; ex qua conſtat, quòd 17. Maij Anni 1555. in caſtra venerit, & poſtridie ſtatim Claudium adierit, qui triduo poſt ad viſendam aviam, tunc decem ferè dierum itinere abſentem, profectus eſt, ibique ultra menſem hæſit. Inde reverſus diſputationem cum *Gonzalo Rodrigheſio* habuit, quam ipſe in Epiſtola modo dicta fusè deſcribit.

8 Porro tenendum eſt, diu ante, cùm *Iohannes Bermudes* Patriarchæ nomine adhuc in Æthiopia verſaretur, crebras habitas fuiſſe diſputationes, in quibus Habeſſinis aſſiduè objectum fuit, quod *obſervatione Sabbati, circumciſione, & ciborum diſtinctione* judaizarent.

[Videatur modo cenſura ab Epiſcopo Pontificio in Æthiopes fulminata; infra h. Lib. c. 9. n. 103. §. 36. tradita.]

His ergo reſpondere voluit *Claudius* hâc ſuâ Fidei Confeſſione. Tempus nempe XXIII Junij. 1555. quo confeſſio hæc exarata eſt, examuſſim congruit ad intervallum
9 illud quo Claudius apud aviam in Damota fuit. Finitis igitur diſceptationibus *Iacobo Diaz*, cum *Gonzalo Rodrigheſio* diſcedenti, confeſſionem iſtam, libro ſupra dicto inſcriptam, ad Proregem Indiæ deferendam tradidiſſe credibile eſt. Qui liber poſtea in Luſitaniam delatus in privatorum, & denique Judæorum manus venit, qui eum *Esdræ Edzardo* vendiderunt.

10 Si quis ergo de veritate hujus Confesſionis dubitare volet, eum ſuſpicari oportet, à quo & ob quam cauſam falsò concinnata fuerit, quæ ſi dari non poſſit, iniquum profectò fuerit, eam ſine ulla cauſa ſuſpectam reddere velle.

COMMENTARIUS

Ad Lib. III. Cap. II.

N°. XIII. De Apoſtolo per quem converſio Habeſſinorum
1 **facta fuit**] Rejecimus in Hiſtoria noſtra traditionem eorum, qui putant Habesſinos veri Dei cognitionem ſimul cum ritibus Judaicis à *Regina Sabaa Makedâ* dictâ accepiſſe, & usque ad tempora Reginæ *Candaces* retinuiſſe. Attamen Habesſini, cùm religionem Chriſtianam ſuſciperent, Ethnici erant, & veri Dei cultum ignorabant, ſicuti mox clarè demonſtrabimus. Ut igitur traditionem ſuam tueantur, aliam comminiſcuntur fabulam de *Menileheki* filio, *Makeda* nepote, Joſue, qui poſt mortem Patris deſertâ verâ religione ad cultum Idolorum tranſierit (a), quæ ut vana, nec ullo idoneo autore tradita, transm[illegible]mus; hac vice tantùm memoraturi, quo
2 pacto Habesſini ad religionem [illegible]m converſi fuerint. Sunt, qui ſanctis Apoſtolis *Bartholomæo* (b) [illegible] nẽ Habesſinorum noſtrorum attribuerunt; quod ex malè a[illegible] *pia v[illegible] dulis* latisſimis profluxit. Nam in

(1) De [illegible]
(2) N[illegible] [illegible]epiſſe prædicat. De Abaſ. reb. Lib. 1 cap [illegible] Lib. n. 1. §. 9.

L.III c.2. in sortitione provinciarum ab Apostolis facta, *Matthæus Æthiopiam: Bartholomæus*
N. XIII. *contiguam illi Indiam sorte nactus fuisse dicitur:*

[Secundum *Socrat.* Lib. I. c.19. *Origenem* in Genes. L. 3. Thomas Parthis & Indis Evangelium prædicavit. *Niceph.* P. III. c. 1.]

Quæ indistinctè imò malè ita dicta Historiæ Ecclesiasticæ scriptores nostri simpliciter transscripserunt, & prout unicuique visum fuit, applicaverunt; etenim Æthiopia Matthæi minimè fuit contigua Indiæ Bartholomæi. Confer quæ de hac materia disseruimus L. I. n. 23. §. 15. & seqq.

Paulus Jovius falsò scribit, Æthiopes asserere, *quòd docentibus Bartholomæo* 3
Apostolo & Philippo Diacono Christianis sacris initiati fuerint Æthiopes nostri. Indocti
c.38.al.39. fortassis quidam monachi hoc illi dixerunt: & quæ *Alvarezius de Conversione per*
Act.8. 27. *Candacis Eunuchum facta habet*, ex persuasione imperitiorum Habessinorum provenire. Ista enim non ad Habessinos sed ad Æthiopes propriè dictos spectant.

Alii malè crediderunt *Matthiam* Apostolum Habessinorum fuisse, quod & ille 4
in Æthiopiam profectus esse tradatur. Quæ traditio si vera est, Æthiopiam Matthiæ haud facilè determinaveris. Quamobrem *Baronius ad annum Christi* XLIV. §. 41. scribit: *De divisione & profectione Apostolorum ad prædicandum Evangelium gentibus, hactenus res sanè est perdifficilis investigatu.* Nos sententiam nostram exposuimus supra *Lib. I. cap. I. n. 23. in fine.*

L.I.c.28. Sed audiamus *B. Tellezium* qui accuratissimè sic scribit: *Quòd nonnulli dicunt,* 5
pag. 72. *S. Matthæum prædicasse Evangelium in Æthiopia, res inter Habessinos nova est, & fundamento caret. Cùm religiosi nostri illis ex historiis nostris id narrarent, responderunt* [& quidem rectè] *hoc intelligendum esse de Æthiopia inferiori,* [scil. propriè dicta] *quæ extenditur à Suaquena usque in Ægyptum. Quandoquidem nullam unquam notitiam habent, quòd S. Matthæus, aut ullus Apostolus alius Habessiniam intraverit* [ante S. Frumentium] *uti certò docent libri illorum atque viri illorum docti, qui maximè gnari sibi videntur esse antiquitatis.* Proximè igitur ad veritatem accedere videntur ii, qui Nubiæ conversio- 6
nem Matthæo Apostolo assignaverunt, quæ indubiè Æthiopiæ antiquæ & propriè dictæ pars est.

N°. XIV. De genuina historiâ conversionis Habessinorum

]Nullam aliam prædicationem Evangelii quàm Frumentii in Habessinia factam 1
esse ex modò dictis & Historia nostra satis liquere putamus. Præcipuum fundamentum, cui innitimur, sunt clara verba scriptorum Historiæ Ecclesiasticæ: *Rufini*
L.I.c.9. qui dicit: *Terram hanc,* [in qua Frumentius prædicavit] nullo Apostolicæ doctri-
L. I. c.19. næ vomere *proscissam.* *Socrates*, cum dixisset Bartholomæo Indiam Æthiopiæ vicinam sorte obvenisse, porro scribit:

Τὴν μέν τοι ἐνδοτέρω Ἰνδίαν ᾗ προσοικεῖ βαρβάρων ἔθνη πολλὰ διαφόροις χρώμενα γλώσσαις οὐδέπω πρὸ τῶν Κωνσταντίνου χρόνων ὁ τοῦ χριστιανισμοῦ λόγος ἐφώτιζε.	*Interiorem Indiam, quam accolunt Barbaræ gentes plurimæ, diversis utentes linguis* nondum ante Constantini tempora *verbum Christianismi illuminaverat.*

Nec obstant historicæ veritati, quæ autores isti ignorantiâ veræ Geographiæ de con- 2
tiguitate vel vicinitate Indiæ cum Æthiopia commemorant. Itaque sic cadunt omnia, quæ pro conciliandis Scriptoribus Ecclesiasticis de primordio quodam Christianismi apud Habessinos tempore Apostolorum facto, sed valdè imperfecto, quidam commenti fuerunt.

Nec locum habet conciliatio *Hottingeri* (c) *tanquam Lacasæ* [rectiùs Candace] 3
initium: Abrahamo & Azba [corrige Abrehæ & Atzbehæ] *fratribus incrementum:* & *Naleko* κορυφὴ *tribuenda sit.* Quæ ignoratione veræ Frumentii historiæ gratis ita dicuntur. Quo verò tempore conversio Habessinorum facta fuerit, Num. XVII. expendemus.

N°. XV.

(c) *In Topographia Ecclesiastica Cap. III. §. 7.*

1 N°. XV. De Rufino in designatione Indiæ ambiguo] In libro L. III. c. 2.
primo hujus Commentarii docuimus, à veteribus in designatione Indiæ & Æthio- N. XV.
piæ plurimum à scopo aberratum fuisse. Inter alios *Rufinum*, de interiore & ulte- & XVI.
riore Indiâ imperitissimè loquentem, notavimus. Destituebantur enim prisci tabu- c. I. n. 17.
lis Geographicis, nec peregrinationes tam frequentes erant, ut situs terrarum & genui- & 23.
na regionum nomina distinguere potuerint. Hinc factum, ut ecclesiastica primo-
rum seculorum historia confusissimè etiam à recentioribus scriptoribus traderetur.
2 Quapropter iterum atque iterum inculcamus, ne ea quæ de *Æthiopia* vel *India Arabi-
ca* (ut ita loquar) literis olim mandata fuerunt, statim *Axumitis* seu *Habessinis* tribu-
antur. Exempli gratia *Eusebius* (d) de Pantæno Philosopho refert, quòd fuerit *Præ-
dicator* τοῖς ἀπ' ἀνατολῆς ἔθνεσιν *Orientis nationum, usque ad Indorum terram progressus:* &
mox Πάνταινος καὶ εἰς Ἰνδοὺς ἐλθεῖν λέγεται *Pantænum ad Indos venisse, ibique Evangelium*
3 *Matthæi reperisse, quod illis Bartholomæus reliquerit*; inde *Henricus Valesius*, vir alio-
quin judiciosus, ad verba Sozomeni (e) τοὺς Ἰνδοὺς τῶν καθ' ἡμᾶς Ἰνδῶν, inconsideratè nimis
scribit: *Pantænum ante Frumentium Indis istis verbum Dei prædicavisse, sed nullos ibi re-
liquisse Episcopos.* Tam incautè hic confundit *Arabes, Indos* quoque olim dictos, cum
Æthiopibus, cùm tamen ipse in annotationibus ad Lib. I. c. 19. Socratis optimè mo-
4 neat: *Æthiopes ab antiquis confundi solere cum Indis.* Nos autem loco supra citato I. n. 23. §. 6.
docuimus, *Indiam* istam *Eusebii de Arabia felici* accipiendam, in qua Bartholomæus & 15.
Evangelium prædicavit, Philostorgio teste Lib. II. §. 6. p. m 13.

N°. XVI. Frumentium unum tantùm esse, non duos hujus
1 nominis, ut Baronius censuit] Diximus in historia nostra *Baronium* (f)
in ea opinione fuisse, *quasi duo Frumentii extitissent, unus Indorum, alter Axumitarum
Apostolus.* Deceptus fuit in eo quòd non meminisset, Indorum vocabulum latissimè I. n. 23.
accipi, *At Henricus Valesius* unum tantùm Frumentium fuisse rectissimè conjecit (g).
Cui adstipulatur *Lucas Holstenius* (h). Agnoverunt id quoque Patres Societatis in
2 Æthiopia teste Tellezio. Quod verè planum nunc est, & extra omnem contro-
versiæ aleam positum, secus ac Clarissimus Vir (i) putat. Non enim possumus contro-
versum amplius vocare id quod inter veteres autores obscurè dictum à recentioribus
declaratur, nemine ampliùs contradicente.

N°. XVII. De tempore conversionis Axumitarum, qui alii
1 non sunt, quàm Habessini nostri] Cedrenum & Nicephorum Callisti con-
versionem Axumitarum in annum XV. Justiniani referre, in historia nostra dixi-
mus ac refutavimus. Facta enim est tempore *Constantini M.* Athanasio in sede
Alexandrina constituto. Quô verò annô contigerit, præcisè dici nequit. *Henri-* ad c. 19.
cus Valesius in annotationibus ad verba *Socratis* historiam *Frumentii* referentis: p. 12.
τῷ ἐπισκόπῳ Ἀθανασίῳ τότε νεωστὶ τῆς ἐπισκοπῆς ἀξιωθέντι: *Episcopo Athanasio tunc nuper Epi-
2 scopatu ornato*, ista vera esse non posse opinatur, sequentibus argumentis fretus: *A-
thanasius*, inquit, *anno Christi CCCXXVI. Patriarcha Alexandrinus factus fuit: Mero-
pius Philosophus in Indiam profectus esse dicitur exemplo Metrodori Philosophi, qui ante il-
lum Indiam perlustraverat; iste autem Metrodorus ante annum Christi CCCXXV. ex In-
dica peregrinatione reversus non est; nam quòd Constantino Imperatori munera Indica ob-
tulerit, id post debellatum Licinium contigisse necesse est, ut qui debellatus fuit anno Christi
CCCXXIV. exeunte. Si ergo Meropius exemplo Metrodori circa annum trecentesimum
vigesimum quintum reversi, in Indiam profectus, Frumentium adolescentem secum
duxit, atque is usque ad Regis pupilli majorennitatem regiis rationibus præfectus fuit, & tan-
dem ad Athanasium Alexandriam venit, sequitur: id non factum fuisse Athanasio nuper
constituto, sed multò post, anno plus minus Christi trecentesimo quadragesimo primo.* Hæc
Valesius.

Nn Equi-

(d) *Hist. Eccles. l. 5. c. 10.* (e) Lib. II. Histor. Eccles. c. 24. (f) *In Annot. ad martyrol. Rom. d. 27. Octobr.* (g) *In annotationibus ad d. cap. 19. L. I Hist. Eccles. Socratis in fine.* (h) *In notis ad martyrologium Baronii Romæ editis.* (i) *Introduct. ad Hist. N. T. secul 4. p. 359. num. 9.*

L. III. c. 2. N. XVII. Equidem fateor hypotheses hasce probabiles esse, sed non absolutè necessarias. 3
Fortassis *Metrodorus*, cujus exemplum *Meropius* secutus est, bis in India fuit: Vel
maturè quidem rediit, munera tamen sua Constantino offerre distulit, donec victo
Licinio Oriente potiretur. Interim Meropius iter suum aggressus: Vel eo ipso anno
ac ille alter rediit, profectus est: Vel Frumentius tutelam pupilli regii tempestivè
resignavit. Socrates Rufinum exscripsit, qui cum Ædesio Frumentii socio Tyri
locutus est; Is verò idem scribit: *Tum verò Athanasius, nam is* NUPER *sacerdotium
susceperat.* Ipse tamen libenter crediderim Rufini NUPER, & Socratis νεωστὶ paulo 4
laxius accipiendum esse, ita ut post annum à nato Christo trecentesimum trigesimum
(quem B. Tellezius designat) & sic vivente adhuc Constantino (nam id Socrates
disertis verbis asserit) ante Imperium Constantii, quod anno trecentesimo trige-
simo septimo cœpit, conversio Habessinorum: vel potius ordinatio Frumentii in E-
piscopum facta fuerit.

Alia fortè commodior conciliatio hujus dubii dabitur, si Meropium ἁμιλλησάμενον 5
πρὸς τὸ φιλότιμον Μητροδώρου æmulantem Metrodorum ante istius reversionem in Indiam
profectum statuas; nimirum Meropium, audito Metrodorum in Indiam profe-
ctum, æmulatione illius idem iter suscepisse, assumtis duobus pueris, &c. Sic o-
mnes res gestæ Valesii temporibus congruere poterunt, ut verè dicere possis, Frumen-
tium in Ægyptum venisse, cum Athanasius νεωστὶ recenter dignitate episcopali de-
coratus fuisset, scilicet paulò ante annum à Christo nato trecentesimum trigesimum.
Quæ aliquando ex Patriarcharum Ægypti: vel ipsorum Habessinorum historiis
lumen accipient.

Utcunque se ea res habeat, cùm certum atque indubitatum sit, aliquot an- 6
nis post collatum Athanasio Alexandrinum Archiepiscopatum, Æthiopiæ Episco-
pum Frumentium ordinatum fuisse, falsus deprehenditur Canon XXXVI. al. XLII.
qui repetitur inter Canones Nicænos Arabicos, hoc primùm seculo in Europam
invectos, sed planè apocryphos; qui sic se habet: *Ut non possint Æthiopes creare nec
eligere Patriarcham; quin potius eorum Prælatus sub potestate ejus sit, qui tenet sedem A-
lexandriæ. Sit tamen apud eos loco Patriarchæ & appelletur Catholicus. Quod si acciderit,
ut Concilium in Græcia habeatur, fueritque præsens hic Prælatus Æthiopum, habeat septimum
locum post Prælatum Seleuciæ.* Quomodo enim in Concilio Nicæno anno Christi 7
CCCXXV. habito agi potuit de Prælato Æthiopum, quem Athanasius anno
CCCXXVI. Episcopus Alexandrinus factus quatuor vel quinque circiter annis post
primo loco creavit? Allegavi quidem hunc Canonem in Historia mea Æthiopica
pro uberiore refutatione Cedreni, qui conversionem Axumitarum in tempora Ju-
stiniani rejecerat; secutus autoritatem clarissimi Seldeni (k) eundem Canonem pro
sua sententia allegantis, non æstimatâ inter alias occupationes temporis circumstan-
tiâ. Sed monitu D. Joh. Ludov. Fabritii eruditione & prudentiâ clarissimi viri me-
tachronismum statim agnovi, idque hîc merito prædicare volui.

COMMENTARIUS

AD LIB. III. CAP. III.

N°. XVIII. De novem viris sanctis Fidei Christianæ in Æ-
thiopia propagatoribus] Patres Societatis, cùm ex Habessinis intelligerent, 1
novem viros sanctos propagandi Evangelii causâ post S. Frumentium Româ venisse;
primò arbitrati sunt Romam suam, summi Pontificis sedem, intelligi. Sic enim scri-
bunt *in Epistolis* suis: (l) *Traditionem in Æthiopia esse, novem Religiosos Româ missos ad
instru-*

(k) In uxore Hebr. Lib. 3. c. 26. (l) 1607. & 1608. Lib. I. c. 15. p. 58.

instruendam & convertendam istam gentem. Idem reperunt *in additionibus* (m) ac L. III. c. 3.
ob id eos pro veris & genuinis sanctis habent. Sed facilè animadvertit doctissi- N. XVIII.
mus illorũ Patriarcha *Alph. Mendezius* (n) vocabulum Æthiopicum ርዎም: *Romja*
Roma Arabicè الروم *Errum*, *Græcos* & quidem Ægypti denotare, tunctemporis
Imperio Romano potientes; proutin Historia nostra hoc loco docuimus (o).

2 Obiter hîc monemus, *Saladobam* & *Amiamidam* Reges, quos hoc capite no- §. 3.
minamus, eosdem esse quos supra cap. 4. hujus libri *Aladobam* & *Alamidam* vocavimus; §. 20.
diversimodè enim scribi testatur modò dictus Patriarcha. Tempus autem quan-
do hi viri sancti in Æthiopiam venerint, incertum est æque ac tempus regiminis di-
ctorum Regum. Patriarcha *Mendezius* putat: *illos venisse intra annos quadringente-
simum sexagesimum vel octogesimum* (p). *Nam post* Abreham & Atzbeham, *quorum
tempore Frumentius Episcopus ordinatus fuerit, sex Imperatores in Æthiopia regnavisse*
Atzfam, Ardedum *&* Ameyum *fratres*, [de quibus in historia nostra] *deinde* Aradum
& Aladobam *&* Alamidam, *sub cujus imperio novem isti Sancti cum multis aliis mona-*
3 *chis intraverint.* Verba *Chronici Axumensis*, quæ ille habet, merentur hîc referri:
Tempore [Regis] *Amiamidi multi monachi Româ venerunt, qui totum imperium imple-
verunt*, NOVEM *ex illis substiterunt in Tigra; unusquisque ex illis erexit ædem sacram
de suo nomine appellatam.* Si igitur computatio Mendezii vera est, incidit adven-
tus istorum monachorum post tempus Concilii Chalcedonensis, & sic fortè perse-
cutio, ex Schismate illius temporis orta, tam multos monachos Ægyptios solum verte-
re coëgit. Nomina istorum novem non omnia Æthiopicè scripta vidimus, sed se-
cundum Latinam scripturam à Tellezio relatam in Historia nostra expressimus.

4 In Poëta nostro quinque laudantur.

አረጋዊ: ARAGAWI, aliàs *Michael* dictus.

ጰንጠሌዎን: PANTALEON, nomen suum retinuit; &

LICANUS, quorum encomia in Historia nostra hoc capite produximus. Sequitur

አባ: ገሪማ: ABBA GARIMA, qui tali Oda à Poeta laudatur (q).

> ሰላም: ለአባ: ገሪማ: ዘአስተርአየ: ለሚሊሞ፤
> ቢዩብረ: ጾኑናን: ዴብረ: ቀናንሞ:
> ሶበ: ንጽሐ: ልቡ: አፍተወ: ወኄርወናሁ: አደሞ፤
> ለሁለ: መዓርገ: እምዕሬገ: ዲያቆን: ያቀሞ፤
> እግዚአብሔር: ቅኒሶ: በኅቡእ: ሠሞ።

Salutem *Abba* GARIMÆ: qui visus est adolescere [instar plantæ]
In Monasterio Servatorum, monasterio Cinnamomi.
Puritatem cordis ejus amans & bonitatem ejus probans
A gradu Diaconi ad superiorem promovit
Deus O. M. presbyterum eum occultè constituens.

5 [Abba Garima, qui in monasterio Servatorum [dicto] adolevit, quod Monasterium Cinnamomi dici meretur [Rhythmi causa] à Deo, qui bonitatem & puritatem cordis ejus probaverat, Presbyter constitutus est, cùm prius Diaconi munere fungeretur.]

Rursus die XVII. Junii, Oda 3.

> ሰ ። ለአባ: ገሪማ: ለአርአየ: ሀዚዘ: ኀይሉ፤
> ዘአስተራክበ: ዘርአ: ወአስተላጸቀ: ምስለ: ሰብኡ፤
> ኄኑቱ: ጻድቅ: እምኀበ: ይሄሉ:
> እምገጸ: ዕበዩ: ወእምድምፀ: ገሬም: ቃሉ፤
> አእባን: ተገሕሡ: ወዕፀው: ሰኑሉ።

Salutem *Abba* GARIMÆ! *qui, ut ostenderet virtutem suam,*
Convenire fecit & conjunxit semina cum speciebus suis.
Hic justus, quocunque in loco esset,

 A facie

(m) *Lib V. c. 2. p. 279.* (n) in relatione suâ quam Tellezius tradit L. 1. c. 31. (o) ex Georg. Elmacino. l. 3. p. 29. (p) referente Tellezio d. l. pag. 79. a. (q) Enc. XVII. Mart. Od. 2.

L. III. c. 3. *A facie magnitudinis ejus & à ſono veneranda vocis ejus*
N. XVIII. *Amota fuerunt ſaxa, & arbores abſceſſerunt.*

[Alludit Poeta ad miracula ſtupenda hujus ſancti, quòd ſemen illico fructus tulit illique ſaxa & arbores ceſſerunt.]

Iſtius ædes haud procul Fremonâ ædificata fuit, magna atque opulenta, ſed à Turcis ſuperiori ſeculo vaſtata; ut *PP. Societatis* ſcribunt, dicta *epiſtolâ* annua c. 15. p. 58.

De Abba ALEFO ſequentem Odam habet Poeta (r). 6

ሰ ፡፡ ለአሌፋ ፡ እንተ ፡ ቀደሳ ፡ በኪደቱ ፤
ለብሔረ ፡ አግዓዚ ፡ ብሔረ ፡ ፋለሱቱ ፤
አመ ፡ ዕረፍትየ ፡ ይምጻእ ፡ ምስለ ፡ ቀደሳን ፡ ፱ ፤
ከመ ፡ ያጽንዕ ፡ በዐዚዝ ፡ ረድኤቱ ፤
እስመ ፡ ጸዋግ ፡ ሞእቱ ፡ ለኃጥእ ፡ ሞቱ ፡፡

Salutem ALEFO! *qui ſanctificavit inceſſu ſuo*
Regionem Æthiopia; regionem emigrationis ſua.
Tempore obitus mei veniat cum reliquis novem *ſanctis,*
Ut corroboret me valido auxilio ſuo,
Quoniam tetrica eſt mors peccatoris.

[Refert Poeta, quòd Æthiopiam præſentia ſua honoraverit, atque in ea fato functus ſit. Deinde eum, cæterosque novem Sanctos invocat, ut in hora mortis ſibi aſſiſtere velint.]

De reliquis quatuor *Atzham, Afe, Adimata* & *Oz* vel *Guba* nihil reperi, forſan quia duplex nomen mihi ignotum geſſerunt, nec enim crediderim Poëtam meum illorum oblitum eſſe. 7

[Nomina iſta mirè corrumpit & pejus adhuc exponit *Lud. Urreta*, citante *Nic. Godigno*. L. I. c. 34. p. 208. Ex *Adimata* facit *Imata*, fœminam fuiſſe ſcribens, atque ſignificare *Servam Domini*. Præceptor ejus noverat vocabulum አመት ፡ Amet *Ancilla*, ex quo ille formavit ſuum *Imata*.]

De novem iſtis Sanctis ſcribit *P. Alphonſ. Mendez*: (s) *Eſtes fizeram grandez milagrez*. Hoc eſt: *Hi fecerunt magna miracula, quibus converterunt magnã partẽ Æthiopia*, atque inter illa refertur, *quòd magnus draco, qui morabatur prope Axumam, & devorabat multos homines & pecudes, diſruptus fuerit illorum orationibus.* Hoc loco propriè accipitur vocabulum *Draconis* ſive *magni ſerpentis*. Num huc alludat Poeta de *Michaele* ſive *Aragavvao* canens, quòd eum ſociis deſtruxerit regnum ſerpentis: an alia ſit hiſtoria illa, quam nos in Hiſtoria noſtra allegoricè intelligendam putavimus, ulteriori indagationi relinquendum eſt. 8

3. 3. 7.

Additio.

De duratione religionis Chriſtianæ in Æthiopia.

1 Vidimus hucusque ortum atque progreſſum Religionis Chriſtianæ in Æthiopia. De duratione illius nunc diſpiciendum eſt. Continuam fuiſſe nemo dubitavit, donec *Ioh. Seldenus ex Muhammede Abdelbakide*, autore Arabe Mſſ. locum produceret, quaſi Atzhamus Habeſſinorum Nagashius Muhammedi ad Iſlamiſmum ſe invitanti, nomen dederit. Etenim Colomeſius (t), poſtquam dixerat: *Habeſſinos Religionem Chriſtianam conſtanter coluiſſe*, addit: *Si infauſtum illud intervallum excipias, quo Atzhamus à religione Chriſtiana defecit.*

2 At nos de Imperatore Habeſsinorum Africano id minimè accipi poſſe putamus, tanta enim tamque gravis mutatio alias utique mutationes poſt ſe traxiſſet, aliosque effectus perniciosos peperiſſet, quos hiſtoriæ Patriarcharum Alexandrinæ, Georgius Elmacinus, & alii ſcriptores Hiſtoriæ Saracenicæ non ſiluiſſent. De quibus tamen nihil prorſus in libris editis legitur, ut ipſe Seldenus agnoſcit. Cum autem 3
liquidò

(r) Encom. XI. Martii, Od. 1. (s) referente *P. Tellezio* L. I. c. 31. p. 79. a.
(t) In Obſervationibus ſacris.

liquidò demonstraverimus, nomen Arabicum حبشة *Habessinorum* non solis L. III. c. 3.
Axumitis seu Habessinis propriè dictis: ipsumque dignitatis vocabulum نجاشي N. XVIII.
Nagashi non soli Imperatori Habessinorum summo, sed & aliis gentibus & Regibus II. 6. n. 29.
commune fuisse, ideò ad conjecturas confugiendum nobis fuit, de quibus Habessinis: vel de quo Nagashio defectio hæc à Religione Christiana intelligenda sit.

4 Primam dedimus supra Lib. II. c. 4. n. 22. §. 13. de *Bazeno* ultimo Homeritarum Christianorum in Arabia Rege Christiano, cujus populares ratione clientelæ حبشة *Habessini* dicti fuerunt. Generalissimo nomine Æthiopes eos vocat *Pocokius* (u). At Bochartus rectiùs eos *Habessinos* nominat: *Abreha el-ashram Areta Homeritæ, S. Aretæ F. successor* ملك الحبشة *Rex Abassiæ seu Abessinorum in Arabia felici intimè vocatur* (x). De hoc Bazeno Rege Habessinorum, veriùs Homeritarum in Arabiâ constat, quòd Muhammedi nomen dederit. Ad hunc etiam omnia quadrant, quæ Seldenus de hac Apostasia ex Abdelbakide suo refert. Hæc conjectura nostra confirmatur etiam ex circumstantia temporis. Anno enim Hegiræ quinto Rex ille *Giafaris* suasu *de recipiendo Islamismo* consilium iniit, & anno sequente Pseudoprophetа literas ad eum dedit. Quo tempore potentia Muhammedis nondum ita coaluerat, ut de Imperio Habessinorum in Africâ, trans mare procul remoto, cogitare posset. Nec Habessini futilem istam sectam nulla neque spe neque metu urgente tam facilè sibi persuaderi passi fuissent. At longè alia ratio erat vicinorum Homeritarum, quos quovis modo allicere *Ratio status* (ut vocant) tunc poscebat, & ipsi pro ratione illorum temporum vel spe vel metu in transversum agi poterant.

6 Abdelbakides porro scribit: وهو اول ملك ارسل اليه رسول الله
بكتب &c. وهو اول من اسلم من الملوك ☼
Et hic est primus Rex, ad quem misit Apostolus DEI epistolam &c. & mox: *Iste primus fuit qui ad Islamismum defecit è Regibus* &c. Ad nullum autem alium Muhammedem primò scripsisse credibile est, quam ad sibi proximum: & primus Musulmannus factus fuisse videtur proximior Rex in Arabia, quàm multò remotior transmarinus in Africa.

7 Aliam conjecturam lectoribus proposuimus supra Lib. II. cap. 15. n. 55. §. 4. de *Rege Adelæ* jam diu Muhammedano, cujus majores etiam imperatoria Habessinorum stirpe oriundi fuerunt, atque imperium Habessinorum propriè dictorum sibi vindicaverunt, ut dubium non sit, illos etiam titulum *Nagashii* usurpavisse. Quem fortassis Muhammedes etiam in suas partes pertrahere tentavit. Sed longè validior nobis videtur prior conjectura, circumstantiis loci & temporis firmata, quæ ad hanc posteriorem quadrare non videntur.

8 Tertia conjectura dari potest ex eo quod non solus Imperator Habessinorum, sed etiam quidam Provinciarum Rectores & præsides nomen ነጋሢ : نجاشي *Nagashi Habessinorum* gesserint, veluti *Bahr-Nagash, Gojam-Nagash, Walaka-Nagash*, de quibus in historia nostra egimus. Igitur, si verus Habessinus fuit ille *Atzhamus*, 2. 17. 3.
esse potuit *Bahr-Nagashius* maritimæ provinciæ præfectus, qui ad Muhammedem defecit, mari rubro tantùm inter utrumque medio. Quomodo autem illi cesserit, vel quid exinde secutum fuerit, Seldenus ex Abdel Bakide non retulit, nec nos, quia liber ineditus est, dicere, conjecturasque nostras aliis forte argumentis stabilire possumus. Interim primæ conjecturæ, donec aliud nobis demonstretur, inhæremus.

1 N°. XIX. De Miraculis Sanctorum Æthiopiæ] Miracula sine sana doctrina veritatem religionis, vel Ecclesiæ alicujus non probare, saniores Ecclesiæ Romanæ doctores agnoscunt: & ipsi *Patres Societatis* id fatentur in egregiâ dissertatione *contra Ludovicum Vrretam*, qui ex miraculis probare voluit, *Habessinos à verâ*

 Catho-

(u) *In Specimine Hist. Arab. pag. 63. & seqq.* (x) *Hieroz. P. I. Lib. II. c. 26. p. 262. & P. II. Lib. I. c. 10. p. 61. v. 55. & Lib. VI. c. 14. p. 850.*

L. III. c. 3. N. IV. esse Abrahamo, quia Herodotus nullum tempus determinat, vana sunt cætera argumenta: nam contingere potuit, non quod tota Ægyptiorum natio simul & semel circumcidendi ritum assumserit, sed forte unus & alter ex plebe primùm circumcisione usus fuit, eamque mox aliis persuasit, donec in omnes propagaretur. Deinde alia est ratio iridis, illiusque pacti omnibus viventibus communis, quàm circumcisionis ad solam Judæorum gentem spectantis, neque enim Nota dici potuisset fœderis inter Deum & Abrahami posteros, quam etiam aliæ gentes jam tum usurparent. Nisi forte פריעה *denudationem* pro differentia specificâ tum primum introductâ, eamque pro distinctione ab aliis gentibus circumcidentibus accipere velis.

N°. IV. De præputio rursus superinducendo] Locus Apostoli 1 1. Cor. 7. 18. de hac re sic se habet:

18. Περιτετμημένος τις ἐκλήθη, μὴ ἐπισπάσθω. ἐν ἀκροβυστίᾳ τις ἐκλήθη, μὴ περιτεμνέσθω.	18. *Circumcisus aliquis vocatus est, ne supertrahatur. In præputio aliquis vocatus est, ne circumcidatur.*
19. Ἡ περιτομὴ οὐδέν ἐστι, καὶ ἡ ἀκροβυστία οὐδέν ἐστιν, ἀλλὰ τήρησις ἐντολῶν Θεοῦ.	19. *Circumcisio nihil est, & præputium nihil est, sed observatio præceptorum DEI.*
20. Ἕκαστος ἐν τῇ κλήσει ᾗ ἐκλήθη, ἐν ταύτῃ μενέτω.	20. *Quilibet in vocatione, qua vocatus est, maneat.*

Locus hic interpretes plerosque, supertractionis istius ignaros, torsit. 2

Græci & Latini veteres, ut & recentiorum plerique abscissum semel præputium rectè negant ulla arte, multominus naturâ restitui posse. *Hippocrates* id disertè asserit *Aphoris.* 19. Sect. VI.

Ἐπὴν διακοπῇ ὀστέον, ἢ χόνδρος, ἢ νεῦρον, ἢ γνάθου τὸ λεπτὸν, ἢ ἀκροποσθίη (h), οὔτε αὔξεται οὔτε συμφύεται.	*Si dissectum fuerit os, aut cartilago, aut nervus, aut* genæ tenue (i), *aut præputium neque augescit (recrescit) neque coalescit.*

Neque putandum est, quod vir doctus opinatur (k), Hippocratem hîc loqui 3 tantùm de naturali non de artificiali restitutione, hanc enim fieri posse. Quis verò Chirurgus tantus artifex est, ut dissectum os, cartilaginem, aut nervum ruptum resarcire possit. Igitur una eademque mens Hippocratis, idem sensus est de præputio, ac de aliis illis particulis ibi enarratis, quod nulla arte restitui possint. Assentiuntur Medici præstantissimi. *Rhodius Danus dissertat. de Acia c. 6. pag. m. 91.* & seqq. qui 4 & *Aristotelem* allegat, *Hist. Anim. Lib. I. c. 13. Iohann. Heurnium Lib. 6. aphor. 13.* merito scribere ait: *Præcisum præputium neque augescere iterum, neque coalescere posse.*

Quamobrem Theologi veteres & inter eos *S. Hieronymus in cap. 52. Esaiæ*, & qui 5 illum sequuntur, *Lyranus* & alii dictum hoc Paulinum propriè accipi non posse putantes (l), mysticè accipiunt, ut *qui semel se devoverit cælibatui, non redeat ad conjugium*, quasi Apostolus dixisset: Qui cœlebs vocatus est, ne ducat uxorem: & qui uxoratus vocatus est, ne dissolvat matrimonium. Sed expositionem hanc 6 minimè quadrare ex toto contextu liquet. Non enim sufficit partem aliquam textus allegoricè explicare; sed continuare te oportet & dicere, & *qui in conjugio vocatus est, non redeat ad cælibatum, quia cælibatus nihil est, & conjugium nihil est.* Quæ oppidò absona sunt.

Verum enim verò ubi proprius & naturalis sensus datur, allegoriâ opus planè 7 non est, quia Rabbini & Talmudistæ communiter omnes agnoscunt, præputium restitui

(h) Alibi vocat τὸ ἐπὶ τῶν αἰδοίων δέρμα. (i) Quid hoc sit interpretes parum expediunt, quare nos id Anatomicis relinquimus. Nos quidem Germanicè dicimus das dünne Ende. Sed tenue hoc non constituit peculiare quoddam membrum, neque partem aliquam seminalem quæ tantum in genis, & non æquè in aliis corporis partibus reperiatur, ut hic peculiari expressione opus fuerit. Jacobus Hollerius Stempanus in Commentario suo ad hunc locum intelligi ait: Abnervationes illas lati musculi ad oculos & palpebras & labra. Quid hoc sit alii videant, & an non in alia corporis parte æque reperiatur ac in genis. (k) St. le Moine in not. & observ. ad var. sacr. p. 766. (l) Hieronymus enim ad 1. Macc. 1, 15. ait: *Non est potestatis nostræ præputium adducere post circumcisionem.* Quod de Patre hoc mirere, cui Judæorum mores non ignoti fuere. Igitur merito ab eo dissentiunt Bellarminus 2. de N. D. c. 5. Corn. à Lap. Comm. ad h. loc. Spondan. A. C. 57. §. 21. pag. 82. Reprehenditur etiam à P. Cunæo de Rep. Hebr. Lib. III. cap. 5. Alphonsus Salmero Toletanus. Tom. XIV. Disp. 14. p. 98.

tui poſſe, atque talem virum ſuperinductum præputium habentem illi משיך, *attra-* L. III. c. 1.
ctum vel rectiùs (quia ſimplicia apud Hebræos vim compoſitorum omnium admit- N. IV.
tunt) *ſupertractum* vocant, doctrinæ causâ Latinè non obſcure repræputiatum dixeris; In plur. משוכים *attracti*, non מושכים *attractores*, ut vir doctus reddidit (m).

8 Quod autem iſtud revera factum & præputium reſtitutum fuerit, exempla paſſim docent. 1. Maccab. 1. 15. *Qui fœdus ſacrum deſeruerunt*, ἐποίησαν ἑαυτοῖς ἀκροβυστίας. *Fecerunt ſibi præputia.* Quamvis & iſtum locum quidam de moribus & ritibus gentilibus allegoricè accipiant (n), ſed malè & ſine cauſa *Ioſephus* (o) *Menelaum, & Tobiæ filios* nominat, qui adulantes Antiocho Gymnaſium Ethnicum Hieroſolymis exſtruxere, atque † τῶν αἰδοίων περιτομὴν ἐπεκάλυψαν *genitalium circumciſionem obtexerunt.*

9 Pleni de hac re ſunt Rabbinorum libri, ut pluribus teſtimoniis opus non ſit. Quin & talis *attractus* ſeu *repræputiatus* denuò eſt circumcidendus משוך צריך למול *Attractus opus habet, ut circumcidatur* [denuo] ajunt Rabbini; idque factum tempore *Cozibæ.* Imo quater vel quinquies attractus toties rurſus eſt circumcidendus, uti dicitur in *Bereſchith Rabba*, quod veri modi ſupertrahendi ignarus nemo cre- p. 46.
diderit.

10 Buxtorfius *in Lexico Rabbinico* ad vocem משיך: & in epiſtola doctiſſima ad Joh. Caſp Bauhinum (p). Ad quæſtionem: *Num abſciſſum præputium iterum recreſcere vel reduci queat?* ex Talmude Hieroſolymitano tract. יבמות c. 8. Item in tract. de Synedr. fol. 44. 1. id quidem affirmat; quomodo autem fieri poſſit, fatetur ſe ignorare, niſi quòd R. Salomon Jarchi in Gloſsâ Talmudis de Achane, quem repræputiatum putat, modum valdè flagitioſum & impoſſibilem fingit, משך את עיר אכה: חמיר quod hic exponere pudet & credere piget. Operationem aliquam Chirurgicam habet Corn. Celſus (q) & poſt eum *Ægineta* (r) & *Fallopius* (s). Sed ut cuilibet legenti apparet, incertam, periculoſam planè, & dolorificam, quam nemo unquam experiri voluerit, nec quiſquam unquam, ut puto, expertus fuit.

11 Quomodo verò naturaliter recreſcere poſſit præputium, nemo quod ſciam hucusque docuit. Ut mihi videtur, diſtinctione expedienda res eſt. Duplex operatio in circumciſione Judaica peragitur, quarum utraque eſſentialis eſt, nempe *abſciſſio partis præputii*, quâ brevius redditur: deinde פריעה *denudatio glandis*, quâ ſuperior pars præputii dilaceratur, ita ut glans planè detegatur. Prior reſtitui nullo modo poteſt, atque de hac accipiendus eſt Hippocrates, & qui illum ſequuntur:

12 Poſteriorem vero & arte & naturâ reparari poſſe putamus, ut mox dicetur. Denudatio autem iſta tam eſſentialis eſt, ut circumciſor, qui eam omittit, nihil egiſſe videatur. Eſt enim Axioma recutitorũ notiſſimum, מל ולא פרע את המילה כאלו לא מל *Qui circumcidit & non denudat circumciſionem, perinde eſt ac ſi non circumcideret.* Modum hujus denudationis *Buxtorffius* (t) deſcribit: quod *circumciſor unguibus*

13 *pollicis pelliculam glandis in duo diſcerpat, ut glans omnimode retegatur.* Hanc ob cauſam Turcæ, Habesſini, & aliæ nationes (apud quos epiſpaſmus locum non habet, quia abſciſſione præputii tantùm utuntur) à Judæis pro ערלים *præputiati* habentur, ut ſi Judæi fieri velint, denudationem admittere cogantur. Atque iſta eſt *ſecunda circumciſio*, cùm Iſraelitæ שנית *ſecundo* circumcidi jubentur, ut doctiſſimi Rabbinorum cenſent, aſſumtâ in auxilium Gematriâ Cabaliſticâ, teſte *Buxtorfio* (u). Hinc exponi poteſt locus Epiphanii (x), de Symmacho Samarita, quem Judæum factum ſecundò circumciſum fuiſſe ſcribit, id enim fieri Samaritis ad Judæos accedentibus. Quòd autem idem Judæis à Samaritis viceverſâ contingere putet, in eo graviter fallitur. Nam abſciſſio præputii & denudatio ritè facta reperi nequit.

14 De abſciſſo præputio tàm Judæorum quàm gentilium res clara eſt, quod neque natura recreſcere, neque arte Chirurgicâ rurſus extendi & produci poſſit. At mul-

(m) Le Moine not. & obſ. in var. ſacra. pag. 761. (n) Auguſt. Marloratus Expoſ Eccleſ. p. 135. & Hieron. loco paulo ante citato. (o) *Antiquit. Iud. Lib. XX. c. 6.* (p) Quam nobis exhibet celeberrimus Bartholinus de morbis Biblicis c. 26. (q) Lib. VII. cap. 25. (r) *Lib. VI. R. M. c. 53.* (s) *Libr. de decorat. c. 9.* (t) *In Synagoga Iudaica* cap. IV. p. m. 98. (u) In dicta *Syn. Iud.* cap. 4. p. 102. (x) De menſur. & pond. p. 538.

L. III. c. 1. N. IV. V.

multo aliter ſe res habet quoad rupturam illam, quam ſoli Judæi denudatione faciunt, & de eſſentiâ circumciſionis eſſe putant; quam Medici ſupra nominati ignoraverunt, & plerique philologorum adhuc ignorant. De hac aliud dicendum. Eam enim arte, vel etiam naturâ reſtitui poſſe veriſimile eſt. Arte; *ſi utraque pars cuticulæ ruptæ parumper refricetur, & vulneretur*, Chirurgi omnes fatebuntur, & multi egregii mihi faſſi ſunt, quòd talis vulneratio tantùm bene obligata, etiam ſine emplaſtro, multò magis adhibito eo, rurſus conſolidari poſſit, eodem modo, uti fiſſura labiorum curatur. Naturâ; *ſi propter cuticulæ illius diuturnam contiguitatem ſua ſponte connaſcatur*, (ut medici loquuntur) quod membranis in corpore humano caſu cohærentibus, contingere poteſt, & ſæpe contingit; veluti cum pulmo connaſcitur coſtis. Sicuti ergo ערל *præputiatus* habetur, qui פריעה *denudationem* non 15
paſſus eſt: ita rurſus talis cenſebitur, ſi denudationem iſtam arte reſarciverit, & glandem denudatam rurſus obtexerit, vel cuticula rupta ſuâ ſponte concreverit. Utrumque fieri poſſe Judæi firmiter credunt; Sic enim loquuntur: אם משך לו אחר ערלה או שנמשכה מאליה *Sive induxerit ei alius præputium, ſive inductum fuerit à ſe ipſo.* Itaque locum habere poteſt id quod ſupra ex *Bereshith Rabba* protulimus, *quòd denudatio præputii glandem tegentis facta quater vel quinquies conſolidari*, totiesque rurſus rumpi, & ſic Judæus in verum circumciſionis ſtatum reſtitui poſſit, ne ערל vocetur.

Huc facit propria vocis ἐπισπᾶν ſignificatio, quæ non ſignificat *protrahere, producere*, vel præputium abſciſſione brevius factum rurſus in longum diducere, (quod de Achane Salomon Jarchi finxit, ut paulo ante meminimus) ſed *ſuperinducere* ſeu ſupertrahere. Deinde gloſſa משוך יה׳ *Attractum* apertè definit: מהול שנמשכה ערלתו וכנתה את העטרה *Circumciſum* [ante hac] *cui ſupertractum eſt præputium, ut rurſus tegat coronam*, id eſt, caput ſeu glandem membri illius; ut *Buxtorfius* exponit in voce משך. Igitur talis משוך ἐπισπασθεὶς perinde æſtimatur, ac ſi fœdus DEI in ſe irritum reddiderit, ac ob id nullam partem habeat in vita æterna. Verba ſunt R. Moſis Majmon (y). 16

כל המפר ברית אברהם אבינו והניח ערלתו או משכה אף על פי ש״ש בו תורה ומעשים טובים אין לו חלק לעולם הבא.	*Omnis qui irritum reddit fœdus Abrahami Patris noſtri, & retinet præputium ſuum: aut ſupertrahit illud, quamvis habeat Legem, & bona opera faciat, non eſt ei pars in ſeculo venturo.*

Dignum relatu eſt, quod mihi Rabbinus Manheimenſis Moſes 𝔊𝔢𝔯𝔞𝔱𝔥𝔴𝔬𝔥𝔩 narravit. Is auditâ mea ſententiâ, aſſenſum illi præbuit, referens: *Judæo cuidam ſeni & diu viduo præputium dilaceratum, ita ut dixi, ſuâ ſponte concreviſſe, id eum familiaribus amicis aperuiſſe, qui quòd nemo præputiatus* ג״ע *Paradiſum ingredi poſſet, autores illi fuerint, ut id ſibi denuo dilacerari pateretur. Factum id præſentibus ſenioribus, non ut rurſus aliquid abſcinderetur, hoc enim non opus erat, nec fieri poterat, ſed tantùm ut connatum* [ſeu potius conſolidatum] *præputium rurſus dirumperetur.* Hac diſtinctione controverſiam inter eruditos hucusque agitatam ſopiri, & Rabbinorum dicta vulgò non intellecta conciliari poſſe putamus. Sed iſta nos propter dictum Pauli, ſimulque ad differentiam inter Judæorum, aliarumque gentium præſertim Habeſſinorum circumciſionem explanandam, paulo prolixiùs diſſeruimus. 17

[De Epiſpaſmo Judaico diſputationem edidit M. Jeremias Loſſius, qui loca nonnulla autorum nobis ſuppeditavit in notis allegata. Eruditam quoque diſſertationem de eadem materia D. Wedelum Lib. I. n. 51. 4. à nobis laudatum in lucem ediviſſe audio, à me nondum viſam.]

No. V. De Circumciſione, vel exſectione potiùs, fœmellarum in Africâ, partim etiam in Aſiâ uſitata] Ineptè circumciſio vocatur, quæ in fœminis Africanis peragitur. Propudioſa res eſt, nec de ea loqui voluerint viri graves illarum regionum, ubi ea eſt in uſu. *Gregorius*, cùm illius, tanquam I

(y) In הלכות מילה cap. 3. n. 3.

quam alicujus rei notabilis, mentionem facerem, pudibundus exclamabat, *Phy,* L. III. c. 1.
phy, ut ad res turpes solemus; nec quidquam respondere volebat. Interpreta- N. V.
bar illi, quæ *Tzaga-zaabus* in confessione suâ Fidei hac de re scripserat, *quasi jussu &* 3. 1. 7.
decreto Reginæ Maquedæ etiam mulieres circumciderentur. Sed aliud responsum non Com. Pr. I.
2 retuli, quam አንስሳ: ገዳም: ነኪ: *Bestia campi fuis.* Interim data hâc occa- §. 17.
sione, quoniam tot autores hujus rei mentionem faciunt, præter mentem de ea, tan- ibid. §. 21.
quam de materia aliqua anatomica, disserere cogor. Nam Anatomici, præsertim
ii qui in Oriente fuerunt, rectè sciunt quid fœminis Africanis abscindi possit, ex qui-
bus in gratiam curiosorum quædam exscribemus; sed abiit, ut figuram æri inci-
sam demus.
3 Thomas Bartholinus *in anatomia suâ reformatâ* (z) de clitoride scribit: *In hac
verò parte Æthiopibus usitatam fœminarum circumcisionem* Bellonius & Jovius *factam
putarunt. Modum amputandi tradunt* Ætius & Ægineta, *qui cum nymphâ confun-
dunt* (a). *Etiam nunc ob insignem magnitudinem Orientales urunt, ne amplius crescat,
conductis ad id provectioris ætatis fœminis, quam operationem impropriè* الختانة *circum-
cisionem* [quæ marium est] *appellant* (b). *Estque illis tam necessaria ob excrescentis clito-
ridis deformitatem, quam decora. Nudæ enim in Ægypti Alcairo puellæ sine velamine
post hanc circumcisionem demum aut matrimonium, indusio vestiuntur. De quibus ut
& circumcisione nos fusius in antiquitatibus puerperii.* Hæc rectissimè Bartholinus.
4 *Johannes Weslingius*, qui quinquennium Cairi vixit, in *Syntagmate Anatomico*: pag. 108.
*Clitoridis enorme atque inutile incrementum, endemium Arabibus Ægyptiisque malum est.
Itaque vel in puellis, quicquid hujus vel immodestiùs prominulum conspicitur, abscindere
protinus & inurere coguntur. Plura habes apud Regnerum de Graaf de mulierum organis
c. 3. p. 174.* Quibus continentur omnia, quæ de hac re dici vel scribi possunt. Ex
5 quibus refellere poteris secus loquentes, ut mox audiemus. Habes hîc nationes
quarum fœminæ hoc dedecore laborant, quod benè *Endemium* vocat *Weslingius*,
modo extendatur ad omnes Æthiopum fœminas, de quibus rectè loquitur Bartho-
linus. In Persia quoque usitatam scribit Bellonius (c), ac ob id in templa admitti, secus
ac Turcarum fœminas, quæ ceu incircumcisæ templis excludantur. Sed vereor ne
falsus sit Bellonius. Etenim Olearius recens scriptor tradit: Persarum fœminas &
6 conviviis & templis arceri. Quòd autem in Septentrionalibus Europæ & Asiæ
regionibus, etiam apud Turcas, ista superfluitas in fœminis non reperiatur, nemo
mirabitur, qui reputaverit homines sub Zona torrida incolentes, ut vultu, colore,
capillis, ita & aliis corporis partibus & qualitatibus plurimum à cæteris mortalibus
differre.
7 Valdè autem vetustum morem esse vel ex eo colligunt Rabbini, quòd, ubicun-
que circumcisionis in S. Scriptura mentio fit, semper additum reperiatur זכר *mascu-
li* nomen, ne quid tale in *fœminis* tentetur (d). Primus scriptorum insignis *Strabo* Lib. 17.
hujus rei meminit, distinctè, ut solet, scribens: Καὶ τὰ παιδία περιτέμνειν, καὶ τὰ θήλεα ἐκτέ-
μνειν. *Mares circumcidere, & fœminas excidere solent.* Propriissimè *excisionem* vel
exsectionem vocat, & sic optimè distinguit à circumcisione.
8 Porro *S. Ambrosius in suo Abrahamo* de circumcisione disserens addit: *Ægyptii* Lib. 2. c. 11.
quarto decimo anno circumcidunt mares: & fœminæ eodem anno circumcidi feruntur. Ad-
dit rationes, ut bonus Pater plerumque solet, longè petitas: Sed eæ non sunt hujus
loci. *Paulus Iovius Episcopus Nucerinus* scribit: *E pudendis etiam mulierum ca-* Lib. 18.
runculam præcidere solent. Tecla Marjam Habessinus *in responsionibus suis ad Examen
Cardinalium* apud Thomam à Jesu ait: *Propter quandam antiquam consuetudinem in*

mari-

(z) Lugd. Bat. An. 1651. impressâ Lib. I. c. 34. (a) Quod horum exemplo etiam alii eruditissimi Viri faciunt. *Huetius* in Observat. ad Orig. Comment. p. 1. a. de hac excisione: *Ea fit resectione τῆς νύμφης, &c.* ἀλλοτριωδῶς, rectius dixisset. *Ætii* locum idem allegat Tetrabl. 4. Serm. 4. c. 103. *Paul. Ægineta.* Lib VI. c. 70. Errat & *Bellonius* qui particulam hanc pudendi muliebris Græcis *Hymenæa* Latinis *Alas* dictas putat Observat. Lib. III. cap. 28. (b) Nescio quis sic appellet; nam Arabes peculiare & proprium vocabulum pro fœmellis habent, ut in fine hujus numeri dicetur. (c) *Lib. Observat. III. cap. 28.* (d) Gen. XVII. 10. 12. XXXIV. 15. 16. 24. Exod. XII. 48.

L. III. c. I. N. V. & VI. *maribus præputium, in fœminis verò nympham circumcidentes:* Ineptè satis, quasi utro-
bique eadem ratio esset & modus. Adhuc pejùs Origenes (e): *Ut in viro præpu-
tium circumciditur, sic in fœmina umbilicus amputatur. Duretus de l'origine des langues:*
pag. 575. *une petite carnositè,* inquit, *appellée par les Grecs* Νύμφη. *Parvam carnositatem* vocat, Græ-
cis *Nympham* dictam.

Thevenot. (f) *de la circoncision des filles des Mores, qui sont Mahometans,* ait: *Mais* 9
*ils ont quelques superstitions, que les Turcs n'ont pas; car les Mores circoncisent leurs filles,
leur coupant un petit morceau de ce qu' on appelle Nymphe, & ce sont des femmes, qui font
cette circoncision des filles. Les Turcs ne font point cela, ils circoncisent seulement les garçons.*
Sensus est: *Æthiopes Muhammedanos superstitione quadam uti, secus ac Turcas, quia
& fœmellas circumcidant.* Ita puravit Thevenotius superstitionis esse, quod virii
cujusdam tollendi causa fit, quo Turcarum fœminæ carent.

pag. 201. Johann. Henr. Hottingerus in Append. Gramm. Harmonicæ scribit: *Talis* 10
*circumcisio cumprimis in Ægypto fit, ubi anteriore naturæ muliebris parte superflua qua-
dam exerescunt, quæ in tenera ætate auferri solent, non tamen ex lege aliqua vel religione,
sed duntaxat ad tollendum naturæ vitium, quod conceptui partuique obesse volunt.* Sic
quidem dicunt; at aliæ pudendæ causæ subsunt, de quibus hic loqui nolumus.

Lib. 8. Graviter autem fallitur Leo Africanus, qui de Alcairi civium ritibus narrat: *Circum-
ire vetulas clamitantes, quæ mulieres juxta Muhammedis præscriptum incidant.* Id du-
bio procul in *Alcorano* non reperit, nec etiam in *Suna* seu traditionibus Musulmanno- 11
rum. Falsum quoque est, quod sequitur: *tantùm in Ægypto & Syria hunc ritum ob-
servari*, quia, ut diximus, per totam Æthiopiam & partim Asiam fit. Nisi locum
hunc Leonis tantùm de vetulis illis in Ægypto & Syria clamitantibus accipere velis;
quamvis nec id mihi lectum fit unquam.

Dapperus (g) fœdum hunc fœminas exsecandi morem satis crudè & planè 12
describit. *Georgius Andreas Sleswicensis*, hujus rei ignarus (h), in turpissimis pro-
montorii Bonæ spei fœminis aliquid propendere vidit, nesciens, *an cuticula illa na-
turalis, an scissura quadam cutis facta esset*, quia barbaræ illæ moribus fœdissimæ hac ex-
cisione non utuntur. Hæc dicenda fuerunt, ne quis in posterum putet, circum-
cisionem marium cum turpi hoc actu comparari posse.

Postremo notandum Arabes peculiaribus vocabulis marium circumcisionem 13
à fœminarum exsectione distinguere. Nam de maribus dicunt ختن *Chatana*:
de fœminis, خفض *Chafadha*. Magistra verò talis artificii vocatur خافضة *Cha-
fidhaton*; de quibus vide Golium in Lexico.

N°. VI. De appellatione fœminæ inexcisæ apud Arabes pro-
brosâ] Diximus in historia nostra talem fœminam inexcisam valdè pudendo vo- 1
cabulo Arabibus *Bandaron* vocari, corruptè pro *Badaron* (i). Nam in omnibus lin-
guis obscœna vocabula pudoris causa insertis vel mutatis literis in pronunciando ple-
rumque alterantur (k). Imò honesta sæpè vox talis κακοφωνίας causa ejusmodi cor-
ruptionem pati cogitur (l).

Hîc quoque notandum, sicut probrum Judæo est ערל *Arêl* vocari, ita in 2
hunc usque diem Habessinis ቈላፍ: *Kuelaf Præputiatus* seu *incircumcisus* probro-
sum est, & sic per contemptum conviciati sunt Patribus Societatis (m); quasi incir-
cumcisum esse etiam Christianis magno opprobrio duceretur.

N°. VII. De Baneanorum, gentilium Indorum, moribus
profanis] Hollandi *Benjanen* vocant; Gregorius meus *Banean*. De gentis hujus 1
abominabili idololatriâ, fœdis atque horribilibus idolis nunc agere instituti nostri
ratio

(e) Hom. 6. in Ezech. (f) *In Itiner. suo Orient. P. II. c. 74. p. 497.* (g) *In Africa sua sub tit.* Quoja *p. 417.* (h) *In itinerario suo c. 4. p. 5.* (i) Qoio & alio infami κακεμφάτῳ nomine بنظرا [illegible] *Metca* vocatur. (k) Exempla ex Germanica lingua afferre nolo. Itali modestiores, vel fœminæ pro *Catto Capo* dicunt. (l) Galli pro *Comment* dicunt *Connent*. Hollandi nomen regni *Calecut* scribunt *Calechut*: In Saxonia inferiori pro Kalekutische dicunt Calicutische Hanen vel Kolekunen. (m) Anonymi Epist. ad Susneum; Part. 4. 5. & 9. infra cap. 10. n. 111.

ratio non permittit. Dolendum autem est, gentem aliàs mitem atque probam, & L.III.c.1.
effusionem sanguinis abhorrentem, tam fœdâ idololatriâ laborare. Vetustissimam N. VIII.
Pythagoræ doctrinam de *Metempsychosi* etiamnum retinent, nec ullum animalculum, & IX.
ne insectum quidem necant. An verò illi doctrinam hanc insanam à Pythagora, an
Pythagoras ab illis hauserit, valde incertum est, quamvis sint qui utrumque scribant.
3 *Diogenes Laërtius in vita Pythagoræ* non meminit, quòd unquam in India fuerit. In-
di certè apud Pythagoram non fuerunt. Igitur vel ex auditu habuit Pythagoras:
vel stulta ista opinio à diversis fuit excogitata. Sacerdotes eorum, & docti inter il-
los viri *Brachmanes* jam antiquis noti fuerunt, hodiè *Brachminen* dicuntur; quorum
sectas plurimas recenset *Dapperus in descriptione Indiæ supra allegatâ p.28.b. Joh. Alber-
tus de Mandelslo in itin. Oriental. c.35.* & seq. *Georgius Andreæ* L. IV. *itiner. Orient. In-
dia.* Cap. XII.

N°. VIII. De cibis Tartarorum Orientalium insolitis]

1 *M. Paulus Venetus de cibis Tartarorum memorat: Equos & canes & insecta quadam* [in Lib.I.c.57
2 Mss. nominantur, sed vox legi nequit, teste Andr. Mullero] *comedere solent.* Georgius
Andreæ (n) de iis scribit: *Omnis generis carnem edunt, eamque semicrudam, modò
caro sit, veluti equos, camelos, vulpes* &c. atque ille inter alias causas, quare ex Tartaria
3 fugitivus factus fuerit, hanc ciborum insuetudinem refert. *Neuhofius*(o) idem testatur.
Barbaros populos in Africa dari *Pamphagos*, id est: *Omnia comedentes* quicquid oc-
currit, diximus in Historia nostra I. 14. 52.

N°. IX. Sabbatum simul cum die Dominica in primitiva

1 Ecclesia celebratum fuisse] Autores, qui hoc verè asserunt, in Historia no-
stra allegavimus; plures reperiuntur apud *Gabrielem Albaspinaum Aurelianensem Epi-
scopum* (p) ut mirum sit Theologos quosdam recentiores id in dubium vocare.
2 *Constitutiones Clementis & Canones Apostolorum nominatim trigesimum tertium* non in
hunc finem in historia nostra allegavimus, ut argumentum aliquod ex ἐπιγραφῇ
[inscriptione] pro autoritate illorum adstrueremus; sed tantùm in testimonium an-
tiquitatis, cui sufficientissimi sunt. Id enim validè fieri posse rectissimè *Scaliger* do-
cet (q); his verbis: *Quòd autem Habessini Sabbatum æque ac Dominicam ab opere im-
mune habent, id non est argumentum Judaismi, sed veteris Christianismi. Quot enim
Canones sunt, qui vetant Sabbato opus facere?*
3 Fuerunt inter antiquos hæretici Sabbatarii, ideò forte sic dicti, quòd Domini-
cam planè spreverint: vel quòd Sabbati celebrationem, tanquam Christianis neces-
sariam & quidem Judæorum more rigidissimè exegerint; non quòd eos, qui spon-
te illud observarent, condemnaverint. *Concilium Laodicenum* expressè docet: Can. 16.
quod μετὰ ἑτέρων γραφῶν *cum reliquis scripturis etiam Evangelium sit legendum die Sabbati.*
Quem canonem non satis explicant Interpretes; quoniam non meminerant *Para-
schas* Legis Mosaicæ & *Haphtaras* (r) tantùm more Judaico antea lectas fuisse; omis-
sis lectionibus evangelicis. Volunt ergo Patres Laodiceni, ut etiam legatur *Novum
Testamentum.* Rectè *Aristenus:* Εὐαγγέλιον καὶ Ἀπόστολος &c. *Balsamon enim & Zonaras*
preces tantùm antea habitas fuisse putaverunt.
4 Dubium ergo nullum est, quòd tum temporis conventus Christianorum sacri
in Sabbato habiti fuerint, aliàs supervacaneum fuisset, lectiones publicas illo die or-
dinare. Idem porro colligitur ex eo, quòd ubique in hoc concilio in actibus sa-
cris (qui non nisi publicè fiebant) σάββατον καὶ κυριακὴ *Sabbatum & Dominica* conjun-
gantur, veluti can. XLIX. & canone LI. *Quod oportet* τῶν ἁγίων μαρτύρων μνήμας ποιεῖν ἐν τοῖς
σαββάτοις καὶ κυριακαῖς, *sanctorum martyrum commemorationes facere in Sabbatis & Domi-
nicis*, quæ omnia frustra sic dicerentur, nisi etiam sacra die Sabbati in Ecclesia habita
fuissent. Quomodo verò intelligendus sit canon XXIX. dicti concilii, sequenti nu-
mero dicemus.

(n) In dict. Itiner. Orient. Lib. III. c. 8. & cap. 10. (o) *In itiner. Sinico c. 18. p. 395.* (p) Observat. de veter. Eccles. ritibus. Lib. I. cap. 15. (q) *Dissertatione ad Comput. Æthiop.* Lib. VII. pag. m. 683. (r) Sectiones Librorum Biblicorum sunt, à Judæis sic dictæ, eruditis notæ.

L. III. c. 1. N°. X. De Feriatione Sabbati apud Habeſſinos uſitata]

N. X. II. 6. n. 29. In *Confeſſione Fidei Claudii Regis Æthiopiæ*, quam ſupra Lectoribus dedimus, ſatis apparet, quo pacto Habesſini Sabbatum: & quo pacto Dominicam obſervent, & quam differentiam inter utramque diem faciant. Ruralia opera die Sabbati intermittunt, fortè ob verba expreſſa Legis: በሰንበት፡ ዕለት፡ ታሀርፍ፡ ዘርእ፡ ወታሀርፍ፡ ሀጺድ፡ *Septimo die ceſſare facies ſementem & ceſſare facies meſſem.* Ut habet Æthiopica verſio *Exod. 34, 21.* Res acerrimè agitata fuit tempore PP. Societatis, qui planè nolebant, ut opera ruſtica intermitterentur. Hinc ſevera illa edicta Susnei contra feriatores, *de quibus infra num. XI.* hujus libri. Nec ſacros conventus illo die permittebant, & graves pœnæ ſanciebantur in transgreſſores, ut in *Hiſtoria noſtra* dictum, III. 10. 64. 1

Gregorius meus indignabatur, cùm audiret Judaiſmi inſimulari populares ſuos ob Sabbati obſervationem, me quaſi interrogans: *An non liceat orare & Deum colere die Sabbati, ſi id ex priſca conſuetudine ſine obligatione ad Legem Moſaicam fiat, cum libertate laborandi & opus faciendi? Nonne Apoſtolos ipſos Sabbatum cum Iudæis celebraviſſe*, Act. 13. 14. &c. *Se ſatis ſcire celebrationem diei Dominicæ jam tum tempore Apoſtolorum cœpiſſe, ſed dicat ſibi aliquis, quando ſabbatum fuerit abrogatum? Nam unius conſtitutionem non eſſe alterius abrogationem. Statum quæſtionis in eo conſiſtere* (1.) quoad jus, *an liceret abrogare id quod DEUS ipſe certo die in memoriam creationis ſtatuiſſet?* (2.) quoad factum, *an Apoſtoli reverà illud abrogaverint, cùm potius veriſimile ſit, illos tenerâ adhuc Eccleſiâ Iudæos ſcandalizare noluiſſe, adeoque Sabbatum ſimul cum die Dominica retinuiſſe. Id liquere ex Hiſtoria Eccleſiaſtica. Non enim ſequi, diem Dominicam Apoſtoli inſtituerunt, ergo Sabbatum abrogaverunt. Potuiſſe enim naſcente Eccleſiâ & diris illis temporibus, ubi plebs frequentiori admonitione opus habuerit, binos imò plures dies ſacros ſingulis hebdomadibus haberi. Quod autem ſequentibus temporibus in Eccleſia Græca & Latina ſenſim in deſuetudinem venerit, id aliis Eccleſiis Orientalibus officere minimè debere, nec illas propterea damnandas eſſe.* Hæc ex mente Gregorii. 2

P. Rich. Simon (s) cenſet: *que le Ieſuite Roderic ne devoit pas tant preſſer les Cophtes dans la Conference.* h. e. *Ieſuitam Rodericum non debuiſſe Coptis in hoc articulo* [ſcil. feriationis Sabbati] *tam acriter inſtare.* 3

Verùm Habeſſini non tantum ab opere rurali in Sabbato ceſſant, ſed etiam nullum iter faciunt. Narrant PP. Societatis (t): *Proregem Tigræ uxori mandaſſe, ut proficiſceretur Fremonam ad audiendam Patrum Soc. Miſſam, ſed noluiſſe famulos illius ſimul proficiſci, quòd dies Sabbati eſſet, quia neque Sabbato, neque die Dominica iter facere liceret.* At Proregem illis dixiſſe: *Ne cunctemini iter aggredi iſto die, neque exiſtimetis eſſe peccatum, en* Concilium Laodicenſe, *quod jubet, ne Sabbatum obſervetur.* Hæc Patres. 4

Canon XXIX. illius concilii intelligitur; in quo explicando æſtuant eruditi, quòd videatur aliis de Sabbati ſanctitate pridem traditis repugnare. 5

L. 8. c. 33. Nam in Conſtitutionibus, quæ dicuntur Apoſtolorum, legitur: Σάββατον καὶ κυριακὴν σχολαζέτωσαν οἱ δοῦλοι, &c. *Sabbato & dominica otiantor ſervi*; & tamen dicto canone XXIX. dicitur: ὅτι οὐ δεῖ χριστιανοὺς ἰουδαΐζειν, καὶ ἐν τῷ σαββάτῳ σχολάζειν, ἀλλὰ ἐργάζεσθαι αὐτοὺς ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ· τὴν δὲ κυριακὴν προτιμῶντες, εἴγε δύναιντο, σχολάζειν. *Quod non deceat Chriſtianos Iudaizare, & in Sabbato feriari, ſed operari illo ipſo die: Dominicam verò magis honorantes, ſi poterint, otiari.*

Antinomiam hanc tollere conatur *Albaſpinæus* (u) hoc modo: 6

Primò reſpondet: *Canonem in eos factum eſſe, qui Iudaico more Sabbata obſervarent*; hoc eſt: quòd non tantùm ab agreſti, ſed ab omni alio domeſtico labore ceſſarent: & etiam animalia ſua domi continerent, & hoc ipſum eſſe Judaizare, quod hoc Canone improbetur.

Secundò: *Chriſtianos feſta ſua ita nunquam obſervaviſſe, ut ab omni prorſus labore abſti-*

(s) *Hiſtoire critique de la creance & des coutumes des Nations du Levant* 1684. pag 135. (t) In epiſtolis de annis 1608. & 1609. (u Obſervationum Lib. I. c. 13. pag. 36. repetiuntur poſt Opera Optati Milevitani, Paris. 1631.

abstinerent, sed quantùm commodè fieri posset. Nimirum in hoc Canone dicitur: L. III. c. I.
εἴγε δύναιντο, *si modò possint.* Nam si ab omni omnino labore in diebus festis Christia- N. X.
nis abstinendum esse putassent, ita Patres locuti non fuissent.

7 Ad me quod attinet, expositionem conjecturalem Albaspinæi admitto, ea
enim confirmatur *observantiâ*, quæ (ut Jure Consulti loquuntur) *optima est legum*
interpres. Ista autem apud Æthiopes, prisci moris tenaces, doceri potest ex sæpius
allegatâ *Claudii Regis Æthiop. Confessione*, dum scribit: *Non celebramus Sabbatum sicut*
Judæi, qui neque aquam hauriunt, neque ignem accendunt, neque panem pinsunt, neque de
domo in domum migrant (x). Hactenus Habessini dictum *canonem XXIX. Concilii*
Laodiceni observant. Judæos enim ista & multo plura observare, *Buxtorfius in*
Synagoga Judaica cap. 16. ex tract. Talmud. de Sabbato refert, & in specie notat, *quod* p. 372.
Sabbato ne minimum quidem liceat efferre מרשות לרשות *ex dominio vel potestate in pote-*
statem, i. e. *ex uno conclavi in alterum: ex uno domicilio in aliud domicilium.*

8 Graves autem altercationes inter Doctores eorum de ejusmodi minutiis dan-
tur; ex gr. Exod. 35. 3.

לא תבערו אש בכל משבתיכם ביום השבת.	*Ne accendatis ignem in omnibus habitationibus vestris in die Sabbati.*

Rigidiores, & inter eos Karræi hunc locum sic intelligunt, *ut ne ullum quidem i-*
gnem habere liceat, prout *Iacob Levi* Judæus Hebronensis, in Europam eleemosyna-
rum causa missus, mihi narravit. At cæteri Judæi putant: *ignem sibi habere licere,*
modò ipsi illum non accendant, & neque focum neque titionem attingant, sed ministerium
hoc per pauperes Christianos efficiant, ut supra indicavimus. I. n. 68. 3.

9 *Samaritani* in literis *Sichemo die 13. mensis septimi anno Mundi 6125.* ad me datis,
differentiam inter se & Judæos enarrantes inter alia scribunt: [illegible]
[illegible] *& non accendimus ignem in Sabbato*, quo satis indicant, quòd etiam
ab aliis non accendi curent, aliàs nulla differentia esset à Judæis.

10 Sed ego multa de hac re legens observare mihi videor, non quoad cultum divi-
num, quin utroque die rite haberi possit & debeat, apud veteres dubitatum vel di-
sputatum fuisse, sed quoad labores & opera, quatenus nimirum agenda vel intermit-
tenda, quid quantumvè laborandum esset. Canones enim prisci de hac re gene-
raliter loquebantur, nullum certum laboris genus definientes, propterea variam
apud Doctores admittebant expositionem. Præter illum quem in historia no-
stra adduximus, primus ex XVII. illis qui Petro & Paulo adscribuntur ex
Alexii Aristeni Epistolis apud Beveregium Tom. II. eodem modo sic se habet:
Πέντε ἡμέρας οἱ λαοὶ ἐργαζέσθωσαν, σαββάτῳ δὲ καὶ Κυριακῇ τῇ ἐκκλησίᾳ σχολαζέτωσαν, &c.
Quinque dies populi opus faciunto, Sabbato autem & Dominicâ Ecclesiæ vacanto. Qui-
dam igitur patres familias cum uxoribus & liberis ista sibi tantùm dicta putabant,
servos autem suos ad labores adstringebant, supervenit igitur alius Canon (y), quem
11 supra allegavimus, quô *servi quoque feriari* jubentur. Alii nihil prorsus neque
per servos, neque per jumenta sua Judæorum more operabantur: contrà die Domi-
nicâ omnem laborem, utpote nuspiam prohibitum, licitum esse rebantur. Cui rei
temperamentum afferre voluit concilium Laodicænum, antiquiores Canones
quasi explicans, & prohibens die Sabbati ἰουδαΐζειν id est: *Judaico more feriari: die Do-*
minicâ verò, quantum fieri possit, quiescere jubens. Paucis: *Feriâ septimâ non omne o-*
pus intermittere more Judaico: primâ verò non omne opus facere. Idque modò strictius
modò laxius in Ecclesiis acceptum & observatum fuit; donec feriæ Sabbati in Eccle-
12 sia Occidentali, ut alii ritus Judaici, planè in desuetudinem venirent. De qua ma-
teria plura dicemus infra Num. XLIX. hujus libri. Hæc sufficiant ad demonstran-
dum, quod feriatio Sabbati in Ecclesia primitiva certo modo fuerit in usu, nominatim
in Ecclesia Alexandrina, in qua etiam retenta, & in Æthiopicam derivata fuit.

Mm 3 Confe-

(x) *Cap. 16. ex tract. Talmud de Sabbato* Hinc satis intelligitur falsò imputari Habessinis quod Sabbatum more Judaico celebrent; prout scribit Brerewood in scrutin. relig. c. 16. & 23. & alii.

(y) In Constitut. Apost. Lib. 8. cap. 33.

L. III. c. I. N. XI. & XII. Conferatur epistola Jacobitæ cujusdam Anonymi ad Regem Susneum, quam infra cum lectore communicabimus. Cap. X. n. CXI.

N°. XI. De jure Leviratus, an apud Habessinos sit in usu]

Alvarezius quidem affirmat; at *cap. XXI.* itinerarii sui exempla affert planè non [
convenientia Hebræorum juri. Nam *jus Leviratus Deut. 25. 5.* constitutum præcisè vult, ut frater superstes fratris sine liberis mortui viduam ducat. At in casibus ab Alvarezio allatis planè alia res est, ibi enim divortio facto, & liberis existentibus, frater repudiatam duxerat, & etiam liberos ex ea genuerat, quod certè, ut scandalum magnum, à Gregorio meo valdè improbabatur.

N°. XII. De Confessione Fidei Regis Claudii an sit legitima?]

II. 6. 29. Hanc supra denuò totam additis annotationibus nostris imprimi curavimus. Di- 1
spiciemus hoc loco, num vera & genuina censenda sit? Cum illa primùm in Anglia cum Lexico & Grammatica mea Æthiopica imprimeretur, *Brianus Waltonus, Edm. Castellus*, aliique amici *Angli*, qui editionem promoverant, nullum unquam de ea dubium moverunt, quò minus pro genuina haberetur. *Joh. Henricus Hottingerus* in dissertatione, Etymologico Orientali sive Lexico Harmonico præmissa, de ea sic loquitur: *Scriptum est non usque adeò antiquum, raritate tamen & usu suo maximi æstimandum.* *Ioh. Mich. Dilherrus* in tractatu suo Germanico de vita Christi eam Germanicâ linguâ donavit. *Eberhardus Ankelmann* S. S. Th. Licentiatus eam Lusitanicè expressit, ac simul Germanicè sub titulo Lusitanico & Germanico edidit: Etliche merckwürdige Sachen/ꝛc. *I. Ulricus Wildius S. S. Th. D.* in dissertatione sua *de Ecclesia Æthiopica*, illa Confessione passim nititur, quod etiam facit *M. Dietericus Luders* Stadensis in quinque disputationibus pereruditis de Historia Imperii Abissini; neque quisquam horum doctissimorum virorum fungum pro cerebro habuit.

(Joh. Henricus Hottingerus.)

p. 2. b. Solus *Andreas Mullerus* Greiffenhagius in Dissertatione prima de *Mose Mardeno* 2
postquam de fictis Legationibus, atque epistolis, incertisque confessionibus dixisset, subjungit hæc verba: *Judicet qui potest de Gabrielis epistolis* &c. *de Claudii Abissini Regis confessione.* Quibus verbis scrupulum, quem solus fortè habuit, injicit lectori, ut & hanc inter incertas confessiones numerandam esse censeat. Æquum omninò erat, ut dubium suum promeret, quo & lectores de eo judicare quivissent. Sed ille simpliciter eam aliis scriptis fictis admiscuit. Operæ pretium nobis videtur Historiam 3
integram hujus Confessionis Lectoribus ob oculos ponere, ut expendant, an suspicio aliqua νοθείας [suppositionis] locum habere possit. Cum anno hujus seculi quinquagesimo nono Hamburgi apud *Dn. Ezram Edzardū* (ob officia in convertendis Judæis, iisque sustentandis celeberrimum) agerem, protulit mihi librum membranaceum Æthiopicum in Æthiopia MStum, operimento spoliatum, quod, ut ex reliquiis exiguis apparebat, è Holoserico rubro factum fuerat. Deauratum quoque fuisse vestigia auri in extremis foliis ostendebant; unde colligebam, librum in Magnatis alicujus manibus fuisse. Inspexi librum, statimque deprehendi *Organum B. Mariæ* 4
Virginis esse, quod ipse possideo, ejusque mentionem in Historia mea Æthiopica facio. In calce libri reperi *Confessionem istam Fidei Claudii Regis Habessinorum*, quâ perlectâ nihil de veritate ejus suspensum me habuit, *quàm quòd occasio non exprimeretur*, quæ Regem ad scribendam illam impulisset: deinde quòd in clausula finali legeretur: ከመ፡ ታእምር፡ ጽድቀ፡ ሀይማኖትየ፡ *ut scias veritatem religionis meæ*, & tamen nemo nominaretur, ad quem directa esset. Dies quoque & mensis *non* erat *Æthiopico* sed *nostro more* ab annis Christi designatus.

Cùm autem doctrinam ipsam & stylum verè genuina deprehenderem, du- 5
biis meis ipse facile respondebam, defectus illos à simplicitate Æthiopica profectos agnoscens. Dum nihil opus esse putaverunt Regis librarii occasionem istius scriptionis exponere, ut quæ tunc temporis omnibus esset notissima: nec nominare eum, ad quem dirigeretur, utpote cui in manus tradebatur. In tempore vero scriptionis scriba regius sese accommodare voluit Lusitanis, qui annos gratiæ Æthiopum aut

æram

6 ſiram Martyrum non intellexiſſent. Occaſionem autem talem fuiſſe, poſt editam L. III. c. 2.
demum primâ vice Confeſſionem cognovi. Deſtinabatur in Æthiopiam a Luſi- N. XIII.
tanis cum ſplendido apparatu Patriarcha *Iohannes Nannius Barretus* è Soc. Jeſu, & Bulla Pontificis pro eo expediebatur d. 17. Februarii Anno 1554. Cum igitur prudentes quidam (ut Tellezius loquitur) vererentur, ne, dum iſta in Europa agitabantur, Habeſſini ſententiam ſuam mutarent, juſſit Rex *Petrum Mascaregnam* Proregem Indiæ, qui ſub finem Martii Ao. 1554 Ulisſipona ſolvit, præmittere aliquos
7 explorandæ Regis voluntati (z). Is *Iacobum Diaz* & *Gonzalum Rodrighesium* Patrem Societatis cum Fr. Fulgentio Freyre in Abaſſiam miſit, qui die 7. Februarii Ao. 1555. Goâ ſolventes menſis ſpatio portum Æthiopiæ *Arkiko* tenuere. Atque *iſte Gonzalus* eſt, cujus Epiſtolam infra n. 102. referemus; ex qua conſtat, quòd 17. Maij Anni 1555. in caſtra venerit, & poſtridie ſtatim Claudium adierit, qui triduo poſt ad viſendam aviam, tunc decem ferè dierum itinere abſentem, profectus eſt, ibique ultra menſem hæſit. Inde reverſus diſputationem cum *Gonzalo Rodrighesio* habuit, quam ipſe in Epiſtola modo dicta fusè deſcribit.

8 Porro tenendum eſt, diu ante, cùm *Iohannes Bermudes* Patriarchæ nomine adhuc in Æthiopia verſaretur, crebras habitas fuiſſe diſputationes, in quibus Habeſſinis aſſiduè objectum fuit, quod *obſervatione Sabbati*, *circumciſione*, *& ciborum diſtinctione* judaizarent.

[Videatur modo cenſura ab Epiſcopo Pontificio in Æthiopes fulminata; infra h. Lib. c. 9. n. rc3. §. 36. tradita.]

His ergo reſpondere voluit *Claudius* hâc ſuâ Fidei Confeſſione. Tempus nempe XXIII Junij. 1555. quo confeſſio hæc exarata eſt, examuſſim congruit ad intervallum
9 illud quo Claudius apud aviam in Damota fuit. Finitis igitur diſceptationibus *Iacobo Diaz*, cum *Gonzalo Rodrighezio* diſcedenti, confeſſionem iſtam, libro ſupra dicto inſcriptam, ad Proregem Indiæ deferendam tradidiſſe credibile eſt. Qui libet poſtea in Luſitaniam delatus in privatorum, & denique Judæorum manus venit, qui eum *Esdræ Edzardo* vendiderunt.

10 Si quis ergo de veritate hujus Confeſſionis dubitare volet, eum ſuſpicari oportet, à quo & ob quam cauſam falsò concinnata fuerit, quæ ſi dari non poſſit, iniquum profectò fuerit, eam ſine ulla cauſa ſuſpectam reddere velle.

COMMENTARIUS

Ad Lib. III. Cap. II.

No. XIII. De Apoſtolo per quem converſio Habeſſinorum
1 facta fuit] Rejecimus in Hiſtoria noſtra traditionem eorum, qui putant Habesſinos veri Dei cognitionem ſimul cum ritibus Judaicis à *Regina Sabæa Makedâ* dictâ accepiſſe, & usque ad tempora Reginæ *Candaces* retinuiſſe. Attamen Habesſini, cùm religionem Chriſtianam ſuſciperent, Ethnici erant, & veri Dei cultum ignorabant, ſicuti mox clarè demonſtrabimus. Ut igitur traditionem ſuam tueantur, aliam comminiſcuntur fabulam de *Menilcheki* filio, *Makedæ* nepote, Joſue, qui poſt mortem Patris deſertâ verâ religione ad cultum Idolorum tranſierit (a), quæ ut vana, nec ullo idoneo autore tradita, tranſmittimus; hac vice tantùm memoraturi, quo
2 pacto Habesſini ad religionem Chriſtianam converſi fuerint. Sunt, qui ſanctis Apoſtolis *Bartholomæo*(b) & *Matthæo* converſionē Habesſinorum noſtrorum attribuerunt; quod ex malè acceptis *Indiæ* atque *Æthiopiæ vocabulis* latisſimis profluxit. Nam in

(z) De qua regimus in Hiſt. Æthiop. Lib. III. & Comm. n. 102.
(a) Nicolaus Godignus iſta refert, eaque ſe apud non neminem reperiſſe prædicat. De Abaſ. reb. Lib, 1 cap. 18. pag. 116 (b) Hoc fecit Matthæus Armenius; ſupra h. lib. n. 1. §. 9.

L. III c. 2. N. XIII. in sortitione provinciarum ab Apostolis facta, *Matthæus Æthiopiam: Bartholomæus contiguam illi Indiam sorte nactus fuisse dicitur*:

[Secundum *Socrat.* Lib. I. c. 19. *Origenem* in Genes. L. 3. Thomas Parthis & Indis Evangelium prædicavit. *Niceph.* P. III. c. 1.]

Quæ indistinctè imò malè ita dicta Historiæ Ecclesiasticæ scriptores nostri simpliciter transcripserunt, & prout unicuique visum fuit, applicaverunt; etenim Æthiopia Matthæi minimè fuit contigua Indiæ Bartholomæi. Confer quæ de hac materia disseruimus L. I. n. 23. §. 15. & seqq.

Paulus Jovius falsò scribit, Æthiopes asserere, *quòd docentibus Bartholomæo* 3
Apostolo & Philippo Diacono Christianis sacris initiati fuerint Æthiopes nostri. Indocti c. 38. al. 39. fortassis quidam monachi hoc illi dixerunt: & quæ *Alvarezius de Conversione per* Act. 8. 27. *Candacis Eunuchum facta habet*, ex persuasione imperitiorum Habessinorum provenere. Ista enim non ad Habessinos sed ad Æthiopes propriè dictos spectant.

Alii malè crediderunt *Matthiam* Apostolum Habessinorum fuisse, quod & ille 4
in Æthiopiam profectus esse tradatur. Quæ traditio si vera est, Æthiopiam Matthiæ haud facilè determinaveris. Quamobrem *Baronius ad annum Christi* XLIV. §. 41. scribit: *De divisione & profectione Apostolorum ad prædicandum Evangelium gentibus, hactenus res sanè est perdifficilis investigatu.* Nos sententiam nostram exposuimus supra *Lib. I. cap. I. n. 23. in fine.*

L. I. c. 28. pag. 72. Sed audiamus *B. Tellezium* qui accuratissimè sic scribit: *Quòd nonnulli dicunt,* 5
S. Matthæum prædicasse Evangelium in Æthiopia, res inter Habessinos nova est, & fundamento caret. Cùm religiosi nostri illis ex historiis nostris id narrarent, responderunt [& quidem rectè] *hoc intelligendum esse de Æthiopia inferiori,* [scil. propriè dicta] *quæ extenditur à Suaquena usque in Ægyptum. Quandoquidem nullam unquam notitiam habent, quòd S. Matthæus, aut ullus Apostolus alius Habessiniam intraverit* [ante S. Frumentium] *uti certò docent libri illorum atque viri illorum docti, qui maximè gnari sibi videntur esse antiquitatis.* Proximè igitur ad veritatem accedere videntur ii, qui Nubiæ conversio- 6
nem Matthæo Apostolo assignaverunt, quæ indubiè Æthiopiæ antiquæ & propriè dictæ pars est.

N°. XIV. De genuina historiâ conversionis Habessinorum

Nullam aliam prædicationem Evangelii quàm Frumentii in Habessinia factam I
esse ex modò dictis & Historia nostra satis liquere putamus. Præcipuum fundamentum, cui innitimur, sunt clara verba scriptorum Historiæ Ecclesiasticæ: *Rufini* L. I. c. 9. qui dicit: *Terram hanc,* [in qua Frumentius prædicavit] nullo Apostolicæ doctrinæ vomere *proscissam.* L. I. c. 19. *Socrates*, cum dixisset Bartholomæo Indiam Æthiopiæ vicinam sorte obvenisse, porro scribit:

Τὴν μέντοι ἐνδοτέρω Ἰνδίαν ἣ προσοικεῖ βαρβάρων ἔθνη πολλὰ διαφόροις χρώμενα γλώσσαις οὐδέπω πρὸ τῶν Κωνσταντίνου χρόνων ὁ τοῦ χριστιανισμοῦ λόγος ἐφώτιζε.	*Interiorem Indiam, quam accolunt Barbaræ gentes plurimæ, diversis utentes linguis* nondum ante Constantini tempora *verbum Christianismi illuminaverat.*

Nec obstant historicæ veritati, quæ autores isti ignorantiâ veræ Geographiæ de con- 2
tiguitate vel vicinitate Indiæ cum Æthiopia commemorant. Itaque sic cadunt omnia, quæ pro conciliandis Scriptoribus Ecclesiasticis de primordio quodam Christianismi apud Habessinos tempore Apostolorum facto, sed valdè imperfecto, quidam commenti fuerunt.

Nec locum habet conciliatio *Hottingeri* (c) *tanquam Lacasa* [rectiùs Candace] 3
initium: Abrahamo & Azba [corrige Abreha & Atzbeha] *fratribus incrementum:* & *Naleko* κορωνὶ *tribuenda sit.* Quæ ignoratione veræ Frumentii historiæ gratis ita dicuntur. Quo verò tempore conversio Habessinorum facta fuerit, Num. XVII. expendemus.

N°. XV.

(c) *In Topographia Ecclesiastica Cap. III. §. 7.*

1 N°. XV. De Rufino in designatione Indiæ ambiguo] In libro L. III. c. 2. N. XV. & XVI.
primo hujus Commentarii docuimus, à veteribus in designatione Indiæ & Æthio- c. I. n. 17. & 23.
piæ plurimum à scopo aberratum fuisse. Inter alios *Rufinum*, de interiore & ulte-
riore Indiâ impetitissimè loquentem, notavimus. Destituebantur enim prisci tabu-
lis Geographicis, nec peregrinationes tam frequentes erant, ut situs terrarum & genui-
na regionum nomina distinguere potuerint. Hinc factum, ut ecclesiastica primo-
rum seculorum historia confusissimè etiam à recentioribus scriptoribus traderetur.
2 Quapropter iterum atque iterum inculcamus, ne ea quæ de *Æthiopia* vel *India Arabi-
ca* (ut ita loquar) literis olim mandata fuerunt, statim *Axumitis* seu *Habessinis* tribu-
antur. Exempli gratia *Eusebius* (d) de Pantæno Philosopho refert, quòd fuerit *Præ-
dicator* τοῖς ἐπ' ἀνατολῆς ἐθνῶν *Orientis nationum, usque ad Indorum terram progressus:* &
mox Πάνταινος καὶ εἰς Ἰνδοὺς ἐλθεῖν λέγεται *Pantænum ad Indos venisse, ibique Evangelium*
3 *Matthæi reperisse, quod illis Bartholomæus reliquerit*; inde *Henricus Valesius*, vir alio-
quin judiciosus, ad verba Sozomeni (e) τοὺς Ἰνδοὺς τῶν καθ' ἡμᾶς Ἰνδῶν, inconsideratè nimis
scribit: *Pantænum ante Frumentium Indis istis verbum Dei prædicavisse, sed nullos ibi re-
liquisse Episcopos.* Tam incautè hic confundit *Arabes*, *Indos* quoque olim dictos, cum
Æthiopibus, cùm tamen ipse in annotationibus ad Lib. I. c. 19. Socratis optimè mo-
4 neat: *Æthiopes ab antiquis confundi solere cum Indis.* Nos autem loco supra citato I. n. 23. §. 6. & 15.
docuimus, *Indiam* istam *Eusebii de Arabia felici* accipiendam, in qua Bartholomæus
Evangelium prædicavit, Philostorgio teste Lib. II. §. 6. p. m. 13.

N°. XVI. Frumentium unum tantùm esse, non duos hujus
1 nominis, ut Baronius censuit] Diximus in historia nostra *Baronium* (f)
in ea opinione fuisse, *quasi duo Frumentii extitissent, unus Indorum, alter Axumitarum
Apostolus.* Deceptus fuit in eo quòd non meminisset, Indorum vocabulum latissimè I. n. 23.
accipi, *At Henricus Valesius* unum tantùm Frumentium fuisse rectissimè conjecit (g).
Cui adstipulatur *Lucas Holstenius* (h). Agnoverunt id quoque Patres Societatis in
2 Æthiopia teste Tellezio. Quod verè planum nunc est, & extra omnem contro-
versiæ aleam positum, secus ac Clarissimus Vir (i) putat. Non enim possumus contro-
versum amplius vocare id quod inter veteres autores obscurè dictum à recentioribus
declaratur, nemine ampliùs contradicente.

N°. XVII. De tempore conversionis Axumitarum, qui alii
1 non sunt, quàm Habessini nostri] Cedrenum & Nicephorum Callisti con-
versionem Axumitarum in annum XV. Justiniani referre, in historia nostra dixi-
mus ac refutavimus. Facta enim est tempore *Constantini M* Athanasio in sede
Alexandrina constituto. Quô verò annô contigerit, præcisè dici nequit. *Henri-* ad c. 19.
cus Valesius in annotationibus ad verba *Socratis* historiam *Frumentii* referentis: p. 12.
τῷ ἐπισκόπῳ Ἀθανασίῳ τότε νεωστὶ τῆς ἐπισκοπῆς ἀξιωθέντι: *Episcopo Athanasio tunc nuper Epi-*
2 *scopatu ornato*, ista vera esse non posse opinatur, sequentibus argumentis fretus: *A-
thanasius*, inquit, *anno Christi CCCXXVI. Patriarcha Alexandrinus factus fuit: Mero-
pius Philosophus in Indiam profectus esse dicitur exemplo Metrodori Philosophi, qui ante il-
lum Indiam perlustraverat; iste autem Metrodorus ante annum Christi CCCXXV. ex In-
dica peregrinatione reversus non est; nam quòd Constantino Imperatori munera Indica ob-
tulerit, id post debellatum Licinium contigisse necesse est, ut qui debellatus fuit anno Christi
CCCXXIV. exeunte. Si ergo Meropius exemplo Metrodori circa annum trecentesimum
vigesimum quintum reversi, in Indiam profectus, Frumentium adolescentem secum
duxit, atque is usque ad Regis pupilli majorennitatem regiis rationibus præfectus fuit, & tan-
dem ad Athanasium Alexandriam venit, sequitur: id non factum fuisse Athanasio nuper
constituto, sed multò post, anno plus minus Christi trecentesimo quadragesimo primo.* Hæc
Valesius.

(d) *Hist. Eccles. L. 5. c. 10.* (e) Lib. II. Histor. Eccles. c. 24. (f) *In Annot. ad martyrol. Rom. d. 27. Octobr.* (g) *In annotationibus ad d. cap. 19. L. I Hist. Eccles. Socratis in fine.* (h) *In notis ad martyrologium Baronii Romæ editis.* (i) *Introduct. ad Hist. N. T. secul. 4. p. 359. num. 9.*

L. III. c. 1. Equidem fateor hypotheses hasce probabiles esse, sed non absolutè necessarias. 3
N. XVII. Fortassis *Metrodorus*, cujus exemplum *Meropius* secutus est, bis in India fuit: Vel maturè quidem rediit, munera tamen sua Constantino offerre distulit, donec victo Licinio Oriente potiretur. Interim Meropius iter suum aggressus: Vel eo ipso anno ac ille alter rediit, profectus est: Vel Frumentius tutelam pupilli regii tempestivè resignavit. Socrates Rufinum exscripsit, qui cum Ædesio Frumentii socio Tyri locutus est; Is verò idem scribit: *Tum verò Athanasius, nam is* NUPER *sacerdotium susceperat.* Ipse tamen libenter crediderim Rufini NUPER, & Socratis νεωστὶ paulo 4
laxius accipiendum esse, ita ut post annum à nato Christo trecentesimum trigesimum (quem B. Telleziusdesignat) & sic vivente adhuc Constantino (nam id Socrates disertis verbis asserit) ante Imperium Constantii, quod anno trecentesimo trigesimo septimo cœpit, conversio Habessinorum: vel potius ordinatio Frumentii in Episcopum facta fuerit.

Alia fortè commodior conciliatio hujus dubii dabitur, si Meropium ἁμιλλώμενον 5
πρὸς τὸν φιλόσοφον Μητρόδωρον æmulantem Metrodorum ante istius reversionem in Indiam profectum statuas; nimirum Meropium, audito Metrodorum in Indiam profectum, æmulatione illius idem iter suscepisse, assumtis duobus pueris, &c. Sic omnes res gestæ Valesii temporibus congruere poterunt, ut verè dicere possis, Frumentium in Ægyptum venisse, cum Athanasius νεωστὶ recenter dignitate episcopali decoratus fuisset, scilicet paulò ante annum à Christo nato trecentesimum trigesimum. Quæ aliquando ex Patriarcharum Ægypti: vel ipsorum Habessinorum historiis lumen accipient.

Utcunque se ea res habeat, cùm certum atque indubitatum sit, aliquot an- 6
nis post collatum Athanasio Alexandrinum Archiepiscopatum, Æthiopiæ Episcopum Frumentium ordinatum fuisse, falsus deprehenditur Canon XXXVI. al. XLII. qui reperitur inter Canones Nicænos Arabicos, hoc primùm seculo in Europam invectos, sed planè apocryphos; qui sic se habet: *Ut non possint Æthiopes creare nec eligere Patriarcham; quin potius eorum Prælatus sub potestate ejus sit, qui tenet sedem Alexandriæ. Sit tamen apud eos loco Patriarchæ & appelletur Catholicus. Quod si acciderit, ut Concilium in Græcia habeatur, fueritque præsens hic Prælatus Æthiopum, habeat septimum locum post Prælatum Seleuciæ.* Quomodo enim in Concilio Nicæno anno Christi 7
CCCXXV. habito agi potuit de Prælato Æthiopum, quem Athanasius anno CCCXXVI. Episcopus Alexandrinus factus quatuor vel quinque circiter annis post primo loco creavit? Allegavi quidem hunc Canonem in Historia mea Æthiopica pro uberiore refutatione Cedreni, qui conversionem Axumitarum in tempora Justiniani rejecerat; secutus autoritatem clarissimi Seldeni (k) eundem Canonem pro sua sententia allegantis, non æstimatâ inter alias occupationes temporis circumstantiâ. Sed monitu D. Joh. Ludov. Fabritii eruditione & prudentiâ clarissimi viri metachronismum statim agnovi, idque hic merito prædicare volui.

COMMENTARIUS

Ad Lib. III. Cap. III.

N°. XVIII. De novem viris sanctis Fidei Christianæ in Æthiopia propagatoribus] Patres Societatis, cùm ex Habessinis intelligerent, 1
novem viros sanctos propagandi Evangelii causâ post S. Frumentium Româ venisse; primò arbitrati sunt Romam suam, summi Pontificis sedem, intelligi. Sic enim scribunt *in Epistolis* suis: (l) *Traditionem in Æthiopia esse, novem Religiosos Româ missos ad instru-*

(k) In uxore Hebr. Lib. 3. c. 26. (l) 1607. & 1608. *Lib. 1. c. 15. p. 58.*

instruendam & convertendam istam gentem. Idem repetunt *in additionibus* (m) ac L. III. c. 3.
ob id eos pro veris & genuinis sanctis habent. Sed facilè animadvertit doctissi- N. XVIII.
mus illorũ Patriarcha *Alph. Mendezius*(n) vocabulum Æthiopicum ሮም: *Romja* Roma Arabicè الروم *Errum*, *Græcos* & quidem Ægypti denotare, tunc temporis Imperio Romano potientes; prout in Historia nostra hoc loco docuimus (o).

2 Obiter hîc monemus, *Saladobam* & *Amiamidam* Reges, quos hoc capite no- §. 3.
minamus, eosdem esse quos supra cap. 4. hujus libri *Aladobam* & *Alamidam* vocavimus; §. 20.
diversimodè enim scribi testatur modò dictus Patriarcha. Tempus autem quando hi viri sancti in Æthiopiam venerint, incertum est æque ac tempus regiminis dictorum Regum. Patriarcha *Mendezius* putat; *illos venisse intra annos quadringentesimum sexagesimum vel octogesimum* (p). *Nam post* Abreham & Atzbeham, *quorum tempore Frumentius Episcopus ordinatus fuerit, sex Imperatores in Æthiopia regnavisse* Atzfam, Ardedum & Ameyum *fratres*, [de quibus in historia nostra] *deinde* Aradum & Aladobam & Alamidam, *sub cujus imperio novem isti Sancti cum multis aliis mona-
3 chis intraverint.* Verba *Chronici Axumensis*, quæ ille habet, merentur hîc referri: *Tempore* [Regis] *Amiamidi multi monachi Româ venerunt, qui totum imperium impleverunt*, NOVEM *ex illis substiterunt in Tigra; unusquisque ex illis erexit ædem sacram de suo nomine appellatam.* Si igitur computatio Mendezii vera est, incidit adventus istorum monachorum post tempus Concilii Chalcedonensis, & sic fortè persecutio, ex Schismate illius temporis orta, tam multos monachos Ægyptios solum vertere coëgit. Nomina istorum novem non omnia Æthiopicè scripta vidimus, sed secundum Latinam scripturam â Tellezio relatam in Historia nostra expressimus.

4 In Poëta nostro quinque laudantur.
አረጋዊ: ARAGAWI, aliàs *Michael* dictus.
ጰንጠሌዎን: PANTALEON, nomen suum retinuit; &
LICANUS, quorum encomia in Historia nostra hoc capite produximus. Sequitur
አባ: ገሪማ: ABBA GARIMA, qui tali Oda à Poeta laudatur (q).

ሰላም: ለአባ: ገሪማ: ዘአስተርአየ: ለመሊቀ፤
በደብረ: ድኅናን: ደብረ: ቀናንሞ፤
ሶበ: ንጽሐ: ልቡ: አፍቀረ: ወኄርናሁ: አደቀ፤
ለዑለ: መዓርገ: እምዕሬገ: ዲያቆን: ያቀቀ፤
እግዚአብሔር: ቀሲስ: በኅቡእ: ሠየሞ።

Salutem *Abba* GARIMÆ. qui visus est adolescere [instar plantæ]
In Monasterio Servatorum, monasterio Cinnamomi.
Puritatem cordis ejus amans & bonitatem ejus probans
A gradu Diaconi ad superiorem promovit
Deus O. M. presbyterum eum occultè constituens.

5 [Abba Garima, qui in monasterio Servatorum [dicto] adolevit, quod Monasterium Cinnamomi dici meretur [Rhythmi causa] à Deo, qui bonitatem & puritatem cordis ejus probaverat, Presbyter constitutus est, cùm prius Diaconi munere fungeretur.]

Rursus die XVII. Junii, Oda 3.

ሰ። ለአባ: ገሪማ: ለአርአየ: ሀዚኸ: ኃይሉ፤
ዘአስተራክበ: ዘርአ: ወአስተላጸቀ: ምስለ: ሰብሉ፤
ዝንቱ: ጻድቅ: እምኀበ: ይሄሉ:
እምገጸ: ዕበዩ: ወእምድምፀ: ገሪም: ቃሉ፤
አእባን: ተገሕሡ: ወዕፀው: ሰገዱ።

Salutem *Abba* GARIMÆ! *qui, ut ostenderet virtutem suam,*
Convenire fecit & conjunxit semina cum spicis suis.
Hic justus, quocunque in loco esset,

 A facie

(m) *Lib* V. c. 2. p. 279. (n) in relatione suâ quam Tellezius tradit L. 1. c. 31. (o) ex Georg. Elmacino. l. 3. p. 89. (p) referente Tellezio d. l. pag. 79. a. (q) Enc. XVII. Mart. Od. 2.

L. III. c. 3. *A facie magnitudinis ejus & à ſono veneranda vocis ejus*
N. XVIII. *Amota fuerunt ſaxa, & arbores abſceſſerunt.*

[Alludit Poeta ad miracula ſtupenda hujus ſancti, quòd ſemen illico fructus tulit illique ſaxa & arbores ceſſerunt.]

Iſtius ædes haud procul Fremonâ ædificata fuit, magna atque opulenta, ſed à Turcis ſuperiori ſeculo vaſtata; ut *PP. Societatis* ſcribunt, dicta *epiſtolâ* annua c. 15. p. 58.

De Abba ALEFO ſequentem Odam habet Poeta (r). 6

ሰ፡፡ ለአሌፋ፡ እንተ፡ ቀደሳ፡ በኪደቱ፡
ለብሔረ፡ አግዓዚ፡ ብሔረ፡ ፍልሰቱ፡
አመ፡ ዕረፍትየ፡ ይምጻእ፡ ምስለ፡ ቅዱሳን፡ ፱፡
ከመ፡ ያጽንዐኒ፡ በሀዚኀዘ፡ ረድኤቱ፡
እስመ፡ ጸዋግ፡ ውእቱ፡ ለኃጥእ፡ ሞቱ፡፡

Salutem ALEFO! *qui ſanctificavit inceſſu ſuo*
Regionem Æthiopiæ; regionem emigrationis ſuæ.
Tempore obitus mei veniat cum reliquis novem *ſanctis,*
Ut corroboret me valido auxilio ſuo,
Quoniam tetrica eſt mors peccatoris.

[Refert Poeta, quòd Æthiopiam præſentia ſua honoraverit, atque in ea fato functus ſit. Deinde eum, cæterosque novem Sanctos invocat, ut in hora mortis ſibi aſſiſtere velint.]

De reliquis quatuor *Atzham*, *Aſe*, *Adimata* & *Oz* vel *Guba* nihil reperi, forſan quia duplex nomen mihi ignotum geſſerunt, nec enim crediderim Poëtam meum illorum oblitum eſſe. 7

[Nomina iſta mirè corrumpit & pejus adhuc exponit *Lud. Vrreta*, citante *Nic. Godigno*. L. I. c. 34. p. 208. Ex *Adimata* facit *Imata*, fœminam fuiſſe ſcribens, atque ſignificare *Servam Domini*. Præceptor ejus noverat vocabulum አመት፡ Amet *Ancilla*, ex quo ille formavit ſuum *Imata*.]

De novem iſtis Sanctis ſcribit *P. Alphonſ. Mendez*: (s) *Eſtes fizeram grandez milagrez.* Hoc eſt *Hi fecerunt magna miracula, quibus converterunt magnā partē Æthiopiæ*, atque inter illa refertur, *quòd magnus draco, qui morabatur prope Axumam, & devorabat multos homines & pecudes, diſruptus fuerit illorum orationibus.* Hoc loco propriè accipitur vocabulum *Draconis* ſive *magni ſerpentis*. Num huc alludat Poeta de *Michaele* ſive *Aragawi* canens, quòd cum ſocius deſtruxerit regnum ſerpentis: an aliaſit hiſtoria illa, quam nos in Hiſtoria noſtra allegoricè intelligendam putavimus, ulteriori indagationi relinquendum eſt. 8

3. 3. 7.

Additio.

De duratione religionis Chriſtianæ in Æthiopia.

1 Vidimus hucusque ortum atque progreſſum Religionis Chriſtianæ in Æthiopia. De duratione illius nunc diſpiciendum eſt. Continuam fuiſſe nemo dubitavit, donec *Ioh. Seldenus ex Muhammede Abdelbakide*, autore Arabe MSſ. locum produceret, quaſi Atzhamus Habeſſinorum Nagashius Muhammedi ad Islamiſmum ſe invitanti, nomen dederit. Etenim Colomeſius (t), poſtquam dixerat: *Habeſſinos Religionem Chriſtianam conſtanter coluiſſe*, addit: *Si infauſtum illud intervallum excipias, quo Atzhamus à religione Chriſtiana defecit.*

2 At nos de Imperatore Habeſſinorum Africano id minimè accipi poſſe putamus, tanta enim tamque gravis mutatio alias utique mutationes poſt ſe traxiſſet, aliosque effectus pernicioſos peperiſſet, quos hiſtoriæ Patriarcharum Alexandriæ, Georgius Elmacinus, & alii ſcriptores Hiſtoriæ Saracenicæ non ſiluiſſent. De quibus tamen nihil prorſus in libris editis legitur, ut ipſe Seldenus agnoſcit. Cum autem liquidò 3

(r) Encom. XI. Martii, Od. 3. (s) referente P. Tellezio L. I. c. 31. p. 79. a.
(t) In Obſervationibus ſacris.

liquidò demonstraverimus, nomen Arabicum حبشة *Habessinorum* non solis L. III. c. 3.
Axumitis seu Habesfinis propriè dictis: ipsumque dignitatis vocabulum نجاشي N. XVIII.
Nagashi non soli Imperatori Habesfinorum summo, sed & aliis gentibus & Regibus II.6. n.29.
commune fuisse, ideò ad conjecturas confugiendum nobis fuit, de quibus Habesfinis: vel de quo Nagashio defectio hæc à Religione Christiana intelligenda sit.

4 Primam dedimus supra Lib. II. c. 4. n. 22. §. 13. de *Bazeno* ultimo Homeritarum Christianorum in Arabia Rege Christiano, cujus populares ratione clientelæ حبشة *Habessini* dicti fuerunt. Generalissimo nomine Æthiopes eos vocat *Pocokius* (u). At Bochartus rectiùs eos *Habessinos* nominat: *Abreha el-ashram Aretæ Homeritæ, S. Aretæ F. successor* ملك الحبشة *Rex Abassiæ seu Abessinorum in Arabia felici intima vocatur* (x). De hoc Bazeno Rege Habessinorum, veriùs Homeritarum in Arabiâ constat, quòd Muhammedi nomen dederit. Ad hunc etiam omnia qua-
5 drant, quæ Seldenus de hac Apostasia ex Abdelbakide suo refert. Hæc conjectura nostra confirmatur etiam ex circumstantia temporis. Anno enim Hegiræ quinto Rex ille *Giafaris* suasu *de recipiendo Islamismo* consilium init, & anno sequente Pseudopropheta literas ad eum dedit. Quo tempore potentia Muhammedis nondum ita coaluerat, ut de Imperio Habessinorum in Africâ, trans mare procul remoto, cogitare posset. Nec Habessini futilem istam sectam nulla neque spe neque metu urgente tam facilè sibi persuaderi passi fuissent. At longè alia ratio erat vicinorum Homeritarum, quos quovis modo allicere *Ratio status* (ut vocant) tunc poscebat, & ipsi pro ratione illorum temporum vel spe vel metu in transversum agi poterant.

6 Abdelbakides porro scribit: وهو اول ملك ارسل اليه رسول الله
بكتب &c. وهو اول من اسلم من الملوك ✡

Et hic est primus Rex, ad quem misit Apostolus DEI epistolam &c. & mox: *Iste primus fuit qui ad Islamismum defecit è Regibus* &c. Ad nullum autem alium Muhammedem primò scripsisse credibile est, quàm ad sibi proximum: & primus Musulmannus factus fuisse videtur proximior Rex in Arabia, quàm multò remotior transmarinus in Africa.

7 Aliam conjecturam lectoribus proposuimus supra Lib. II. cap. 15. n. 55. §. 4. de *Rege Adelæ* jam diu Muhammedano, cujus majores etiam imperatoria Habesfinorum stirpe oriondi fuerunt, atque imperium Habesfinorum propriè dictorum sibi vindicaverunt, ut dubium non sit, illos etiam titulum *Nagashi* usurpavisse. Quem fortassis Muhamedes etiam in suas partes pertrahere tentavit. Sed longè validior nobis videtur prior conjectura, circumstantiis loci & temporis firmata, quæ ad hanc posteriorem quadrare non videntur.

8 Tertia conjectura dari potest ex eo quod non solus Imperator Habesfinorum, sed etiam quidam Provinciarum Rectores & præsides nomen ነጋሢ: لنجاشي *Nagashi Habessinorum* gesserint, veluti *Bahr-Nagash*, *Gojam-Nagash*, *Walaka-Nagash*, de quibus in historia nostra egimus. Igitur, si verus Habesfinus fuit ille *Atzhamus*, 2.17.3.
esse potuit *Bahr-Nagashius* maritimæ provinciæ præfectos, qui ad Muhammedem defecit, mari rubro tantùm inter utrumque medio. Quomodo autem illi cesserit, vel quid exinde secutum fuerit, Seldenus ex AbdelBakide non retulit, nec nos, quia liber ineditus est, dicere, conjecturasque nostras aliis forte argumentis stabilire possumus. Interim primæ conjecturæ, donec aliud nobis demonstretur, inhæremus.

1 N°. XIX. De Miraculis Sanctorum Æthiopiæ] Miracula sine sana doctrina veritatem religionis, vel Ecclesiæ alicujus non probare, saniores Ecclesiæ Romanæ doctores agnoscunt: & ipsi *Patres Societatis* id fatentur in egregiâ dissertatione *contra Ludovicum Vrretam*, qui ex miraculis probare voluit, *Habessinos à verâ*

Nn 3 *Catho-*

(u) *In Specimine Hist. Arab. pag. 63. & seqq.* (x) *Hieroz. P. I. Lib. II. c. 26. p. 262. & P. II. Lib. I. c. 10. p. 61. v. 55. & Lib. VI. c. 14. p. 850.*

L.III.c.3. N. XIX. *Catholicâ Eccleſia nunquam deſciviſſe.* Eam habes infra hoc libro num. XXII. Etenim inter Habesſinos, ſi non plura & majora, eadem tamen & Latinorum miraculis æquipollentia reperiuntur. Confer quæ paulo inferius num. XXIII. docemus.

§. 30. *Euſtathium montes potuiſſe transferre* ex Poëta noſtro tradidimus hoc capite Hiſtoriæ noſtræ, qui etiam *procelloſum mare tranquillavit*, & ſecundum tradita Æthiopum, *in tunica ſua tanquam in navi trajecit.* Præter Odam in Hiſtoria noſtra allegatam hic addimus aliam. *d. XVIII. Septembr. Od. 5.* Qua ſignificatur, quòd *infantem reſuſcitaverit.* 2

ሰ፤ እብል፡ እንተ፡ ረከብከ፡ ሞገሰ፤
ምስለ፡ ፈጣሪ፡ ትትናገር፡ ሰባእያተ፡ ሠለሰ፤
አውስጣቴዎስ፤ ዘሠጥከ፡ ዲበ፡ በድነ፡ ሕፃን፡ ነፍሰ፤
ኀዘ፡ አደከ፡ ማዕበላተ፡ ዘአልቦ፡ አርማሰ፤
በዘባነ፡ ባሕር፡ እንዘ፡ ትሰፍሕ፡ ልብሰ።

Salutem *Dico* [tibi] *qui reperiſti gratiam*
Vt per tres heptades cum creatore loquereris.
Euſtathi! *qui infudiſti in cadaver infantis animam.*
Cùm tranſiviſſes fluctus [maris] *ſine ratibus,*
In ſuperficie maris expandendo veſtimentum tuum.

Sed non ſolus Euſtathius tanto miraculo claruit. Idem etiam præſtitit Jacobus. Enc. XIV. Febr. Od. 1. 3

ሰ፤ ለያዕቆብ፡ ለእግዚአብሔር፡ ቅዱሱ፤
ዘአድባረ፡ ገዳም፡ ኩሉ፡ በመዋዕሊሁ፡ ተሐደሱ፤
እስከነ፡ አበሁ፡ ገነየ፡ ለብዕለ፡ ጸጋሁ፡ ወዕበየ፡ ሞገሱ፤
በገሰተ፡ እዴ፡ ወበጸላሎቱ. ለርእሱ፤
ውስተ፡ በድነ፡ ሕፃን፡ ገብአት፡ ዘወፅአት፡ መንፈሱ።

Salutem Jacobo *ſancto Domini*
Cujus tempore monaſteria eremi omnia reſtaurata fuerunt.
Ita ut pater illius divitias gratiæ & magnitudinem decoris [tanti viri] *celebraret.*
Tactu manus & umbrâ capitis ejus
In cadaver infantis reverſus eſt qui exierat ſpiritus.

[Poëta extollit Jacobum, quòd infantem à morte reſuſcitaverit; ita ut ipſe Pater excellentiam illius prædicaret.]

Et Horus quoque. Encom. II. Decemb. Od. 2. 4

ሰ፤ ለሆር፡ በመንሳበ፡ ጸዓ፡ ፈቱን፤
እስከ፡ ተለዐለ፡ ጥቀ፡ ላዕለ፡ ብዙኃን፤
ሶበ፡ ተንሥኡ፡ ላዕሌሁ፡ በምክረ፡ ሰይጣን፤
ከመ፡ ኢቀተሎ፡ እስከ፡ አእመረ፡ አብደን፤
በኃይለ፡ ጸሎቱ፡ አንሥኦ፡ ለምውት፡ ሕፃን።

Salutem Horo *in uſtrina afflictionis probato.*
Ita ut ſuper multos plurimùm exaltaretur.
Cùm inſurrexiſſent contra eum conſilio Satanæ
Vt cognoſcerent ſtulti quod infantem non occidiſſet;
Virtute precis ſuæ illum reſuſcitavit.

Hoc eſt:

[Horus accuſatus fuit ab adverſariis inſtinctu Satanæ, quaſi infantem occidiſſet; Ille verò precibus ſuis illum reſuſcitavit, & ſic ſtultos illos pudefecit. Nugator Urreta Lib. 3. c. 4. Horum deſcribit; ſed nihil de hoc miraculo.]

Simeon

5 Simeon reſuſcitavit presbyterum jam pollinctum. Enc. XXIV. Jul. Od. 4. L. III. c. 3. N. XIX.

ሰ፡ ለስምዖን፡ ዘአርአየ፡ ኀይለ፡ ሀዚዘ፤
በአንሥኦ፡ መዉት፡ ቀሲስ፡ እምድኅረ፡ ተገንዘ፡፡
በእንቲአሁ፡ ይቅትሎ፡ ሶበ፡ ንጉሥ፡ አዘዘ፤
አስተስረየ፡ ለካህናት፡ እለ፡ አእከዩ፡ ገዐዘ፤
ከመ፡ ያስተይዎ፡ ዘይቀትሎ፡ ሳምዘ፡፡

Salutem Simeoni *Qui oſtendit virtutem efficacem.*
Reſuſcitatione presbyteri mortui, jam pollincti.
Quos ejus cauſa Rex occidi juſſerat
Interceſſit pro ſacerdotibus malorum morum.
Eò quod propinaverant ei lethale venenum.

Hoc eſt:

[Simeon laudatur, quòd virtute ſua miraculoſa reſuſcitaverit presbyterum jam pollinctum: & quòd interceſſerit pro improbis ſacerdotibus, qui propinaverant ei venenum, & propterea à Rege occidi jubebantur.]

6 Idem præſtitit Martianus Enc. XIV. Nov. Od. 1.

ሰ፡ ለማርትያኖስ፡ ምሉአ፡ ጸጋ፡ ወኂሩት፤
ከመ፡ ይስብክ፡ በጠሬቅያ፡ እንተ፡ ተወህቦ፡ ሢመት፤
እምአርዮሳውያን፡ ሕዝብ፡ አመ፡ ረከቦ፡ ስደት፡
ኀበ፡ ፈለሰ፡ ወሖረ፡ ውስተ፡ ምድር፡ ርሕቅት፤
በኀይለ፡ ጸሎቱ፡ ተንሥአ፡ ወነቅሀ፡ መዉት፡፡

Salutem Martiano *pleno gratia & bonitatis.*
Cui demandatus erat Epiſcopatus, ut prædicaret [Evangelium] *in Thracia.*
Ab Arrianis cum actus fuiſſet in exilium
Migravit & abiit in terram longinquam,
Ubi virtute precum ejus reſurrexit & evigilavit mortuus.

Hoc eſt:

[Martianus Epiſcopus Thraciæ ab Arrianis in exilium actus, precibus ſuis mortuo vitam reddidit.]

7 Abba Libanus è petra percuſſa tanquam alter Moyſes aquam elicuit. Enc. III. Jan. Od. 3.

ሰ፡ ለአባ፡ ሊባኖስ፡ እምቤተ፡ አቡሁ፡ ዘወፅአ፤
አመ፡ ቃለ፡ መልአክ፡ ሰምዐ፤
ኰኵሐ፡ ዘቢጦ፡ ማየ፡ አንቅዐ፡፡
ሰላም፡ ለአድኅኒ፡ ወሀዱ፡ አስጎዐ፤
በውስተ፡ ገዳም፡ ምስሌሁ፡ ዘነበረ፡ ስንአ፡፡

Salutem Abba Libano *qui egreſſus eſt è domo patris ſui*
Cum vocem Angeli audiviſſet.
Petram percutiens aquam [ex ea] *ſcaturire fecit.*
Salutem *Adhanio atque etiam Aſtea.*
Qui cum illo in eremo concorditer vixerunt.

8 Michael ſaxum, quod hæretici rivo oppoſuerant, ne in monaſterium flueret, baculo ſuo percuſſit & rupit, Enc. IX. Septemb. Od 2.

ሰ፡ ሕብለ፡ ለሀጊይ፡ መንክረ፤
ዘተከሥተ፡ ዮም፡ በውስተ፡ ደብረ፤
ፈለገ፡ ማዩ፡ ይሬጢጡ፡ እንዘ፡ ይመክረ፤
ተሠጥቀ፡ ኰኵሕ፡ እንተ፡ ዓላውያን፡ አንበረ፤
ሶበ፡ ሚካኤል፡ ዘበጦ፡ በበትረ፡፡

Salutem

L. III. c. 3. N. XX. Salutem *Dico magno miraculo* [Michaelis]
Quod in monasterio ejus hodie manifestatum est.
Cum tentassent heretici avertere rivum aquæ,
Saxum, quod posuerant, disruptum est,
Cum Michael *baculo suo illud percussisset.*

Bessarion sicco pede per flumen ivit. Enc. XXV. August. Od. 1. 9

ሰ፧ ለቢጻርዮን፡ እምሐውዘ፡ ዓለም፡ ዘተገሕሠ፧
እንዘ፡ ኢየጠሪ፡ ሎቱ፡ መንጸፈ፡ ወልብሰ፧
እምኀበ፡ አምላክ፡ አድምዐ፡ ወተጸገወ፡ ሞገሰ፧
በምድረ፡ መቅዋሙ፡ ዘሰከበ፡ እስከ፡ ደወየ፡ ፈወሰ፧
ወእስከ፡ ማየ፡ ባሕር፡ ኬደ፡ ከመ፡ ይኬይድ፡ የብሰ፨

Salutem Bessarioni *qui à deliciis Mundi recessit*
Neque stragulum neque vestem sibi retinens.
A DEO gratiam quasi dono accepit
Ut agrum sanaverit qui in terra stationis ejus cubabat.
Utque aquam maris calcaverit, quasi calcaret terram.

Confer & ea quæ infra prædicantur de mirabili quodam Sancto *Gabra-Menfes-Keddus* dicto. Num. XXIII.

N°. XX. De Sancto Martino aliisque liberalitate erga pau- 1
peres claris viris.] Habemus in ejus vitâ, quòd talaris suæ pannum abscidit, & pauperi dedit; at hîc, qui tunicam integram dedit, est Lucianus, de quo Poeta Enc. XVII. May. Od. 2.

ሰ፧ ለአባ፡ ሉኪያኖስ፡ ኤጲፋንዮስ፡ ዘደገና፧
ሕገ፡ ትይሁድና፡ መኒና፧
ሶበ፡ ነጸረ፡ ገሀደ፡ እምኀበ፡ ልዑል፡ አምላክ፡ አድኅና፧
ለብሰ፡ ክቡር፡ ፀዐዳ፡ እንዘ፡ ላዕሌሁ፡ ይትፌና፧
ህየንተ፡ ወሀበ፡ ለዕሩቅ፡ ክዳና፨

Salutem Luciano, *quem Epiphanius sectatus est,*
Religionem Iudaicam spernens.
Conspexit manifestè ab excelso DEO salutis
Vestem pretiosam albam super se demitti,
Pro tunicâ suâ quam nudo dederat.

Hoc est:

[Tunicam suam nudo dedit, pro qua aliam pretiosam candidam de cœlo accepit.]

Verùm de liberalitate piorum virorum erga pauperes plena sunt Synaxaria 2
Æthiopum, ita ut reperti fuerint, qui usque ad paupertatem & nuditatem bona & vestes suas egentibus largiti fuerint. Est autem apud eos quidam Esdras, qui quæstum lanificio quæsitum omnem pauperibus dedit. Enc. XVIII. Mart. Od. 1.

ሰ፧ ለኤስድርስ፡ እምሢጠ፡ ፀምር፡ ገብረ፡ እዴ፧
ዘይሁብ፡ መጽዋተ፡ ለእለ፡ ይፈቅዱ፧
መንደቢያተ፡ ፈጺሞ፡ ወኰነኒያተ፡ ለለ፡ አሐዱ፧
በዕለተ፡ ውዕየ፡ ለእቶን፡ እሳት፡ በነደ፧
መላእክት፡ ነፍሶ፡ በስብሐት፡ ወሰዱ፨

Salutem Esdræ *qui de pretio lanificii, quod confecerat,*
Eleemosynam dedit illis qui eâ opus habebant.
Afflictiones varias perpessus & tandem condemnatus fuit.
Quò die in flamma clibani ignis combustus fuit
Angeli animam ejus cum gloriâ deduxerunt [in cœlum.]

Enc.

3 Enc. XI. Jan. 7. L.III.c.3. N. XX.

ሰ፧ እብለ፡ ለዮሐንስ፡ ለሒቅ፧
በላህበ፡ ሃይማኖት፡ ርሱን፡ ወበመንፈስ፡ ቅዱስ፡ ምውቅ፧
ለነዳያን፡ ዘረወ፡ ወለምስኪናን፡ በጽድቅ፧
እምዕሥረ፡ እእላፍ፡ ደናሬት፡ ብሩር፡ ወወርቅ፧
እስከ፡ ኢተርፈት፡ ሎቱ፡ አሐቲ፡ ጸሪቅ፡፡

Salutem Dico Johanni Seniori.
Æstu fidei candescenti, & Spiritu Sancto ferventi.
Qui pauperibus & inopibus eleemosynas erogavit.
Ut de viginti millibus denariorum argenti & auri
Non residuus esset ei obolus unicus.

4 ᵉ Alius Johannes ne vestibus quidem suis pepercit; nudus mansit, ut alios vestiret. Enc. VII. May. Od. 2.

ሰ፧ ለዮሐንስ፡ ከመ፡ አብርሃም፡ በጽድቁ፧
እምኈለቍ፡ ከዋክብት፡ በዝኁ፡ ወከመ፡ ኆጻ፡ ባሕር፡ ደቂቁ፧
እንዘ፡ ይጸጉ፡ ምጽዋተ፡ ለእለ፡ ይጽሕቁ፧
አሕለቀ፡ ለብሶ፡ ወኢያትረፈ፡ ለሠቁ፧
እስከ፡ ተረክበ፡ ውስተ፡ ግበ፡ ዕሩቁ፡፡

Salutem Johanni *simili* Abrahamo (*cui ob justitiam suam*
Præ numero stellarum & instar arenæ maris multiplicati fuerunt liberi.)
Erogando stipem poscentibus
Consumsit vestimenta sua omnia, nec reliqui fecit cilicium suum;
Ita ut in spelunca nudus repertus fuerit.

5 Habemus etiam inter Ethnicos egregia erga pauperes munificentiæ exempla. *Cornel. Nepos* de Cimone. *Semper eum pedissequi cum nummis sunt secuti, ut si quis opis ejus indigeret, haberet quod statim daret, ne differendo videretur negare. Sæpe cùm aliquem offensum fortunâ videret minus bene vestitum, suum amiculum dedit.* 5. 4. 2. Sed ubique considerandum, quo animo quove modô eleemosynæ dentur; nam monitum Salvatoris nostri ob oculos habendum: *Attendite ne eleemosynam* Matt. 6. 1.

[Interpres Vulgatæ habet *justitiam*, nimirum in vetustissimo quodam Codice legerat δικαιοσύνην Hebr. צְדָקָה, quæ vox *justitiam & eleemosynam* significat. Hæc lectio antiquior est altera quæ ἐλεημοσύνην habet, quia alterius difficilioris explicatio est, & propterea recentior; difficiliores enim lectiones semper sunt vetustiores.]

faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum qui in cælis est; & paulo post: *Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra quid faciat dextra tua; ut sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* ṽ. 3. 4.

1 N°. XXI. Exempla Sanctorum Æthiopiæ, qui Leones tanquam jumenta frenaverunt.] Plures hoc artificio insignes apud Habessinos repetiuntur, nisi forte pluribus idem nomen sit አባ፡ አንበሳ፡ *Abba* Anbaça i.e. *Pater Leo*, nomen à re fortassis adeptus, commendatur à Poeta Enc. III. Sept. Od. 2.

ሰ፧ ለአባ፡ አንበሳ፡ በፍኖተ፡ ጻማ፡ ወስራሕ፧
ዘይጸዐን፡ ወትረ፡ በዲበ፡ አንበሳ፡ መፍርህ፧
በዘይጽድቅ፡ ብእሲ፡ እስካ፡ ያገብእ፡ ፋትሖ፧
ዓይ፡ ኢያጠፍኦ፡ ወርደተ፡ ዝናም፡ ብዙኅ፧
ለአሳረ፡ ዶመ፡ ቀይሕ፡ ዘሀሎ፡ በኵኵሕ፡፡

Salutem *Abba* Anbaçæ! *in viâ afflictionis & molestiæ* [i.e. in eremo]
Equitanti semper in Leone terribili.

L.III, c.3. N.XXI. *Vt extaret quoddam velut testimonium, quo vir iste justificaretur.*
Nec aqua nec descensus pluviæ multæ extinguit
Vestigium sanguinis ejus rubri, quod extat in rupe.

[Hoc est: Vestigium seu nota sanguinis ejus, quæ in rupe adhuc apparet, testimonium perhibet de innocentia hujus viri.]

Similia narrantur de Abba Samuele in Encomio d. xxvi. Jul. Od. 4. 2

ሰ፤ ለሳሙኤል፡ ለዘኀርያስ፡ ሱታፉ፤
ዘይጼዐን፡ ወትረ፡ ለአንበሳ፡ ገጸም፡ በመታክፉ፤
ለእግዚአብሔር፡ ተቀንየ፡ እንበለ፡ ጽርዐ፡ ለዝሉፉ፤
እስከ፡ ውኅዘ፡ በሰጊድ፡ ክመ፡ ነጠብጣብ፡ ሐፉ፤
ወእስከ፡ ተክዕወ፡ ናላሁ፡ በአንፉ።

Salutem Samueli *Zachariæ socio,*
Qui insedit semper in leonis feri humeris. [tergori]
Domino O. M. servivit sine intermissione indesinenter;
Ita ut inter orandum sudor ejus instar guttarum deflueret,
Et cerebrum ejus tandem per nares ejus effunderetur.

Et in cantico ejus habentur sequentia; Oda 14. 3

ሰ፡ ለእንግድዓከ፡ ማኅደረ፡ ጥበብ፡ ወለባዌ፤
ወለሕፅንከ፡ ሰላም፡ ምስለ፡ አእዳው፡ መንታዌ፤
ንስረ፡ ፋርስ፡ ሳሙኤል፡ እንተ፡ ትትሐደስ፡ ውርዛዌ፤
ነሀ፡ አርአይከ፡ እግዚእየ፡ ኀበ፡ ሀሎከ፡ ህላዌ፤
እንዘ፡ አንበሳ፡ ትጼዕን፡ ወትከይድ፡ አርዌ።

Salutem *pectori tuo, domicilio sapientiæ & prudentiæ,*
Et sinui tuo salutem, *manibusque ambabus.*
Ps. 103. 5. *Aquila Persiæ* Samuel *cujus innovatur juventus.*
Age, monstrasti Domine mi! ubicunque esses,
Quod Leonem equitares & conculcares serpentem.

De *Gebra-Menses-Keddus*, qui & ipse Leonem subegit, mox dicemus N°. XXIII.

N°. XXII. De ascetis rigidissimis apud Æthiopes] Vix puto alibi inter Christianos reperiri, qui ita emacient atque excrucient corpus ac *Monachi* Habessinorum. Frustra prætexitur fervor orandi; quomodo enim attente orare potest, qui corporis cruciatibus affligitur? Ipsi *PP. Societatis* carnificinam hanc corporis proprii passim testantur & detestantur. Rectissimè enim respondent *Ludovico Vrretæ Dominicano*, qui sanctitatis argumentum pro Habessinis tanquam bonis Catholicis inde adstruere conatus est. Verba illorum (y) exscribi merentur: 1 2

Nam he argumento verdadeyro de santidade os grandissimos rigores de penitencia, que em muytos se viram, & vem hoje em dia, porque como diz Sam Epiphanio & *o toca tambem o Evangelho, estes se viram antiguamente nos* Phariseus, & *hoje em dia se vem nos* Jogues *da India*, & *com tudo nam avia naquelles, nem ha nestoutros a verdadeyra justiça* & *santidade. Nos* Phariseus, *porque o faziam por vangloria* & *reputaçaon do mundo, como lhe disse* Christo nosso Senhor: *Nos* Jogues *porque alem de o fazerem pello mes-*

Non est verum argumentum sanctitatis, quòd [Habessinorum monachi] pœnitentiam rigidissimè exerceant, qualis visa fuit olim in multis, & adhuc hodiè cernitur apud illos. Quia sicut dicit S. Epiphanius, & Evangelium quoque indicat, talis rigor olim observabatur in Pharisæis: & hodiè in *Joguis* (z) [Monachis vel Eremitis Ethnicis] *Indiæ*, & tamen neque in illis data fuit, neque in istis datur vera justitia & sanctitas. Non in Pharisæis; quia id faciebant per vanam gloriam & jactantiam coram mundo, sicut illis dicebat *Christus Dominus noster*: Neque in *monachis paganis* Indiæ, qui præter id, quod

mo

(y) *Ex addition: ad Relat. Æthiop. c. 2. p. m. 276. b.* (z) Jogues (Giogi *Dapperus* scribit in *sua Asia Tit. India*, p. 35. Dervvish *Pers.* Fakir, *Pauper. Arab.*) Est genus monachorum mendicantium, austeram, imò insanam & vecordem vitam degentium; & regiones Indicas aspectu horribili pervagantium. De quibus vide *Itineraria*. Pro *Gymnosophistis* veterum à quibusdam habentur; certè reliquiæ illorum sunt.

mo respeito sam infieys. : & alem disso todos esses rigores de penitencia, que em muytos Abexins se vem, pressupposto estarem apartados da Igreia, se devem julgar por illusam do Demonio, que se transfigura em Anjo de Luz, pera por estas apparencias de santidade & milagres falsos, que lhe faz fazer (como tambem per sua operaçam os ha de fazer o Ante-Christo) mais os enganar, & ter seguros em seus erros a elles, & a o misero povo, que os segue, fazendolhe cuidar, que tem verdadeyra fe.

ob eandem causam hoc faciunt, infideles sunt. L. III. c. 3. N. XXII.
Adhæc omnis iste rigor pœnitentiæ, qui in multis Habessinis cernitur, posito *quòd separati sint ab Ecclesiâ, habendus est pro illusione Diaboli*, qui se transfigurat in Angelum lucis, ut sanctitate hac apparente, & falsis miraculis, quæ per illos fieri curat, (qualia etiam operaturus est *Anti-Christus*) ut eos eo magis seducat, & in erroribus suis confirmet tam ipsos, quàm miseram plebem, quæ illos sequitur, ita, ut sibi imaginentur, quòd veram fidem habeant.

3 Sed non opus est verbis, ubi ipsius Christi testimonium in promptu est: *Multi dicent mihi* ait, *in illa die: Domine, Domine! nonnè in nomine tuo prophetavimus: & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis; Quia nunquam novi vos* &c. Proinde contingere potest, ut reverentia Sacratissimi Jesu nominis Cacodæmones fugiant, & tamen pronunciantes illud sint falsi Prophetæ. Matth. 7. 22.

4 Exemplum unum tantùm atque alterum incredibilis abstinentiæ hîc dabimus, de quodam *Luca*. Encom. XV. Decembr. Od. 3.

ሰ፡ ለሉቃስ፡ ዘጸመወ፡ ጸማ፡
በለብሰ፡ ኀጺን፡ ይትጋደል፡ ወይትቃተል፡ ምስለ፡ መስቴማ፡፡
መዋዕለ፡ ጾሙ፡ ሰዱስ፡ ለለ፡ ተፈጸማ፡
ለዕርቅት፡ ከርሡ፡ እንዘ፡ ይሥርዕ፡ ኦቀማ፡
በዕለተ፡ ሰንበት፡ ይበልዕ፡ ፩ ጸኰሲማ፡፡

Salutem Lucæ *qui afflictione semet afflixit*
In veste ferrea [lorica] *luctans, & dimicans cum Diabolo.*
Sextâ quâque feriâ dies jejunii ejus completi fuerunt,
Vacuo ventri suo statuens hunc terminum:
Ut die sabbati (demum) *ederet unicum paximatium* (a).

Hoc est:

[Sex dies jejunâvit, & septimo demum exiguum panem edit.]

5 Zacharias quidam palmulis ternis in alimentum diurnum contentus fuit. Enc. XXX. Decemb. Oda 4.

Latatzunus aliquot folia olerum parcè comedit, unde corpus ejus leve factum est instar venti, Enc. XVII. Jun. Odâ 1.

1 N°. XXIII. Gabra-Menses-Keddus] Vir præcipuæ sanctitatis apud Æthiopes. Non est *Tecla-haimanotus* ut *Godignus* putat (b), nec reddi oportet hoc nomen ገብር፡ Gebr, *Opus*; sed ገብረ፡ Gabr *servus spiritus sancti.* De eo *Poeta meus Encom. V. Mart. Odâ 4.*

ሰ፤ ለከ፡ ገብረ፡ መንፈስ፡ ቅዱስ፡ ረቡኒ፤
ዘአናብስተ፡ ታገኒ፡ ወአራዊተ፡ ታቀኒ፤
እንዘ፡ ኢተኅሥሥ፡ መፍቅደ፡ ሥጋ፡ ወኢተመየጥኒ፤
ትሴስዮ፡ ሠዐር፡ ወትዐርዝ፡ ቈጽለ፡ መንተኒ፤
አናሕሲዮከ፡ ለዓለም፡ ማኅኒ፡፡

Salutem *tibi* Gabra-Menses Keddus *Rabbuni* [magister mi]
Qui leones subigis & dracones domas.
Non quæsivisti voluptates corporales, nec tergiversatus es ullo modo
Vesci oleribus, aut indui foliis arborum;
Adeoque pro nihilo sprevisti mundum corruptorem.

(a) Παξαμάτιον vel παξαμᾶς est panis subcinericius. Reperitur hoc vocabulum, cùm apud Græcos, tum apud Latinos sequioris ævi scriptores. (b) *De Abess. rebus Lib. I. c. 22 p. 135.*

L. III. c. 3. N. XXIII. In hunc sanctum *PP. Societatis* maximè invehuntur, ejusque vitam *decempedalibus fabulis* refertam scribunt, quarum aliquas verè blasphemas refert Sandovallus: (c) *quod colloquia cum SS. Trinitate & Salvatore nostro habuerit.* Superba responsa hujus Sancti, quæ dictus autor narrat, referre horresco, nec putaverim id apud Æthiopes ipsos ullam fidem invenire.

ADDITIO & COMPARATIO
Sanctorum Æthiopiæ cum nonnullis Sanctis Ecclesiæ Romanæ.

Præter istos sanctos Poëta noster in fastis suis metricis multo plures recenset 3
variis miraculis insignes. Cujusmodi sunt:

JEMRAHI sanguis ubi effusus fuit, ibi progerminavit præstantissima vitis. Encom. 19. Octob. 2.

ASCENAFER paralyticum è lecto excitavit. 13. Novemb. 2.

ZACHARIAM Patriarcham, quamvis sanguine illitum, leones devorare nequiverunt. 13. Nov. 4.

SAMUEL, SIMEON, GABRIEL ignem de cœlo descendere fecerunt. 23. Decembr. 4.

JOHANNIS CAMÆ digiti & ungues apparuerunt inter precandum ardentes instar lucernæ. 25. Decembr. 2.

EUSEBIUS à tyranno cremandus ab *Uriele Archangelo* in cœlum sublatus fuit, ubi XIV. annos permansit. 13. Februar. 4.

BEBNUDA in palma suspensus fuit, quæ illa ipsa hora fructus tulit. 20. 4
April. 1.

ARSINOE enecta & excoriata cute mariti sui *Thomæ* tecta resurrexit. 26. Maji. 2.

JOHANNES quidam serpentem ex utero filiæ Regis extraxit. 11. Jul. 1.

DIMADIUS cœcum & paralyticum sanavit. 25. Jul. 14.

MATTHÆUS quidam corpus Saræ à lepra mundavit. 4. Aug. Oda 3.

JUSTA non potuit comburi. 6. Aug. 1.

HERODAM nec pardi nec leones lædere potuerunt. 6. Aug. 4.

JACOBUS Episcopus ex Æthiopia in Ægyptum reversus post sex annos reperit adhuc ignem suum ardentem. 19. Aug. 4.

An similes vel majores Thaumaturgi in Ecclesia Romana reperiantur, Hagio- 5
N. XIX. graphi noverint. Equidem supra retulimus exempla nonnullorum Æthiopiæ Sanctorum, quorum singuli singulos mortuos expergefecerunt: at de *Nicolao de Tolentino narrant M. Ambrosius Frigerus, & Ægidius Albertinus*, quòd ille solus viginti quinque vitâ functos à mortuis resuscitaverit. Sed neque nominant illos, neque testimonia magis fide digna afferunt, ac noster Poeta. Sed & de Petro (d) quodam scribunt, quòd infantem cujusdam Flandri ter in vitam revocaverit.

In passionali Sanctorum (e) modò dictus Nicolaus à singulari abstinentiâ lau- 6
datur. Nam cùm aliquando graviter ægrotaret, vix adduci potuit, ut carnes degustaret. *In morbum relapsus, perdix assata, quæ ipsi pro reficiendis viribus apposita fuerat, ducto super eam crucis signo, resumtis illico pennis rediviva per fenestram avolavit.*

[Ista reperiuntur in libro, cui titulus: *Officia propria Sanctorum ordinis Eremitarum S. Augustini authore* Frid. Hieronymo Valvasorio *Mediolanensi. Denuò edita a Fr.* Nicolao Oliva *Senensi. pag.* 156. & 163.]

Alii scribunt, *duas fuisse perdices assatas, ex quarum una frustulum decerpserit* Nicolaus, *nihilominus illam facto crucis signo remigio alarum sese cum sociâ proripuisse.* Hæc sunt verba istorum autorum. At

(c) *De instaurunda Æthiopum salute, c. 36. §. 8.* (d) Qui fuit Ordinis Prædicatorum; in vita ejus. (e) Part. æstiva p. 14. 6, in dicti Sancti vita.

7 At apud Æthiopes multò felicior fuit Aaron quidam, qui pullos columbarum L. III. c. 3.
assatos ad se advolare fecit. Enc. XXI. Maji. 2. N. XXIII.

ሰ፡ ለአሮን፡ እጓላተ፡ ርግብ፡ ዘአሠረረ፤
ድኅረ፡ በእሳት፡ ተበስሉ፡ ከመ፡ ይኩኑ፡ ድራረ፤ &c.

Salutem Aaroni *qui pullos columbarum advolare* [ad se] *fecit:*
Postquam igne assati fuissent, ut [sibi] *essent pro cœna*, &c.

De *Archita Tarentino* quidem legimus, quòd columbam ligneam fecerit volatilem, sed nunquam assatam.

8 Menas resuscitasse fertur cadaver porci. Enc. XVI. Junii. 1.

ሰ፤ ለቅዳሴ፡ ቤትከ፡ እንተ፡ ተሐንጸት፡ በመርዩጥ፤
በትእዛዘ፡ ንጉሠ፡ ክሉዋ፤
ሚናስ፡ አንቃሕከ፡ በድነ፡ ሐሪውያ፤ - - - -

Salutem *Dedicationi domus tuæ, quæ exstructa fuit in Merjut,*
Mandato Regis potentis,
Mena! (qui) *resuscitasti cadaver porci*, &c.

At de nonnullis bonis Capucinis testatur Valerianus Magnus (f) *quòd bruta quædam animalia* [quorum animæ fortassis cum corporibus non simul perierant] *in levamen pauperum ad vitam revocaverint, inter quæ etiam asinus fuit, qui repentino casu in via interierat*; ut modo dictus Valerianus scribit.

9 Sed nihil hoc est, si *Germanum* spectes, qui *vitulo occiso, & cute ossibusque exceptis jam devorato: nec non asino mortuo vitam restituit, prout legitur in Passionali Sanctorum* (g).

10 *S. Dionysius* capite truncatus aliquantulum temporis ambulavit; quod & Æthiopes de eo tradunt. At præter hunc apud istos Pi-stauri corpus amputato capite visum fuit in urbe Harkel. [Heraclea] Enc. XXVIII. April. 2.

11 *S. Xaverii* corpus post mortem suavem odorem spiravit, testibus PP. Societatis in ejus vita. Idem fecit corpus *S. Sergii* apud Æthiopes. Encom. XIX. Nov. 2.

ሰ፡ እብል፡ ለኤጲስ፡ ቆጶሳት፡ ዘተጋብኡ፤
ከመ፡ ይቀድስዋ፡ ለመካኑ፡
ሰርጊስ፡ አርአየ፡ ዘአርአየ፡ በሥልጣኑ፤
ቀብአ፡ ዕፍረት፡ ጥዑመ፡ ለአንፈ፡ ኵሉ፡ ዘይጼኑ፤
እስከ፡ ዮም፡ ሀሉ፡ ይውኅዝ፡ እምበድኑ፡፡

Salutem *Dico Episcopis, qui catervatim convenerunt,*
Vt inaugurarent ædem
Sergii; *qui tunc ostendit per virtutem suam*
Oleum [instar] *unguenti suaviter naribus omnium olens,*
Quod usque in hodiernum diem è cadavere ejus profluit.

12 Exemplum quidem habemus apud Saracenos, sed viri minime sancti *Abdallæ Filii Zubeiri Muhammedani*, cujus cadaver suspensum per multos dies è patibulo bonum odorem spiravit, sed improbus ille musci librâ sese priùs ingurgitaverat. *De quo Georgius Elmacinus* sic scribit:

وقيل انه شرب رطل مسك وخرج يقاتل وقتل وصلب فكان الناس يشمون رايحة المسك من بدنه اياما كثيرة ☼	*Et dicitur, quòd hausta librâ musci, egressus fuerit ad pugnam. Cùm igitur occisus & suspensus fuisset, olfecerunt homines odorem musci è cadavere ejus dies plurimos.*

(f) *In judicio de Catholicorum regula credendi pag. 298. 299. & 300.* (g) *Parte æstiva Reutlingæ An. 1482. impresso, in dicti Sancti vita.* (h) *Hist. Saracen. Lib. 1. c. 12. anno Hej. LXXI.*

L. III. c. 3. N°. XXIV. De S. Antonio Eremitarum Coryphæo] *Paulus* 1
N. XXIV. equidem præcessit *Antonium* vitæ solitariæ instituto, persecutionis Decianæ metu, ut in *Hieronymo de vita Pauli, & Baronio* (i) pluribus legi potest. Memoria istius *Pauli* habetur in vitis Sanctorum tam Græcis quam Latinis d. XV. *Ianuarii. Antonius* autem formam & leges huic vitæ generi addidit, ob quod non solùm toto vitæ suæ tempore à Constantino M. (k) in summo honore habitus fuit, verùm etiam apud Æthiopes, ut vitæ monasticæ institutor, summopere laudatur. De eo Poëta sic cecinit. Enc. XXII. Jan. 1. 2

ሰ፡ ለብሕታዊሁ፡ እንበለ፡ ሕጸጽ፡ ወንትጋ፤
ውስተ፡ ናሕስ፡ ከመ፡ ዖፍ፡ ወበቤት፡ አምሳለ፡ ጉጋ፤
ብእሴ፡ ሰማይ፡ አንጦንስ፡ ወመልአከ፡ ምድር፡ በጸጋ፤
ለቤተ፡ ብለኔ፡ እንዘ፡ ያስተሬኵስ፡ ሕጋ፤
መዋዕለ፡ ሕይወቱ፡ በማይ፡ ኢተሐፅበ፡ ሥጋ።

Salutem *Solitariæ tuæ vitæ sine decremento,* [perpetuæ]
Ps. 102. 7. 8. *Dum habitasti in tecto sicut avis, & in domo instar nycticoracis.*
Vir cælestis Antoni! *& Angele terrestris secundum gratiam!*
Balneorum impurum damnans morem
[Per] *dies vitæ suæ aquâ non lavit corpus.*

Similia de eo tradit *Sozomenus* dicto capite XIII.

Ἐλαίου τε τῆς ἀλοιφῆς, καὶ λουτρῶν καὶ τῶν παραπλησίων τῆς χρήσεως ἀπεστρέφετο.	*Unguentorum & balneorum similiumque rerum usum aversatus est.*

Vixit tempore Diocletiani & Maximiani. Celebratur memoria ejus d. XVII. 3
Januarii in fastis Græcis & Romanis. Plura de eo habentur apud Baronium (l) ex quibus apparet, quòd Constantini M. tempore (ut diximus) floruerit; adeoque consistere non possunt, quæ Eutychius Patriarcha (m) habet, quasi Juliani Apostatæ tempore vixerit.

Successores ejus አስኬማ፡ *Schema* (per quod habitum Angelicum intelligunt) 4
gerunt; quò & Coptitarum Antistites utuntur, اسكيم *Askem* vocant. De quo novus autor memorat: (n) *Religiosos seu Monachos, qui habitu isto utantur, longe austeriore vita uti, neque cum fæminis conversari, aut earum confessiones audire, aut tempore Missæ thuris suffitum illis facere licere; seque misisse exemplum istius panni* [nam revera nihil aliud est] *in Bibliothecam Regiam Lutetiam Parisiorum.*

N°. XXV. Æthiopes qui Novum Testamentum Romæ 1
impresserunt, malè à quibusdam eruditis pro MARONITIS habiti fuerunt] Ludovicus de Dieu in Appendice ad Evangel. Matthæi Novi Testamenti Æthiopici repetiens, quòd impressor illius Tesfa-Sion, Christianos lectores his verbis obtestetur:

ዝክሩነ፡ በጸሎትክሙ፡ ቅዱሳት፡ ለአኀዊክሙ፡ ተስፋ፡ ጽዮን፡ ማለሓዘ፡ ለተንሣአ፡ ወልዶ፡ ወለዘሥላሴ፡ ለጴጥሮስ፡ ጳውሎስ፡ ወለበርናርዶን፡ እስመ፡ ኵለነ፡ ደቂቀ፡ ለአቡነ፡ ተክለ፡ ሃይማኖት፡ ዘደብረ፡ ሊባኖስ።	*Memores estote nostrum in orationibus vestris sanctis scil. fratrum vestrorum* Tesfa Sionis Malhesini: *Tensea-VValde: & Zaslasei: Petri Pauli, & Bernardini, quoniam omnes nos filii* [sumus] *patris nostri* Tecla-Haimanoti *monasterii* Mons Libani [dicti].

Nescivit ተስፋ፡ ጽዮን። ተንሣአ፡ ወልዶ። ዘሥላሴ። ተክለ፡ ሃይማኖት። esse nomina propria virorum: ደብረ፡ ሊባኖስ፡ *Mons Libani* verò monaste- 2
rium Æthiopiæ præcipuum; & propterea illa tanquam appellativa plane ἀγνώστως ita vertit: *Memores estote nostri in precibus vestris sanctis fratrum vestrorum exspectantium* spem resurrectionis filii *& ternarii* Petri, Pauli, & Bernardini; *nam omnes nos filii* Abu-[na]

(i) *Ad ann. Christi* 253. n. 113. (k) *Teste Sozomeno lib.* 1. c. 13. (l) Anno Christi 328. num. 7. & seqq. (m) In Annal Alexandr. p. 485. (n) Wansleb in Historia Ecclesiæ Alexandrinæ cap. XVIII.

na *ſumus plantæ fidei* montis Libanon. Ex his concluſit doctiſ. ille vir, *quòd Maronitæ fuerint de monte Libano.* L. III. c. 4. N. XXVI.

3 Paulò meliùs hic locus redditur à *Waltono* (o) quamvis & ipſi nomen ዘሥ ላሴ *Zaslaſeus* & monaſterium *Libanos* ignotum fuerit: *Memores eſtote*, inquit, Tespha-zion *Melzazo*: [ſic malè legit] Tanſavvald: *& ternarii* Petri, Pauli & Bernardini; *ſumus enim nos omnes filii* Tecla-Haimanot *montis Libani.* Idem contigit doctiſſimo *Hottingero*, qui (p) ad hunc ipſum locum incongruè ſcribit: *In fine Evangelii Matthæi Æthiopicè Romæ impreſſi* Plantas fidei montis Libanon ſeſe appellant; *Maronitæ ergo vocari poſſunt.* Confer quæ de nominibus propriis Habeſſinorum ſignificativis non ſine cauſa ſcripſimus in Hiſtoria noſtra Lib. IV. c. 3. §. 2

COMMENTARIUS

Ad Lib. III. Cap. IV.

N°. XXVI. Verſio S. Scripturæ Æthiopica unde facta ſit]

1 Scribunt *PP. Societatis in epiſtolis annuis* (q) *quod novem illi Sancti, quorum ſupra mentio facta eſt, S. Scripturam ex Arabica in Chaldaicam* [i. e. Æthiopicam linguam] *tranſtulerint.* Reperiuntur etiam carmina, quæ de verſione librorum, [ut puto] ſacrorum ex Arabica in Ærhiopicam linguam factâ teſtantur. Sic enim Poeta meus de *Abba-Salama* Encom. XXIX. Auguſt. Odâ 5. N. XVIII.

ሰ፤ ለከ፡ ለዐፀ፡ ሃይማኖት፡ ሥርዌ፤
ትእዛዘ፡ ኦሪት፡ ወወንጌል፡ እንተ፡ ዲቤከ፡ ተክዕዉ፤
ሰላማ፡ ዝክርከ፡ ከመ፡ በኀቤነ፡ ነዋ፤
በከናፍሪከ፡ ምዑዛት፡ እምዐዛ፡ ከርቤ፡ ወዐልዌ፡
እምኔ፡ ዐረቢ፡ ለግዕዝ፡ መጻሕፍት፡ ተዐልዉ።

Salutem *tibi O Arboris fidei radix!*
In te præcepta Legis & Evangelii effuſa fuerunt;
Salama! *Ecce memoria tua apud nos adhuc viget.*
Quia per labia tua ſuavitate myrrhæ & aloës ſuaviora
Ex Arabica in Æthiopicam linguam libri tranſlati fuerunt.

2 Idem reperitur in *Martyrologio Æthiop. Mſſto. Bibliothecæ Seguierianæ* his verſibus.

ሰ፤ ለአባ፡ ሰላማ፡ ለመጽሐፍ፡ መተርጕማ፤
እምዐረቢ፡ ለግዕዝ፡ ዘይፈክር፡ እንዘ፡ ይቀስማ፤
ጳጳስ፡ ዘኢትዮጵያ፡ ወአዋኪቢያ አድያማ፡
በመንፈስ፡ ቅዱስ፡ በእዴሁ፡ ሐተማ። (r)

Salutem Abba-Salamæ Codicis interpreti!
Quem ex Arabica in Æthiopicam [linguam] compilando expoſuit.
Metropolita fuit *Æthiopiæ*, cujus fines illuminavit,
Per Spiritum Sanctum manu ſuâ cruce ſignans eam.

Fateor me hîc non parùm hærere; equidem Sacram Scripturam hic intelligi veriſimile eſt, quia መጽሐፍ፡ vel መጻሕፍት፡ *Libri* κατ' ἐξοχὴν de libris Sacris accipi
3 ſolent; ſicuti βίβλια *Biblia* Græco vocabulo eodem ſenſu vocantur. Attamen Æthiopica tam veteris quàm Novi Teſtamenti verſio, quæ in Europa habetur, ex Arabica lingua nullo modo facta dici poteſt. Pentateuchus Mſſt. Pſalterium, & quotcunque libri Biblici impreſſi extant, contrarium planè evincunt. Omnes enim Græcam maximè

(o) *In Proleg. Bibliorum Polyglott. Anglicorum n. XV. §. 12.* (p) *In Topogr. Eccleſ. c. 5. §. 4. p. 129.*
(q) *De annis 1607. & 1608. c. 15. p. 58.* (r) ሀተበ aliàs propriè ſignificat benedictionem ſigno crucis,

L.III. c. 4. mè *Codicis Alexandrini* versionem (cujus variantes lectiones in Bibliis Polyglottis
N. XXVI. Anglicis reperiuntur) presse & κατὰ πόδα sequuntur. Ordo capitum Exodi xxxvi.
& seq. eodem modo observatur. Numeror. Cap. xxvi. versus 15. 16. 17. 18. æque
ac in Alexandrino exemplari, suo loco omissi, post versum 27. reperiuntur. Quæ 4
omnia in Arabica versione se aliter habent. Græca animalium Lev. XI, & Deut. XIV.
plantarum, gemmarum, aliarumque rerum difficiliorum vocabula præcisè retinentur:
Hebraica autem in Græca lingua non exposita, & hic ἀνερμήνευτα reperiuntur;
4. Reg. 12. ex. gr. ቤዴቅ፡ ex Hebr. בדק *Bedek* Ruptura; መስፈተም፡ משפתים *Caulæ, septa*
7, 12. *pecudum*, quæ in versione Græca Βεδὲκ, Μασφαθαΐμ (s) deprehenduntur, (t) mi-
Jud. 5, 16. nimè in Arabica. Hinc firmiter inferri potest, quòd translatio Æthiopica non
ex ista, sed ex Græca potiùs concinnata fuerit. Neque verisimile mihi videtur, autores supra citatos per prolepsin quandam ita locutos fuisse, quòd scirent ex Ægypto
ad se venisse Biblia, ubi, Græcâ diu obsoletâ, Arabica lingua, cum illi id scriberent,
obtinebat. Quibus omnibus bene consideratis asserendum censeo, per libros sa- 5
cros ex Arabica lingua in Æthiopicam translatos non *Biblia*, sed *Constitutiones & Canones*, qui *Apostolorum* nomine apud Æthiopes æque ac apud nos veniunt, intelligi
debere. Nam & hos S. Scripturæ, speciatim Novo Testamento accenseri diximus
§. 27. in historia nostra hoc capite. Etenim in his Canonibus vestigia quædam Arabismi ob-
servare mihi videor; ut cùm in libro Conciliorum legitur አውግስጥርያ፡ ዘአፍሪ
ቂያ፡ *Auxaria Afrikia* i. e. *Africa*; nam افريقية *Afrikia* dicunt Arabes non Græci.
N. 30. Porro titulus octoginta & unius Canonum (quem infra Arabicè referemus) ita se
habet, ut translatio Æthiopica ex Arabica lingua facta videatur, id enim vocabulum
አብጥሊስ፡ *Abtelis*, totusque contextus arguit.

Sed hac ratione incertissimum manet; Primò: *Quis verus autor fuerit Æthiopicæ* 6
Bibliorum versionis? Poëta *Salamam* habet: alii *novem* illos sanctos (u) viros alibi à nobis
N. 18. memoratos. Deinde, *quis ille Salama fuerit?* Metropolita Æthiopiæ vocatur, & tanquã Christianæ Religionis instaurator describitur; quod soli *Frumentio* competit, qui
alio nomine *Salama* dictus fuit. Num verò iste, (cui soli moles, & instruendæ & ordinandæ Ecclesiæ Æthiopicæ incumbebat) in primordio prædicationis suæ tantum
otii habuerit, ut ipse sacros Scripturæ libros Æthiopicè redderet, meritò dubitaveris.
Vlphilam quidem *Gothorum Apostolum* in sua lingua id præstitisse legimus, unde rursus
probabile evadit, Frumentium inter primas Episcopatus sui curas hanc quoque habuisse, ut Neophytis suis *Biblia* vernaculè traderet, cum Ecclesia sine scripturis esse non
possit. Sed de Arabica lingua vanũ esset id asserere, quia S. Frumentii tempore *Arabica*
S. Scripturæ versio nondum extabat (x), nec lingua ipsa ante Muhammedis tempora
ullius pretii erat.

Multò magis consentaneũ arbitror *Novem* illos *sanctos*, Christianismi in Æthiopia 7
propagatores, Biblia Græca Æthiopicè reddidisse, idque distributá inter se operâ; diversos enim Bibliorum interpretes fuisse in historia nostra ex gemmarum nominibus
(y) demonstravimus. Plura talia exempla dantur, ubi S. Scripturæ vocabula
difficiliora in diversis libris non uno modo redduntur, ut Μῆλα μανδραγορῶν *Mandragoræ* in Genesi c. 30. 14. 15. exponuntur ኮል፡ ሐቅል፡ *Poma agrestia*, at Cant. 7. 14.
ዕንጕቶት፡ incertæ significationis vocabulum ponitur. Ex quo cognoscimus non 8
unum istius versionis autorem esse. In tantis igitur difficultatibus, priusquam
ipsos Æthiopum libros inspiciamus, & autorum ætatem atque autoritatem cognoscamus, nihil certi definire poterimus. Multis sine dubio distinctionibus ad conciliandaista dubia opus erit; nimirum quòd *Frumentius* solum *Novum Testamentum* vel saltem *Evangelia*: *Novem* verò *Sancti reliquos libros Biblicos* ex Græca lingua: Alii recentiores autem *Collectionem Canonum*, quos illi ሲኖዶስ፡ *Synodos* vocant, ex Arabica lingua

(s) In Aldina & Complutensi editione reperitur hoc vocabulum non in Romanâ. (t) Plura exempla habes supra l. n. 106. §. 3. & n. 110. ubi Græca, neutiquam verò Arabica vocabula in Æthiopica versione retinentur. (u) Testibus Pp. Societatis in Epist. supra allegata cap. 15. p. 58. (x) Videlicet circa annum trecentesimum quadragesimum vel quinquagesimum. Id claré demonstrat *Br. Waltonus* in Prolegom. Biblior. Polyglottorum, cap. XIV. §. 17. p. 96. b. (y) Hoc cap. §. 6. Confer Lib. I. n. 109.

gua transtulerint, inter quos fortassis alius quidam *Salama* fuit, qui causam errori dedit. L.III.c. 4. N.XXVII.

Postremò non negamus *diversas Bibliorum versiones* in Æthiopia extare, ut mox N. XXVIII. dicemus; nullo tamen modo nobis persuadere possumus, aliquam recentiorem ex Arabica lingua factam fuisse. & XXVIII.

1 N°. XXVII. De novi Testamenti Æthiopici editione Romanâ] Diximus in Historia nostra editionem hanc ex manco & mutilo exemplari Romæ Anno 1548. factam esse. Ipsi Æthiopes hoc fatentur in Epilogo Actorum Apostolicorum. Verba eorum in historia nostra allegata hîc repetere necesse habemus; ut de eorum genuino intellectu disseramus:

ዝንቱ፡ ግብረ፡ ሐዋርያት፡ ዘይበዝኅ፡ ተተርጐመ፡ በሮምያ፡ እምልሳነ፡ ሮማይስጢ፡ ወጽርእ፡ ለግእዝ፡ በእንተ፡ ሀጸበ፡ አብ።	Ista acta Apostolorum (*ajunt*) maximam partem translata sunt Romæ è lingua Latina & Græca in Æthiopicam, propter defectus protographi.

Ex quo scilicet impressionem fecerunt. Æthiopes enim *protographum* vocant አብ፡ *patrem: Apographum* verò ወልድ፡ *Filium*, tanquam ex priori genitum; quæ Scaliger non intellexit. Hæsitationem ejus ex manu propria inter Mssta. illius vi-
2 di. Itaque putavit totum novum Testamentum Æthiopicum Romæ noviter translatum fuisse, ac eam ob rem iniquissimum de eo judicium tulit (z). *Acta sanè Apostolorum*, inquit, *quæ Romæ edita sunt, ex vulgari Italico in linguam* ግእዝ፡ *conversa esse, tametsi is, qui edidit, non testatus esset, tamen ex innumeris locis id & puero colligere haud difficile fuerit.* Sed propterea rectè reprehenditur à Doctiss. Waltono, qui (a) scribit: *Temeraria & injusta videtur Iosephi Scaligeri de hac versione, quam vix satis in-*
3 *tellexit, censura*, cum scribit: *pessimâ fide eorum libros traductos esse* &c. Neque tamen Waltonus sensum eorum verborum assecutus est; sic enim § XI ea incongruè reddit: *Iste actus Apostolorum*, [sic legitur] *cujus Romæ multæ sunt translationes, Latinæ Græcæque conformem fecimus* (vel contulimus) *exemplari Æthiopico patris causâ.* Alioquin vir iste doctissimus de editione hac satis bene disserit, quem consulere potes. d. l.

4 Gregorio meo editio illa minimè placebat, propter innumera, quibus scatet, menda. Ea agnovit editor ipse *Tesfa-Sionus*, sed excusavit se pluribus (b), *quòd typographiæ imperitus, typothetæ autem linguæ ignari fuerint, & quòd se invicem juverint*
5 *sicut cæcus cæcum.* Inter alia Gregorius notabat: quòd Matth. I 18 pro ዮሴፍ፡ ምታ፡ *Ioseph maritus ejus* [scil. Mariæ] in Msl. Patriæ suæ extet ዮሴፍ፡ ፈሓሪሃ፡ *Ioseph sponsus ejus*. Planè sic reperi in Mss Bibliot. Regiæ, at in Mss. Seguieriano ምታ፡ erasum, & pro eo ፈሓሪሃ፡ asscriptum erat; ex quo collegi correctionem novam: illam verò lectio-
6 nem verè antiquam esse. Deinde verba Christi in cruce ex Ps. 22. in impresso codice sic leguntur ኤሎሄ፡ ኤሎሄ፡ ለማ፡ ሰበቅተኒ፡ Elohe, Elohe, lamma Sabakatani. Matth. 27. Quod in Msstis Bibliothecæ Seguierianæ etiam sic legitur. At in alio Mssto ejusdem 46. Bibliothecæ, ut & in Biblioth. Regia in Mss. Matth. & Marci legitur ኤሎሄ፡ ኤሎሄ፡ ኤልማስ፡ አብቅተኒ፡ Elohe, Elohe, Elmàsabektani. Quæ eodem planè modo reperiuntur in Mssto Precationum Æthiopicarum; ex quo tutò asserere possumus duas diversas versiones Novi Testamenti in Æthiopia extare. Vide infra Num. XXXV. in fine.

N°. XXVIII. Quod Æthiopes S. Scripturam integram ha-
1 beant: & quinam Libri Biblici in Europa extent] Libros Biblicos Æthiopum eorumque divisiones & nomina in Historia nostra hoc capite descripsimus. Quæ etiam olim cum Hottingero communicavimus, qui ea Bibliothecæ suæ Orientali inseruit. Habessinos Biblia integra habere testantur etiam *PP. Societatis* (c) de uterino Regis fratre *Rassela-Christo* narrantes:

(z) In dissert. ad Comput. Æthiop. L. 7. p. m. 682. (a) Proleg. Biblior. Polyglott. Num. xv. §. 10. Num. 3. (b) Statim in titulo Novi Testamenti Æthiopici. (c) In sæpè allegatis epistolis cap 12. p. 46.

L. III. c. 4. XXVIII. *Folgou muito saber, que nossas Escrituras sam em tudo as suas.* Et paulo post: *Elle as vai lendo cada dia.* | Lætabatur multum, intelligens nostra Biblia eadem prorsus esse cum suis; quæ quotidie legebat.

Diximus etiam hoc capite: quòd Æthiopes primum Bibliorum suorum to- 2
mum vocent *Octateuchum*. Id à Græcis veteribus habent, qui eodem modo illum vocaverunt. *Photius* (d) de Theodoreto, *qui scripsit* ἐξήγησιν εἰς τὴν Ὀκτάτευχον; &c. *Exegesin in Octateuchum*; & de Procopio: (e) *Scholas Exegeticas edidit in Octateuchum*, &c.

Ut autem lectores sciant, quinam libri Æthiopici in Europa extent cùm impressi tùm Manuscripti; Catalogum eorum hîc damus:

Impressi Libri Biblici. 3

1. *Quatuor priora Capita Geneseos*: duo priora cum versione Latina: & duo sequentia sine eâ. Annexa reperiuntur ad *Prophetam Ionam*, quem Theodorus Petræus edidit; de quo infra.
2. *Liber Ruth* Æthiopicè & Latinè. Lugd. Bat. 1660.
3. *Psalterium* primò Æthiopicè tantum Romæ Ao. 1513. deinde Coloniæ Ao. 1518. cum Ebraica, Græca & Latina linguâ à *Ioh. Potkenio* editum, qui Æthiopicam linguam ibi malè vocavit Chaldaicam.
4. *Canticum Canticorum cum aliquot hymnis Biblicis*. Romæ cum Psalterio. Nam 4
in codicibus manuscriptis semper conjuncta reperiuntur; quod in omnibus, quos in Europa vidi, observavi. Idem Canticum Lugduni Bat. additâ Arabicâ linguâ, cum indocta Nisselii versione impressum extat, Lugd. Bat. 1656.
5. *Prophetia Ioelis* cum Harmonia vocum Hebraicarum & Arabicarum in margine. Th. Petræi. Ao. 1661.
6. *Prophetia Ionæ* cum *adagiis* & *sententiis* nonnullis Æthiopicis Ejusdem Ao. 1660.
7. *Prophetia Sophoniæ*; Nisselii Ao. 1660.
8. *Vaticinium Malachiæ* cum versione Latina interlineari, & septem prioribus commatibus cap. LVI. Esaiæ per Th. Petræum. Lugd. Bat. 1661.
9. *Novum Testamentum* Æthiopicè tantùm. Romæ 1548 & 1549. Idem denuò im- 5
pressum fuit *Londini* in Opere Polyglotto, retentis mendis veteribus, & novis superadditis, multis etiam in locis interpolatum, quia hiante & mutilo exemplari usi fuerunt editores. At de ordine librorum Novi Testamenti sciendum, alium apud Æthiopes observari quàm apud nos. Post Evangelium S. Johannis statim reperitur *Apocalypsis* ejusdem, cum *Epistolis Canonicis Iacobi, Petri, Iohannis* & *Iudæ*. *Acta Apostolica* seorsim habentur. *Epistolæ Paulinæ quatuordecim*, computata simul *epistola ad Hebræos* uno plerumque tomo, ut apud alios Orientis Christianos separatim comprehenduntur, ut viris doctis, qui antiquissimas membranas viderunt, notum est. Quam ob causam etiam Æthiopes Epistolas Paulinas seorsim impresserunt, ideoque in paucis exemplaribus Novi Testamenti Æthiopici reperiuntur.

Manuscripti in Europâ habentur 6

1. *Pentateuchus*, cujus Apographum ex benevolentia Ludovici Piques D. & Socii Sorbonæ possideo. Protographum autem vidi Romæ in ædibus Habessinorum.
2. *Iosua*, quem & ego possideo.
3. *Liber Iudicum*.
4. *Ruth*.
5. *I. & II. Samuelis*; aliàs I. & II. Regum.
6. *I. & II. Regum*; aliàs III. & IV. Regum.
7. *Esaias* Propheta.

Quatuor magnis voluminibus continentur, quæ, referente Gregorio, à Regibus Æthiopiæ olim Hierosolymam missa fuerunt, quique nomina sua inscripserunt, nempe *Gebra-Meskel*, *Isaacus*, & *Zer-a-jacobus*. Inde Romam in hospitium Habessinorum, istis

(d) In Biblioth. Cod. 204. (e) Idem num. 206.

istis autem fato functis, ut audivi, in *Bibliothecam Vaticanam* translati fuerunt. In L. III. c. 4. qua multi alii Codices Mss. habentur, quorum Catalogum amicus quidam mihi XXVIII. misit; Et sunt sequentes:

7 *7. Psalterium cum annexis supra dictis.*
8. Novum Testamentum.
9. Quatuor Evangelia seorsim.
10. Epistola S. Pauli & Petri.
11. Duæ Epistolæ Petri, duæ Iohannis, una *Iudæ*, una *Pauli ad Hebræos.*
12. Apocalypsis & *officium B. Virginis.*

Cæterum Æthiopes varias habere versiones Bibliorum supra innuimus. h. c. n. 26. Nam *Pentateuchum*, cujus modo mentionem feci, in aliquot locis discrepare animadverti à Codice Mss. Bibliothecæ Seguierianæ. §. 9. Quin & *Evangelia Matthæi & Marci* in Bibliotheca Regis Galliæ extantia plurimùm differunt ab impressis, ut vix versus unus cum altero conveniat; nam paraphrasis magis est quam versio.

13. Opuscula aliquot Clementis Romani cum Conciliis quibusdam generalibus.
14. Synodus Nicæna.
8 *15. Liturgiæ quamplurimæ variis codicibus comprehensæ.*
16. Homiliæ nonnullæ.
17. Devotiones diurnæ & nocturnæ.
18. Computus temporum Ecclesiasticus, cum homilia Isaaci de excitando amore divino & contemtu mundi.
19. Alius Computus Ecclesiasticus.
20. Institutiones monasticæ.
21. Catechismus sive instructio fidei Christianæ.

Historia Eustathii monachi Æthiopis. Hic fortassis est notissimus ille apud Habessinos Ordinis monastici restaurator, miraculis clarus, de quo supra hoc libro c. 3. n. 19. §. 2.

22. Doctrina secreta. Fortassis est መጽሐፈ: ምስጢር: cujus in historia nostra mentionem fecimus h. cap. §. 46.

23. Martyrium S. Sebastiani cum aliis similibus.

9 *24. Encomium & laus omnium Sanctorum* metricè. Poema hoc esse puto à nobis sæpius allegatum, cujus titulus genuinus est: *Encomium cælestium & terrestrium incerti autoris*; quod ipse possideo.

25. Varii codices precum.

26. Precationes quas Gregorius ጸሎት: ርቀት: vocabat. Est libellus iste superstitiosus toties in Europa repertus, portentosa illa nomina continens, de quibus in Historia nostra Lib. III. c. 4. §. 51.

Non quidem mihi nominatus fuit ab amico Codex ille conciliorum magnus in membrana pulchrè scriptus, cujus N. XXX. mentionem faciemus. Extare autem in Bibliotheca Pontificia nullus dubito.

10 Post Bibliothecam Vaticanam in Bibliotheca Seguierianâ Lutetiæ Parisiorum plures quam uspiam alibi Libri Æthiopici reperiuntur. Catalogum eorum rogantibus hæredibus ipse feci, sed loco gratiarum actionis ne quidem apographum ejus mihi concedere voluerunt, insolitâ aliàs apud Gallos inurbanitate. Igitur quorum recordari possum, sequentes sunt:

1. Genesis in 4to.

2. Fragmenta Iobi & Danielis in uno codice. Jobus incipiebat c. 2. v. 1. *Et venit quoque Satan inter eos.* Sed liber hic confusè erat compactus; post fragmenta enim Danielis à cap. X. his verbis: *Anno tertio Cyri* incipientia, rursus sequebatur pars quædam ex Jobo & Daniele.

3. Sex vel septem Codices Psalterii. In omnibus *Canticum Canticorum cum hymnis Veteris Testamenti* inveniebatur, ut supra indicavimus. Uni additus erat *Computus Ecclesiæ Æthiopicæ.*

 4. Quæ

L. III. c. 4. 4. *Quatuor Evangelia bis, unum in folio & alterum in 4to. majore* (ut vocant) *varia* 11
N. XXIX. *versionis.* Majus enim exemplar conveniebat cum Codice impresso: minus vero cum Manuscripto Matthæi & Marci Bibliothecæ regiæ. Notabile erat, quod in majori vox ምት፡ : Matth I. 18. *Maritus* [Mariæ] deleta, neque tamen in ejus locum alia substituta esset. Uni exemplari addita erat *Tabula Concordantiarum Orientalibus consueta, cum epistola Eusebii ad Cyprianum.*

5. *Acta Apostolorum.*

6. *Quatuordecim Epistolæ Pauli bis, atque cum illis Epistola ad Hebræos.*

7. *Septem Epistolæ Canonicæ bis.*

h. 5. §. 27. Diximus in historia nostra, Æthiopes suum Codicem ሲኖዶስ፡ *Synodus* dictum, qui Constitutiones & Canones supra dictos continet, Novo Testamento tanquam novellas quasdam accensere. Id verò non ex suo ingenio fecerunt, sed unum & alterum antiquorum Patrum præeuntem habuere. Sic enim *Johannes Damascenus* (f) scribit: 12

Παύλου Ἀποστόλου ἐπιστολαὶ δεκατέσσαρες: Ἀποκάλυψις Ἰωάννου Εὐαγγελιστοῦ; Κανόνες τῶν ἁγίων ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος.	*Pauli Apostoli Epistolæ quatuordecim: Apocalypsis Johannis Evangelistæ: Canones SS. Apostolorum per Clementem.* &c.

Quapropter rectè à Baronio reprehenditur (g), *quòd recensendo Libros Canonicos post Apocalypsin inconsultè nimis addiderit Canones*; ut mòdo retulimus. Fortassis etiam in corrupto Codice Athanasii repererunt Æthiopes, quòd eos inter Hagiographa referat. Hoc enim affirmat *Sixtus Senensis* (h). Cùm tamen in Synopsi ab illo citata, quam nos habemus, nulla istorum canonum fiat mentio, fortè à prudentioribus jam expuncta. 13

N°. XXIX De Canonibus Apostolorum in Æthiopia receptis hoc numero acturi eramus; cùm autem reperiantur in Codice Conciliorum Æthiopico, de quo numero sequente dicturi sumus, eò tractationem omnem distulimus: nunc tantùm acturi de *Canonibus Nicænis supernumerariis*, apud Coptitas Arabicè & apud Habessinos Æthiopicè extantibus, quos *apocryphos* esse diximus, 1
3. 2. n. 17. & uno exemplo de *Prælato Æthiopiæ* falsos demonstravimus. Ante *Alphonsum Pi-*
§. 6. *sanum* & *Franciscum Turrianum* nemo eorum mentionem fecit. Nec in Europa visi fuerunt, antequam eos *P. Baptista Romanus* ex Ægypto Romam afferret. Si acta Concilii Nicæni adhuc extarent, facilè detecta fuisset istorum Canonum suppositio. Sed ea deperdita esse Baronius meritò conqueritur (i), nam ex quatuor Conciliis generalibus solius Chalcedonensis acta integra superesse, & *somnia putat ea omnia, quæ Turrianus de iis in Ægypto adhuc superstitibus asseveraverit.* Quæ cum à Baronio verè & prudenter ita dicantur, incauta & vana prorsus deprehenditur provocatio anonymi (k) ad hos Canones pro *primatu* Pontificis Romani. Sic enim loquitur: *Illud omninò tacendum non est, Æthiopum beneficio conservatos fuisse S. Synodi Nicænæ Canones, quos Romana Ecclesia tanta diligentia perquisivit, in quibus de primatu Ecclesiæ Romanæ etiam ex decreto Sanctorum Apostolorum ab illis doctissimis & optimis Patribus clarissimè & apertissimè disponitur.* Canon est trigesimus septimus, qui de Patriarchis Orbis Christiani agens primum locum assignat Romano, de quo nemo dubitat; simulque Patriarchæ Alexandrino *parilem potestatem tribuit in Diœcesi Alexandrina, quam habet Romanus in Romana*; & tamen Wanslebius hoc vocat *un excellent temoignage de la primanté de l' Eglise Romaine*, hoc est: *Excellens* scilicet *testimonium primatus Ecclesiæ Romanæ.* Quæ si non majus neque præstantius haberet quàm Coptitarum & Æthiopum, de autoritate & primatu suo non multum gloriari posset. Sed Ecclesia Latina hos Canones nunquam agnovit. Reperiuntur Tom II. Concil. pag. 318. Ex Arabica lingua Latine redditi fuerunt ab Abrahamo Ecchelensi. Edit. Paris. Labbæi & Gabr. Cossartii. Ao. 1671.

No. XXX.

(f) De Fide Orthodoxa Lib. IV. cap. 18. (g) Anno Christi 102. num. 10. (h) In Biblioth. sancta Lib. 2. in Clemente. (i) Ad ann. Christi 325. num. 56. & 57. (k) Præfatione Latina Nov. Testamenti Æthiopici.

1 N°. XXX. De Codice Conciliorum & Canonum Æthiopico.] L. III. c. 4. N. XXX. h. c. §. 31.
Magnus iste Codex, cujus in Historia mea & Num. XXVIII. mentionem feci, quem ipse Romæ in hospitio Habessinorum vidi, & manibus meis tractavi, nunc in Bibliotheca Vaticana sine dubio asservatur. Quanquam eum in Catalogo suprà memorato non repererim, ut ibi monui. Certissimum Ecclesiæ Æthiopicæ monumentum est, à Rege Zera-Jacobo approbatum; qui epistolam suam ad Monachos Æthiopicos Hierosolymis degentes præfixit, cujus tenor sequens est: §. 9.

በስመ፡ አብ፡ ወወልድ፡ ወመንፈስ፡ ቅዱስ፡ ፩ አምላክ፡፡
በኵሉ፡ ልብየ፡ ዘኪያሁ፡ አመልክ፡፡ (አሰምክ፡፡
በኵሉ፡ ኀይልየ፡ ወበኵሉ፡ ነፍስየ፡ ወበኵሉ፡ ሕሊናየ፡ ዘቦቱ፡
ዘአኀዘ፡ በሰንሰለ፡ አምልኮቱ፡ ዘኢይትበተክ፡፡
ዘቦቱ፡ እሐዩ፡ ለዝሉፉ፡ ወኢይትሀወክ፡፡ (1)

In nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti unius Dei,
Quem ex toto corde meo adoro:
Cui ex totis viribus meis, & ex tota anima mea & ex tota mente mea innitor:
Cui devinctus sum vinculo sacri cultus ejus quod non rumpitur:
In quo vivo, & in æternum non commovebor.

ተጽሕፈት፡ ዛቲ፡ መልእክት፡ ው
2 ስተ፡ ዛቲ፡ መጽሐፈ፡ ሲኖዶስ(m)፡ አ
ምንበኒ፡ ዘርአ፡ ያዕቆብ፡ ወስመ፡
መንግሥትነ፡ ቈስጠንጢኖስ፡፡
እምአመ፡ አንበረኒ፡ አምላክ፡ እ
ስራኤል፡ በብዝኀ፡ ምሕረቱ፡ ዲበ፡
መንበረ፡ መንግሥተ፡ ኢትዮጲያ፡ በ፰
ዓመት፡ እንዘ፡ ሀሎኩ፡ ውስተ፡ ሀ
ገረ፡ ሲዋ፡ እንተ፡ ትሰመይ፡ ተጉለት፡
ትብጻሕ፡ ኀበ፡ ፍቁራንየ፡ ማኅበረ፡
ቅዱሳን፡ እለ፡ ይነብሩ፡ ውስተ፡ ኢ
የሩሳሌም፡ ሀገር፡ ቅድስት፡ በሰላ
መ፡ እግዚአብሔር፡ አሜን፡፡
አስተበፅዐክሙ፡ ፈድፋደ፡ ቀደ
3 ሚ፡ ኮንክሙ፡ ዉውዋነ፡ ለቃለ፡ ወ
ንጌል፡ ዘይቤ፡ ዘኢኀደገ፡ አባሁ፡ ወ
እሞ፡ ወብእሲቶ፡ ወውሉዶ፡ ወገራ
ውሂሁ፡ ወኵሎ፡ ዘቦ፡፡ ወበእንተ
ዝ፡ ኀደግሙ፡ ዓለመ፡ ወፆርክሙ፡ ው
ስቱ፡ አርዑተ፡ ምንኵስና፡፡ ወደገመ፡
ዉወወክሙ፡ ቃለ፡ ነቢይ፡ ዘይቤ፡፡ ኢ
ይበውእ፡ ውስተ፡ ጽላሎተ፡ ቤትየ፡
ወኢየዐርግ፡ ውስተ፡ ሀሬተ፡ ምስ
ካብየ፡፡ ኢይሁቦን፡ ንዋመ፡ ለአዕ
ይንትየ፡ ወኢድቃስ፡ ለቀራንብትየ፡፡
እስከ፡ አረክብ፡ መካነ፡ ለእግዚአ
4 ብሔር፡ ወማኅደረ፡ ለአምላከ፡ ያዕ
ቆብ፡፡ ወበእንተዝ፡ አጥባዕክሙ፡
ለነጊድ፡ ኢየሩሳሌም፡ ሀገረ፡ ለንጉ
ሥ፡ ዐቢይ፡፡ እንዘ፡ ኢትፈርሁ፡ ም
ንዳቤ፡ ፍኖት፡ ሐሩረ፡ መዓልት፡ ወ

Inscripta est hæc epistola huic libro Canonum per nos ZERA-JACOBUM, & nomen regni nostri (*est*) CONSTANTINUS.

Ex quo posuit me (n) DEUS Israelis secundum multitudinem misericordiæ suæ in solio regni ÆTHIOPIÆ octavo anno, cum essem in provincia *Sevva* [Shoæ regni] quæ cognominatur *Teglet*, [ut] perveniat ad dilectos meos, *Collegium Sanctorum*, qui commorantur Hierosolymis urbe sanctâ, in pace Domini Amen.

Beatos vos prædico valdè; primò enim devincti estis verbo Evangelii, quod dicit: *Qui non dereliquerit patrem suum, aut matrem suam, aut uxorem suam, aut liberos suos, aut agros suos, aut omne quod est ei.* Quapropter reliquistis mundum & subiistis jugum *monachatus*. Et iterum devinxit vos verbum Prophetæ dicentis: *Non intrabo in tabernaculum domus meæ, neque ascendam in lectum cubilis mei: Non dabo somnum oculis meis, neque soporem palpebris meis: donec reperiam ædem Domini & habitaculum Dei Iacob.* Ideoque decrevistis proficisci *Hierosolymam* urbem Regis magni, non timentes incommoda itineris: æstum diei, & frigus Luc. 14. 26. Psal. 131. 3.

Pp 3 ቍረ፡

(1) *Rhythmi* sunt planè ἄῤῥυθμοι, quales epistolis suis tanquam insigne ornamentum præmittere solent, ut monuimus supra Lib. II. N. XIII. §. 3. (m) Græcum vocabulum est Σύνοδος *Synodus*. Quo pacto illi *Collectiones Canonum* vocare solent. (n) Modò in *singulari*, modò in *plurali* de se loquitur Rex iste in hac Epistola.

L.III. c. 4. ቍረ፡ሌሊት፤ወቀትለ፡ፈያት፡፡ወሶ
N.XXX. በ፡በጻሕክሙ፡ ህየ፡ ተፈጸመ፡ ላ
ዕሌክሙ፡ዘተብህለ፡በነቢይ፡፡ ንበ
ibid. v. 7. ውእ፡ እንከሰ፡ ውስተ፡ አብያቲሁ፡
ወንሰግድ፤ ውስተ፡ መካን፡ ኀበ፡ ቆ
ማ፡እግረ፡እግዚእነ፡፡ ወከፈለክሙ፡
ክሙ፡ ትአምኁ፡ መካናቲሁ፡ ቅዱ
ሳተ፤ እመካነ፡ ቍጽረቱ፡ እስከ፡ መ
ካነ፡ ዕርገቱ፡፡ ወበእንተዝ፡ አነሂ፡
እትአመን፡ በጸሎትክሙ፡ ወበኵ
ሉ፡ ምንደቤክሙ፡ በእንተ፡ ፍቅረ፡
አምላክ፡ ዘበጽሐክሙ፡፡ እምሠ
ርወ፡ ልብየ፡ እኤምኀክሙ፡ እንዘ፡
እብል፡ ሰላም፡ ለክሙ፡ ደቂቀ፡ ኢ
ትዮጵያ፡ ዘዐወወተክሙ፡ ኢየሩሳ
ሌም፡ ምድራዊት፡ከመ፡ታብጽሐ
ክሙ፡ ኀበ፡ ኢየሩሳሌም፡ ሰማያ
ዊት፡፡

ሰላም፡ ለሃይማኖትክሙ፡እንተ፡
በሠላሴ፡ ፍጽምት፡ ወለምንኵስ
ናክሙ፡ አምሳለ፡ መላእክት፡፡

ሰላም፡ ለአእጋሪክሙ፡ እለ፡ ኬ
ዱ፤ ወለአእዳዊክሙ፡ እለ፡ ጐድጐ
ዱ፡ ወለከናፍሪክሙ፡ እለ፡ ሰዐሙ፡
በከመ፡ ፈቀዱ፤ ወለአዕይንቲክሙ፡
ነጽሩ፡ እለ፡ አገሀደ፡ ገሊላሃ፡ ኀበ፡
ተሰብአ፤ ወቤተ፡ ልሔምሃ፡ ኀበ፡ተ
ወልደ፡ አምላክ ፡ ነሢኦ፡ ዘዚአነ፡
ጠባይዐ፤ወጎልሃ፡ ኀበ፡ሰከበ፡ ወተፀ
ንገዐ፡ናዝሬትሃ፡ ኀበ፡ ተሐፅነ፡ ወዮር
ዳኖስሃ፡ ኀበ፡ ተጠምቀ፡ ከመ፡ ያን
ጽሐነ፤ቆሮንቶስሃ፡ ኀበ፡ ጾመ፡ በእ
Luc. 23.33. ንቲአነ፤ቀራንዮሃ፡ ኀበ፡ ተሰቅለ፤ከ
መ፡ ይቤዝወነ፤ ወጎልጎታሃ፡ ኀበ፡ ተ
ቀብረ፡ ወተንሥአ፡ከመ፡ ያሕይወነ፤
ደብረ፡ ዘይትሃ፡ ኀበ፡ ዐርገ፡ እ
ምህየ፡ ኀበ፡ አቡሁ፡ አምላክነ፡
ከመ፡ ያብአነ፡ ውስተ፡ ውሳጤ፡
መንጦላዕት፡ አርያማዊ፡ ኀበ፡ ቦ
አ፡ ለሊሁ፡ ወአብአ፡ ሐዋርያተ፡ዘ
እምቅድሜነ፤ ጽርሐ፡ ጽዮንሃ፡ ኀ
በ፡ ወረደ፡ ጰራቅሊጦስ፡ ኀበ፡ ሐዋ
ርያት፡ አበዊነ፡፡

ወሰላም፡ ካዕበ፡ ለአዕይንቲክ
ሙ፡እለ፡ ነጸሩ፡ ብርሃነ፡ዘይወፅእ፡

noctis: neque cædes latronum. Et cum
pervenissetis eò, impletum fuit in vobis,
quod dictum fuit per Prophetam: *Ingre-
diemur igitur in domum ejus, & adorabimus
in loco, ubi steterunt pedes Domini nostri*; &
contigit vobis, ut salutaretis [osculo] loca
ejus sancta à loco nativitatis ejus, usque ad
locum ascensionis ejus. Quocirca ego 5
quoque confido precibus vestris, & omni
afflictioni vestræ, quæ propter amorem
DEI contigit vobis. Ex imo pectore
meo saluto vos, dicens: *Salutem vobis O
Filii Æthiopiæ*, quos devinxit sibi *Hieroso-
lyma terrestris*, ut perducat vos *in Hiero-
solymam cælestem.*

Salutem dico fidei vestræ, quæ in Trini- 6
tate perfecta est, & Monachatui vestro
[quiest] instar angelorum.

Salutem pedibus vestris, qui ambulant: 7
& manibus vestris, quæ pulsant: *& la-
biis vestris*, quæ osculantur, prout de-
siderant: *& oculis vestris*, qui liberè
aspiciunt *Galilæam*, ubi incarnatus fuit:
& Bethlehemum, ubi natus fuit *DEUS*
assumens nostram naturam, *& antrum*
ubi jacuit, & parieti accubuit: *Naza-
retham*, ubi educatus fuit: & *Jorda-
nem*, ubi baptizatus fuit, ut mundaret
nos: *Corontum* (o), ubi jejunavit pro
nobis: *Cranium*, [locum] ubi crucifi-
xus fuit, ut redimeret nos: & *Golga-
tham*, ubi sepultus fuit, & resurrexit, ut
vivificaret nos: *Montem olivarum*, ubi
ascendit hinc ad Patrem suum DEUM
nostrum, ut introduceret nos in inte-
rius velum supremi cœli, ubi ingressus
est ipse & introduxit *Apostolos*, qui an-
te nos [fuerunt]: *Oratorium* (p) *Sio-
nis*, ubi descendit Paracletus ad Apo-
stolos Patres nostros.

Et salutem quoque oculis vestris, qui 8
conspiciunt lumen (q) egrediens ex se-

እም

(o) Sic dici putant Æthiopes desertum, ubi Christus à Satana tentatus fuit Matth. 4. (p) Vel si malis *cœnaculum Sionis*. Hoc illud conclave est, quòd Copti vocant علية صهيون. υπερῶον. Conclave superius (der Saal) ubi Apostolos congregatos fuisse credunt. Vide quæ notavimus supra ad Confess. Fid. Claud. Reg. Comm. II. 6.29.8. lit. O. (q) نور *Lucem* vel *Lumen* vocant Orientales; Latini *ignem sanctum* vulgò appellant, quem Orientales omnes, *Græci, Armenus, Syri, Coptita & Abessins* de cœlo descendere credunt, eumque per aliquot horas in Vigilia Paschatos circa sanctum sepulchrum insano strepitu discursantes expectant. Cùm igitur Monachus quidam, plerumque *Habessinus*, qui solus in sanctum sepulchrum immittitur, accensa lampade sua descendisse illum testatus fuerit, tunc omnes catervatim accurrunt, lampades suas accendunt, iisque tam viri quàm fœminæ detestabili superstitione abutuntur. Deridentur propterea à *Latinis & Turcis* qui tumultum hunc cum risu spectant, quem deflere oporteret. Fusè de eo scribit *Thevenot. voyage Or. Lib. II. c. 43. & Roger. In Terra Santa Lib. III. de* Græcis *c. 7. p. 391.*

እመቃብሪሁ፡ ለእግዚእነ፡ በቀዳሚ
ት፡ ሰንበት፡ ዘውእቱ፡ መኅትወ፡
ፋሲካነ፡፡ ሰላምክሙ፡ ወፍቅርክ
ሙ፡ ጸሎትክሙ፡ ወበረከትክሙ፡
የሀሉ፡ ምስሌየ፡ ለዓለመ፡ ዓለም፡
አሜን፡፡
9 ናሁ፡ ፈነውኩ፡ ለክሙ፡ ዘንተ፡
መጽሐፈ፡ ሲኖዶስ፡ ከመ፡ ትትናዘ
ዙ፡ ባቲ፡ በቀዳሚት፡ ሰንበት፡ ወበ
እሑድ፡ ከመ፡ ይኩነኒ፡ ተዝካረ፡ በ
ኀቤክሙ፡ ለዓለመ፡ ዓለም፡ አሜን፡፡
10 ይእዜኒ፡ ሠራዕኩ፡ ለክሙ፡ ኣነ፡ ዘ
ርአ፡ ያዕቆብ፡ ወስመ፡ መንግሥትየ፡ ቈ
ስጠንጢኖስ፡ እምአመ፡ አንበረኒ፡ እ
ግዚአብሔር፡ ዲበ፡ መንበረ፡ መንግሥ
ት፡ እምአመ፡ ነገሥኩ፡ በ፰ ዓመት፡ ም
ድረ፡ ዘብላ፡ ወእመንፈቃ፡ ዘያወፅ
እ፡ ገብረ፡ በ፪ ዓመት፡ ፻ ሐለቀ ወርቅ፡
ከመ፡ ይኩኖሙ፡ ሲሳዮሙ፡ ወአልባ
ሰ፡፡ ወሀብኩ፡ ለማኅበረ፡ ኢየሩሳ
ሌም፡ ከመ፡ ይኩኑኒ፡ ለተዝካርየ፡ ወ
ለተዝካረ፡ እግዚእትየ፡ ማርያም፡፡
ወገብሩ፡ በዓለ፡ ለባሕቲትየ፡ አመ፡ ፩
ለግንቦት፡ ልደታ፡፡ አመ፡ ፳ወ፩ ለ
ጥር፡ ዕረፍታ፡፡ አመ፡ ፲ወ፮ ለነሐሴ፡
ፍልሰታ፡፡ ወበዓለ፡ ወልዳ፡ እግዚ
እነ፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ፡ አመ፡
፳ወ፱ ለታኅሣሥ፡ በዘተወልደ፡ ወ
ገብሩ፡ በቤተ፡ ልሔም፡፡ ወበዓለ፡
ፋሲካ፡ ዝውእቱ፡ ትንሣኤ፡ ሞቱ፡
ግበሩ፡ ወኵሎ፡ አዕያደ፡ ማርያም፡
ፋሲካ፡ ዝውእቱ፡ ትንሣኤ፡ ሞቱ፡
ማሕየዊት፡፡ ወካዕበ፡ አክብሩ፡ ኵ
ሉ፡ በዓላቲሃ፡ ለእግዝእትነ፡ ማርያ
ም፡ ዘሀሉ፡ ውስተ፡ መጽሐፈ፡ ተአ
ምራሃ፡ ፴ወ፪፡፡
11 ወዓዲ፡ ከመ፡ ታኅትዉ፡ ሊተ፡ ቀ
ናዲለ፡ ውስተ፡ መቃብረ፡ እግዚእነ፡
፩፡ ወበውስተ፡ አናቅጺ፡ ዴዴሁ፡ ፩፡
በየማኑ፡ ፩፡ ወበፀጋሙ፡ ፩፡ ወበኀበ፡
ግንዘቱ፡ ፫፡ ወበኀበ፡ ርእየቶ፡ መግደ
ላዊት፡ ፩ ኀበ፡ ሀይከል፡ ዘዚአነ፡ ፫፡
ወካዕበ፡ ኀበ፡ ዝንቱ፡ ለእግዚእትነ፡
ማርያም፡ በጌቴሴማኒ፡ ፫፡ ኀበ፡ ተወ
ልደ፡ እግዚእነ፡ በቤተ፡ ልሔም፡ ፩
ወበኀበ፡ ዓርገ፡ እግዚእነ፡ ውስተ፡ ደ
ብረ፡ ዘይት፡ ፩፡፡ ከመዝ፡ አኅትዉ፡
በንዋየ፡ ዘአየ፡ ወትረ፡ ወኢታብጥ
ሉ፡ ወኢትደምሩ፡ ንዋየ፡ ካልእ፡፡
እስመ፡ አነ፡ እኁዝ፡ በኀብለ፡ ፍቅር
ክሙ፡ ጸሎትክሙ፡ ወበረከትክሙ፡

pulchro Domini noſtri priſco Sabbato [i. e. Judæorum] ſcil. in Paraſceve *Paſchatis* noſtri. *Pax veſtra & dilectio veſtra, & oratio veſtra & benedictio veſtra ſit mecum in ſecula ſeculorum, Amen.* L. III. c. 4. N. XXX.

Ecce miſi vobis hunc *librum Synodorum*, ut conſolationem percipiatis ex eo in priſco Sabbato (r) & die dominica, ut fiat mei mentio apud vos in ſecula ſeculorum, *Amen.*

Nunc igitur deſtinavi vobis Ego ZERA-JACOB (& nomen regni mei CONSTANTINUS ex quo poſuit me DEUS in throno regni à tempore regiminis mei *octavo anno*) terram *Zebla*, & dimidium ejus quicquid ex ea provenict tributi in duobus annis, nempe centum uncias auri, ut ſit illis victus & amictus. Dedi *conventui Hieroſolymitano* ut ſit in memoriam mei, & in memoriam *Dominæ meæ Mariæ*, & celebrate feſtum unicæ [cariſſimæ] meæ ſcil. *Nativitatis ejus* primo die Maji, *Obitus ejus* die 21. Januarii. *Tranſlationis ejus* [in cœlum] die 16. Auguſti (s). Feſtum autem filii ejus *Domini noſtri IESV Chriſti* d. 29. Decemb. (†) quo *natus fuit* & [quidem] celebrate *Bethlehemi*. Et Feſtum *Paſchatis*, nimirum vivificæ reſurrectionis ejus à morte. Porro etiam celebrate omnia *feſta Dominæ noſtræ Mariæ*, quæ ſunt in libro *miraculorum ejus* [numero] *triginta duo.*

Præterea, ut accendatis mihi lampades; in *ſepulchro* Domini noſtri unam: & in *veſtibulo* ejus unam, & in *dextra* ejus unam, & in *ſiniſtra* ejus unam, & apud *Cenotaphium* ejus tres, & ubi vidit eum *Magdalena* unam, & in *ſacello* noſtro tres. Atque etiam apud monumentum Dominæ noſtræ *Mariæ in Gethſemane* tres; ubi natus fuit Dominus noſter *Bethlehemi* unam, & ubi aſcendit Dominus noſter in *Monte olivarum* unam. Hoc modo accendite [eas] ſumtibus meis ſemper, nec interire ſinite, nec admiſcete opes alterius, quia ego innexus ſum vinculo amoris veſtri. *Oratio veſtra & benedictio veſtra*

የሀሉ፡

(r) i. e. Sabbato Vet. Teſtam. quod ſimul cum die dominica obſervant, ut ſupra docuimus Lib. III. c. 1. n. 9. & 10. (s) Hi dies ita reperiuntur in *Menologio Æthiopico*, ſed diſcrepant cum traditione Eccleſiæ Romanæ, ut infra in Calendario notabimus, Lib. III. c. 6. num. 66. (†) Coincidit cum noſtro XXV. Decemb.

L.III. c. 4. N.XXX.

የሀሉ፡ ዘለፈ፡ ምስሌየ፡ ለዓለመ፡ ዓለም፡ አሜን፡	*sit semper mecum in secula seculorum Amen.*
አፍቁራንየ፡ ኢትበሉ፡ ለበሕቲትነ፡ ይወርድ፡ ብርሃን፡ ከመ፡ ኢይኩን፡ ትምክሕት፡ ላዕሌክሙ፡፡ እስመ፡ አንትሙ፡ ታአምሩ፡ ትምክሕት፡ ዘየመጽእ፡ እኩያተ፡ ወትሕትና፡ ዘየመጽእ፡ ሠናያተ፡ ሰላም፡ ለክሙ፡ ወሰላመ፡ እግዚአብሔር፡ የሀሉ፡ ምስሌክሙ፡ አሜን፡፡	*O dilecti mei! ne dicatis. ad nos tantùm descendit lux*, ne sit gloriatio vana in vobis. Quoniam vos ipsi nostis, *gloriationem afferre mala: humilitatem verò afferre bona.* Pax vobis & pax Domini sit vobiscum, *Amen.* (t) 13

Sequitur nunc contextus ipse & Exordium
magni illius Codicis.

በስመ፡ አብ፡ ወወልድ፡ ወመንፈስ፡ ቅዱስ፡ ፩ አምላክ፡፡	In nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti unici Dei. 14
ድምራን፡ ሲኖዶሳት፡ ዘሀሉ፡ ውስቱ፡ ዝንቱ፡ መጽሐፍ፡፡	Canones summatim computati, qui reperiuntur in hoc libro, sunt:
ሲኖዶስ፡ ዘሀሠርቱ፡ ወ፪ ሐዋርያት፡ - - - - ፻፳ወ፯፡፡	*Canones duodecim Apostolorum numero.* - - - - - *CXXVII.* (u)
ሲኖዶስ፡ ዘአቡሊድስ፡ ሊቀ፡ ጳጳሳት፡ ዘሮሜ፡ - - - ፴፰፡፡	*Canones Abulidis i. e.* Hippolyti (x) Patriarchæ Romani - - *XXXVIII.*
ሲኖዶስ፡ - - - ዘ፫፻፲ወ፰፡፡	*Canones CCCXVIII.* [Episcoporum] (y).....
ሲኖዶስ፡ ዘጉባኤ፡ እንቅራ፡ ፳፭፡፡	*Canones* Concilii Ancyrani - - - *XXV.*
ሲኖዶስ፡ ዘጉባኤ፡ ቂሳርያ፡ ፲ወ፭፡፡	*Canones* Concilii Neo-Cæsariensis *XV.*
ሲኖዶስ፡ ዘጉባኤ፡ ግንግራ፡ - ፳፡፡	*Canones* Concil. Gangrensis *XX. nobis XXI.*
ሲኖዶስ፡ ዘጉባኤ፡ ቂሳርያ፡ ፹ወ፬፡፡	*Canones* Concilii Cæsareensis *XXCIV.*

[Istud procul dubio corrigendum & scribendum ኒቅያ፡ Nicæni; ut intelligantur LXXXIV. Canones illi apocryphi, de quibus paulò ante differuimus N. XXIX.]

ሲኖዶስ፡ ዘቅዱስ፡ ባስሊዎስ፡ ፻ወ፮፡፡	*Canones* Sancti Basilii - - - - *CVI.*
ሲኖዶስ፡ ዘቅዱስ፡ ዮሐንስ፡ አፈ፡ ወርቅ፡ - - - - ፲ወ፯፡፡	*Canones* Sancti Johannis Chrysostomi - - - - *XVII.*
ሲኖዶስ፡ ዘጉባኤ፡ ቍስጣንጥንያ፡ - - - - - ፹ወ፫፡፡	*Canones* Concilii Constantinopolitani - - - - *XXCIII.*
ወኍልቆሙ፡ - - - - ፬፻፷፡፡	*& summa* eorum - - - *CCCCLXX.*
በከመ፡ ኍለቁ፡ አናቅጽ፡፡	Juxta numerum capitum seu summariorũ.
ስብሐት፡ ለእግዚአብሔር፡ ለዝሉፉ፡ ለዓለመ፡ ዓለም፡ አሜን፡፡	Gloria [sit] DEO O. M. semper, & in secula seculorum Amen.

Ista ex descriptione Wanslebii planè vitiosa & imperfecta, quia Concilia *Ephesinum Oecumenicum*, deinde *Antiochenum*, *Laodicenum*, & *Sardicense*, quæ tamen Æthio- 15

(t) Epistolam hanc manu *Gregorii*: sequentia verò manu *Wanslebii* descripta accepi, quæ cum alicubi ab excerptis meis è *Magno Codice* factis discrepare animadverterim, dubito quodammodo, num ille ex eodem vel ex alio quodam Codice, ni fallor, *Florentino* descriptionem suam fecerit, vel negligentior in scribendo fuerit. (u) Nimirum primò 71. deinde 56. faciunt. 127. (x) Sic solent Æthiopes nomina peregrina secundum suas formas corrumpere. Hippolytus iste diem suum habet in Fastis Æthiopicis quinto Februarii, qui est xxx. in Calendario Romano; Canones ejus infra referemus, & de eo pluribus differemus. (y) Scil. Nicææ in Concilio Oecumenico congregatorum, sed summa Canonum in Apographo meo non reperitur.

Æthiopes habent, & in Codice illo reperiuntur (z) omissa sunt. Deinde *numeros Canonum* oportet esse mendosos, cum iis enim summa *quadringentorum* & *septuaginta Canonum* non concordat. L. III. c. 4. N. XXX.

Recensentur nunc *Constitutionum Apostolicarum* capita sive summaria, parùm artificiosè concepta, ut brevi dicetur.

16 በስመ፡ አብ፡ ወወልድ፡ ወመንፈስ፡ ቅዱስ።

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

ንቀድም፡ በረድኤተ፡ እግዚአብሔር፡ በሠናይ፡ ኅብረት፡ በጽሕፈተ፡ ሲኖዶስ፡ ዘአበው፡ ሐዋርያት፡ ቅዱሳን፡ ዘሠርዑ፡ ለአርትዖ፡ ቤተ፡ ክርስቲያን፡ ቅድስት።

Exordiamur auxilio DEI omnipotentis bono ordine descriptionem *Canonum Patrum Apostolorum* sanctorum, quos constituerunt ad ordinandam *Ecclesiam* sanctam.

አኅብሮተ፡ ሲኖዶስ፡ ዘአበው፡ ሐዋርያት፡ ኅሩያን፡ ላዕለ፡ መርሐ፡ ግብረ፡ አናቅጽ፡ ወላዕሌሃ፡ ኍልቍ፡ ከመ፡ ይቀልል፡ አውፅኦ፡ ትእዛዝ፡ ወፍትሕ፡ በውእቱ፡ ፍጡነ፡ ወላዕለ፡ ኵሉ፡ ምቅዋም፡ ኍልቍ፡ አናቅጽ፡ ወይእቲ፡ ፻፳ ወ፯ አናቅጽ፡ በኍልቍ።

Collectio Canonum (a) *Patrum Apostolorum* electorum secundum indicem capitum supra [seu juxta] quem numeri [positi sunt] ut eò faciliùs & celerius reperiatur *Statutum*, seu *decretum* ipsum. Etenim dispositio numerorum illorum eadem est, quæ capitum; sunt autem *CXXVII.* (b) *capita* numero.

17 ወበሲኖዶስ፡ እምኔሃ፡ ዘቤተ፡ ክርስቲያን፡ ዘወሀቡ፡ ሐዋርያት፡ በእደ፡ ቀሌምንጦስ፡ ዘለአኩ፡ ቀዳሚ፡ ወይእቲ፡ ፶ ወ፮ አናቅጽ።

Deinde sequuntur *Canones Ecclesiastici*, quos tradiderunt *Apostoli* per *Clementem*, eosque miserunt primo, & sunt *LVI. capita*.

ቀዳሚ፡ ክሥታተ፡ ሲኖዶስ፡ ዘሐዋርያት፡ ቅዱሳን፡ ፸ ወ፩ አናቅጽ።

Initio autem quasi prolegomena *Canonum Apostolorum* sanctorum sunt *LXXI.* (c) *capita*.

18 ፩፡ ቀዳሚ፡ ዘክር፡ አስማቲሆሙ።

1. *Primum* [est] Commemoratio nominum illorum. [*scil.* Apostolorum].

፪፡ በእንተ፡ ተዛለፈተ፡ ዘይነብብ፡ ዘኢመፍትው፨ በእንተ፡ አፍቅሮተ፡ እግዚአብሔር፡ ወአፍቅሮተ፡ ቢጽ።

2. De correctione ejus, qui loquitur id quod non decet. De amore DEI, & dilectione proximi.

፫፡ በእንተ፡ ዘትጸልእ፡ ለርእስከ፡ ኢትግበር፡ ለካልእከ።

3. De eo quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

፬፡ በእንተ፡ ትእዛዛት።

4. De præceptis [*scil.* Decalogi & affinibus]

፭፡ በእንተ፡ ገሥጽ፡ ወምህር፡ እምዐት፡ ወቅንአት፡ ወቍጥዐ፡ ይትዐቀቡ።

5. De dehortatione & doctrina [ut fideles] ab ira & invidia & indignatione sibi caveant.

19 ፮፡ በእንተ፡ ከመ፡ ኢትኩን፡ ፈታዌ።

6. Ne sis concupiscens.

፯፡ በእንተ፡ ከመ፡ ኢትኩን፡ ነባቤ፡ እኩይ።

7. Ne sis locutor pravi.

(z) Ex relatione *Gregorii* in Hist. Æth. 3. 4. 32. id docuimus, nisi planè ex alio exemplari, quàm quod Gregorius habuit, descriptionem suam fecerit W*anslebius*, quod omnino suspicor. (a) Ad imitationem Græcorum, qui vocant *συναγωγὴ τῶν κανόνων*, sic appellantur. (b) Nimirum LXXI. qui hic recensentur: & LVI. qui sequuntur, faciunt CXXVII. (c) Sic nos correximus pro LXXII. quod erat in apographo; nam 56. & 71. faciunt CXXVII. *Summa* horum capitum *bis* reperitur in antecedentibus.

L.III. c. 4 N.XXX.

፰: በአንተ:ከመ:ኢትበል:በትእምርት:ወበሬእየ:ኮከብ:ወበመሀንስባን:ወበዘይመስሎሙ፡፡	8. Ne prædicas [futura] ex *portentis*: nec per *Aſtrologiam*: nec per *hariolos*: neq per *ea*, quæ his ſunt ſimilia.
፱: በአንተ:ከመ:ኢትኩን:ሐሳዌ:ወኢመፍቀሬ:ወርቅ:ወኢተወዱዶ:በከንቱ፡፡	9. Ne ſis mendax, nec cupidus auri, neque gloriæ vanæ.
፲: በአንተ:ዘይሜህር:ቃለ:እግዚአብሔር:ወኮነከ:ሕይወተ:ታክብሮ:ወትሴስዮ:እምጻማከ፡፡	10. De eo, qui docet verbum Dei, & eſt tibi [occaſio] vitæ (d) ut honores eum & ſuſtentes eum de labore tuo (e).
፲፩: በአንተ:ከመ:ኢትገበር:ፍልጣን:አላ:አስተሳልም:ምስለ:እለ:ይትባአሱ፡፡	11. Ne facias diſſidium, ſed potius pacem fac inter illos, qui inter ſe diſſident. 20
፲፪: በአንተ:ከመ:ኢትፃሥሥ:ምጽዋተ፡፡	12. Ne quæras [petas] *eleemoſynam* (f).
፲፫: በአንተ:ሢመተ:ኤጲስ:ቆጶሳት፡፡	13. De Ordinatione *Epiſcoporum* (g).
፲፬: በአንተ:ሢመተ:አናጕንስጢስ፡፡	14. De Ordinatione *Anagnoſtarum* [*i.e.* Lectorum].
፲፭: በአንተ:ሢመተ:ዲያቆናት፡፡	15. De ordinatione *Diaconorum*.
፲፮: በአንተ:መዓስብ፡፡	16. De *viduis* (h). 21
፲፯: በአንተ:ዲያቆናት:ከመ:ይኩኑ:ገባርያነ:ምክር:ሠናይ፡፡	17. De *Diaconis*, ut ſint executores boni conſilii.
፲፰: በአንተ:ትእዛዝ:ሕዝባውያን፡፡	18. De præcepto [pro] *Laicis*.
፲፱: በአንተ:ተዝካር:ከመ:ቍርባን:ሥጋሁ:ለክርስቶስ:ወዘመትሉሁ፡፡	19. De commemoratione quòd *panis Euchariſticus* [ſit] corpus Chriſti, & quæ ſequuntur.
፳: በአንተ:ከመ:ኢመፍትው:ለአንስት:ይትመነብሓ:እንዘ:ይቀውማ:እስመ:አልቦን:መልእክት:[ዘእንበለ:] ለነዳያን : ወ[በአንተ]ፍቅር:ወዘይመስሉ፡፡	20. Quod non deceat *mulieres* gloriari [in Eccleſia] ſtantes, quia illis non eſt miniſterium [niſi pro] pauperibus. Item, de Charitate Chriſtiana, & ſimilia.
፳፩ በአንተ:ሢመተ:ኤጲስ:ቆጶሳት:ወሥርዐተ:ቍርባን፡፡	21. De ordinatione *Epiſcoporum*, & ritu *Euchariſtia*. 22
፳፪ በአንተ:ሢመተ:ቀሳውስት:፡	22. De ordinatione *Presbyterorum*.
፳፫: በአንተ:ሢመተ:ዲያቆናት፡፡	23. De ordinatione *Diaconorum* (i).

[Hucusque poſſidemus ſtatuta ipſa, quæ mox Lectori dabimus. Sequentia capita additionibus noſtris ſupplebimus, ut ſenſus eorum eò magis elucescat; idque ex recenſione Gallica Wanslebii Hiſt. Eccleſiæ Alexand. Lib. V. c. 1. cujus ſignum eſt litera W.]

፳፬ በአንተ:እለ:አምኑ:ወይትኴነኑ:በአንተ:ስመ:ክርስቶስ:ይኩኖሙ:ሥርዐተ:ዲያቆን፡፡	24. De *Confeſſoribus*, qui condemnantur propter nomen Chriſti [ut] contingat illis ordinatio Diaconi (k).
፳፭: በአንተ : አቅሞ : መዓስብ፡፡	25. De conſtitutione [ſeu ordinatione] *viduarum*.
፳፮: በአንተ:አናጕንስጢስ:ወደናግል:ወንፍቀ:ዲያቆናት፤ወበአንተ:ጸጋ:ወፈውስ፡፡	26. De *lectoribus* & virginibus, & *Subdiaconis*. Item de gratia vel dono ſanandi; [ſi quis dicat, quòd iſtud habeat]. 23

(d) i. e. cui vitam ſpiritualem debes. (e) i. e. de fructu laboris tui. (f) Hoc caput malè conceptum eſt; etenim nihil tale de *Eleemoſyna* in textu reperitur, tantùm hortatur ad benefaciendum. (g) Eadem capita infra recurrunt in Canonibus 21. 22. 23. & n. 53. quorum alii de ordinationis ritu, alii de moribus Ordinandorum agunt, tam parùm accuratè iſta tractatio & diſpoſitio ſe habet. (h) *Fœminis* in Eccleſia miniſtrantibus. (i) Confer ſupra Can. 21. 22. 23. & infra 53. (k) h. e. ut ordinentur Diaconi vel presbyteri ſine impoſitione manuum.

፳፯፡ በእንተ፡ ሐዲሳን፡ ሕዝብ፡ እለ፡ ወበኡ፡ ይባኡ፡ ውስተ፡ ሃይማኖት፡ ወምግባር፡ ዘይደሉ፡ ይትገሐሡ፡ እምኔሁ።

27. De *Neophytis*, qui nuper accesse- L.III.c.4.
runt ad religionem Christianam [*i. e.* de N.XXX.
Catechumenis] & de operibus, à quibus decet eos abstinere (l).

፳፰፡ በእንተ፡ ካልእ፡ ሕዝብ፡ እው፡ ዘይከውን፡ ሐራዊ፡ እምእመናን፡ አው፡ ረአዬ፡ ኮከብ፡ አው፡ መሠርይ፡ ወዘይመስሉ፡ ይሰደዱ።

28. De aliis hominibus (m) aut si quis è fidelibus *miles* factus fuerit, aut *Astrologus*, aut *Magus*, aut similis istis, pellatur [Ecclesiâ].

፳፱፡ በእንተ፡ ዕቅብት፡ ወእመቦ፡ ዘአስተደንገፀ፡ ፍትሐ፡ ለዘይደሉ።

29. De *Concubinâ* (n). Item si cuipiam retardavetimus judicium [præmium] quòd ei competebat.

፴፡ በእንተ፡ ጊዜ፡ ሰሚዐ፡ ነገር፡ እምድኅረ፡ ምግባር።

30. De tempore audiendi verbum [Dei] post opus factum (o).

24 ፴፩፡ በእንተ፡ ጸሎቱ፡ ለዘ፡ ይሰምዕ፡ ወተአምኆ።

31. De oratione ejus, qui audit [Catechismum] & de salutatione mutua [per oscula] (p).

፴፪፡ በእንተ፡ አንብሮ፡ እደ፡ ላዕለ፡ ንኡስ፡ ክርስቲያን።

32. De impositione manuum [χειροθεσία] super novos Christianos [*i. e.* Catechumenos] (q).

፴፫፡ በእንተ፡ እለ፡ ይጠመቁ።

33. De illis, qui baptizandi sunt (r).

፴፬፡ በእንተ፡ ሥርዐተ፡ ጥምቀት፡ ወትምህርተ፡ ሃይማኖት፡ ወተአምኖ፡ ኃጢአቶሙ፡ በኀበ፡ ጥምቀት፡ ወሥርዐተ፡ ጥምቀት፡ ወቍርባን።

34. De ritu *baptismi*, & doctrina fidei: & *Confessione peccatorum* apud baptismum: & de ritu baptismi, & *Eucharistia*.

፴፭፡ በእንተ፡ መዓስብ፡ ወደናግል፡ ወአየ፡ ጊዜ፡ ይጹም፡ ኤጲስ፡ ቆጶስ።

35. De *viduis* & *virginibus*, & quo tempore jejunandum sit Episcopo.

፴፮፡ በእንተ፡ ጊዜ፡ ዘይደሉ፡ ይብልዑ፡
25 ባቲ፡ ወኢመፍትው፡ ንኡስ፡ ክርስቲያን፡ ይብልዑ፡ ምስለ፡ መእመናን።

36. De tempore, quo decet comedere; & quod non conveniat *Catechumenis* comedere cum fidelibus (s).

፴፯፡ በእንተ፡ ከመ፡ ያርምሙ፡ ሶበ፡ ይትናገር፡ ኤጲስ፡ ቆጶስ፡ ያርምሙ፡ ኵሉ፡ ወለእመሰ፡ ኢሀሎ፡ ኤጲስ፡ ቆጶስ፡ ይንሥኡ፡ ኅብስተ፡ በረከት፡ እምእደ፡ ቀሲስ፡ አው፡ እምእደ፡ ዲያቆናት።

37. Ut sileant. Cùm loquitur Episcopus, sileant omnes. Et si non præsto fuerit Episcopus, sumant *Panem benedictionis* de manu presbyteri, aut de manu Diaconorum.

፴፰፡ በእንተ፡ ምሳሐ፡ መዓስብ።

38. De *Agapis* viduarum (t).

፴፱፡ በእንተ፡ በኵር፡ ወፍሬያት፡ ወቀደምያት፡ ዘያበውኡ፡ ለኤጲስ፡ ቆጶሳት፡ ወአስማቲሆሙ።

39. De *primogenitis* & fructibus & *primitiis* [fructuum] quas offerre solent Episcopis, eorundemque nominibus (u).

፵፡ በእንተ፡ ዘኢመፍትው፡ ይጥዐሙ፡ ወኢምንተኒ፡ ኵሉ፡ ሰብእ፡ በአጽዋመ፡ ፋሲካ።

40. Quod non deceat gustare quicquam ulli hominum in *jejunio Paschatis* (x).

(l) i. e. antequam ad Baptismum admittantur. (m) Qui *rubras vestes* gerunt. W. (n) Ancilla heri sui *concubina*, si Christiana fieri velit. W. (o) *Catechumenos* instruendos esse *tres annos* continuos. W. (p) *Catechumenos* seorsim orare debere, neque tempore Eucharistiæ *mutuo amplexu* uti instar fidelium. W. (q) Si *Catechumenus* ante baptismum martyrium passus fuerit, istud ei esse pro baptismo. W. (r) Ut prius sedulò inquiratur in vitam & mores eorum. W. (s) De *Agapis* agit hoc caput, & de modestia in illis observanda. W. (t) Quis ordo in *Agapis*, quæ viduis dantur, sit observandus. W. (u) Quales sunt *uva, fici, mala punica, oliva, mala* in genere, *cerasa*. Et de iis, quibus benedictionem non impertitur Episcopus, utpote *ficus Pharaonis, Cepa, allium, cucumeres* & *legumina*. Hæc Wansleb. De *cerasis* dubito, etenim in Ægypto & Æthiopia non gignuntur. (x) In *hebdomade sancta* ante horam diei constitutam. W.

L. III. c. 4. N.XXX. ፵፩፡ በእንተ፡ ዘመፍትው፡ ዲያቆናት፡ ይስምዑ፡ ትእዛዘ፡ ኤጲስ፡ ቆጶሳት።

41. Quod deceat Diaconos obtemperare præcepto Episcoporum. 26

፵፪፡ በእንተ፡ ጊዜያት፡ ዘመፍትው፡ ይጸልዩ፡ ባቲ።

42. De temporibus quibus decet orare (y).

፵፫፡ በእንተ፡ ከመ፡ ኢመፍትው፡ ይትመጠው፡ እምስጢረ፡ ቀዲሙ፡ በጊዜ፡ ያሀርጉ፤ እምቅድመ፡ ይጥዐሙ፡ ወኢምንተኒ።

43. Quod non deceat præsumere aliquid de Eucharistia, priusquam [à Presbyteris] peragatur. Prius enim nihil quicquam gustant (z).

፵፬፡ በእንተ፡ ከመ፡ መፍትው፡ ይትዐቀቡ፡ በአስተሐምሞ፡ አምስጢረ፡ ወኢመፍትው፡ ይትክዐው፡ ወኢምንተኒ፡ እምጽዋዕ።

44. Quod deceat sollicitè tractare *Eucharisticum panem* (a): & quod non deceat effundere quicquam ex *calice*.

፵፭፡ በእንተ፡ ቀሳውስት፡ ወዲያቆናት፡ ይትጋብኡ፡ ኵሉ፡ ዕለተ፡ ውስተ፡ መካን፡ ኀበ፡ ሀሎ፡ ባቲ፡ ኤጲስ፡ ቆጶስ።

45. Ut *Presbyteri* & *Diaconi* conveniant quotidie in loco, ubi existit Episcopus.

፵፮፡ በእንተ፡ መቃብር።

46. De *sepulchris* (b). 27

፵፯፡ በእንተ፡ ጊዜያት፡ ዘመፍትው፡ ይጸልዩ፡ ባቲ፡ ወሰሚዐ፡ ተግሣጽ፡ ወትዐትዐ፡ ፋጽሞ፡ በትእምርተ፡ መስቀል።

47. De temporibus quibus oportet orare, & audire [*verbum*] adhortationem, & signare frontem signo crucis (c).

፵፰፡ በእንተ፡ ሀብት፡ ወመክፈልት፡ ወለእመቦ፡ ዘረከቦ፡ ኢይትመካሕ፡ ላዕለ፡ መኑሂ።

48. De *donis* & *charismatibus* [dotibus animi] si cui contigerint, ne quis glorietur contra quenquam.

፵፱፡ በእንተ፡ ከመ፡ ኢያቅልልዎሙ፡ መኳንንት፡ ለእለ፡ እምታሕቴሆሙ።

49. Ne *Principes*, aut *Magistratus* superbè vilipendant illos, qui sibi subditi sunt.

፶፡ በእንተ፡ ዘአኮ፡ ኵሉ፡ ዘይትነበይ፡ ይከውን፡ ላእከ፡ እግዚአብሔር።

50. Quod non omnis, qui Prophetam agit, sit minister Dei (d). 28

፶፩፡ በእንተ፡ ኤጲስ፡ ቆጶስ፡ ዘይከውን፡ ወይፈቱ፡ ውሑደ፡ ጥበብ፡ ወአብዳዊ፡ ወቂመ፡ ኢኮነ፡ ኤጲስ፡ ቆጶስ።

51. Si quis fuerit Episcopus aut cupiverit [esse], exiguus sapientiâ: sive stultus & vindictæ cupidus; ille non est [verus] Episcopus.

፶፪፡ በእንተ፡ ሢመተ፡ ኤጲስ፡ ቆጶሳት፡ ወሥርዐተ፡ ቍርባን።

52. De ordinatione *Episcoporum* & ritu *Eucharistiæ*.

፶፫፡ በእንተ፡ ሢመተ፡ ቀሳውስት፡ ወዲያቆናት፡ ወሀዲ፡ በእንተ፡ ዲያቆናዊት፡ ወንፍቀ፡ ዲያቆናዊት፡ ወአናጕንስጢስ።

53. De ordinatione *Presbyterorum* & *Diaconorum* (e); Item de *Diaconissis*, *Subdiaconissis*, & *Lectoribus* (f).

፶፬፡ በእንተ፡ እለ፡ ይትአመኑ፡ ኀጢአቶሙ።

54. De illis qui confitentur peccata sua.

፶፭፡ በእንተ፡ ደናግል፡ ወመዓስብ፡ ወበእንተ፡ አክስርጊስ።

55. De *virginibus* & *viduis*, & de *Exorcistis* (g).

፶፮፡ በእንተ፡ ከመ፡ መፍትው፡ ዘይሠይምዎ፡ ኤጲስ፡ ቆጶስ፡ እምስፍን፡ ኤጲስ፡ ቆጶሳት።

56. Quod deceat ordinari *Episcopum* ab aliquot Episcopis (h). 29

፶፯፡ በእ

(y) Statim ac Christianus expergefactus fuerit, Deo se commendet, & homiliam aliquam audiat. W. (z) i. e. Jejunè sumendam Eucharistiam. (a) Ne quis alius præter fideles eum accipiat. W. (b) Ne cogantur pauperes *mortuos* sepelire. W. (c) Congruit cum capite XLII. sed *hora* hic magis specialiter exprimuntur. W. (d) Non omnes *vaticinantes* esse probos, nec omnes qui *Demones* ejiciunt [Exorcistas] esse sanctos. W. (e) Confer supra numeros 13. 14. 15. nec non 21. 22. & 23. & ibi notam nostram. (f) De *Lectricibus* exponit Wansl. malè ut puto. (g) Quod non opus habeant manuum impositione. (h) De numero Episcoporum, qui requiruntur ad ordinationem Episcopi. W.

፶፯፡በእንተ፡ኤጲስ፡ቆጶስ፡ይባርክ፡ ወኢይባርክዎ፡ ላዕሌሁ፡ ወይሰድድ፡ ለዘይደልዎ፡ ስደት፡፡

57. Ut Episcopus benedicat, non verò ut benedictio dicatur super eo: & ut expellat [Ecclesiâ] eum, qui meretur expulsionem (i). L. III. c. 4. N. XXX.

፶፰፡ በእንተ፡ ኤጲስ፡ ቆጶስ፡ ኢይደልዎ፡ ይሰድድ፡ ባሕቲቱ፡፡ ወሥርዐተ፡ ቡራኬ፡፡

58. Quod Episcopus non possit depellere (aliquem) solus. Item, de ritu *benedictionis.*

[Illud caput omisit Wanslebius, ita ut sequens illi sit caput 58. Contra divisit ultimum caput, ut redeat Summa LXXI.]

፶፱፡ በእንተ፡ ከመ፡ ኢመፍትው፡ ይባኡ፡ ካህናት፡ ውስተ፡ ሥርዐተ፡ ዲያቆናት፡፡

59. Quod non deceat intrare clericos in ordinem Diaconorum (k).

፷፡ በእንተ፡ በኵር፡ ወዐሥራት፡፡

60. De primogenitis & decimis (l).

፷፩፡ በእንተ፡ ዘተረፈ፡ እምነ፡ ቍርባን፡ ዘኢመጠዉ፡ በጊዜ፡ ምስጢር፡፡

61. De eo quod *residuum* est de *Eucharistia*, quod non tradiderunt [communicantibus] tempore S. Synaxis (m).

፷፪፡ በእንተ፡ ዘይፈቅዱ፡ ይሳተፉ፡ ቍርባነ፡፡

62. De eo qui voluerit participare de S. Cœna (n).

፷፫፡ በእንተ፡ ኪን፡ ወተግባር፡፡

63. De *artificiis* & *opificiis.*

፷፬፡ በእንተ፡ ዕቅብት፡ ዘኢኮነ፡ ምእመነ፡ አው፡ ምእመነ፡ ወካልእ፡ እምብዙኅ፡ ግብር፡፡

64. De *Concubina* [illius] qui non fuerit fidelis, aut fidelis, & alius (o).....

፷፭፡ በእንተ፡ ኵሉ፡ ምእመናን፡ ወምእመናት፡ ነቂሆሙ፡ ነግሀ፡ ወይትኀፀቡ፡ እደዊሆሙ፡ ወይጸልዩ፡፡

65. De omnibus fidelibus viris fœminisque evigilantibus manè, [ut] lavent manus suas & orent.

31 ፷፮፡ በእንተ፡ ኵሉ፡ ምእመናን፡ ወምእመናት፡ ይትመየጥዎሙ፡ ለአግብርቲሆሙ፡ ወያዕርፍዎሙ፡ በሰንበት፡ ወበእሑድ፡ ሰንበት፡፡

66. De omnibus fidelibus viris fœminisque [ut] convertant servos suos, & quietem à laboribus concedant illis die *Sabbati* & *Dominicâ.*

፷፯፡ በእንተ፡ ከመ፡ ኢይግበሩ፡ ሥራሐ፡ በሳብዑ፡ አጽዋም፡ ፋሲካ፡ ወተዝካረ፡ በዓላት፡፡

67. Ne etiam faciant opus domesticum *die septimo hebdomadis sanctæ*, nec in solennitate festorum.

፷፰፡ በእንተ፡ ጊዜ፡ ጸሎታት፡፡

68. De tempore p :cum (p).

፷፱፡ በእንተ፡ ለእመ፡ ኢትክሉ፡ ትሑረ፡ ኀበ፡ ቤተ፡ ክርስቲያን፡ ኤጲስ፡ ቆጶስ፡ ይገብር፡ ቍርባነ፡ በቤቱ፡፡ ብእሲ፡ ንጹሕ፡ ያነጽሓ፡ ለቤተ፡ ክርስቲያን፡ ወብእሲ፡ ርኩስ፡ ያረኵሳ፡ ለቤተ፡ ክርስቲያን፡፡

69. Si non possit ... edere ad Ecclesiam [tempore persecutionis] Episcopus administret S. Cœnam in domo sua. *Vir mundus mundam reddit Ecclesiam, & vir profanus profanat Ecclesiam.*

፸፡ በእንተ፡ ዕለታት፡ ዘመፍትው፡ ይግበሩ፡ ባቲ፡ ተዝካሮሙ፡ ለእለ፡ ኖሙ፡፡

70. De diebus, in quibus decet facere commemorationem eorum, qui obdormiverunt (q).

፸፩፡ በእንተ፡ እለ፡ ይሰደዱ፡ በእንተ፡ ሃይማኖት፡ ወበእንተ፡

71. De illis qui in exilium pelluntur *religionis* causa: & de illis qui fugiunt è

(i) Episcopum clericis benedictionem impertiri, neque eam accipere ab inferiore. W. (k) Qui Diaconis inferiores sunt, ne faciant ea, quæ Diaconorum sunt. W. (l) Ut & primitiis, clericis offerendis. W. (m) Quid de eo faciendum sit, W. (n) Ut vita & mores ejus prius explorentur. (o) *Præ multo opere*; sine sensu. (p) Horas indicat orationis tàm diurnas quàm nocturnas. W. (q) Item de exequiis pro *defunctis.*

L. III. c. 4 N. XXX. እለ፡ ይትዩ፡ እምሀገር፡ ለሀገር፡ በእንተ፡ ሃይማኖት፡ እስከ፡ ይረድእዎሙ፡ ኅቡረ። በእንተ፡ ሥርዐተ፡ ለካህናት፡ [corrige ክህነት] ወወሰና።

civitate in civitatem religionis causa, ut juvent eos conjunctim. De ritu *Sacerdotii* ejusque limitibus.

Ista sunt capita seu *summaria Canonum* sive potius *statutorum* Æthiopibus usitatorum, quæ ipsa mox integra partim exhibebimus. Quæ si studiosus Lector contulerit, facilè cognoscet, quòd capita ista satis inconcinnè & imperfectè compilata sint. Sed ut retineamus Ordinem in magno illo Codice observatum, priùs exponemus Capita *quinquaginta sex Canonum*, quos de Ecclesia ordinanda ab Apostolis rogatos fuisse volunt. Sunt autem velut epitome *octogintaquinque Canonum*, qui in Europa Græcè & Latinè *Apostolorum nomine* circumferuntur, quorum etiam numeros, ut eò faciliùs conferri possint, in margine apposuimus; eosdem mox prolixiùs sub nomine ኣብጥሊሳት፡ *Abtelisât* tradituri. 32

ወእምዝ፡ ሲኖዶስ፡ ዘቤተ፡ ክርስቲያን፡ ዘወሀብዋ፡ ሐዋርያት፡ በእደ፡ ቀሌምንጦስ፡ ዘለአኩ፡ ቀዲሙ፡ ወይእቲ፡ ፶ ወ ፮ አናቅጽ፡ ኍልቍ።

Post hæc [i.e. sequuntur jam] *Canones Ecclesiæ Christianæ* [ordinandæ], quos tradiderunt Apostoli per manum *Clementis*, quem legaverunt primò. Sunt autē *quinquaginta sex* capita numero: 33

(Num. Can. Græc. & Lat.)

ቀዳሚ፡ ስፍን፡ እምኤጲስ፡ ቆጶሳት፡ ይደልዎሙ፡ ንበ፡ ሢመተ፡ ኤጲስ፡ ቆጶስ።

Primus (r). *Quot ex Episcopis interesse debeant ordinationi Episcopi* [Scil. tres W.] 1. 2.

፩፡ በእንተ፡ ዘይደልዉ፡ ከመ፡ ያብኡ፡ ውስተ፡ መሥዋዕ።

1. *Quid oporteat afferre in Sanctuarium* [*seu* adytum] 3. 4.

፪፡ በእንተ፡ ከመ፡ ኢመፍትው፡ ኤጲስ፡ ቆጶሳት፡ አው፡ ቀሲስ፡ ከመ፡ ይስድዱ፡ ብእሲቶ።

2. *Quod non liceat Episcopis aut Presbyteris domo pellere uxores* (s). 5.

፫፡ በእንተ፡ ጊዜ፡ ዘመፍትው፡ በዘ፡ ይደሉ፡ ባቲ፡ ፋሲካ።

3. *De tempore convenienti, quô oporteat* [celebrare] *Pascha.* 7.

፬፡ በእንተ፡ ካህን፡ ዘይገብር፡ ተግባረ፡ ዝንቱ፡ ዓለም፡ ይትመተር።

4. *De Sacerdote, qui tractat negotia hujus mundi, ut deponatur.* 6.

፭፡ በእንተ ዘተደማረ፡ አሐዱ፡ እምነ፡ ቍርባን፡ ተመጥወ፡ ይንገር፡ ምክንያቶ፡ ባቲ።

5. *Si quis* [ex ordine Ecclesiastico] *cunctetur Eucharistiam sumere, indicet causam ejus.* 8.

፮፡ በእንተ፡ እለ፡ ቦእከ፡ ቤተ፡ ክርስቲያን፡ ወሰሚዖሙ፡ ጸሎተ፡ ቀመበው፡ እምስቢር።(t)

6. *De illis qui intraverunt Ecclesiam & audiverunt preces* [publicas] *ut Sacra Synaxi utantur.* 9. 34

፯፡ በእንተ፡ ከመ፡ ኢይጸሊ፡ ምእመን፡ ምስለ፡ ዘኢኮነ፡ ምእመነ።

7. *Ne oret fidelis cum infideli.* 10

፰፡ በእንተ፡ ከመ፡ ኢይጸሊ፡ ምስለ፡ ዘተመትረ።

8. *Ne oret cum excommunicato* [vel deposito]. 11.

፱፡ በእንተ፡ ከመ፡ ኢይትወከፉ፡ መነሂ፡ ዘእንበለ፡ መጽሐፈ፡ መባሕት።

9. *Ne recipiant quenquam sine libello licentiæ* (u). 12. 13.

፲፡ በእንተ፡ ከመ፡ ኢመፍትው፡ ኤጲስ፡ ቆጶስ፡ ይኅድግ፡ ሢመቶ።

10. *Quod non liceat Episcopo relinquere Episcopatum suum* (x) 14.

፲፩፡ በእንተ፡ ዘየሐውር፡ ኀበ፡ ዘኢኮነ፡ ሢመቱ፡ እመሂ፡ ኤጲስ፡ ቆጶስ፡ አው፡ ቀሲስ፡ አው፡ ኵሉ፡ ካህናት፡ ይትመተሩ።

11. *De eo qui migrat ad alium locum, ubi non est vocatus, sive sit Episcopus sive Presbyter, sive quivis alius clericus* (y), *deponuntur.* 15. 35

(r) Sic reperio in Apographo meo Æthiopico; nec causam scio, cur mox numerus primus denuo ponatur; Wansleb. in versione sua Gallica mutavit, & sequentem Canonem secundum fecit, & ita porro. (s) Divortium facere prætextu officii divini. W. (t) Vitiosissimè descriptus est hic Canon & constructione caret; sensus tamen is est, quem Latinè dedimus. (u) Nec ordinent Clericum sine permissione Episcopi. W. (x) Sine maxima necessitate. W. (y) Et quidem isti sine permissione Episcopi. W.

፲፪፡ በእንተ፡ ዘይወስብ፡ ክልኤተ፡ አው፡ መበለተ፡ አው፡ ዘማዊተ፡ አው፡ አመተ፡ አው፡ እንተ፡ ተሐዘብዋ፡ አው፡ ዘተሐውረ፡ ኀበ፡ መካነ፡ ሰገል፡ አው፡ ዘአውሰበ፡ ክልኤ፡ አኀት፡ አው፡ ወለተ፡ እኁሁ፡ ይትመተር።

12. *De eo* [Presbytero] *qui duas du-* 17. L.III.c.4.
cit [uxores]: (z) *aut viduam: aut mere-* 18. N.XXX.
tricem: aut ancillam: aut suspectam: aut 19.
quæ accedit ad habitationem Magorum:
aut qui duxit duas sorores: aut filiam fra-
tris sui, Sacerdotio movetor.

፲፫፡ በእንተ፡ ዘይከውን፡ ሐቢ፡ ይትመተር።

13. [Clericus] *Qui fuerit fidejussor* 20.
[pro alio] *deponitor.*

፲፬፡ በእንተ፡ ኅጽዋን።

14. *De Eunuchis* (a). 21.–22.–23.–24.

፲፭፡ በእንተ፡ ዘዘመወ፡ አው፡ መሐለ፡ በሐሰት፡ አው፡ ሰረቀ።

15. *De eo* [clerico] *qui scortatus fu-* 25.
erit, aut pejeraverit, aut furatus fuerit
[quomodo puniendus sit].

36 ፲፮፡ በእንተ፡ አውስቦ፡ አናጕንስጢስ፡ ወመዘምራን።

16. *De matrimonio Anagnostarum* 26.
[Lectorum] *& Cantorum.*

፲፯፡ በእንተ፡ ካህን፡ ዘይዘብጥ፡ አው፡ ዘይረግም።

17. *De sacerdote plagoso aut impre-* 27.
cante [rixoso] (b).

፲፰ በእንተ፡ ዘይሰደዱ፡ በርትዕ፡ እምካህናት።

18. *Si quis è Sacerdotibus justè depos-* 28.
tus fuerit (c).

፲፱፡ በእንተ፡ ዘይሠየም፡ በሕልያን፡ ይስዐር።

19. *Qui ad ministerium sacrum pro-* 29.
motus fuerit ob munera, [per Simoniam]
removeatur ab officio.

፳፡ በእንተ፡ ዘይትረዳእ፡ በመኳንንት፡ ዝዓለም፡ ከመ፡ ይምልክ፡ ቤተ፡ ክርስቲያን።

20. *De eo qui auxilio utitur Princi-* 30.
pum hujus seculi, ut [despoticè] *regat*
Ecclesiam.

37 ፳፩፡ በእንተ፡ ቀሲስ፡ ዘይሜንን፡ ኤጲስ፡ ቆጶስ።

21. *De Presbytero spernente Episco-* 31.
pum.

፳፪፡ በእንተ፡ ከመ፡ ኢይትወከፉ፡ ካህን፡ ነኪር፡ ዘእንበለ፡ መጽሐፈ፡ መባሕት።

22. *Ne recipiatur Sacerdos alienus* 32
sine libello facultatis, [aut dimissionis à suo
Episcopo].

፳፫፡ በእንተ፡ ቀሲስ፡ አው፡ ዲያቆን፡ ዘተሰደ።

23. *De Presbytero aut Diacono expul-* 33.
so. (d).

፳፬፡ በእንተ፡ ከመ፡ ያእምሩ፡ ርእሰ፡ ኤጲስ፡ ቆጶሳት።

24. *Quod nosse deceat* [Episcopos uni- 34.
uscujusque provinciæ] *caput Episcoporum.*
[*i. e.* Metropolitam suum]

፳፭፡ በእንተ፡ ዘይሠይም፡ ኀበ፡ ዘአኮ፡ ሢመቱ።

25. *De eo qui ordinationes peragit ex-* 35.
tra Episcopatum suum.

38 ፳፮፡ በእንተ፡ ኤጲስ፡ ቆጶስ፡ አው፡ ቀሲስ፡ አው፡ ዲያቆን፡ ዘይገሥጽ።

26. *De Episcopo, aut Presbytero, aut* 36.
Diacono catechizante (e).

፳፯፡

(z) Vel qui post baptismum ad secunda vota transiit. W.

(a) Qui ordinari possint vel non. W. Nota: Quatuor Canones Græcorum hic unò comprehenduntur; Vigesimus primus apud Græcos agit de veris Eunuchis. At sequentes tres agunt de eo ὁ *ἀκρωτηριάσας ἑαυτὸν*, *De eo qui sibimet amputat* τὰ *ἄκρα*, sive τὸ *ἄκρον* *Extremitatem* scil. *membri virilis*, i. e. *βάλανον glandem*, quam definit *Pollux Lib. 2. Onom. c. 4. tit. 36.* τὸ τοῦ *καυλοῦ ἄκρον*; Eam enim quilibet sibi facilè amputare potest. Dubito num sic intellexerint, qui insufficienter reddunt: *Qui mutilavit se ipsum.* Malè: *Qui sibi ipsi virilia amputavit.* Nam quæ de *extremitate* dicuntur, de toto accipienda non sunt. Nec exemplum dari puto aut causam, cur quis sibimet integra virilia cum vitæ periculo & dolore maximo abscindere voluerit. Igitur *ἀκρωτηριάζειν*, ut verbum sonat, de *sola glande* accipiendum. Id cùm apud glossatores Canonum apostolicorum non reperissem, addendum hic esse censui. (b) Qui percusserit fideles delinquentes. W. (c) Et tamen officio pristino fungi velit, quomodo puniendus. W. (d) Non recipiendo sine epistola Episcopi sui. W. (e) Vel potius qui catechizationem seu instructionem populi sui intermittit, quomodo puniendus sit. W.

L. III. c. 4 N. XXX. ፳፯ ፡ በእንተ ፡ ጉባኤ ፡ ኤጲስ ፡ ቆጶሳት ፡ ክልኤተ ፡ ጊዜ ፡ በበ ፡ ዓመት ፡፡	27. *De* Synodo Epiſcoporum *duabus vicibus quotannis habenda.* 37.
፳፰ ፡ በእንተ ፡ ከመ ፡ የሐሊ ፡ ኤጲስ ፡ ቆጶስ ፡ ለንዋየ ፡ ቤተ ፡ ክርስቲያን ፡	28. *Vt curam habeat Epiſcopus bonorum Eccleſiæ* [ſuæ]. 38.
፳፱ ፡ በእንተ ፡ ተማክሮ ፡ ምስለ ፡ ኤጲስ ፡ ቆጶስ ፡፡	29. *De conſultatione cum Epiſcopo habenda* (f). 39.
፴ ፡ በእንተ ፡ ከመ ፡ ይትፈለጥ ፡ ንዋየ ፡ ኤጲስ ፡ ቆጶስ ፡ ወንዋየ ፡ ቤተ ፡ ክርስቲያን ፡፡	30. *Vt ſeparatim habeantur bona Epiſcopi à bonis Eccleſiæ.* 40.
፴፩ ፡ በእንተ ፡ ከመ ፡ ይኩን ፡ ምእመን ፡ ኤጲስ ፡ ቆጶስ ፡ ከመ ፡ ይንሣእ ፡ ሎቱ ፡ ለመፍቅዱ ፡ ወለካህናት ፡፡	31. *Vt ſit fidelis* [in adminiſtratione] *Epiſcopus, & ut tantum ſumat* [de bonis Eccleſiæ] *quantum ſibi & Clericis neceſſe fuerit* (g). 41. 39
፴፪ ፡ በእንተ ፡ ዘየሐውር ፡ ኀበ ፡ ተውኔት ፡ ወያበዝኅ ፡ ሰኪረ ፡ አው ፡ ዘማዌ ፡ እመኒ ፡ ኤጲስ ፡ ቆጶስ ፡ አው ፡ ዲያቆን ፡ ወእለ ፡ ተረፉ ፡ ካህናት ፡፡	32. *De eo qui ingreditur in ſcenam* [vel ludos publicos] *& ſæpius inebriatur: aut ſcortatur: ſive ſit Epiſcopus ſive Presbyter, ſive Diaconus, reliquive Clerici.* [quomodo puniendi] 42. 43.
፴፫ ፡ በእንተ ፡ ዘየሐውር ፡ ኀበ ፡ ጥምቀተ ፡ ዐለዋን ፡፡	33. *De eo qui iverit ad baptiſmum* [aut communionem] *hæreticorum.* 46.
፴፬ ፡ በእንተ ፡ ዘይትመተር ፡ ዘያስተረኵስ ፡ አውስቦ ፡ አው ፡ ስታየ ፡ ወይን ፡ ወሥጋ ፡፡	34. *De eo qui propterea deponitur, quod immundum pronunciat conjugium* (h), *nec non vini potum aut carnem.* 51.
፴፭ ፡ በእንተ ፡ ዘይትመተር ፡ ዘኢይትዌከፎሙ ፡ ለእለ ፡ ይኔስሑ ፡፡	35. *De eo qui propterea ſegregatur, quòd non recipit pænitentes.* 52.
፴፮ ፡ በእንተ ፡ ዘይትመተር ፡ ዘኢይጥዕም ፡ ኅዳጠ ፡ እምሥጋ ፡ ወወይን ፡ በመዋዕለ ፡ በዓላት ፡፡	36. *De eo qui propterea ſegregatur, quòd non guſtat parum carnis, nec vini in diebus feſtis.* 53. 40
፴፯ ፡ በእንተ ፡ ዘይበልዕ ፡ ወይሰቲ ፡ እጓሙታ ፡ እምካህናት ፡ አው ፡ ዘይጸአሎሙ ፡ ወዘይሣለቅ ፡ ጽውሰ ፡ እመሂ ፡ ካህን ፡ አው ፡ ሕዝባዊ ፡፡	37. *De eo* [Clerico] *qui comederit & biberit de orphanorum* [bonis] : *aut odio habuerit* (i) : *aut illuſerit mutilum* [membris] *ſive clericus* [fuerit] *ſive Laicus.* 54. 57.
፴፰ ፡ በእንተ ፡ ዘይትመተር ፡ ኤጲስ ፡ ቆጶስ ፡ አው ፡ ቀሲስ ፡ ዘኢይሜህሮሙ ፡ ለሕዝብ ፡ መልእክተ ፡ እግዚአብሔር ፡፡	38. *Quod ſegregandus ſit Epiſcopus aut Presbyter, qui non erudit populum miniſterium Domini* [i. e. cultum ſacrum]. 58.
፴፱ ፡ በእንተ ፡ ዘይትመተር ፡ ኤጲስ ፡ ቆጶስ ፡ አው ፡ ቀሲስ ፡ ዘኢየዓሪ ፡ ሲሲተ ፡ ለዕጓላን ፡ ውሉደ ፡ ቤተ ፡ ክርስቲያን ፡፡	39. *De ſegregando Epiſcopo aut Presbytero, qui non æqualiter diſtribuit alimenta inopibus filiis Eccleſiæ* [i. e. Clericis]. 59.
፵ ፡ በእንተ ፡ ዘየርኢ ፡ መጻሕፍተ ፡ ዐለዋን ፡፡	40. *De eo qui monſtrat* [producit] *libros hæreticorum* [in Eccleſia]. 60.
፵፩ ፡ በእንተ ፡ ቀሲስ ፡ ዘይዛለፍዎ ፡ በአድልዎ ፡ ወዘይመስሉ ፡፡	41. *De Presbytero quem arguunt hypocriſeos & ſimilium* [criminum]. 61. 41
፵፪ ፡ በእንተ ፡ ክሒደተ ፡ ክርስቶስ ፡ ወካህናት ፡ [ክህነት ፡ corrigendum puto.]	42. *De abnegatione Chriſti, vel Sacerdotii.* 62.
፵፫ ፡ በእንተ ፡ ዘይበልዕ ፡ ሥጋ ፡ ምስለ ፡ ደሙ ፡፡	43. *De comedente carnem cum ſanguine ſuo* (k). 63.

(f) Sine qua Clerici nihil novi peragere inteodant. W. (g) Confer Can. 28. (h) Vel quod illud damnat tanquam profanum. W. (i) Planè corruptus & perplexus hîc eſt textus Æthiopicus, ægre reſtituendus. Wansleb. habet : *De iis* [Clericis] *qui in cauponis comedunt*, quod etiam convenit cum textu Græco. (k) Aut à beſtiis dilaniatam pecudem. W

፵፬፡ በእንተ፡ ዘይጸውም፡ በሰንበ
ት፡ ወእሑድ፡ ሰንበት።

44. De eo qui jejunat Sabbato, vel 64. L. III. c. 4.
die dominicâ. N.XXX.

፵፭፡ በእንተ፡ ዘየሐውር፡ ኀበ፡ ጉባ
ኤ፡ አይሁድ፡ ወአረሚ።

45. De eo qui frequentat Synagogam 65.
Judæorum, aut [delubra] *Ethnicorum,*
[aut hæreticorum].

42 ፵፮፡ በእንተ፡ ዘይዘብጥ፡ መንሂ፡ ወ
ይመውት፡ አው፡ ዘየማስን፡ ድ
ንግለ።

46. De eo qui verberat quempiam 66.
[ut] *moriatur · aut qui vitiat virgi-* 67.
nem.

፵፯፡ በእንተ፡ ዘይሠየም፡ ዳግመ።

47. De eo qui ordinatur secunda vice. 68.

፵፰፡ በእንተ፡ ዘኢይጸውም፡ ጾመ፡
አርብዓ፡ ወጾመ፡ ረቡዕ፡ ወዐ
ርብ።

48. De eo qui non jejunat jejunium 69.
quadragesimale : *& jejunium feriæ*
quartæ & sextæ.

፵፱፡ በእንተ፡ ዘይጸውም፡ ምስለ፡
አይሁድ፡ ወይገብር፡ በዓለ፡ ም
ስሌሆሙ፡ ወዘይትመጠው፡ እ
ምናእቶሙ፡ ወዘያበውእ፡ ቀብ
አ፡ ማኅቶት፡ ውስተ፡ ምኵራብ፡
አይሁድ፡ ወአሕዛብ።

49. De eo qui jejunat cum Judæis, 70.
aut celebrat festum cum illis. aut qui 71.
accipiunt de azymis illorum: aut qui attu-
lerit oleum lampadum in Synagogam Ju-
dæorum, vel gentilium.

፶፡ በእንተ፡ ዘይሰርቅ፡ ቅብአ፡ አው፡
ሰምዐ፡ አው፡ ንዋየ፡ ብሩር፡ አ
ው፡ ልብሰ፡ ቤተ፡ ክርስቲያን።

50. De eo qui furatur oleum aut ceram, 72.
aut vasa argentea, aut vestes Ecclesiæ. 73.

43 ፶፩፡ በእንተ፡ ኤጲስ፡ ቆጶስ፡ ሶበ፡
ያስተዋድይዎ።

51. De Episcopo qui [criminis alicujus] 74.
accusatur.

፶፪፡ በእንተ፡ ከመ፡ ኢይትወከፉ፡ ስ
ምዐ፡ ዐላው፡ ላዕለ፡ ኤጲስ፡ ቆጶ
ስ፤ ወኢይትዋረሱ፡ ኤጲስ፡ ቆ
ጶስና፤ ወዘቦ፡ ጋኔን፡ ኢይሠየም፡
ካህነ፡ እስከ፡ ይነጽሕ፡ ወለእመ
ቦ፡ ውስተ፡ ሥጋሁ፡ ነውረ፡ ለእ
መ፡ ይደልዎ፡ ክህነት፡ ይሠየም፡
ዕውር፡ ወጽሙም፡ ኤጲስ፡ ቆ
ጶስ፡ ኢይሠየም።

52. Ne recipiant testimonium hæretici 75.
contra Episcopum: (l) *neque hæredita-* 76.
rium faciant Episcopatum. Ne dæmonia- 77.
cus ordinetur clericus, donec mundus fiat. 78.
Quamvis [etiam aliquis] *habeat in cor-* 79.
pore suo nævum, modo [aliàs] *dignus sit*
sacerdotio, ordinari potest. Cæcus verò
surdusvè Episcopus non ordinator..

፶፫፡ በእንተ፡ ከመ፡ ኢይሠየም፡ ኤ
ጲስ፡ ቆጶስ፡ ሐዲስ፡ ጥምቀት፡
ወኢይሠየም፡ ዘየኀብእ፡ እከየ፤
ወኢይሠየም፡ ገብር፡ ዘእንበለ፡
በምክረ፡ አጋእዝቲሁ፡ ወያግዕ
ዝዎ።

53. Ne constituatur Episcopus novus 80.
baptismo, [i.e. recens baptizatus] *nec* 81.
qui occultat malitiam (m). *Nec ordine-* 82.
tur servus *sine præscitu Dominorum suo-*
rum, ut ipsum manumittant.

44 ፶፬፡ በእንተ፡ ከመ፡ ኢመፍትው፡
ኤጲስ፡ ቆጶስ፡ አው፡ ቀሲስ፡ አ
ው፡ ዲያቆን፡ ይኩን፡ ሐራ፤ ወኢ
ይጽርፉ፡ ላዕለ፡ ንጉሥ።

54. Quod non deceat Episcopum, aut 83.
Presbyterum, aut Diaconum esse mili- 84.
tem : *Nec maledicendum esse Regi.*

፶፭፡ በእንተ፡ ዘከመ፡ ይትመጠዉ፡
አመጻሕፍት፡ ዘቀዳሚ፡ ወዘደኃ
ሪ፡ ኀበ፡ ቤተ፡ ክርስቲያን።

55. Qui recipiendi sint ex libris
[scripturis] *prioribus & posteriori-*
bus (n) *in Ecclesia.* 85.

፶፮፡ በእንተ፡ ትእዛዝ፡ ሐዋርያት፡
ለኤጲስ፡ ቆጶሳት።

56. De mandato Apostolorum ad
Episcopos [pro observatione istorum Ca-
nonum].

በረከቶሙ፡ &c.

Benedictio eorum, &c. [sit no-
biscum].

[Numeros canonum Græcorum apud Æthiopes deficientium omisimus.]

(l) Nec etiam unius Episcopi contra alium. W. (m) Qui vitam male egit. W. (n) i. e. Veteris & Novi Testamenti. W.

L. III. c. 4 N. XXX. Iſta ſunt *quinquaginta ſex Canonum* apud Æthiopes receptorum *capita*, crudè & imperfectè ſatis compoſita, de quibus poſtea diſſeremus, cum prius *Conſtitutiones* ipſas, quas Æthiopes ትእዛዛት፡ *Præcepta*, ſive *Statuta*: Græci Διαταγὰς vel Διατάξεις vocant, expoſuerimus. Ea enim in magno Codice nunc ſequuntur.

በስመ፡ አብ፡ ወወልድ፡ ወመንፈስ፡ ቅዱስ፡፡

ዝንቱ፡ ሲኖዶስ፡ ዘአበው፡ ሐዋር
ያት፡፡ዘሠርዑ፡ ለአርትዖ፡ ቤተ፡ ክር
ስቲያን፡፡ ተፈሥሑ፡ ውሉድነ፡ ወአ
ዋልድነ፡ በስመ፡ ለእግዚእነ፡ ኢየሱ
ስ፡ክርስቶስ፡፡

ይቤሉ፡ ዮሐንስ፡ ወማቴዎስ፡ ወ
ጴጥሮስ፡ ወፊልጶስ፡ወስምዖን፡ ወያ
ዕቆብ፡ ወናትናኤል፡ ወቶማስ፡ ወቀፋ
ስ፡ ወእንድርያስ፡ወበርተሎሜዎስ፡
ወይሁዳ፡ ወያዕቆብ፡ እኁሁ፡ ለእግ
ዚእነ፡፡

በአእምሮቱ፡ ለእግዚእነ፡ ኢየሱ
ስ፡ ክርስቶስ፡ መድኀኒነ፡ ሶበ፡ ተጋ
ባእነ፡ በበይናቲነ፡ አዘዘነ፡ ወ
ይቤ፡፡

ተካፈሉ፡ ምድረ፡ ለርእስክሙ፡
ከመ፡ ይንሣእ፡ ኩሉ፡ ለለ፡ አሐዱ፡
አሐዱ፡አምኔክሙ፡መካኖ፡ በከመ፡
ኍልቊክሙ፡ንሥኡ፡ ሢመተ፡ ኤጲ
ስ፡(p) ቆጶሳት፡ ወመንበረ፡ ቀሳውስ
ት፡ ወዲያቆናት፡ ወግብረ፡ ዲያቆን፤
ወለብወ፡ አናጕንስጢስ፡ ወመዓስብ፡
ዘእንበለ፡ ስሕተት፤ ወምግባር፡ ዘይ
ደሉ፡ ከመ፡ ይጽንዑ፡ መሰረተ፡ ለቤ
ተ፡ ክርስቲያን፡ ላዕሌሁ፤ ወሶቱ፡
ከመ፡ ይገብሩ፡ አምሳለ፡ ዘሀሉ፡ ው
ስተ፡ሰማያት፤ ከመ፡ ይትዓቀቡ፡እ
ምኔ፡ ኩሉ፡ ርስሐት፤ ወያእምሩ፡ እ
ስመ፡ሀለዎሙ፡ያወሥኡ፡በዕለተ፡ደ
ይን፡ በእንተ፡ ዘሰምዑ፡ ወኢዐቀቡ፡፡

ወአዘዘነ፡ከመ፡ንፈኑ፡ዘንተ፡ነገረ፡
ውስተ፡ ኩሉ፡ ዓለም፤ ወይደ
ልወነ፡ ከመ፡ ንኩን፡ ኩሉ፡ ለለ፡
አሐዱ፡አሐዱ፡እምኔነ፡በከመ፡አገሀ
ደ፡ለነ፡ እግዚእ፡ በፈቃዱ፡ እግዚአብ
ሔር፡ አብ፡ እምነ፡ መንፈስ፡ ቅዱስ፤
ወንዘከር፡ቃሎ፡ከመ፡ነአዝዝክሙ፡
ቦቱ፡ ተዝካረ፡ ወትምህርተ፡ አኃው፡፡

In nomine Patris & Filii, & 45
Spiritus Sancti.

Iſti [ſunt] *Canones Patrum Apoſtolorum*, quos conſtituerunt ad ordinandam Eccleſiam Chriſtianam. Lætamini Filii noſtri & Filiæ noſtræ in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Dixerunt *Iohannes* & *Matthæus* & *Petrus* & *Philippus* & *Simeon* [Cananæus *ſive* Zelotes] & *Iacobus* [Alphæi] & *Nathanael* & *Thomas* & *Cephas* & *Andreas* & *Bartholomæus* & *Iudas* [Jacobi] & *Iacobus frater Domini* (o).

Cum ſciente Domino noſtro JESU CHRISTO, Salvatore noſtro, congregati eſſemus inter nos, præcepit nobis & dixit:

Dividite orbem terrarum inter vosmet 46
ipſos, ut unusquisque veſtrum accipiat locum ſuum ſecundum numerum veſtrum. Aſſumite Ordinationem Epiſcoporum, *& munus Presbyterorum & Diaconorum, & miniſterium Diaconi: & peritiam lectorum, & viduarum ſine errore.* [reprehenſione] *& inſtituta, ſuper quæ ſtabilire decet fundamenta* Eccleſiæ Chriſtianæ: *Utque ita agant* [in Eccleſia] *prout fit in cælis: ut caveant ſibi ab omni impuritate: & ſciant, quòd oporteat eos reſpondere in die judicii de iis, quæ audiverunt, & non obſervaverunt.*

Et juſſit nos mittere hoc opus in totum 47
mundum. Igitur decet nos, ut ſimus [comparati] unusquisque noſtrum, quemadmodum manifeſtè ſignificavit nobis *Dominus* per voluntatem *Dei Patris* à *Spiritu Sancto* & recordemur verbi ejus, ut præcipiamus vobis per illud memoriam, & doctrinam fratrum.

ይቤ፡

(o) Siccine *tredecim* computant, & aliter nominant, & collocant *Apoſtolos*, ac ipſi Evangeliſtæ, Matth. 10. 2. Marc. 3. 17. & Luc. 6. 13. Act. 1. 13. *Nathanaelem* diſtinguunt à *Bartholomæo*, qui tamen hoc prænomen geſſiſſe videtur, ut colligere eſt ex Johanne 1. 46. & *Cepham* à *Petro*, quem tamen Chriſtus ſic vocavit. Joh. 1. 43 *Matthiam* planè omittunt. Jacobi *duo*, *Zebedæi* nimirum & *Alphæi* filii ponuntur, unus tantùm in ſequenti colloquio occurrit. Aliter quoque recenſentur in *Diptycho*, qui extat *in Oratione Euchariſt. infra Comment. num.* 31. tam parùm ſibi conſtant Æthiopes. (p) Sic ſejungere ſolent voces peregrinas *Epiſ-copos.*

48 ትእዛዝ፡ ፪፡

ይቤ፡ዮሐንስ፡ አኃው፡ ንሕነ፡ ናአምር፡ ከመ፡ ንትሐተት፡ በእንተ፡ ኵሉ፡ ዘተውህበነ፡ ወኢንንሣእ፡ ገጸ፡ ወኢመኑሂ፡ ዘሀሉ፡ ኀቤነ፡ ወለእመ፡ ኮነ፡ ለአሐዱ፡ ዘሀሉ፡ ኀቤሁ፡ ዘይብል፡ ዘኢመፍትው፡ ይዛለፉ፡ እስመ፡ ዘይብል፡ ኢኮነ፡ ሠናየ፡ ወገብረ፡ ለዮሐንስ፡ ይትናገር፡ ቅድመ።

ይቤ፡ዮሐንስ፡ እስመ፡ክልኤ፡መካናት፡አሐቲ፡ለሕይወት፡ወአሐቲ፡ለሞት፡ ውስተ፡ ዛቲ፡ ክልኤ፡ መካናት፡ ፍልጠት፡ ወመካነ፡ሕይወት፡ ዝውእቱ፡ ከመ፡ ታፈቅር፡ ለእግዚአብሔር፡ አምላክከ፡ ዘፈጠረከ፡ በኵሉ፡ ልብከ፡ወትሰብሖ፡ዘውእቱ፡ አድኃነከ፡ እሞት፡ ዛቲ፡ ይእቲ፡ ቀዳሚት፡ ትእዛዝ፡ ወካልእታ፡ ዛቲ፡ ይእቲ፡ከመ፡ታፈቅር፡ ቢጸከ፡ከመ፡ ነፍስከ፡ በዝንቱ፡ ኵሉ፡ ሕግ፡ ወነቢያት፡ ፍቁራን፡ቦቱ። (s)

Statutum Secundum. L. III. c. 4. N. XXX.

Infit JOHANNES: O fratres! Novimus quòd interrogabimur in judicio de omnibus, quæ data nobis ſunt. Ne itaque reſpiciamus perſonam ullius, qui eſt apud nos. Et ſi quis id dixerit, quod non decet [dicere], (q) objurget eum eò, quòd dixit id, quod bonum non eſt; Et ſervus (r) Johannis pimo loco loquatur.

Infit JOHANNES: *Duo ſunt loci:* unus *vitæ*, alter *mortis*, in iſtos duos locos [fit omnis] ſeparatio. *Locus vitæ* hic eſt, ut diligas Dominum Deum tuum, qui creavit te, ex toto corde, & laudes eum, quia ille liberavit te à morte. Hoc eſt *primum præceptum*: *Secundum* autem hoc eſt, ut diligas proximum tuum ſicut te ipſum, in hoc tota Lex & Prophetæ dilecti ſunt (s). Matth. 22. 38.

49 ትእዛዝ፡ ሠልስ።

ይቤ፡ ማቴዎስ፡ ኵሉ፡ ዘኢትፈቅድ፡ ይርከብከ፡ወአንተሂ፡ኢትገበር፡ ለካልእከ፡ ዝንቱ፡ውእቱ፡ከመ፡ኵሉ፡ዘትጸልእ፡ ለርእስከ፡ኢትገበር፡ ለባዕድ። ወአንተኒ፡ ጴጥሮስ፡እኁየ፡ መሀርሙ፡በዝንቱ፡ነገር።

Statutum Tertium.

Infit MATTHÆUS: *Quicquid non volueris*, [quod] *tibi contingat, id neque alteri feceris.* Hoc eſt: *Vt omne id quod averſaris in temetipſo, aliis ne facias.* Et tu quoque *Petre*, frater mi! Doce eos hoc caput. Matth. 7. 12. Luc. 6. 31.

50 ትእዛዝ፡ ራብዕ፡

ይቤ፡ ጴጥሮስ፡ ኢትቅትል።
ኢትዘሙ።
ኢታማስን፡ ሕፃነ፡ ንኡሰ።
ኢትስርቅ።
ወኢትኩን፡ማእምረ፡ ትእምርታት።
ወኢትኩን፡ ረአዬ፡ ኮከብ።
ወኢትኩን፡ መሠርየ።
ወኢትቅትል፡ ፀአፀአ፡ንኡሰ፡ በውስቱ፡ከርሠ፡እሙ፡ወኢእምድኅረ፡ ተወልደ፡ኢትቅትሎ፡
ወኢትፍቶ፡ወኢምንተኒ፡ ንዋየ፡ ካልእከ።
ኢትጽላእ፡ መኑሂ፡ እምሰብእ፡ ወኢትኩን፡ስምዐ፡ በሐሰት፡ ወኢትንብብ፡እኩየ፡ ላዕለ፡መኑሂ።
ወኢትሐሊ፡ ከመ፡ ትገበር፡ እኩየ።

Statutum Quartum.

Infit PETRUS: *Ne occidas.*
Ne mœcheris.
Ne corrumpas infantem parvum.
Ne furtum facias.
Ne ſis interpres prodigiorum.
Neque ſis Aſtrologus.
Neque ſis incantator.
Neque occidas embryonem in utero materno: neque occidas infantem poſtquam natus eſt.
Neque concupiſcas quicquam è bonis alterius.
Nullum hominem oderis: neque feras teſtimonium ſalſum, neque loquaris malum contra quemcunque.
Neque etiam cogites quomodo malum facere velis.

Rr 2 ወኢት

(q) Paulò obſcurior hic eſt textus Æthiopicus, reddidimus, prout ſenſus poſcere videbatur. (r) Quid ſibi velit ſervus iſte, & quid Saul iſte inter Prophetas, conjectura aſſequi non poſſum. (s) Planè aliter ſonant hæc verba, ac in impreſſo, & quidem ſatis incommodè.

L. III. c. 4 N. XXX. ወኢትኩን፡ ዘክልኤ፡ ልቡ፤ ወዘክልኤ፡ ልሳኑ፡ እስመ፡ ዘክልኤ፡ ልሳኑ፡ መሥገርት፡ ውእቱ፡ ለሞት።
ወኢይኩን፡ ነገርከ፡ ከንቶ፡ ወኢሐሳዌ፤
ወኢትኩን፡ መፍቀሬ፡ ንዋይ፡ ብዙኅ።
ወኢተአጋሌ፡ ወኢመድለዌ፡ ወኢዘእኩይ፡ ልቡ፡ ወኢዕቡየ፡
ወኢትምክር፡ ምክረ፡ እኩየ፡ ላዕለ፡ ቢጽከ።
ወኢትጽላእ፡ መኑሂ፡ እምሰብእ፡ አላ፡ ገሥጽ፤
ወለባዕድን፡ ትጼሊ፡ ወለባዕድን፡ ትምሕሮሙ፡ ወለባዕድን፡ ታፈቅሮሙ፡ ፈድፋደ፡ እምነፍስከ።

ትእዛዝ፡ ኃምስ፤

ይቤ፡ እንድርያስ፡ ኦወልድየ፡ ጕየይ፡ እምኵሉ፡ እኩይ፡ ወጽላእ፡ ኵሉ፡ እኩየ፤ ወኢትኩን፡ መሀትመ፡ እስመ፡ መዐት፡ ይስሕብ፡ ውስተ፡ ቀትል፤ እስመ፡ መዐት፡ ጋኔን፡ እኩይ፡ ውእቱ፤ ወኢትኩን፡ ቀናኤ፡ ወኢቀኍጡዕ፡ ወኢመፍቀሬ፡ ቀትል፡ እስመ፡ ዝንቱ፡ ያወርስ፡ እኩየ።

ትእዛዝ፡ ሳድስ፤

ይቤ፡ ፊልጶስ፡ ኦወልድየ፡ ኢትኩን፡ ፈታዊ፡ እስመ፡ ፍትወት፡ ትስሕብ፡ ኀበ፡ ዝሙት፡ ወእምድኅሬሁ፡ ትረስዮ፡ ለብእሲ፡ ሠሐቀ፡ ወስላቀ፡ ለኵሉ፤ እስመ፡ ፍትወት፡ ጋኔን፡ መስሕት፡ ይእቲ፤ እስመ፡ ሶበ፡ የሐብር፡ ጋኔን፡ መዓተ፡ ምስለ፡ ፍትወት፡ እስመ፡ ውእቱ፡ ሐጕል፡ ለዘ፡ ይገብር፤ ወኀበ፡ ሀሉ፡ መንፈስ፡ ርኩስ፡ ኃጢአት፡ ውእቱ፡ ለነፍስ፡ ለእመ፡ ረከበ፡ ኀበ፡ ይበውእ፡ ንስቲተ፡ እስመ፡ ያርሕቦ፡ ለውእቱ፡ መካን፡ ወይነሥእ፡ ምስሌሁ፡ ኵሉ፡ መናፍስተ፡ ርኩሳነ፤ ወይበውእ፡ ላዕለ፡ ይእቲ፡ ነፍስ፤ ወኢየኀድጎ፡ ለውእቱ፡ ብእሲ፡ ይትሌዐል፡ ገሚረ፡ ከመ፡ ይርአይ፡ ጽድቀ፤ ለኀዲገ፡ መዐትክሙ፡ ቦቱ፡ ሀቅመ፡ ወከመ፡ ታቀርሩ፡ ወታስተደኅሩ፡ መዐትክሙ፡ ከመ፡ ኢያውድቅሙ፡ ውስተ፡ መሥገርት፡ እኩይ፡ ፈድፋደ። መዐት፡ ወፍትወት፡ እኩይ፡ ውእቱ፡ ሶበ፡ ይነብሩ፡ ጕንዱየ፡ መዋዕለ፤ ዘእንበለ፡ ታቀርሩ፡ መዐትክሙ፡ ይከውኑ፡ አጋንንት፤ ሶበ፡ ይቀንይዎሙ፡ ለሰብእ፡ አጋንንት፡ ያውዕዩ፡ ነፍሶሙ፤ ወሶበ፡ ያበጽሕዎ፡ ለገቢረ፡ ሀመፃ፡ ይሳለቁ፡ ወይትፌሥሑ፡ በሕጕለተ፡ ነፍሱ።

ትእዛዝ፡ ሳብዕ፡

ይቤ፡ ስምዖን፡ ኦወልድየ፡ ኢትኩን፡

Neque sis duplex corde, & duplex lingua; quia duplex lingua laqueus est ad mortem.
Neque sit sermo tuus vanus, aut mendax.
Neque sis amator divitiarum multarum.
Neque avarus, neque hypocrita, neque malignus corde: neque superbus.
Neque machinator consilii mali contra proximum tuum.
Neque oderis quenquam mortalium, sed corrige [eum].
Pro aliis ora: Aliorum miserere: alios dilige magis quàm temetipsum.

Statutum Quintum.

Insit ANDREAS: O fili mi! fuge ab 51
omni malo, & odio habe omne malum; neque sis iracundus, quoniam ira trahit [hominem] ad cædem: quia ira instar caeodæmonis est. Neque etiam sis invidus aut morosus, neque amator belli, quoniam hoc malum affert exitum.

Statutum Sextum.

Insit PHILIPPUS: O Fili mi! Ne 52
sis *libidinosus*, quoniam libido ducit ad scortationem; & tandem exponit hominem irrisui & illusioni omnibus; quoniam concupiscentia Caeodæmon seductor est. Nam cùm Diabolus iram cum libidine conjungit, interitus æternus sequitur eum, qui illud admittit. Et ubicunque est spiritus impurus, peccatum est animæ, modò repererit locum introeundi minimum, tunc dilatat locum illum, & adducit secum omnes spiritus impuros, & ingreditur in illam animam, & non deserit illum hominem, ut nunquam sese elevare possit ad videndum verum & bonum. Ad deponendam *iram vestram* [est] illi terminus, ut mitigetis & cohibeatis iram vestram, ne incidere faciat vos in rete pravum nimis. *Ira & concupiscentia* prava est, cum insident animo per multos dies. Nisi mitigetis iram vestram, erunt [tanquam] caeodæmones. Cùm subigunt diaboli homines, adurunt animas eorum, & cùm hominem ad faciendum malum impellunt, illudunt ei, & lætantur interitu animæ ejus.

Statutum Septimum.

Insit SIMEON: O Fili mi! ne sis 53

ፃባቢ፡

ፆባቤ፡እኩይ፡ወኢለዐለ፡ሀይን፡እስ
ም፡በዝንቱ፡ይከውን፡ዝሙት፡፡

locutor mali, neque elatus oculis, quoniam ex hoc oritur ſcortatio. I. III. c. 4. N. XXX.

54 ትእዛዝ፡ሳምን፡

ይቤ፡ያዕቆብ፡አወልድየ፡ኢትኩን፡
ዘትትብለ፡በትእምርታት፡ወኢትጠ
ያሬ፡በዖፍ፡እስም፡ዝንቱ፡ኩሉ፡
ይመርሕ፡ኀበ፡አምለኮ፡ጣዖት፡ወ
ኢመሆንስስ፡ወኢረቃዪ፡ወኢሐሬ
ዪ፡ሰዓታት፡ወኢረአዪ፡ኮከብ፡ወ
መሠርይ፡ወኢእምኑ፡ሰብአ፡ፋላት፡
ወኢትፈቱ፡ከመ፡ታእምሮሙ፡እስ
መ፡ለዝንቱ፡ኩሉ፡ይከወን፡አም
ለኮ፡ጣዖት፡፡

Statutum Octavum.

Inſit JACOBUS; O Fili mi! ne ſis qui prædicit [futura] per prodigia: neque qui auſpicia per aves exercet; quia iſtud omne ducit ad idololatriam. Neque ſis hariolus, neque incantator, neque elector horarum: neq; Aſtrologus: neque Magus: neque Sortilegus: neque etiam cupias [eſſe] familiaris cum illis, quoniam in iſtis omnibus conſiſtit *idololatria*.

55 ትእዛዝ፡ታስዐ፡

ይቤ፡ናትናኤል፡አወልድየ፡ኢትኩ
ን፡ሐሳዌ፡እስመ፡ሐሰት፡ይወስድ፡
ኀበ፡ስርቅ፡ወኢትኩን፡መፍቀሬ፡
ወርቅ፡ወኢመፍቀሬ፡ተወድሶ፡በከ
ንቱ፡እስመ፡በዝንቱ፡ኩሉ፡ይበው
ን፡ዘይስሕብ፡ኀበ፡ስርቅ፡፡
ይቤ፡ይሁዳ፡አወልድየ፡ኢትኩን፡
መንጎርጓሬ፡እስመ፡ነጎርጓር፡ይስሕ
ብ፡ለሰብእ፡ኀበ፡ጽርፈት፡ወኢት
ኩን፡ኄያለ፡ወኢሐላዪ፡እኩይ፡እ
ስመ፡በዝንቱ፡ኩሉ፡ይከውን፡ክሕ
ደት፡፡

Statutum Nonum.

Inſit NATHANAEL: O Fili mi! Ne ſis *mendax*, quia mendacium deducit ad furtum: Neque ſis amator pecuniæ: neque amator laudis vanæ; quia omne iſtud deducit ad furtum.

Inſit JUDAS: O Fili mi! ne ſis *querulus* (t), quoniam murmuratio trahit hominem ad blaſphemiam. Neque ſis *glorioſus*, neque cogitans malum; quia in iſtis omnibus conſiſtit *abnegatio* agnitæ veritatis.

56 ኩን፡የዋህ፡እስመ፡የዋሃን፡ይወር
ሱ፡መንግሥተ፡ሰማያት፡፡ ኩን፡መ
ስተሠሀለ፡ወመሓሬ፡ሰላማዊ፡በ
ንጹሕ፡ልብ፡እምኩሉ፡እኩይ፡ዘእ
ንበለ፡ኀጢአት፡ትሑተ፡ወኄረ፡ወ
ተዓቀብ፡በረዓድ፡እምቃለ፡ዘሰማ
ዕካሁ፡ኢትትዐበይ፡ወኢትረሲ፡ነ
ፍስከ፡ምስለ፡ዐቢያን፡አላ፡ምስለ፡
ሰብእ፡ጻድቃን፡ወትሑታን፡ወኩ
ሉ፡ዘይረክበከ፡ተወከፍ፡በአኮቴ
ት፡ወአእምር፡ከመ፡አልቦ፡ዘይከ
ውን፡ወኢምንትኒ፡ዘእንበለ፡እምኀ
በ፡እግዚአብሔር፡

Eſto mitis, nam mites hereditate quaſi poſſidebunt Regnum cœlorum. Matth. 5, 5. Eſto clemens & miſericors, & pacificus in puro corde ab omni malo ſine peccato. Humilis & bonus: & cave tibi in tremore à verbo, quod audiviſti †. Ne efferas te, neque aſſocies te ſuperbis, ſed potius hominibus juſtis, & humilibus. Et omne quod acciderit tibi ſuſcipe [tolera] cum gratiarum actione. Et ſcito, quod nihil quidquam fiat niſi à Domino.

† Sic eſt in Æthiopico textu.

57 ትእዛዝ፡ዓሥር፡

ይቤ፡ቶማስ፡አወልድየ፡ዘይሰብከ፡
ቃለ፡እግዚአብሔር፡ዘኮነ፡ለከ፡ምክንያተ፡ለሕይወት፡ወወሀበከ፡ሕ
ልቀተ፡ክብር፡አፍቅሮ፡ከመ፡ብን
ተ፡ዐይንከ፡ተዘከር፡መዓልተ፡ወሌ
ሊተ፡ወአክብር፡ከመ፡እግዚአብ
ሔር፡፡
እስመ፡መካን፡ኀበ፡ይዜከሩ፡መ
ለኮት፡እግዚአብሔር፡ሀሉ፡ሀየ፡ሐ
ውጾ፡ኩሉ፡አሚረ፡ወእለ፡ተረፉ፡

Statutum Decimum.

Inſit THOMAS, O Fili mi! Qui tibi prædicaverit verbum Domini, quod factum eſt tibi occaſio vitæ; & dedit tibi annulum honoris, dilige illum tanquam pupillam oculi tui. Memor eſto illius diu noctuque, & honora illum tanquam Dominum.

Quia eo in loco, ubi memorant divinitatem [ibi]. exiſtit DEUS; eum viſita omni die, ubi conſident

(t) Propriè *murmurans*, & intelligitur Μεμψίμοιρος, qui ſua ſorte contentus non eſt.

L.III.c.4. N.XXX. ቅዱሳን፡ ከመ፡ ታዕርፍ፡ በቃሎሙ፤
ወዘይቀርብ፡ ኀበ፡ ቅዱሳን፡ ይከውን፡
ቅዱሰ፨
ወአክብር፡ በአምጣነ፡ ኀይልከ፡ ወ
እምፃማከ፡ ወግብረ፡ እደዊከ፡ እ
ንዘ፡ እግዚአብሔር፡ ረሰየከ፡ ድልወ፡
ትርከብ፡ በኀቤሁ፡ ሲሳየ፡ መንፈሳዊ
ተ፡ ወዘሥጋ፤ ወሕይወተ፡ ዘለዓለም፤
ወይደልወከ፡ ፈድፋደ፡ ከመ፡ ተሀብ፡
ሎቱ፡ ኀላፈ፡ ዘዝንቱ፡ ዓለም፤ ለ
ዘይትቀነይ፡ ይደልዎ፡ ዐስቡ፤ ኢትፈ
1.Cor.9, 9. ጽሞ፡ አፉሁ፡ ለብዕራይ፡ በኀበ፡ ምክ
ያድ፤ መኑ፡ ዘይተክል፡ ወይነ፡ ወኢ
በልዐ፡ ፍሬሁ፨

ſanđi, ut acquieſcas verbis eorum; Qui enim appropinquat ſanctis, ſanctus quoque evadit.

Et honora eum pro viribus tuis, & de labore tuo, & operibus manuum tuarum, quatenus Deus te effecit dignum, ut reperias apud eum cibum ſpiritualem, & corporalem, & [tandem] vitam æternam. Et maximè decet te, ut des illi cibum tranſitorium hujus mundi. Ei qui ſervit, debetur merces [ejus]. Ne obſtruas os bovis in area trituratoria; Quis enim eſt qui plantat vineam, & non comedat fructum ejus?

ትእዛዝ፡ ፲ወ፩፤

ይቤ፡ ኬፋስ፡ ኢትግበር፡ ፍልጠተ፡
አላ፡ አስተዓርቅ፡ ለእለ፡ ተባአሱ፡
በሰላም፤ ወፍታሕ፡ በርትዕ፡ ወኢት
ንሣእ፡ በገጸ፡ ኃጥእ፡ ላዕለ፡ ኀጢአ
ቱ፤ እስመ፡ ብዕል፡ ኢይጸንዕ፡ በኀበ፡
እግዚአብሔር፡ ወኢታክብር፡ ዕቡየ፤
ወኢትስአል፡ ሎቱ፡ መጽሐፈ፤ አላ፡
በኀቤሁ፡ ዕሩየ፡ ዘበኵሉ፤ ወኢት
ኩን፡ ኑፋቄ፡ እንዘ፡ ትጼሊ፡ ወሐሊ፡
ዘተመነይከ፡ ወይፈጽም፡ ለከ፤ ወ
ኢትኩን፡ ዘትሔሊ፡ ሶበ፡ ትሰፍሕ፡
እደከ፡ ወሶበ፡ ትፈጽም፡ ታገብእ፡
ኀቤከ፤ ለእመ፡ ብከ፡ ውስተ፡ እደ
ከ፡ ምንተኒ፡ ዘወሀበከ፤ ወተኀሣ
ሥ፡ መድኀኒተ፡ ኀጢአትከ፤ ኢትኩ
ን፡ ዘክልኤ፡ ልቡ፡ ሶበ፡ ትሁብ፡ ወ
ትረክብ፡ ወአእምር፡ መኑ፡ ውእቱ፡
ዘየዐስየከ፤ ኢታስተኀፍር፡ ለዘ፡ ሰ
አለከ፡ አላ፡ ተካፈል፡ ምስለ፡ ፅኑ
ሳን፡ በኵሉ፤ ወኢምንተኒ፡ ወኢትበ
ል፤ ሊተ፡ ለባሕቲትየ፡ ንዋይየ፤ ለእ
መ፡ ኮንክሙ፡ ሱቱፋነ፡ በበይናቲክ
ሙ፡ በዘኢይማስን፡ ወእፎኬ፡ በዘ፡
ይማስን፨

Statutum Undecimum. 58

Inſit CEPHAS. Ne facias diſſidium, ſed concilia illos, qui contendunt inter ſe, in pace. Et judica in rectitudine, & ne reſpicias vultum peccatoris in peccato ejus. Nam divitiæ nihil valent apud Dominum. Neque honore afficias ſuperbum, neq; petas ab eo epiſtolam (u); quia apud eum æqualis eſt in omnibus. Neque ſis hæſitans dum oras, ſed cogita quid optes, ut impleat illud tibi. Neque ſis cogitabundus, dum expandis [ad dandum] manum tuam, neque id quod dederis, redire facias ad te; ſi quid fuerit in manu tua, quod dederit tibi. Et quæras remedium pro peccatis tuis. Ne ſis duplex corde cum dederis aliquid, tunc enim acquires, & ſcito quis ſit ille, qui retribuit tibi. Ne pudefacias eum, qui petierit aliquid à te, ſed divide cum egenis in omnibus. Neque unquam [quidquam] dicas: *Mei ſolius ſunt iſta opes.* Si enim participes facti eſtis inter vos rerum incorrupubilium, quare non potius corruptibilium.

ትእዛዝ፡ ፲ወ፪፤

ይቤ፡ በርተሎሜዎስ፡ አስተበቍ
ዐክሙ፡ አኀዊነ፡ እንዘ፡ ብክሙ፡
መዋዕለ፤ ወአንትሙኒ፡ ትክሉ፡ ገቢ
ረ፡ ሠናየ፡ ምስሌሆሙ፤ ወኢታስተ
ቱ፡ ውሂበ፡ እንዘ፡ ብክሙ፡ ዘትሁ
ቡ፤ እስመ፡ ዕለተ፡ እግዚአብሔር፡
ቅሩብ፤ ወየኀልፍ፡ ኵሉ፡ ዘያስተር
ኢ፡ ወዘኅቡእ፤ ወይመጽእ፡ እግዚ
አብሔር፡ በዐሴቱ፡ ምስሌሁ፤ ኩ
ኑ፡ ገባርያነ፡ ሕገ፡ ለርእስክሙ፡ ወ

Statutum Duodecimum. 59

Inſit BARTHOLOMÆUS. Supplicitér rogo vos, *O Fratres noſtri*, dum adhuc tempus vobis eſt, & dum adhuc præſtare poteſtis bonum illis. Ne cunctemini dare, dum habetis quod detis. Nam dies Domini propinquus eſt, & tranſibit omne tam viſibile quàm occultum: & veniet Dominus cum retributione ſua. Eſtote operatores legis in vobis ipſis: &

ኩኑ፡

(u) Quid ſibi velit iſta epiſtola vel libellus non liquet.

ኩኑ፡ መምሀራነ፡ ለርእስክሙ፡ ክ
መ፡ ዘእግዚአብሔር፡ መሀረክሙ፡
ወዕቀቡ፡ ዘተመሀርክ፡ ወኢትወስ
ክ፡ ላዕሌሁ፤

ይቤ፡ ጴጥሮስ፡
ኦአኃው፡ መጽሐፍት፡ ትሜህረክሙ፡
በእንተ፡ ዘተረፈ፡ ትእዛዛት፡ ወን
ሕነ፡ ንነግረክሙ፡ ዘተአዘዝነ፡ ወይ
ቤሉ፡ ኵሎሙ፡ ይትናገር፡ ጴጥሮስ፡፡

60 ትእዛዝ፡ ፲ወ፫፡

በእንተ፡ ሢመተ፡ ኤጲስ፡ ቆጶሳት፡

ለእመ፡ ኮነ፡ ውእቱ፡ ብሔር፡ ዘኅ
ብአ፡ ሕዳጥ፡ መሀይምናን፡ ለእመ፡
ኢበዝኁ፡ ሕዝብ፡ ከመ፡ ይገበሩ፡ ጉ
ባኤተ፡ ለኤጲስ፡ ቆጶሳት፡ መ፲ቡ፡
ሀሠርቱ፡ ወክልኤቱ፡ ዕደው፡ ወይለአ
ኩ፡ ኀበ፡ አብያተ፡ ክርስቲያናት፡ ቅ
ሩባት፡ ብሔር፡ ኀበ፡ ሀለው፡ ምእመ
ናን፡ ብዙኃን፡ ከመ፡ ያምጽኡ፡ ሠለ
ስተ፡ እምእመናን፡ ንጹሓን፡ ወኅሩያ
ን፡ እምውእቱ፡ ብሔር፡ ወያመክሩ
ዎሙ፡ በአስተሐምሞ፡ በእንተ፡ ዘይ
ደልዎ፡ ለገቢረ፡ ሠናይ፡ ወለእመ፡ ኮ
ነ፡ ውእቱ፡ ብእሲ፡ ዘቦ፡ ግዕዝ፡ ሠና
የ፡ እም ሕዝብ፡ ዘእንበለ፡ ነቢእት፡
ወዘእንበለ፡ መዓት፡ ወመፍቀሬ፡ ነዳ
ያን፡ መስተሣህል፡ ዘኢሰካሬ፡ ወኢ
ዘማዊ፡ ወኢመፍቅሬ፡ አፈድፍዶ፡ ን
ዋይ፡ ወዘኢፀራፊ፡ ወኢመደልው፡ ወ
ዘይመስሉ፡ ለእሉንቱ፡፡ ወሠናይ፡ ዘ
እንበለ፡ ብእሲት፡ ወለእመ፡ አውሰ
በ፡ አሐተ፡ ዘእንበለ፡ ይሠየም፡ ኤጲ
ስ፡ ቆጶስ፡ ወይንበር፡ ምስሌሃ፡፡ ወ
ይኩን፡ ዘተሳተፈ፡ ትምህርተ፡ ሠና
የ፡ ወይክሀል፡ ተርጕሞ፡ መ
ጻሕፍት፡ ወእመ፡ ኢያእምር፡
መጻሕፍተ፡ ይኩን፡ ትሑተ፡ ወያብ
ዝኅ፡ ፍቅረ፡ ለኵሉ፡ ሰብእ፡ ከመ፡
ኢይትከሠሥ፡ ኤጲስ፡ ቆጶስ፡ ወኢበ
ምንትኒ፡ ወኢይኩን፡ ዘለሐ፡፡

ይቤ፡ ዮሐንስ፡ ኤጲስ፡ ቆጶስ፡ ዘ
ይሠየም፡ ለእመ፡ አእመረ፡ ተዓቅቦ፡
ወፍቅረ፡ እግዚአብሔር፡ ዘሀለው፡
ምስሌሁ፡ ይሠየሙ፡ ክልኤቱ፡ ቀሲው
ስት፡ እለ፡ አመከርዎሙ፡ ወይቤሉ፡
ኵሎሙ፡ አኮ፡ ክልኤቱ፡ አላ፡ ሠለስ
ቱ፡ እስመ፡ ዕሥራ፡ ወአርባዕቱ፡ ቀሳ
ውስት፡ እሙንቱ፡ ዐሠርቱ፡ ወክልኤ
ቱ፡ በየማን፡ ወዐሠርቱ፡ ወክልኤቱ፡
በፅግም፡፡

ይቤ፡ ዮሐንስ፡ ሠናይ፡ ናሁ፡ ዘከር
ክሙኒ፡ ኦአኃው፡ ይንሥኡ፡ ጽዋዓተ፡

estote doctores vobis ipsis, sicut Dominus docuit vos. Custodi id, quod didicisti, neque superaddas quidquam super illud. L. III. c. 4 N. XXX.

PETRUS *infit*: O Fratres! Scriptura docet vos reliqua præcepta. Nos verò narrabimus vobis, quæ in mandatis accepimus. Et dixerunt omnes: Loquatur Petrus.

Statutum XIII.

De Officio Episcoporum.

Si fuerit quædam regio in qua pauci credentium [*existunt*], neque fuerit populus multus, ut faciant conventum Episcoporum circiter duodecim virorum; tunc mittant ad Ecclesias vicinæ regionis, ubi sunt Fideles multi, ut adducant tres ex Fidelibus sinceris & selectis ex illa regione, & explorent eos sollicitè de iis quæ [eos] rectè facere oportet. Et si ille vir è populo bonis moribus præditus fuerit sine ullo probro, sine iracundiâ, amator pauperum, clemens, qui non sit bibax, neque scortator, neque accumulator opum: neque blasphemator, neque hypocrita, & quæ his similia sunt. Bonum quidem [esset] si sine uxore ageret: Si verò uxorem duxisset unam, priusquam constitueretur Episcopus, maneat cum illa. Sit particeps factus doctrinæ bonæ, qui possit interpretari Scripturas; si verò nesciat Scripturas, sit humilis, & multiplicet charitatem omnibus hominibus, ne redarguatur Episcopus in ulla re: neque sit reprehensione dignus.

Infit JOHANNES. Episcopo constituto, si noverit continere se, & dilectio Domini fuerit cum eo, constituantur duo presbyteri, quos [prius] exploraverunt (x). Et dixerunt omnes; *non duo sed tres, quoniam viginti quatuor presbyteri sunt. Duodecim à dextra, & duodecim à sinistra.*

Ait JOHANNES: Bene! Ecce monuistis me O Fratres! Sumant calices

እምአ

(x) Periodus est planè corrupta, omni sensu carens; nec sequentia cohærent. Damus prout accepimus.

L. III. c. 4 N. XXX. እምአርእስተ ፡ መላእክት ፡ ወያ
ቅርቡ ፡ ለእግዚአ ፡ ወእለ ፡ በፀጋ
ም ፡ ይኩኑ ፡ ላዕለ ፡ ኵሉ ፡ መላ
እክት ፤ ወይደልወሙ ፡ ለቀሳውስ
ት ፤ ይኩኑ ፡ በአምሳለ ፡ ሊቃውን
ት ፡ እለ ፡ አኀለፉ ፡ እምጊዜ ፡ ተቃርቦ ፡
ብእሲት ፡ ወይሳተፉ ፡ ምስጢረ ፡ ምስ
ለ ፡ ኤጲስ ፡ ቆጶስ ፡ ወይትረድኡ ፡ በ
ኵሉ ፡ ዘኮነ ፡ ወይትጋብኡ ፡ በፍቅር ፡
[ምስለ ፡] ኖላዊሆሙ ፡ ወቀሳውስት ፡
እለ ፤ በየማን ፡ ይጽሀቁ ፡ በረድኤት ፡
ለምሥዋዕ ፡ ከመ ፡ ይኩኑ ፡ ድልዋነ ፡
ለክብር ፡፡ ወይስድድዎ ፡ ለዘይደ
ልዎ ፡ ስደት ፤ ወቀሳውስት ፡ እለ ፡ በፀጋ
ም ፡ የሐልዩ ፡ በእንተ ፡ ኵሉ ፡ ሕዝብ ፡
ከመ ፡ ይኩኑ ፡ ህዱኣነ ፡ ወኢይትሀወ
ኩ ፤ ተገሢጾሙ ፡ በኵሉ ፡ ተግሣጽ ፡
ወይትአዘዙ ፡ በኵሉ ፡ ትእዛዝ ፡፡

ትእዛዝ ፡ ፲ወ፬ ፡

በእንተ ፡ ሢመተ ፡ አናጕንስጢስ ፡

ይቤ ፡ ያዕቆብ ፤ ዘይሠየም ፡ አና
ጕንስጢስ ፡ እምድኅረ ፡ አመከር
ዎ ፡ ቀዲሙ ፤ ኢይኩን ፡ ብዙኀ ፡
ነገር ፡ ወኢሰካሬ ፡ ወኢተሳላቂ ፡ ወይ
ኩን ፡ ሉቱ ፡ ገዐዝ ፡ ሠናይ ፤ መፍቀሬ ፡
ሠናይ ፡ ዘያፈጥን ፡ ሐዊረ ፡ ኀበ ፡ ማ
ኅበር ፤ ዘይዜክር ፡ በህየ ፡ ኰነኔ ፤ ወይ
ኩን ፡ ትሑተ ፤ ወዘያነብብ ፡ ሠና
የ ፡ ወዘየአምር ፡ መካነ ፡ ዘያነብብ ፡
ከመ ፡ ይግበር ፡ በዘ ፡ አንበበ ፡ ዘይመል
ኣ ፡ እዝነ ፡ ካልኣን ፤ አኮኑ ፡ መፍትው
ያእምር ፡ በዘይብል ፤ አኮኑ ፡ ጽሑፍ ፤
ዝንቱ ፡ ኃጢአት ፡ በቅድመ ፡ እግዚአ
ብሔር ፡፡

ትእዛዝ ፡ ፲ወ፭ ፡

ይቤ ፡ ማቴዎስ ፡፡ ዲያቆናት ፡ ይሠ
የሙ ፡ በከመ ፡ ጽሑፍ ፡ በስምዐ ፡ ክ
Matth. 18, 16. ልኤቱ ፡ ወሠለስቱ ፡ ይቀውም ፡ ኵሉ ፡
ነገር ፤ ወይትመከሩ ፡ በኵሉ ፡ መልእ
ክት ፡ እንዘ ፡ ይከውኑ ፡ ሎሙ ፡ ስ
ምዐ ፡ ኵሉ ፡ ሕዝብ ፡ ከመ ፡ ነበሩ ፡
በአሐቲ ፡ ብእሲት ፤ ወአልሀቁ ፡ ው
ሉዶሙ ፡ በንጽሕ ፡፡ ይኩኑ ፡ መሐር
ያነ ፡ ወትሑታነ ፡ ወኢይኩኑ ፡ መን
ጐርጓሪያነ ፡ ወኢዘክልኤ ፡ ልሳኑ ፤ ወኢ
መዐትመ ፡ እስመ ፡ መዐት ፡ ያማስ
ን ፡ ብእሴ ፡ ጠቢብ ፤ ወኢያድሉ ፡
ለገጸ ፡ አብዕልት ፡ ወኢየሀምፅዎሙ ፡
ለነዳያን ፡ ወኢይስተዩ ፡ ወይነ ፡ ብዙ
ኀ ፤ ወይጻመዉ ፡ በእንተ ፡ ምስጢር ፡

ab Archangelis, & offerant Domino. Et qui in ſiniſtra [exiſtunt] ſint ſuper omnes Angelos. Et decet Presbyteros eſſe inſtar ſeniorum, qui transmiſerunt tempus cohabitandi cum uxoribus, & participes fiant myſterii [Euchariſtiæ] cum Epiſcopo: & mutuo ſe juvent in quacunque re id fuerit, & congregentur amanter [cum] paſtore ſuo. Et Presbyteri qui ad dextram [ſunt]. curam gerant auxilii ad altare, ut ſint digni honore. At [Eccleſiâ] pellant eum, qui meretur expulſionem. Et Presbyteri, qui ad ſiniſtram [ſunt], curam habeant omnis populi, ut ſint quieti, & nullas turbas cieant, Inſtructi in omni inſtructione [catecheſi], & obtemperantes omnibus præceptis.

Statutum XIV. 62

De Officio Anagnoſtarum ſeu lectorum.

Inſit Jacobus. Qui *Lector* conſtituitur, poſtquàm exploraverint illum priùs, ne ſit loquax, neque ebrioſus, neque irriſor, & ſint ei mores boni, amator boni, qui feſtinat ire ad congregationem. Qui recordatur ibi judicii & ſit obediens: & qui bene legere ſciat, & qui noverit locum quem legere oportet, ut faciat id quod legit, quod impleat aures aliorum. Nonne decet [ut] cognoſcat id, quod dicit? Nonne ſcriptum eſt? *Hoc eſt peccatum coram Domino.*

Statutum XV. 63

Inſit Matthæus. Diaconi conſtituantur ſicut ſcriptum eſt: *teſtimonio duorum vel trium ſtabit omne verbum.* Explorentur autem in omni miniſterio, ita ut accipiant teſtimonium univerſi populi, quòd habitaverint cum una tantùm uxore, & educaverint liberos ſuos in probitate. Sint miſericordes & humiles, neque ſint queruli, neque duplicis linguæ, neque iracundi; Nam ira corrumpit virum ſapientem. Neque reſpiciant faciem divitum, neque injuriis afficiant pauperes, neque bibant vinum multum: laborent autem propter myſterium

ኅቡእ ፡

ዓቡእ፡ ወሥኑ፡ ፉዛዜ፡ ወያአኅዝዎ
ሙ፡ ለእለ፡ ቦሙ፡ እምአኀው፡ ክሙ፡
ያሀቡ፡ ለዘአልቦ፡ ወይኩኑ፡ ኅዐበ፡
ይሳተፉዎ፡ በሀብት፡ ወያክብሩ፡ በ
ኩሉ፡ ክብር፡ - - - - - ወበ
ዕበይ፡ ወፍርሀት፡ ወይትዐቀቡ፡ በ
ኩሉ፡ ጽንዑ፡ ወቦ፡ አምውስቴ
ቶሙ፡ ዘይመሀርዎሙ፡ ወቦ፡ እ
ምውስቴቶሙ፡ ዘይሴአልዎሙ፡ ወ
ቦ፡ እምውስቴቶሙ፡ በዘይገሥጽዎ
ሙ፡ ወእለ፡ ስዱዳን፡ ያውፅእዎ
ሙ፡ አሐተ፡ ጊዜ፡ ወያእምሩ፡ ክሙ፡
እለ፡ ይትቃወሙ፡ ስዱዳን፡ ፀረፋያ
ን፡ ይትቃረኑ፡ ክሙ፡፡

occultum, & præstantiam consolationis. Et præcipiant illis, qui ex fratribus aliquid habent, ut dent illis qui nihil habent; & ipsi quoque participes fiant munerum. Et afficiant omni honore (y)- - - & amplitudine, & timore. Et caveant sibi, quantum possunt. Sunt enim inter eos, qui doceant eos: Sunt qui interrogent eos? Sunt inter illos, qui instruant eos. Ecclesia pullos exire faciant semel. Et sciant, quòd illi, qui relegatos ab Ecclesia [&] blasphematores protegunt, etiam pro adversariis habendi sint. L. III. c. 4. N. XXX

64 ትእዛዝ፡ ፲ወ፮፡

በእንተ፡ መዓስብ፡

ይቤ፡ ኬፋ፡ ይሠየሙ፡ ሠለስቱ፡ መ
ዓስብ፡ ክልኤቱ፡ እምኔሆን፡ ያስተር
ክባ፡ ለጸሎት፡ በእንተ፡ ኩሉ፡ ዘሀ
ሎ፡ ውስተ፡ መንሱት፡ ወይወስክ፡
ሲሳየ፡ ሎቱን፡ ዘኮነ፡ ወአሐቲ፡ ት
ንበር፡ ኀበ፡ አንስት፡ እለ፡ የሐምማ፡ በ
ሕማም፡ ከመ፡ ትንሥኦን፡ በሠናይ፡
ወትትዓቀብ፡ ወታእምር፡ ወተነበል
አ፡ - - - - ለቀሳውስት፡ ወኢ
ትኩን፡ መፍቀሪተ፡ ረባሕ፡ ወኢትኩ
ን፡ ሰካሪ፡ ከመ፡ ኢታጽርዕ፡ ትጋሀ፡ ወ
ጸሎተ፡ በሌሊት፡ ወለእመ፡ ፈቀደት፡
አሐቲ፡ ትግበር፡ ምግባረ፡ ሠናየ፡
ለትግበር፡ ከመ፡ ትትናዘዝ፡ ልባ፡ አ
ስመ፡ ኑፋቄ፡ ለእግዚአብሔር፡ አቀ
ሙ፡ ዜንዎ፡፡

Statutum XVI.

De fœminis viduis.

Inquit Cephas: Constituantur tres viduæ, duæ ex illis vacent orationibus pro omnibus, qui sunt in afflictionibus; & addatur pro alimento earum quidquid ad manus est: Una verò maneat apud fœminas, quæ affliguntur morbis, ut eas rursus rectè resurgere faciat [à morb] & contineat se & sciat (z)- - - - presbyteros. Neque sit amatrix lucri, neque sit bibax, ne cessare faciat vigilias [suas], & preces nocturnas: & si quædam voluerit facere opus bonum; faciat id, quò consolationem percipiat cor ejus. Nam bonitatem Domini statuerunt annunciare.

65 ትእዛዝ፡ ፲ወ፯፡

በእንተ፡ ዲያቆናት፡ ከመ፡ ይኩ
ኑ፡ ገባርያነ፡ ምግባረ፡
ሠናይ፡

ይቤ፡ እንድርያስ፡ ዲያቆናት፡ ይኩ
ኑ፡ ገባርያነ፡ ምግባረ፡ ሠናይ፡ በሌሊ
ት፡ ወበመዓልት፡ በውስተ፡ ኩሉ፡
መካን፡ ወኢይትዐበዩ፡ ላዕለ፡ ምስ
ኪናን፡ ወኢይንሥኡ፡ ገጸ፡ ለአብዐል
ት፡ ወይርአይዎሙ፡ ለእለ፡ አልቦሙ፡
ወየሀብዎሙ፡ እምኔ፡ ዘተረፈ፡ ወያ
አኅዝዎሙ፡ ለእለ፡ ቦሙ፡ ክሙ፡ ያ
ስተዋፅኡ፡ ሎሙ፡ ምጽዋተ፡ ከሙ፡
ይግበሩ፡ ዘይቤ፡ እግዚእነ፡ እስመ፡ ር
ኀብኩ፡ ወአብላዕክሙኒ፡ እስመ፡

Statutum XVII.

De Diaconis, ut sint operatores operum bonorum.

Inquit Andreas: Diaconi sint operatores bonorum operum noctu diuque, in omnibus locis; neque se efferant super pauperes: neque respiciant personas divitum, sed prospiciant illis qui nihil habent: & dent illis de eo, quod superest: & hortentur eos qui aliquid habent, ut expendant illis eleemosynam; ut faciant, quod dixit Dominus noster: *Quoniam esurivi & cibavistis me.* Nam Matth. 25. 35.

Ss ዘተለ

(y) Locus mutilus, deficit enim persona seu subjectum. (z) Rursus mutilus & mendosus locus.

L. III. c. 4. N. XXX. ዘተለአከ፡ ሠናየ፡ መልእክተ፡ ዘእንበለ፡ ኃጢአት፡ ይወርስ፡ መካነ፡ ዕረፍት፨

qui miniſtravit miniſterium bonum ſine peccato, acquiret tanquam hereditate locum quietis.

ትእዛዝ፡ ፲ወ፰፡

ትእዛዝ፡ ሕዝባውያን፡

ይቤ፡ ፊልጶስ፡፡ ሕዝባዊ፡ ይግበር፡ ትእዛዘ፡ ዘይቤልዎ፡ በትሰጥዎ፤ ወይትአዘዙ፡ ለእለ፡ ያስተሬእዩ፡ ለምሥዋዕ፤ ወያሥምርዎ፡ ለእግዚአብሔር፡ ኵሎሙ፡ በዘ፡ወሀብዎሙ፡ ወሠርዕዎሙ፡፡ ወኢትትመሀሩ፡ ትጻልኡ፡ በበይናቲክሙ፡ በእንተ፡ ዘተአዘዝክሙ፡ አላ፡ ይረድ፡ ኵሉ፡ አሐዱ፡ አሐዱ፡ በከመ፡ ተውህበ፡ ሎቱ፡ እምኀበ፡ እግዚአብሔር፡፡ ወኢይጽላእ፡ አሐዱ፡ ካልኡ፡ በውዴት፤ ወመላእክትኒ፡ ኢይተዐደዉ፡ እምዘ፡ ወሰኑ፡ ሎሙ፡፡

Statutum XVIII. 66

Statutum Laicorum.

Inſit PHILIPPUS: Laicus faciat præceptum quod dixerint ei benevolè; & obtemperent iis, qui vacant altari; ut omnes Domino placeant per id, quod dederunt & ordinaverunt eis. Neque audeatis odiſſe vos invicem ſuper iis, quæ injuncta fuerunt vobis, ſed currat unusquisque prout datum eſt ei à Domino. Neque odio habeat quisquam alterum ex criminatione calumnioſa. Principes quoque ne transgrediantur fines ſibi præſcriptos.

ትእዛዝ፡ ፲ወ፱፡

ተዘክሮ፡ ከመ፡ ቍርባን፡ሥጋሁ፡ ለክርስቶስ፡ ወዘይመጽእ፡ እምድኅረ፡፡

ይቤ፡ እንድርያስ፤ አቅደምነ፡ ወሠራዕነ፡ ዘንተ፡ በእንተ፡ ቍርባን፡ ዝውእቱ፡ ሥጋሁ፡ ለክርስቶስ፡ ወደሙ፡ ወነሕነ፡ ናጤይቅ፡ በአማን፤

ይቤ፡ ዮሐንስ፡ ረሳዕክሙኑ፡ አኀዊነ፡ከመ፡ውእተ፡ዕለተ፡ አመ፡ አቅረበ፡ እግዚእነ፡ ኅብስተ፡ ወወይነ፡
Matth. 26. 26. ይቤ፡ ዝንቱ፡ ውእቱ፡ ሥጋየ፡ ወዝንቱ፡ውእቱ፡ደምየ፤ እስመ፡ ኢአዘዘ፡ ያስተሬእዩ፡ ለእሉ፡፡

ትቤ፡ ማርታ፡ በእንተ፡ ማርያም፡ ርኢዩዋ፡ ዘትስሕቅ፤ ወትቤ፡ ማርያም፡ አኮ፡ በእንተ፡ ዘሰሐቁ፡ እስመ፡ ዘይቤለነ፡ እግዚእነ፡ ሠናይ፡ እስመ፡ ድውይ፡ የሐዩ፡ በጽኑዕ፡፡

Statutum XIX. 67

Commemoratio, quòd Euchariſtia ſit Corpus Chriſti, & quæ ſequuntur.

Inſit ANDREAS: Jam antea ordinavimus iſtud *de Euchariſtia*, quæ eſt corpus & ſangvis Chriſti, idque nos certò aſſerimus in veritate.

JOHANNES *inquit*: Oblitine eſtis O Fratres, quod in illo die, quò obtulit Dominus noſter panem & vinum, dixit: *Hic eſt Corpus meum*, *& hic eſt ſangvis meus*. Quia non præcepit ut profana judicarent iſta.

Dixit *Martha* de *Maria* *aſpicite eam quomodo* (a) *rideat*: Et dixit *Maria*: *Non ideo riſi*, *quod dixerit nobis Dominus noſter*. Bonum eſt; nam infirmus convaleſcet firmiter.

ትእዛዝ፡ ፳፡

ይቤ፡ ኬፋ፡ ቦ፡ እለ፡ ይብሉ፡ ኢመፍትው፡ ለአንስት፡ ያልዕላ፡ ቃሎን፡ እንዘ፡ ይቀውማ፡ በቤተ፡ ክርስቲያን፡ አላ፡ ያስገድያ፡ ዲበ፡ ምድር፡፡

ይቤ፡ ያዕቆብ፡ እፎ፡ ይትከሀል፡ ይሥርዑ፡ ለአንስት፡ መልእክተ፡ ዘእንበለ፡ዘንቱ፡መልእክት፡ባሕቲቱ፡ ከመ፡ ይርድእዎሙ፡ ለድኩማን፤

Statutum XX. 68

Inſit CEPHAS: Sunt qui dicant: *Non decet fœminas attollere vocem ſuam dum ſtant in Eccleſia*; *ſed faciant eas procumbere humi*.

JACOBUS *inquit*: Quomodo poteſt injungi fœminis miniſterium in Eccleſia, excepto hoc ſolo, ut opem ferant infirmis.

ይቤ፡

(a) Quid hæc aſſumptio ſibi velit, unde nata vel cur inſerta ſit, nemo facile dixerit. Alludit ad hiſtoriam *Lazari* Joh. XI. ſed planè extra oleas.

[illegible]

ትእዛዝ፡ ፳ወ፩፡

በእንተ፡ ሢመተ፡ ኤጲስ፡ ቆጶሳት፡ ወሥርዐተ፡ ቍርባን፡

ይሠየም፡ ኤጲስ፡ ቆጶስ፡ በከመ፡ [illegible]

[illegible]

Dixit PH[illegible] *O Fr*[illegible] de [illegible] charitate q[illegible] ex[illegible] homo [illegible] [illegible] quod colligat sibi thesaurum bon[illegible], quem colligit sibi in regno cœlo[illegible]um Quia imp[illegible]tatur ei opus bon[illegible] apud Dominum usque in æternu[illegible].

Dixit PETRUS *O Fratre[illegible]* Nos non cogimus quenquam, sed præcipimus in nom[illegible]e Do[illegible]ni. Obtestamur vos, ut audiatis & cust[illegible]diatis præcepta neque addatis ad illu[illegible], nec dematis ab eo quidquam. *In nomine Domini nostri IESI CHRISTI, cui sit laus & nunc & usque in secula seculorum. Amen.*

Statutum XXI.

De ordinatione Episcoporum & ritu Eucharistiæ.

Constituatur [illegible] sicuti antea di xi[illegible] qui eligatur ab [illegible] p[illegible]pulo conjunctim cum presbyteris & d[illegible]ac[illegible] in die Sabbati. Et omnes Episcop[illegible] conve[illegible]iant inter se [illegible] congregatione, & imponant manus suas [illegible]per eu[illegible]. E[illegible] Presbyteri stantes tranquille, omnesque silentes pariter orent in cordibus suis, ut descendat Spiritus sanctus super illum, & oret unusquisque ex Episcopis, & [illegible]usquisque stans imponat manum super illum, qui constituitur Episcopus; orantes super eum hoc modo:

Omnipotens DEUS: Pater Domini nostri JESU Christi Salvatoris nostri, Pater [illegible], & Dominus omnis [illegible] qui habitat inter supremos & infim[illegible]s, qui [illegible] omnia antequam fiant. Tu de[illegible]sti ordi[illegible] Ecclesiæ per voc[illegible]m gratiæ tuæ, q[illegible]m prius ordinavisti ante generationes justorum, [illegible] à [illegible] tempore] *Abrahami Iudices &* [illegible]*cerdot*[illegible] co[illegible]stitu[illegible]sti [illegible] & sanctuarium t[illegible]m nunquam reliquisti sine mi[illegible]istris. Ante creati[illegible]nem mundi [prout] vol[illegible] in [illegible] quem elegeras, celebra[illegible]s [illegible]sti. Nunc autem effu[illegible]de desuper virtutem Spiritus principalis, quem de[illegible]disti dilecto fi[illegible]o tu[illegible] J[illegible]S[illegible] quem largi[illegible] [illegible]anctis Apostol[illegible], ut

[illegible] ለ፡ዐዘ፡ዝ፡ [illegible] 13 A [illegible] videtur au [illegible]

ስቲ፡ን፡በሀ፡ፈ፡መስቀልከ፡በበ መ
ካኒ ቀ.ሳ፡ ዘአልቦ፡ ሀ፡ረፍት፡በስ
መ፡ ዚአከ፡ ሀብ፡ ማእምረ፡ ልብ፡
አብ፡ ፈቦ ገብርከ፡ ዘኀረይከ፡ ለ
ኤጲስ፡ ቆጶስና፡ ይርዒይ፡ መርዔተ
ከ፡ ወይትክሀን፡ ለከ፡ ዘእንበለ
ሐ.ስ. እንዘ፡ይትቀነይ፡ ሌሊተ፡ ወ
መዓልተ፡ ያስተበቍዕ፡ ወይርአይ፡ገ
ጾከ፡ ይለው ያቅርብ፡ ቍርባነከ፡
ዘቅ ስት፡ ቤተ፡ ክርስቲያንከ፡ ወ
በመንፈስ፡ ቅዱስ፡ ዘክህነት፡ እንዘ፡
ቦ፡ ስልጣነ፡ ይስረይ፡ ኀጢአተ፡ በ
ከመ፡ ትእዛዝከ ፤ የሀብ፡ ሢመተ፡
፡ ሠርዐትከ፡ ወይፈትሕ፡ ኵሉ፡
መአስረ፡ ሀሠሣ፡ በከመ፡ስልጣን፡ዘ
ወሀብከ ፡ ለሐዋርያቲከ ፤ ወያሠ
ምርብ፡ በየውሃት፡ ወበንጹሕ ለ
ብ፡ እንዘ፡ ያቅርብ፡ ለከ፡ መዓዛ፡ ሠ
ናየ ፤ በወልድከ፡ ኢየሱስ፡ ክርስ
ቶስ፡ ዘቦቱ፡ ለከ፡ ስብሐት፡ ወኃ
ይል፡ ወክብር፡ ለአብ፡ ወወልድ
ወመንፈስ፡ ቅዱስ፡ በቅድስት በ.
ት፡ ክርስቲያን፡ ይእዜኒ፡ ወዘለፈ.
ወለዓለመ፡ ዓለም፡ አሜን ::

እምድኅረ፡ ተሠይመ፡ ኤጲስ፡ ቆ
ጶስ፡ ይትኣምኁ ኵሉ. ለለ፡ ፩ በ
አፉ፡ እንዘ፡ ይኤምኅዎ፡ ለዘ፡ ኮነ
ኤጲስ፡ቆጶስ፡ ወለዘ፡ ከፈሎ፡ ዘን
ተ፡ፀጋ፡ወዲያቆን፡ ያብእ፡ሎቱ፡ቍ
ርባነ፤ ወአንብሮ፡ እንከ፡ እደሁ፡ ዲ
በ፡ ቍርባን ምስለ፡ኵሎሙ፡ ቀሳ
ውስት፡ ወይብል፡ እንዘ፡ ያአኵት
ከመዝ ::

እግዚአብሔር፡ ምስለ፡ኵልክሙ፡
ወይብሉ፡ ሕዝብ፡
ፋጸም፡ምስለ፡ መንፈስከ፡ ይኩን፤
ወይብል፡ ኤጲስ፡ ቆጶስ፡
ልዕሉ፡ለበክሙ፡
ወይብሉ፡ ኵሉ፡ ሕዝብ፡
ብነ፡ነበ፡ እግዚአብሔር፡አምላክነ፡
ወይብል፡ ኤጲስ፡ቆጶስ፤
ናአኵት፡ለእግዚአብሔር፤
ሕዝብ፡
ርቱዕ፡ ወጻድቅ፡

ወእምዝ፡ ይብሉ፡ ቅዳሴ፡ ዘ
ቍርባን፡ ትለወተ፡ ኤጲስ. ቆጶስ፡

ናአኵተከ፡ እግዚአብሔር፡ በፍ
ቁር፡ ወልድከ፡ ኢየሱስ ክርስቶስ፡
ዘበደኃሪ.መዋዕል፡ ፈነውከ. ለነ.መድ
ኃኔ፡ወመ ዘወ፡መልአከ፡ምክርከ፡
ዘቃል፡እንዘ፡እም ... ፡
ኵሉ ገበር ... ረቂ ... ወፈነውከ፡አ
ምሰማይ. ውስ ... ፡ ድንግል፡

Ecc[illegible] omnibus locis, sanctitatis tuæ p[illegible]tio ne, sine cessatione in nomine tuo. [illegible] ò gnare cordium, Pater: ut servus [illegible], quem elegisti ad Episcopatum, [illegible] gregem tuum, & sacerdotio fungatur c[illegible] ram te absque reprehensione, [illegible] mini strans noctu diuque suppliciter oret [illegible] deat[illegible] faciem tuam, ut digne [illegible] rat oblationem tuam [illegible] sanctæ E[illegible] tuæ, & in Spiritu sacerdotii Sanct[illegible] habens [illegible] remittendi pec[illegible] secundum mandatum tuum. & d[illegible] dines secundum institutionem tu[illegible] atque solvendi omne vinculum ini[illegible] tatis secundum potestatem, qu[illegible] dedi sti Apostolis tuis ut acc[illegible] sinceritate & puro corde, offeren[illegible] odorem suavem. Per Filium tuum IE SUM Christum, in quo tibi [illegible] & potentia. Gloria Patri, & Filio & Spiritui Sancto in Sancta Ecclesia nunc & semper, & in secula seculorum Amen.

Postea quam constitutus est [illegible], gratulantur [illegible] omnes [illegible] singuli ore [illegible] qui factus [illegible] Episcopus. Et cui [illegible] erit [illud] m[illegible] praebe[illegible] illi Eucharistiam. [illegible] super panem eucharisti[illegible] cum om[illegible] bus presbyteris gratias [illegible] Domino, [illegible] hoc mod[o] 2

Dominus vobiscum omnibus.

R[e]spondet P[opulus]

Tot[illegible].

Dicit E[pisco]pu[s]

[E]levate [illegible] corda.

Respondet omnis populus

Sunt apud Dominum Deum n[ostrum] [illegible]

Dicit Episcopus

Gratias agamus Domino.

Populus

Rectus & justus est.

Deinde dicunt orationem [illegible] Episcopum praeeunte [illegible]

Gr[illegible] D[illegible] di- 73 ctum Filium tuum [illegible] Christum quem in ul[illegible] vobis Sal vatorem & [illegible], nuncium consilii tui [illegible] verbum quod te est, per [illegible] fecisti vol[illegible] tuâ. E[illegible] de cœlo mu[illegible]

ሠጋ፡

(c[illegible] instra[illegible]

ሥጋ፡ ኮነ፡ ወተጾረ፡ በከርሥ፡ ወ
ወልድከ፡ ተሀውቀ፡ እመንፈስ፡ ቅዱ
ስ፡ ከመ፡ ይፈጽም፡ ፈቃደከ፡ ወሕ
ዝበከ፡ ለከ፡ ይገበር፡ ሰፍሐ፡ እደ
ዊሁ፡ ሐመ፡ ከመ፡ ለሕሙማን፡ ይ
ድኅን፡ ለእለ፡ ተወከሉ፡ ላዕሌከ፡
ዘተ፡ ህበ፡ በፈቃዱ፡ ለሕማም፡ ከመ፡
ሞተ፡ ይስዐር፡ ወመአስረ፡ ሰይጣን፡
ይብትክ፡ ወይኪይድ፡ሲኦለ፡ ወቅዱ
ሳነ፡ ይምርሖ፡ ወሥርዐተ፡ ይትክ
ል፡ ወትንሣኤ፡ ያዕቅ፡ ነሥአ፡ እ
ንበ፡ ኅብስተ፡ አእኰተ፡ ወይቤ፡ ን
ሥኡ፡ ብልዑ፡ ዝውእቱ፡ ሥጋየ፡ ዘ
በእንቲአክሙ፡ ይትፌተት፡ ወካ
ዕበ፡ ጽዋዐ፡ ይቤ፡ ዝውእቱ፡ ደ
ምየ፡ ዘበእንቲአክሙ፡ ይትከዐ
ው፡ ሶበ፡ ትገብርዎ፡ ለዝ፡ ለተዝ
ካርየ፡ ኪያየ፡ ትገብሩ፡፡
እንዘ፡ ንዜክር፡ እንከ፡ሞቶ፡ወትን
ሣኤሁ፡ናቀርብ፡ ለከ፡ዘንተ፡ኅብስ
ተ፡ ወጽዋዐ፡ እንዘ፡ ናአኵተከ፡ ዘ
ረሰይከነ፡ ድሉላነ፡ ከመ፡ ንቁ
ም፡ ቅድሜከ፡ ወለከ፡ ንትክህን፡፡
ወ፡ንስእለከ፡ ከመ፡ ትፈኑ፡ መን
ፈሰከ፡ ቅዱሰ፡ ዲበ፡ ቍርባን፡ ዘቤ
ተ፡ ክርስቲያን፡ ደሚረከ፡ ትሁብ፡
ለኵሉ፡ ለእለ፡ ይነሥኡ፡ እምኔሁ፡
ይኩኖሙ፡ ለ... ቅድሳት፡ ወለምላ
ኤተ፡ መንፈስ፡ ቅዱስ፡ ወለአጽን
ዖ፡ ሃይማኖት፡ በአማን፡ ከመ፡ኪያ
ከ፡ ይሰብሑ፡ ወይወድሱ፡ በወል
ድከ፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ፡ ዘቦቱ፡
ለከ፡ ስብሐት፡ ወኃይል፡ በቅድስ
ት፡ ቤተ፡ ክርስቲያን፡ ወይእዜኒ፡
ወዘለፈኒ፡ ወለዓለመ፡ ዓለም፡
አሜን፡፡

በእንተ፡ ቍርባን፡ ዘቅብእ፡

ቅብአ፡ ዘያቀርብ፡ በቍርባን፡ ሶ
በስተ፡ ወወይን፡ ከማሁ፡ እንዘ፡
ያአኵት፡ በዝ፡ ሥርዓት፡ ለእመኒ፡
በውእቱ፡ነገር፡ ኢይበቍ፡ በዘ፡ ዘይእሁ፡
ኃይል፡ ያአኵቶ፡ ወበካልኣኒ፡ ነገር፡
እንከ፡ እንዘ፡ ይብል፡ ከመ፡ ዘቅብ
አ፡ቀደስከ፡ ተሀብ፡ ለእለ፡ይትቀብ
ኡ፡ ወይነሥኡ፡ ዘሎቱ፡ ቀባእከ፡ ካ
ህናተ፡ወነቢያተ፡ከማሁ፡ ለእሉ፡ ወ
ለኵሉ፡ ዘይጥዕሞ፡ አኀይል፡ ወቀ
ድስ፡ ለእለ፡ ይነሥእዎ፡፡

ሕዝብ፡ ይብል፡

በከመ፡ ሀሎ፡ ህለው፡ ወይሄሉ፡
ለትውልደ፡ ትውልድ፡ ወለዓለመ፡
ዓለም፡ አሜን፡፡

virginis. Caro factus est, & gestatus fuit L. III. c. 4.
in ventre ejus. Et filius tuus manifestatus N. XXX.
fuit a Spiritu Sancto, ut impleret voluntatem tuam, & populum tibi efficeret, expandendo manus suas: passus est, ut patientes [afflictos] liberaret, qui confidunt in te. Qui traditus est voluntate sua ad passionem: ut mortem dissolveret, vincula Satanæ rumperet: & conculcaret infernum, & sanctos educeret, & statuta conderet, & resurrectionem patefaceret. Accipiens ergo panem gratias egit, & dixit: *Accipite, comedite, Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur.* Et similiter calicem quoque & dixit: *Hic est sanguis meus, qui pro vobis effunditur, cum facitis hoc, in commemorationem mei id facietis.*

Recordantes igitur mortis ejus & resurrectionis ejus offerimus tibi hunc panem & calicem, gratias agentes tibi, quòd nos reddidisti dignos, ut stemus coram te, & sacerdotio tibi jungamur. Suppliciter oramus te, ut mittas spiritũ tuum sanctum super oblationes hujus Ecclesiæ. Pariterque largiaris omnibus, qui sumunt de eis [ut prosit eis ad] sanctitatem, ut repleantur Spiritu Sancto, & ad confirmationem fidei in veritate, ut te celebrent & laudent in filio tuo *IESV Christo*, in quo tibi [sit] laus & potentia in sancta Ecclesia, & nunc & semper & in secula seculorum; Amen.

De oblatione olei.

Qui oleum offert tempore Eucharistiæ, ut & panem & vinum, gratias agat eodem modo. Quod si ... eiusdem verbis ... fuerit usus, p... ... sua propria etiam aliis verbis gratias agat, dicens: Sanctificans oleum hoc, gratiam] tribue iis qui unguntur, & accipiunt [panem & vinum]. Sicuti unxisti sacerdotes & Prophetas, Similiter & illos, & unumquemque qui gustat [...] corrobora: & sanctifica illos, qui accipiunt illud.

Populus dicit.

Sicut erat, est, & erit in generationes generationum, & in secula seculorum, Amen.

{ ... tur in Oratione E...ar...ca Romæ ... Apostol...
16 ... suppleta.

ኤጲስ፡ ቆጶስ፡

ወካዕበ፡ ናስተበቍዕ፡ ዘኵሉ፡ ይእኅዝ፡ እግዚአብሔር፡ አብ፡ ለእግዚእ፡ ወመድኃኒነ፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ፡ ከመ፡ የሀበነ፡ በበረከት፡ ንንሣእ፡ ዝቅዱስ፡ ምስጢር፡ ወኢመንሂ፡ እምውስቴትነ፡ ኢይርስሖ፡ ለኵሉ፡ ተድላሁ፡ ይረሲ፡ ለእለ፡ ይትሜጠው፡ ንሥአተ፡ ቅዱስ፡ ምስጢር፡ ዘሥጋ፡ ወደም፡ ለክርስቶስ፡ ዘኵሉ፡ ይእኅዝ፡ እግዚአብሔር፡ አምላክነ፡፡

ዲያቆን፡ ይብል፡ ጸልዩ፡

እግዚአብሔር፡ ዘኵሉ፡ ትእኅዝ፡ [በ]ንሥአተ፡ ዝቅዱስ፡ ምስጢር፡ ጽንዕ፡ ለነ፡ ሀበነ፡ ወኢመንሂ፡ እምውስቴትነ፡ ኢታርስሖ፡ አላ፡ ኵሉ፡ ባርክ፡ በክርስቶስ፡ ዘቦቱ፡ ለከ፡ ምስሌሁ፡ ወምስለ፡ ቅዱስ፡ መንፈስ፡ ስብሐት፡ ወእኂዝ፡ ይእዜ፡ ወለዘለኣ፡ ወለዓለመ፡ ዓለም፡ አሜን፡

ዲያቆን፡ ይብል፡

እንዘ፡ ትቀውሙ፡ አትሕቱ፡ ርእሰክሙ፡

እግዚአብሔር፡ ዘለዓለም፡ ማእምር፡ ዘኅቡአ፡ ለከ፡ አትሐቱ፡ ርእሶሙ፡ ሕዝብከ፡ ወለከ፡ አግረሩ፡ ቀረ-
Pſ. 92. 3. ተ፡ ልብ፡ ወሥጋ፡ ርኢ፡ እምድልወ፡ ማኅደርከ፡ ወባርኮ፡ ኪያሆሙ፡ ወኪያሆን፡ አጽምእ፡ ሎሙ፡ እዝነከ፡ ወስምዖሙ፡ ጸሎቶሙ፡ አጽንዖ፡ በኃይለ፡ የማንከ፡ ወክዱን፡ እምሕማም፡ እኩይ፡ ሀቃቤ፡ ሎሙ፡ ኩን፡ ለሥጋ፡ ወለነፍስ፡፡ ወስክ፡ ሎሙሂ፡ ወለነሂ፡ ሃይማኖተ፡ ወፈሪሆተ፡ በአሐዱ፡ ወልድከ፡ ዘቦቱ፡ ለከ፡ ምስሌሁ፡ ወምስለ፡ ቅዱስ፡ መንፈስ፡ ስብሐት፡ ወእኂዝ፡ ለዝለኣ፡ ወለዓለመ፡ ዓለም፡ አሜን፡፡

ዲያቆን፡ ይብል፡ ንነጽር፡

ወኤጲስ፡ ቆጶስ፡ ቅድሳት፡ ለቅዱሳን፡ -

ሕዝብ፡ ይብል፡

አሐዱ፡ አብ፡ ቅዱስ፡ አሐዱ፡ ወልድ፡ ቅዱስ፡ አሐዱ፡ ውእቱ፡ መንፈስ፡ ቅዱስ፡፡

ኤጲስ፡ ቆጶስ፡ ይብል፡

እግዚአብሔር፡ ምስለ፡ ኵልክሙ፡

ሕዝብ፡ ይብል፡

ወምስለ፡ መንፈስከ፡፡

Episcopus dicit.

Iterum supplicamus omnia tenet, Dominum omnipotentem, Patrem Domini & Salvatoris nostri JESU Christi ut concedat nobis in benedictione accipere hoc sanctum sacramentum, neque quenquam ex nobis reum faciat, sed potius omnes dignos reddat, qui suscipiunt & accipiunt sanctum sacramentum corporis & sanguinis Christi omnipotentis Domini Dei nostri.

Diaconus dicit Orate.

Domine omnipotens [illegible] dum accipimus hoc sanctum mysterium [illegible] bur nobis [illegible], neque quenquam ex nobis reum age, sed omnibus benedic in Christo in quo tibi cum illo, & cum Spiritu Sancto [illegible] & potentia nunc] & semper & in secula seculorum, Amen.

Diaconus dicit.

[illegible] qui statis demittite [illegible]

Domine æterne, [illegible] declinaverunt tibi [illegible] ita sua [illegible] us, & tibi subjecerunt [illegible] carnis. Respice [illegible] habitaculo [illegible] & benedic illos & [illegible]. Inclina [illegible] es tuas & exaudi preces eorum. Corrobora [illegible] virtute dextræ tuæ & protege [illegible] ala. [illegible] esto, tam [illegible] animæ. Auge & [illegible] nobis fidem & timorem. Per unicum [illegible], in quo tibi cum illo & cum Spiritu Sancto [illegible] & potentia in perpetuum & in secula seculorum, Amen.

Diaconus ait. Respiciamus &c.

Et Episcopus · Sanctuarium Sancti[illegible]

Populus respondet

Unus Pater Sanctus Unus Filius Sanctus Unus [illegible] Spiritus Sanctus

[illegible]

Dominus vobis[illegible]

P[illegible]

Et cum Spiritu [illegible]

ወእምዝ

[illegible] hoc [illegible] etiam ponunt S[illegible] أحمر [illegible] *Arab.* الحلل [illegible] ፀባጡ. ኵሉ. [illegible] *enet* vel [illegible] spicientes [illegible] *nans* vel *imperando.* [illegible] statu [illegible] meo.

ወእምዝ፡ ይሴብሑ፡ ስብሐተ፡ ወይ
በውእ፡ ሕዝብ፡ መድኃኒተ፡ ነፍሱ፡
በዘይትኀደግ፡ ኃጢአት፡ ይነሥእ፡

Deinde attollunt hymnum laudis, & intrat populus, remedium animæ ſuæ, quo peccatum remittitur, accipiens. [*i.e.* Communione utitur]. L. III. c. 4. N. XXX.

77 ጸሎት፡ እምድኅረ፡ መጠወ፤

Oratio poſtquam tradidit [Euchariſtiam].

እግዚአብሔር፡ ዘኵሉ፡ ትእኅዝ፡ አብ፡ ለእግዚእ፡ ወመድኀኒነ፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ፤ ናአኵተከ፡ እስመ፡ ከፈልከ፡ ንንሣእ፡ እምቅዱስከ፡ ምስጢር፡ ኢይኩን፡ ለርስሐት፡ ወኢለኵነኔ፡ አላ፡ ለሐድሶ፡ ነፍስ፡ ወሥጋ፡ ወመንፈስ፡ በአሐዱ፡ ወልድከ፡ ዘቦቱ፡ ለከ፡ምስሌሁ፡ወምስለ፡ቅዱስ፡መንፈስ፡ ስብሐት፡ ወእሒዝ፡ ለዝሉፉ፡ወይእዜኒ፡ ወዘለፈኒ፡ ወለዓለመ፡ዓለም፡ አሜን፤

ሕዝብ፡ ይብሉ፡ አሜን፤
ቀሲስ፡ ይብል፤
እግዚአብሔር፡ ምስለ፡ ኵልክሙ፡

Domine παντοκράτωρ (g) Pater Domini & Salvatoris noſtri JESU Chriſti; gratias agimus tibi, quòd conceſſiſti nobis [ut] acciperemus de ſancto tuo myſterio; ne ſit nobis in reatum neque in damnationem, ſed ad renovationem animæ, corporis, & animi. Per unicum Filium tuum, in quo tibi cum illo, & cum Spiritu Sancto ſit laus & potentia in perpetuum, & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum Amen.

Populus dicit. Amen.
Presbyter dicit:
Dominus ſit cum vobis omnibus.

78 አንብሮ፡ እ፡ እምድኅረ፡ ነሥኡ፤

Impoſitio manuum poſtquam acceperunt [Sacramentum]

እግዚአብሔር፡ ዘለዓለም፡ ዘኵሉ፡ትእኅዝ፡ አብ፡ ለእግዚእ፡ ወመድኀኒነ፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ፡ ባርክ፡ አግብርቲከ፡ ወአእማቲከ፡ ክዳኖሙ፡ ወረድኦሙ፡ ወሠርዖሙ፡ በኀይለ፡ መላእክቲከ፡፡ ዕቀብ፡ ወአጽንዕ፡ላዕለ፡ ፈርሃትከ፡ በዕበየ፡ ዕበይ፡ አስርጎ፡ ዘዚአከ፡ይሕልዩ፡ ወዘዚአከ፡ ይእመኑ፡ ጸጉ፤ ወዘዚአከ፡ ይፈቅዱ፡ሱላመ፡ ዘአንበለ፡ አበሳ፡ ወመዐተ፡ አጽጉ፤ በአሐዱ፡ ወልድከ፡ዘቦቱ፡ ለከ፡ ምስሌሁ፡ወምስለ፡ቅዱስ፡መንፈስ፡ ስብሐት፡ ወይእዜኒ፡ &c.

ሕዝብ፡ ይብሉ፤ አሜን፡
ኤጲስ፡ ቆጶስ፡ ይብል፤
እግዚአብሔር፡ ምስለ፡ ኵልክሙ፤
ሕዝብ፤ ወምስለ፡ &c.
ዲያቆን፡ ይብል፤
እትዉ፡ በሰላም፡
ወእምድኅረ፡ ተፈጸመ፡ ቍርባን፡፡

Domine æterne, qui omnia regis! Pater Domini & Salvatoris noſtri JESU Chriſti, Benedic ſervis tuis, & ancillis tuis. Protege & adjuva & ſoſpita [eos] virtute Angelorum tuorum. Cuſtodi & corrobora [eos] in timore tuo per Majeſtatem tuam: Exorna [eos] ut quæ tua ſunt, cogitent: & largire [eis], ut quæ tua ſunt, credant, & ut quæ tua ſunt velint: Concordiam ſine peccato & ira gratificare illis. Per unicum Filium tuum, in quo tibi cum illo & cum Spiritu Sancto ſit laus, & nunc &c.

Populus reſpondet Amen.
Epiſcopus dicit:
Dominus vobiſcum omnibus.
Populus; & cum ſpiritu tuo.
Diaconus dicit·
Abite in pace.
Et poſt hæc abſoluta eſt Euchariſtia.

79 ትእዛዝ፡ ፳ወ፪፡

በእንተ፡ ሢመተ፡ ቀሳውስት፡

Statutum XXII.

De ordinatione Presbyterorum.

ለእመ፡ፈቀደ፡ኤጲስ፡ቆጶስ፡ ከመ፡ ይሢም፡ ቀሲሰ፡ ያንብር፡ እዴሁ፡ ላዕለ፡ ርእሱ፡፡ ቀሳውስት፡ ኵሎሙ፡

Cum voluerit Epiſcopus ordinare Presbyterum, imponat manum ſuam ſuper caput ejus. Presbyteri vero univer-

ይለክ

(g) Vide quæ paulo ante notavimus. §. 75. lit. e.

1 Tim. c. 4. ይለክፉዎ ፡፡ ወይጸሊ ፡ ላዕሌሁ ፡ በአ
N. XXX. ምኀለ ፡ ዘነበ ፡ ይጸሊ ፡ እንዘ ፡ ይብል ፡፡
አምላክየ ፡ አቡሁ ፡ ለእግዚእነ ፡ ወ
መድኀኒነ ፡ ኢየሱስ ፡ ክርስቶስ ፡ ነጽ
ር ፡ ዲበ ፡ ዝንቱ ፡ ገብርከ ፡ ወጸፍሎ ፡
መንፈሰ ፡ ጸጋ ፡ ወምክረ ፡ ቅድስና ፡ ከ
መ ፡ ይክሀሎ ፡ የሐድፍ ፡ ሕዝበከ ፡ በን
ጽሐ ፡ ልብ ፡ በከመ ፡ ርኢከ ፡ ውስተ ፡
ሕዝብ ፡ ኅሩይ ፡ ወአዘዝኮ ፡ ለሙሴ ፡
Num. 11. ይኅረይ ፡ ቀሳውስተ ፡ ለእለ ፡ መላእክ
16. ሙ ፡ መንፈስ ፡ ለዘ ፡ አንተ ፡ ጸጎኮ ፡ ለገ
ብርከ ፡ ወቍልዔከ ፡ ሙሴ ፡፡ ወይእ
ዜኒ ፡ እግዚእየ ፡ ሀብ ፡ ለገብርከ ፡ ገብር
ከ ፡ ጸጋ ፡ ዘኢየኅልቅ ፡ እንዘ ፡ ተዐቅብ ፡
ለነ ፡ ጸጋሁ ፡ መንፈስከ ፡ ወጸፍለነ ፡ መ
ሊአከ ፡ ለነ ፡ አምልኮ ፡ በውስተ ፡ ልብ ፡
በየውሃት ፡ እንዘ ፡ ንሴብሐከ ፡፡ በወ
ልድከ ፡ ኢየሱስ ፡ ክርስቶስ ፡ ዘቦቱ ፡
ለከ ፡ ስብሐት ፡ ወኃይል ፡ ለአብ ፡ ወ
ወልድ ፡ ወመንፈስ ፡ ቅዱስ ፡ በቅድስ
ት ፡ ቤተ ፡ ክርስቲያንከ ፡ ወይእዜኒ ፡ ወ
ዘልፈኒ ፡ ወለዓለመ ፡ ዓለም ፡ አሜን ፡፡
ወይብል ፡ ኵሉ ፡ ሕዝብ ፡ አሜን ፡ ወ
አሜን ፡፡
ወይደልዎ ፡ &c.

fi attingant illum. Ille autem oret super illum, quemadmodum diximus. Oret autem dicens: *Deus mi, Pater Domini & Salvatoris nostri* JESU Christi: *Respice hunc servum tuum & largire illi Spiritum gratiæ, & consilium sanctitatis, ut possit regere populum tuum in integritate cordis. Sicut respexisti populum electum,* [Israelitas] *& mandasti Moysi, ut eligeret seniores, quos replevisti eodem spiritu, quo donaveras servũ tuum & famulum tuum* Moysen. *Nunc autem Domine mi. da isti servo tuo gratiam quæ nunquam deficit: conservans nobis gratiam spiritus tui & competentem portionem nostram; supplens in nobis cultum tuum in corde, ut celebremus te sincerè. Per Filium tuum IESVM Christum, in quo tibi sit laus: & potentia Patri & Filio & Spiritui Sancto in sancta Ecclesia tua, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.*

Et respondet omnis populus, *Amen & Amen.*

Et decet [vel oportet] cum &c.

ትእዛዝ ፡ ፳ወ፫ ፡፡

በእንተ ፡ ሢመተ ፡ ዲያቆናት ፡፡

ወእመ ፡ ፈቀደ ፡ ኤጲስ ፡ ቆጶስ ፡ ይሢም ፡ ዲያቆነ ፡ ይኅረይ ፡ በከመ ፡ አቅደምነ ፡ ነጊረ ፡ ወያንብር ፡ ኤጲስ ፡ ቆጶስ ፡ እዴሁ ፡ ላዕሌሁ ፡ ባሕቲቱ ፡፡ በእንተ ፡ ምንት ፡ ዘነበ ፡ ከመ ፡ ኤጲስ ፡ ቆጶስ ፡ ባሕቲቱ ፡ ዘያነብር ፡ እደ ፡ ላዕሌሁ ፡ በእንተ ፡ ትእምርት ፡ ውስተ ፡ ዝንቱ ፡ ግብር ፡ እስመ ፡ ኢተሠይመ ፡ ለክህነት ፡ ዘእንበለ ፡ ለመልእክተ ፡ ኤጲስ ፡ ቆጶስ ፡ ከመ ፡ ይግበር ፡ ትእዛዛቲሁ ፡ ዘተአዘዘ ፡ ባቲ ፡ ዘአምኀቤሁ ፡፡ ወኢተሠይመ ፡ ከመ ፡ ይኩን ፡ መምህረ ፡ ለኵሉ ፡ ሥዩማን ፡ አላ ፡ ይኩን ፡ ዘይሔሊ ፡ በዘ ፡ ይደሉ ፡ ወይንግር ፡ ለኤጲስ ፡ ቆጶስ ፡፡ ወአኮ ፡ ዘተሠይመ ፡ ከመ ፡ ይርከብ ፡ መንፈሰ ፡ ሀቢየ ፡ ዘ*ቱ ፡ ዘይሳተፉ ፡ ቀሳውስት ፡ አላ ፡ ይጥህቅ ፡ ለዘ ፡ ይደሉ ፡ ከመ ፡ ይአምኖ ፡ ኤጲስ ፡ ቆጶስ ፡ ወያለብዎ ፡ በዘ ፡ መፍትው ፡ እስመ ፡ ኤጲስ ፡ ቆጶስ ፡ ባሕቲቱ ፡ ዘያነብር ፡ እደ ፡ ላዕሌ[illegible] ወለቀሳውስትሰ ፡ እስመ ፡ &c.

Statutum XXIII. 80

De ordinatione Diaconorum.

Si voluerit Episcopus *ordinare Diaconum*, eligat talem, qualem antea diximus, & imponat Episcopus manum suam super eum solus. Quod autem diximus, Episcopum solum imponere debere manum super eum, [id fit] in signum istius negotii. Non enim constituitur ad sacerdotium, sed tantùm ad ministrandum Episcopo, ut faciat jussa, quæ illi præcepta sunt ab eo. Neque etjam constituitur, ut sit doctor omnium ordinatorum, sed ut intentus sit in id quod sibi incumbit, & de eo referat Episcopo. Neque constituitur, ut acquirat Spiritum magnum illum, de quo participant [seniores] Presbyteri, sed sollicitè curet, quæ officii sui sunt, ut fidere illi possit Episcopus; cumque commonefaciat de iis quæ requiruntur. Etenim Episcopus solus imponit manum super eum, Presbyteros enim. &c.

Hæc

81 Hæc pro specimine *Apocryphi* hujus *libelli* sufficiant, neque etiam plura habe- L. III. c. 4.
mus. Hîc enim substitit exscriptor satis negligens, qui nobis ista descripsit men- N. XXX.
dosissimè & corruptissimè, adeò ut quædam supplenda, multa etiam corrigenda fuerint, ut linguæ peritus Lector facilè animadvertet. Ad literam Latinè reddidi, ipse tamen dubius in multis locis hæsi, quæ aliquando ex Msso. Codice emendari & suppleri poterunt. Damus ea sicut accepimus. Judicabunt de iis periti, num fortè veterum Διαταγαὶ τῶν ἀποστόλων Constitutiones Apostolorum ex iis lucem acquirere possint.

82 Sequuntur nunc Canones octoginta & unus, quos vacant አብጥሊሳት ፡ ዘቅዱሳን ፡ ሐዋርያት ፡ *Abtelisat* seu *Canones Sanctorum Apostolorum.*] Mentionem eorum fecit *Franc. Alvarezius* in itinerario suo Æthiopico, dicens: *Regem interrogasse, num haberent Lusitani librum in octo partes divisum, compositum ab Apostolis, quem Æthiopes vocent* MANDA & ABTELIS. Cui ille respondit: *Quod eum non nosset, neque in nostris regionibus reperiretur.* Paulò aliter Zaga-Zaabus in Confessione sua Fidei: *Iam his enumeratis, erit nobis explicanda disciplina & doctrina, quam Apostoli in Sanctis Synodorum libris & Canonibus* (*quos* Manda *atque* Abetilis *vocamus*) *nobis præceperunt. Sunt enim ii Sanctæ Ecclesiæ Legum libri octo.* Addit: *se neminem in Lusitania reperisse, qui horum memoriam teneret.* Cap. 81.

83 Putaverunt quidam viri docti per libros illos intelligi octo *Constitutionum Apostolicarum* libros, à Turriano primùm Græcè in Europa editos; sed eos Æthiopes ignorant. Alios ቀኖናት ፡ *Canones* (አብጥሊሳት ፡ *Abtelisat* vocant,) & alia ትእዛዛት ፡ *Statuta*, in octo partes dispertita, pro Canonicis habent, ut paulò inferius dicetur. Verùm enim verò modo boni illi viri Constitutiones Turriani & Canones Apostolorum passim obvios, & Græcis Latinisque notissimos, cum Æthiopum Abtelisât [canonibus] conferre voluissent, ex serie materiarum, & Canonum ordine eosdem esse facilè cognovissent; licet nostris multò prolixiores, numeris verò parumper differentes sint, ut mox liquebit, cum prius de vocabulis *Manda* & *Abtelis* disseruerimus.

84 De vocabulo *Manda* equidem nihil habeo quod dicam, num fortè octo illi libri hoc nomine appellentur, id enim me latet. Nec Gregorius Æthiops, utut (ipso Tellezio teste) in libris patriæ suæ versatissimus, dicere poterat, quid vocabu- L. 6. c. 36.
lum hoc sibi vellet. *Abtelis* autem benè interpretabatur *Canonem*, ut mox dice- p. 650.
mus. Guido Boderianus Faber *in præfatione ad Nov. Testamentum Syriacum* fingit: Æthiopes octo illa volumina patrio Idiomate vocare מנדע *Mandea*, hoc est *Scientiam* κατ᾽ ἐξοχήν. Scilicet vocem *Manda* ab Ebraico מדע *Madda Scientia* derivare voluit, tanquam pro *Madda* diceretur *Manda* ob Dages in Nun resolutum, ut *Sanbat* pro *Sabbat*. *Anba* pro *Abba*. Sed nec vox hæc in lingua Æthiopica occurrit, nec uspiam reperitur, quòd Canones Apostolorum Hebraico vocabulo *Madda* dicti fuerint, idque Æthiopes corruperint in *Manda*. Causa ergo talis conjecturæ cessat.

85 Multum quoque fallitur Doctissimus *Stephanus Le Moine* (h) qui multiplici correctione, expunctione, combinatione per paragogen & prosthesin [cujuscemodi emendationes bonum criticum vitare decet] *Manda & Abtelis*, expunctâ copula ET quamvis bis repertâ, legendum putat *Madab-abtelis* & exponendum, *Doctrinam Apostolicam*. *Madab* enim ait esse Arabicum مادبة *Madabaton*, cui significationem affingit *Doctrina* à radice ادب cùm tamen non à secunda sed à prima conjugatione Arabica deriveur, & significet *Convivium seu cibum ad quem quis invitatur*, teste Golio in Lexico. Deinde አብጥሊስ ፡ corruptum putat ex ἀπόστολοι, cùm tamen non soleant Æthiopes corrumpere voces tritas, & optimè notas, qualis hæc est. Cur denique pro plurali in singulari retinerent peregrinam vocem benè intellectam? cum habeant aliam sc. ሐዋርያ ፡ usitatissimam? quæ & in Arabica lingua occurrit.

 Dem-

(h) In Notis & observationibus suis ad Hippolyti sermonem. pag. 1074.

L. III. c. 4. N. XXX. Deinde vel ex hoc colligere poterat doctissimus vir, conjecturam suam nihil valere, 86
quod immediatè adjectum reperiret ዘቅዱሳን ፡ ሐዋርያት ፡ Sanctorũ Apostolorũ,
hoc modo, ut ille ipse Hebraicis literis expressit, מארב אבטליסאת זקדישאן חוריארת
quod aliter secundum ejus mentem reddi non potest, quam *Doctrina Apostolorum, Sanctorum Apostolorum.* Abusivè *separatum adhiberi* ait. Cùm tamen in scriptis meis (i) constanter & aliquoties nudum አብጥሊስ ፡ *Abtelis* in plur. አብጥሊሳት ፡ *Abtelisât* cum sua expositione repererit hoc pacto:

 አብጥሊስ ፡ ብሂለ ፡ ቀኖና ፡ በልሳነ ፡ ጽርእ ።
Abtelis significat Canonem *Linguâ Græcâ:*

ፍካሬ ፡ አብጥሊስ ፡ አው ፡ በጥለሳት ፡ ቀኖና ፡ ውእቱ ፡ በልሳነ ፡ ጽርእ ።
Expositio Abtelis seu Betelsât Canon *est in Lingua Græca.* አብጥሊስ ፡ ወቀኖና ፡ በእንተ ፡ ንስሓ ፡ *Canones de Pænitentia.* Tractatus ita dictus. Et sic passim alibi sine additione ignotæ vocis *Manda.*

Sed misso hoc, olim quidem scripsimus videri nobis (scil. dubitabamus) vo- 87
cem hanc *Abtelis* per Apocopen factam esse è Græco ἀποτέλεσμα, quod significat *Compendium, Opusculum*, vel tale quid. At nunc postquàm cognovi istos Canones apud Coptitas Arabicè vocari التطلسات *Attelissât*, amplius non dubito Æthiopes per Antistœchon suum *Abtelisat* exinde formavisse, sive εὐφωνίας gratia, sive quod ب pro ت Arabice legerint hoc modo ابطلسات facili in peregrinis lapsu.

[Ejuscemodi corruptionis exempla in exoticis vocabulis passim dantur, ut cum pro كثالكة *Catholica* dicitur جاثاليق, *Giathalika.* ياجوج *Jagog* pro ماجوج *Magog.* Sed multo plura in lingua Æthiopica in propriis hominum & urbium nominibus reperiuntur].

Resposcere videtur, ut Titulum eorum, quem insignis vir *Guil. Beveregius* 88
è MSS. Bibliothecæ Bodleianæ (k) descripsit, hoc loco tradamus, quia nostris lumen afferre potest, additâ versione nostra:

هذا القوانين التي وضعتها الرسل القديسين والتلاميذ الاطهار تدعي الطلسات التي اجتمعت عليها الحواريان ورتبوها بتاييد الروح القدس بعلية صهيون التي اخبر بها اكليمنطس تلميذ بطرس الرسل وعدتها احد وثمانون قانونا ☼	*Isti* [sunt] Canones *quos constituerunt Apostoli Sancti & discipuli puri, qui vocantur* TITULI. *Super quibus congregati fuerunt Apostoli, & ordinaverunt* [eos] *ope Spiritus Sancti in* cœnaculo Sionis, *quos collegit* (l) [vel compilavit] CLEMENS *discipulus* Petri *Apostoli; & numero sunt* Unus & octoginta *Canones.*

Titulos ergo vocant, à Græcis (nescio ubi) acceptâ appellatione. Apud 89
Æthiopes autem sequentem habent ἐπιγραφήν:

ገጸው ፡ ወሥርዐት ፡ አብስለጥስ ፡ ቀኖና ፡ ዘእግዚእነ ፡ ኖሞ ፡ እሉ ።	*Repræsentatio & ordinatio* Abselitis (m) [seu] Canonum *Domini nostri, qui sunt isti.*

Summam tantùm eorum dare possumus lectoribus, præter XI. XII. & XIII. quos ex descriptione Gregorii possidemus; additis in margine numeris Canonum nobis usitatorum, ut lectores eosdem esse agnoscant.

	Num. Can. Græc. & Lat.	
Canon 1. Quod tres Episcopi *ad ordinationem unius Episcopi præsentes esse debeant.*	1.	90
2. De eodem negotio agit.	2.	
3. De eo, quod offerendum est ad altare.	3.	

4. *Quod*

(i) In Epist. de libris Habessinorum, in Bibliotheca Orientali Hottingeri pag. 325. & in Lexico meo Æthiopico. (k) In annotationibus suis in Canones Apostolorum §. V. p. 2. b. (l) Sic reddo ex Æthiopismo አስተጋብአ ፡ *Collegit.* Nam *Collectiones Canonum* vulgo vocantur. (m) Pro Abtelis, sic enim solent peregrina variare.

4. *Quod Christiani* primitias *ad altare afferre debeant.* 4. L. III. c. 4. N.A.A.
5. *De castigatione* Clericorum, *qui uxores suas religionis prætextu repudiant.* 5.
6. *Quod* Clericos *à negotiis secularibus abstinere deceat.* 6.
7. *De castigatione Clericorum, qui* Festum Paschatis *cum Iudæis celebrant.* 7.
8. *Et qui post* Eucharistiam *dictam S. cœnâ non utuntur.* 8.
9. *De* Secularibus, *qui non expectant usque ad finem Eucharistiæ, sed ante finitam eam Ecclesiâ exeunt.* 9
10. *De* Castigatione *illius, qui S. cœnâ cum Seculari excommunicato utitur.* 10.

91 ፲ወ፩ በእንተ ፡ ዘተወገዘ ።

እመቦ ፡ ብእሲ ፡ ዘተደመረ ፡ ምስለ ፡ ካህን ፡ ዘተወገዘ ፡ አው ፡ ዲያቆን ፡ ዘተሰደ ፡ በእንተ ፡ ጽርፈት ፡ ዘነበበ ፡ አው ፡ ካልአ ፡ አበሳ ፡ ወጸለየ ፡ ምስሌሁ ፡ በከመ ፡ ይጼሊ ፡ ምስለ ፡ ካህናት ፡ በኅቡእ ፡ ለይሰደድ ፡ እምቤተ ፡ ክርስቲያን ፡ ወይክልእዎ ፡ ተመጥዎ ፡ ቍርባን ።

11. De eo qui excommunicatus est. 11.

Si fuerit aliquis, qui communionem habuerit cum sacerdote excommunicato: aut Diacono relegato propter blasphemiam, quam protulit, aut aliud quodpiam maleficium; & oraverit cum eo, sicuti orare solemus cum sacerdotibus, idque occultè. Expellatur ex Ecclesia, & arceatur à participatione Eucharistiæ.

92 ፲ወ፪ ፡ በእንተ ፡ ፍልሰተ ፡ ካህናት ።

እመቦ ፡ ካህን ፡ ዘሖረ ፡ እምብሔረ ፡ ኀበ ፡ ካልእ ፡ ብሔር ፡ ዘእንበለ ፡ በመባሕተ ፡ ኤጲስ ፡ ቆጶስ ፡ ዘሠዮ ፡ ካህነ ፡ ኢይትወከፍዎ ፡ ውስተ ፡ ኍልቍ ፡ ካህናት ፡ ወለእመ ፡ ተወክፍዎ ፡ ይሰደድ ፡ ውእቱ ፡ ዘተወክፎ ፡ ወለእመ ፡ ኮነ ፡ ስዱደ ፡ አው ፡ ውጉዘ ፡ ወውፁአ ፡ በውእቱ ፡ ግብር ፡ ዘተሰደ ፡ ባቲ ፡ በፍኖተ ፡ ስሕተቱ ፡ ለይኑኑ ፡ ተሰደቱ ፡ እስመ ፡ ሐሳዊ ፡ ውእቱ ፡ ወመስሐቲ ፡ ለቤተ ፡ ክርስቲያን ፡ እግዚአብሔር ፡ ወውሑድ ፡ ሃይማኖት ።

12. De migratione sacerdotum. 12. 13.

Si Sacerdos ex una regione in aliam migraverit sine licentia Episcopi, qui eum sacerdotem constituit, ne recipiant eum in numerū sacerdotum. Si verò receperint eum, ejiciatur ille [Ecclesia *qui eum recepit. Et si fuerit relegatus, aut excommunicatus, aut fugitivus, ob eandē causā, ob quā relegatus fuit, in via reatus existens, prolongetur exilium ejus, quoniam mendax est, & seductor Ecclesiæ Dei, & deficiens in fide.*

93 ፲ወ፫ ፡ በእንተ ፡ ኅዲገ ፡ ኤጲስ ፡ ቆጶስ ፡ መካኖ ።

እመቦ ፡ ኤጲስ ፡ ቆጶስ ፡ ዘየኀድግ ፡ መንበሮ ፡ ወግብሮ ፡ ወትእዛዞ ፡ ወዘይደልዎ ፡ ሠናየ ፡ ሠሪዐ ፡ ሕዝቡ ፡ ወየሐውር ፡ ኀበ ፡ ካልእ ፡ ብሔር ፡ ወእመሂ ፡ በምንዳቤ ፡ ወበዕፁብ ፡ ወበእኩይ ፡ ለይሰደድ ፡ ወይትገደፍ ፡ እምሢመቱ ፡ አላ ፡ ለእመ ፡ አስተብቍዕዎ ፡ ኤጲስ ፡ ቆጶሳት ፡ ከመ ፡ ይንበር ፡ ኀቤሆሙ ፡ ለመፍቅድ ፡ አው ፡ ለዘ ፡ ይከውኖሙ ፡ በቍዔት ፡ ለሰብአ ፡ ሀገር ፡ እንተ ፡ ተተክለ ፡ ሎሙ ፡ ይንበር ፡ በንብረቱ ፡ ህየ ፡ እስከ ፡ ይትፌጸም ፡ መፍቅዱ ።

13. De Episcopo, qui diœcesin suam reliquerit. 14.

Si fuerit Episcopus, qui deserverit sedem suam, & munus suum, & officium suum, quò eum decet benè instituere populum suum; & abierit in aliam regionem, etiam si id fiat propter calamitatem, aut rem aliquam malam, ejiciatur & moveatur de ordine suo. Si verò enixè rogaverint eum Episcopi, ut maneat secum pro necessitate aliqua: vel propter utilitatem aliquam civium illius urbis, in qua constitutus erat, maneat in statione suâ ibi, donec absolvat id, quod desiderant ab eo.

		Num. Can. Græc. & Lat.	
L. III. c. 4. N. XX.	14. *Prohibet* Clericis *mutare Ecclesias suas sine legitima causa.*	15.	94
	15. *De* castigatione Episcopi, *qui excommunicatum suscipit.*	16.	
	16. *De* Clericis, *qui* secundum matrimonium *ineunt, vel in* concubinatu *vivunt, vel eam,* quæ virgo non est, *ducunt.*	17.	
	17. *De iisdem, qui cum muliere inæqualis conditionis* matrimonium *ineunt.*	18.	
	18. *De Seculari, qui uxorem duxerit in* gradu illicito.	19	
	19. Clerici *prohibentur pro aliis fidejubere.*	20.	
	20. *De* Eunuchis, *quibus conferri possunt Ordines.*	21.	
	21. *De iis quibus conferri non possunt.*	22.	
	22. *De castigatione illius, qui se ipsum post Ordinationem* mutilaverit.	23.	
	23. *De fidelibus qui se ipsos* mutilant.	24.	
	24. *De* Clericis, *qui in aliquo* crimine *deprehensi fuerint.*	25.	
	25. *Ut Clericis liberum sit* uxores ducere *vel non.*	26.	
	26. *Quod Clerici neminem propter peccata* verberibus afficere *possint* (n).	27.	95
	27. *De Clericis, qui* excommunicationem *ludibrio habent.*	28.	
	28. *Ne* ordinatio *conferatur pro pretio.*	29.	
	29. *De castigatione ejus, qui* Ordinationem *vi obtinet.*	30.	
	30. *Eadem continet, quæ Canon XXVII.*	31.	
	31. *Ne Episcopus recipiat eum, qui ab alio Episcopo* excommunicatus est.	32.	
	32. *Neque illum, qui nullas literas* commendatitias *de suo Episcopo habet.*	33.	
	33. *De* humilitate *Episcoporum.*	34.	
	34. *Quòd Episcopus non possit conferre Ordines* extra *suam* diœcesin.	35.	
	35. *De castigatione Episcopi, qui non satisfacit* officio suo.	36.	
	36. *Ut Episcopi* singulis annis bis *conveniant ad componenda negotia Ecclesiarum suarum.*	37.	96
	37. *Quod* administratio bonorum Ecclesiæ *ad Episcopum spectet.*	38.	
	38. *Eandem causam tractat.*	39.	
	39. *Ut* bona Episcopi *separata sint à bonis Ecclesiæ.*	40.	
	40. *De eadem re ac trigesimus septimus canon agit.*	41.	
	41. *Ut* Clerici *abstineant ab omni genere malefactorum.* - - - -	42. 43.	
	42. *De castigatione Clericorum* fœneratorum.	44.	
	43. *De iis qui* S. Synaxi *cum hæreticis utuntur.*	45.	
	44. *Vel qui* hæreticorum baptismum *recipiunt.* - - - - -	46. 47.	
	45. *De castigatione Laicorum, qui* uxores suas repudiant *sine legitima causa.*	48.	
	[Hic in libris nostris rursus reditur ad materiam baptismi non ritè perfecti Can. 49. & 5 . ita ut temerè interpositus videatur Canon. 48. Æthiopes ergo divisione hac omissâ pergunt].	49. 50.	
	46. *De pœnitentia Clericorum, qui impurum censent* matrimonium, *& abominantur carnem & vinum.*	51.	97
	47. *Et qui non recipiunt* peccatores, *qui pœnitentiam agunt.*	52.	
	48. *Et qui* diebus festis *carnem non edunt.*	53.	
	49. *Et qui edunt ac bibunt in cauponis.*	54.	
	50. *De castigatione illius, qui* calumniatur *Episcopum.*	55.	
	51. *Vel qui* calumniatur *Clericos.*	56.	
	52. *De castigatione Clericorum, qui aliquo* defectu corporis laborantes *irrident.*	57.	
	53. *De Episcopo, qui* non erudit *populum suum.*	58.	
	54. *Vel qui non succurrit Clericis* egenis.	59.	
	55. *De iis qui in Ecclesia producunt* libros hæreticorum.	60.	

56. De

(n) Istum Canonem parum observant Habessini, si vera sunt quæ de iis scribit Tellezius Lib. I. c. 38. p. 94. quòd dent pœnitenti *trinta ou quarenta açoutes* triginta vel quadraginta plagas mastigis.

98 56. *De eo, qui in continua* fornicatione *vivit.* | 61. | L.III. c. 4. N.XXX.
57. *De eo, qui* fidem *suam* abnegat. | 62.
58. *De Clericis qui* cibo interdicto *vescuntur.* | 63.
59. *De eo qui die Sabbati & die dominica* jejunat. (*) | 64.
60. *De eo, qui intrat* Synagogam *Judæorum.* | 65.
61. *De eo, qui casu* occidit *hominem.* | 66.
62. *Qui* virginem *vitiat.* | 67.
63. *De iis, qui ad* secunda *vota transierunt, priusquam ordinarentur.* | 68.

[Canon *Græcorum* 68. qui hìc sequitur, differt à sexagesimo tertio *Æthiopum*; Agit enim tantum de *secunda ordinatione* presbyteri.]

64. *De pœnitentia ejus, qui non observat* quadragesimam, *& alios jejuniorum dies.* | 69.
65. *De eo, qui à Judæis Xenia accipit.* | 70.
99 66. *De eo, qui* donaria *vovet pro templis* Ethnicorum. | 71.
67. *De eo, qui aliquid ex Ecclesia* furatur. | 72.
68. *De eo, qui* rebus Ecclesiæ *ad usum profanum abutitur.* | 73.
69. *De Episcopis qui* maleficium *aliquod commiserunt.* | 74.
70. *De* testimonio *contra Episcopum.* | 75.
71. *Quòd Episcopatus non sint* hæreditarii. | 76.
72. *De* vitiis corporis *quæ haud impediunt, ut aliquis Episcopus fiat, si id mereatur.* | 77.
73. *De iis,* [vitiis] *quæ id impediunt.* | 78.
74. *Quòd non possit ordinari* mente captus. | 79.
75. *Quod non statim* Episcopus *creari debeat ille, qui antea malam egit vitam.* | 80.
76. *Quòd* Episcopi *non debeant servire Principibus.* | 81.
77. *Quod non ordinari debeant* servi *absque Dominorum suorum consensu.* | 82.
78. *De castigatione Clericorum, qui* arma *gerunt.* | 83.
79. *De eo, qui* Regi *suo maledicit.* | 84.
80. 81. } *De libris* Vet. & Novi Testamenti, *qui nobis præscripti sunt.* | 85.

100 Operæ pretium arbitramur, capita *Canonum Hippolyti* (o) cum lectoribus communicare, ex Gallica Wanslebii translatione à nobis Latinè reddita:

1. *De sancta* Fide *Jesu Christi.*
2. *De* Episcopis.
3. *De orationibus, quæ dicuntur super* Episcopis ordinandis; *& de ordine* Missæ.
4. *De* Ordinatione *Presbyterorum.*
5. *De* Ordinatione *Diaconorum.*
6. *De iis qui* persecutionem *propter fidem patiuntur.*
7. *De electione* Anagnostæ, *&* Subdiaconi.
8. *De* dono sanandi.
9. *De* Presbytero *qui in loco muneri suo non convenienti manet.*
10. *De iis qui se ad* Religionem Christianam *convertunt.*

101 11. *De eo, qui* Idola *fabricat.*
12. *Studia varia enumerantur, quorum cultores ad* Religionem Christianam, *ante pœnitentiam factam, admittendi* non sunt.
13. *De loco quem summi* Reges *aut* Principes *tenebunt in templo.*
14. *Quod* Christianis *non conveniat arma ferre.*
15. *De* opificiis *quæ Christianis illicita sunt.*

(*) Hic Canon ordine sequitur in exemplaribus plerisque, cum his ergo faciunt Æthiopes; in *Beveregii* editione est Can. 66.

(o) Huic nomini Æthiopes formam suam induerunt, አቡሊዲስ ፡ *Abulides* vocando. Quis vel qualis fuerit iste Abulides conjectura assequi non potuit Wansleb. ut ipse fatetur in Hist. Eccl. Alexand. V. 2. 3. p. 280. in marg.

I. III. c. 4. 16. *De Christiano qui* servam *matrimonio sibi jungit.*
N. XXX. 17. *De* fœmina libera.
18. *De* obstetrice; *& quòd fœminæ debeant esse separatæ ab hominibus in oratione.*
19. *De* Catechumeno, *qui martyrium ante baptismum patitur.*
20. *De* jejunio *feriæ quartæ & sextæ: & de* Quadragesima.
21. Presbyteros *una cum populo quotidie in Ecclesia convenire debere.* 102
22. *De hebdomade* Paschatos *Judæorum, & de eo qui Pascha non novit.*
23. *Unumquemque teneri* doctrinam addiscere.
24. *De cura Episcopi in* ægrotos.
25. *De eo cui injuncta est* cura ægrotorum: *& de tempore, quò orationes peragendæ.*
26. *De tempore, quò* [παρακλήσεις,] exhortationes *audiendæ.*
27. *De eo qui singulis diebus* templum *frequentat.*
28. *Fideles nihil comedere oportere ante sanctam* communionem.
29. *Bene observandum esse ne quidquam de* Calice *in terram cadat.*
30. *De* Catechumenis.
31. *Diaconum* Eucharistiam *cum permissione Episcopi aut Presbyteri populo administrare posse.* 103
32. Viduas *atque* virgines *assiduè orare oportere.*
33. Mortuorum *fidelium* commemorationem *singulis diebus faciendam, exceptâ die dominicâ.*
34. *De* modestia *Secularium in Ecclesia.*
35. *Diaconos benedictionem & gratias dicere posse in* Agapis, *cùm Episcopus præsens non est.*
36. *De* primitiis *terræ: & de votis.*
37. *Cùm Episcopus* S. Synaxin *celebrat, Presbyteri illi assistentes* Albâ *vestiti esse debent.*
38. *Neminem dormire debere nocte* resurrectionis *Domini nostri Iesu Christi.*

Propter hos Canones *Hippolytus* vocatur ሊቅ፡ i. e. *Doctor Ecclesiæ* ab Æthiopibus: & tam ab ipsis quàm à reliquis Orientalibus appellatur *Papa Romanus*, cùm tamen in Catalogo Pontificum non reperiatur. Attamen invenitur in Synaxariis Græcorum die xxx. *Ianuarii*, qui est v. *Februarii* apud Æthiopes. De quo infra in *Fastis Æthiopum* sacris pluribus differemus.

Porro in pretio habent Canones xxxviii. qui Græco vocabulo vocantur 104
ዲድስቅልያ፡ Διδασκαλία. *Doctrina*, quam cum Coptitis communem habent. Istius mentio facta est supra in *Confessione Fidei Claudii Regis Æthiopiæ* quam Lib. II. c. 6. n. 29. Lectori denuò dedimus. (p)

Sunt autem sequentes:

Primus Canon jubet ditiores & non planè inopes Sacram Scripturam *legere.*
2. Uxores *ad obedientiam maritis præstandam hortatur, utque modestè incedant.*
3. *Tractat de* Episcopis, Presbyteris, *&* Diaconis.
4. *Oportere Episcopos* pœnitentes *lubenti animo recipere.*
5. *Neminem a communione Ecclesiæ excludendum, cujus* crimen *sufficienter non sit probatum.*
6. *Iubet seculares* eleemosynas *dare Ecclesiæ pro uniuscujusque facultate.*
7. Diaconos *vetat quicquam facere sine permissione Episcoporum suorum.*
8. *Necessarium esse, ut Episcopi bene examinent omnia, antequam* condemnent *aliquem.*
9. *Boni Christiani esse* peccata *sibi invicem* condonare *quovis tempore.*
10. *Necessarium esse ut Episcopi ament & promoveant* pacem.
11. *Non decere Christianos* nuptiis *atque aliis festivitatibus* Infidelium *interesse.* 105
12. *De* viduis *atque* virginibus.

13. *Fæ-*

(p) Ubi vide notam lit. n. quam de *Didascalia* hac addidimus. *Wanslebius Hist. Eccl. Alex.* ex qua ista desumsimus de Confessione Claudii loquens, *p. 259. dicit*. que j'ay fait imprimer à Londres, *quam imprimi feci Londini.* Nimirum *typographiæ corrector mercenarius* tunc temporis erat.

13. *Fœminis* baptifmum *administrare interdicit.* L.III.c.4. N.XXX.
14. *Seculares* munera Ecclefiaftica *exercere prohibet.*
15. *De viduis,quæ non more* viduarum *genuinarum vivunt.*
16. *De* Epifcopis.
17. Viduas *atque* Orphanos *grato animo eleemofynas accipere decet.*
18. Parentum officium *effe inftruere liberos.*
19. Virginibus *ante pubertatem votum facere interdicit.*
20. *De diebus feftis &* Pafchate *agit.*
106 21. *De* Martyribus.
22. *Chriftianos decere* fcandalum *verbaq; inhonefta vitare.*
23. *Indignum effe Chriftiano* jurare *per nomina Idolorum.*
24. *Vetat feftum* Pafchatos *in alia hebdomade celebrare, quàm in ea in quam 14. dies lunæ incidit.*
25. De Structura Templi *& ejusdem* Heikel. (q)
26. - - - - - - [deeft apud Wanslebium.]
27. *De* Ordinatione *Epifcoporum.*
28. *De* Oratione *Epifcoporum cum Ecclefiafticis.*
29. *De* jejunio Epifcopi.
30. *Continet* Myftagogiam, *feu doctrinam occultam, quam Apoftoli docuerunt.* (r)
107 31. *De* Orphanis.
32. *Epifcopis* orphanos *curæ effe debere.*
33. *Epifcoporum effe, fcire quæ* oblationes *Deo grata, quæve minus fint.*
34. *Epifcopum a fidelibus* collecta *accipere debere in fuftentationem pauperum.*
35. *Iubet fervos obtemperare heris fuis, quamvis infideles fint.*
36. *Omnes homines ultimo die judicii refurrecturos.*
37. *Dies feftos hilaritate animi fpirituali celebrandos effe.*
38. *In exfequiis mortuorum fidelium cantum cum precibus conjungendum effe.*

108 Præter ifta nihil habeo, quod cum lectoribus talium ftudiofis communicare poffim, præter unum & alterum Canonem Gregorii manu è magno illo Conciliorum Codice defcriptum, veluti;

ቀዳሚ፡ ቀኖና፡ ዘአንቀራ።

፩፡ በእንተ፡ ቀሳውስት፡ እለ፡ ሠዑ፡ ለአማልክት።

እምቀሳውስት፡ ዘሠዐ፡ ለአማልክት፡ በፈቃዱ፡ ዘእንበለ፡ ያገብርዎ፤ ወእምዝ፡ ይገብኡ፡ ወየአብዱ፡ በምክር፡ ከመ፡ ይምስሉ፡ ለሰብእ፡ ዘአገበርዎሙ፡ በእንቲአሁ፡ በዐቢይ፡ ኵነኔ፡ እስከ፡ ገብርዎ። ወሰአሉ፡ አስተብቍዕዎሙ፡ ከመ፡ ይገብኡ፡ ውስተ፡ ማዕርጊሆሙ፡ ተነሲሖሙ። አዘዝነ፡ ያክብርዎሙ፡ በስመ፡ ቅስና፡ ወይንበሩ፡ ውስተ፡ መንበረ፡ ካህናት። ባሕቱ፡ ወዘሰ፡ ይቀድሱ፡ አው፡ ይቍርቡ፡ ቍርባነ፡ አው፡ ይገብሩ፡ ዘይገብሩ፡ ካህናት፡ አው፡ ቀሲሳን፡ ኀዘኢኮኑ።

Primus Canon Ancyranus.

1. De Presbyteris, qui facrificarunt Idolis.

Si qui è Presbyteris facrificaverint Idolis *fponte fuâ fine coactione; poftea verò reverfi fuerint, & infanierint confultò, ut videatur hominibus, quòd coegerint eos ad id magno cruciatu, donec facerent illud. Atque fupplices rogaverint*, *petendo*, ut reverti fibi liceat in ordinem fuum tanquam pœnitentibus. *Statuimus, ut honorentur* [quidem] *nomine presbyteratus, & maneant in cathedra clericorum. Veruntamen facra facere: aut facrâ Cœnâ uti: aut facere id, quod faciunt Clerici, aut Presbyteri, non licebit eis.*

Porro alium mifit, non addens cujus concilii vel autoris.

እመሰ፡ ሕዝባዊ፡ ዘይሜህር፡ ሰብእ፡ በሠናይ፡ ይኩን፡ ጽምወ፡ በቃሉ፡

Si fuerit [quidam] *Laicus, qui docere velit populum bene, fit modeftus fermone &*

ወኄረ

(q) Hebraicum eft היכל *Hecal* quod Coptitæ & Æthiopes vocant ሀይከል፡ *Heikel Sacrarium. Adytum* eft in illorum templis, in quod nemini nifi Clericis intrare licet. (r) Num hic intelligatur *difciplina arcani*, fuo tempore videant eruditi.

I. III.c.4. ወኄረ: በሥጋሁ ፡፡ ወኢይዘሁር ፡ ወ
N. XX. ይኑኑ: ራትዐ: በለሳኑ ፡፡ ወእምዝ:
Matth. 7. ይምሀር:ለሕዝቡ፡፡ እስመ:እግዚእነ:
5. ይቤ: በወንጌል: ቅዱስ፤ ቅድመ: አ
Luc 6 42. ውፅእ: ስርዌ: እምህየንቱ : ወእም
ዝ: አውፅኢ: ሐሰረ:እምዐይኑ:ቢጽ
ከ፡፡ ወበእንተ: ኂሩት: ይብል: ወይ
Joh.6.45. ከውኑ:ምሁራነ: እምኀበ : እግዚአ
ብሔር፡፡

integer moribus. Ne jactet se, sed sit verax linguâ suâ; deinceps doceat populum. Quoniam Dominus noster in S. Evangelio dixit: Prius extrahe trabem ex oculo tuo, & deinde extrahe festucam ex oculo proximi tui. *At de bonitate animi ait:* Erunt docti à Domino.

Item sequens præceptum. 110

ገበሩ: በዐለ: በመዋዕለ: ሕማማቲ
ሁ: ለክርስቶስ: ወሐዘኑ: በስቅለቱ:
ወደመሩ: ቢይእቲ: መዋዕል: ሐዘነ:
ወፍሥሓ: ኅቡረ: ሐዘንሰ: ይኩውን:
በእንተ: ትዕግሥቱ: በመንደቡ፤ ወፍ
ሥሓሰ: እስመ: መድኃኒትክሙ: በ
ሕማማቲሁ: ለክርስቶስ፡፡

Agite festum in diebus passionum Christi, *& contristamini propter crucifixionem ejus. Miscete* [igitur] *in illis diebus tristitiam cum lætitia conjunctam. Tristitiam quidem propter patientiam ejus in afflictione, Gaudium vero, quoniam salus vestra in passionibus Christi* [sic est.]

Optandum foret, ut Codex iste Æthiopicus integer Orbi erudito publicaretur, 111
sic enim, omnium linguarum exemplaribus collatis, editiones variæ *Constitutionum Apostolicarum* emendari & conciliari inter se possent. Videmus enim editionem *Turriani*, & capitum divisione & textu ipso in multis differre ab iis, quæ *Abraham Ecchelensis* edidit, ut pro diversis exemplaribus haberi possint; quod cuilibet conferenti statim patebit; atque ista variatio satis arguit aliorum quàm Apostolorum esse Canones istos.

Etenim Apostolorum scripta Canonica per universam Catholicam Eccle- 112
siam sarta recta mansisse videmus; & si paucas & exigui momenti varias lectiones excipias, in nullo prorsus discrepare: at hos Canones & Constitutiones, quæ Apostolorum vocantur, & numero & dispositione atq; materiarū contextu inter se plurimū differre liquet. Nimirum Patres primorum seculorum bene sciebant ista scripta Apostolos autores non habere, propterea licere sibi putabant illa interpolare, supplere, vel ita disponere, prout sibi Ecclesiisque suis commodum rebantur. Quin & heterodoxi Constitutiones illas pro suis opinionibus adulteraverunt, & spuria multa inferserunt (s); quod facinus in scriptis genuinè Apostolicis admittere nunquam ausi fuerunt; nec Ecclesiæ passæ fuissent.

Porrò priscorum Patrum libros legens observabit, Canones illos sæpius anti- 113
quos & Ecclesiasticos nuncupari, rariùs Apostolicos; & , si quidpiam ex illis allegetur, Sanctorum Patrum Ordinationem vel præceptum vocari. Quod non fit
Act.15.20. in scriptis ipsorum Apostolorum; quis enim Decretum *de abstinentia a suffocato & sangvine* Sanctorum Patrum dixerit? Ipsi Patres Trullani (t), dum Canones illos octoginta quinque servandos recipiunt & confirmant, ita de iis loquuntur, ut satis appareat, Ecclesiam Catholicam eos pro genuinis Apostolicis nunquam habuisse; ajunt enim:

Τοὺς ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν ἁγίων, καὶ μακαρίων πατέρων δεχθέντας καὶ κυρωθέντας, ἔτι μὴν καὶ παραδοθέντας ἡμῖν ὀνόματι τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων ἀποστόλων ὀγδοήκοντα καὶ πέντε κανόνας. &c.

Canones à Sanctis & beatis ante nos patribus receptos & confirmatos, atque adeo Sanctorum & gloriosorum Apostolorum nomine nobis traditos, octoginta quinque numero, stabiles manere decrevimus.

Quis obsecro unquam de Petri vel Pauli Epistolis, aliisq; scriptis Canonicis sic locutus est, ut illa à beatis patribus recepta & confirmata, & eorum nomine tradita fuisse dicat, ac propterea stabilia manere decernat? Quasi verò ulla confirmatione aut decreto stabilitatis opus habeant. Rectissimè id ante me observavit etiam Guil. Bevere- 114
gius

(s) Hoc agnoscunt & testantur Patres Trullani Canone 2. Concil. VI. (t) Modo dicto Can. 2. Conc. VI. in Trullo.

gius in notis ad hunc locū: *Trullanos hos canones a se confirmato neq ἀποστολικοὺς neque τοὺς τῶν* L. III. c. 4.
ἀποστόλων κανόνας appellare, sed tantum παραδοθέντας ὀνόματι τῶν ἁγίων ἀποστόλων, sub nomine San- N. XXX.
ctorum Apostolorum traditos. Quæ doctissimum Dallæum non observavisse mirum; Etenim verba Patrum illorum ita refert (†), quasi ab ipsis Apostolis traditos fuisse LXXXV. illos Canones directè dicant; quod tamen non ita est, ut ex illorum verbis modò relatis apparet. Ut frivolissima hîc sit Balsamonis glossa, qui de hoc Canone quasi exclamans scribit.

Ἐπιστομίζεις δὲ αὐτοῖς τοὺς λέγοντας· μὴ ἐκδοθῆναι παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνας ΠΕ.	*Os obstruis per hunc* [Canonem] *dicentibus* non editos esse à Sanctis Apostolis LXXXV. Canones.

115 Contrarium potiùs inferrem ego: *Aperiri os illis, qui negant Canones istos opus Apostolorum esse.* Non enim declarantur eorum esse, neque æquiparantur illorum libris canonicis, sed *illorum nomine traditi*, retineri tantùm & observari jubentur. Non multò meliùs Zonaras ad hunc Canonem scribit: *Ante omnia servanda præcipiea, quæ ab Apostolis profecta sint*, quod utique in textu non habetur, imò supervacaneum & vanum foret id præcipere, quod quilibet intelligit.

Iidem Trullani Patres, cùm *annuas Synodos in singulis provinciis habendas* statuunt, sic loquuntur (u):

Ἐν πᾶσι τοῖς ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν θεσπισθεῖσι, καὶ ἡμεῖς κρατεῖν βουλόμενοι, ἀνανεοῦμεν καὶ τὸν κανόνα τὸν διαγορεύοντα καθ᾽ ἕκαστον ἔτος συνόδους τῶν ἑκάστης ἐπαρχίας γίνεσθαι ἐπισκόπων.	*In omnibus ea, quæ à sanctis Patribus nostris constituta sunt, & nos servare volumus. Ideoque renovamus canonem, qui præcipit singulis annis Synodos ab Episcopis uniuscujusque provinciæ habendas esse.*

Trigesimum septimum Canonem intelligunt, qui apud Æthiopes est *vigesimus septi-* (s. pag. 312.
mus: inter Abtelisât verò XXXVI. quem non Apostolos, sed sanctos Patres statuisse (t. pag. 332.
tradunt. Neque quisquam sanus de Apostolico scripto vel præcepto dixerit, *quod tanquam obsoletum quid renovandum sit, & ante omnia servandum.* Longè aliter loquimur, cùm Apostolorum dicta & facta hominibus in memoriam revocare & inculcare volumus.

116 Latina certè Ecclesia hos Canones pro veris & genuinis Apostolicis nunquam agnovit. Quippe mutavit & alteravit passim ritus & statuta, prout voluit, ut res ipsa docet. Gratianus in compilatione Corporis Canonici hanc causam negligentissimè tractavit. Etenim d. Dist. XVI. c. 1. in rubrica, *Non recipiendos Canones qui dicuntur Apostolorum*: rursus Can. 2. ex Epistola, quæ Zepherino tribuitur, *sexaginta recipiendos* docet. Ibidem in notis legitur: *Sed in textu Septuaginta.* Polycarpus *Quinquaginta*. Qui posterior numerus c. 3. approbatur. At Gelasius Papa (x) eos simpliciter rejicit his verbis: *Liber Canonum Apostolorum apocryphus.* Quamobrem inter Doctores Juris Canonici tàm de numero, quàm de autoritate eorum: & quænam illa *quinquaginta capitula* recepta sint, variæ sunt sententiæ & di-
117 sceptationes. Non enim constat, an alicubi separatim extent ista quinquaginta capitula: an verò ex octoginta quinque Canonib⁹ excerpenda & seligenda sint? An tantùm quinquaginta priores pro genuinis & legitimis habendi, ut Bellarminus putat? An aliter tantùm numerentur? Sicuti videmus apud Franciscum Turrianum eosdem planè Canones septuaginta quinque capitibus comprehendi (y). Apud Æthiopes modò LVI. modò LXXXI. Canonibus absolvuntur, manentibus ubique iisdem materiis atque verbis. Mirum autem est *Turrianum Libro singulari*, quem de his *Canonibus* edidit, contra mentem Romanæ Ecclesiæ asserere ausum *Apostolos eorum autores: Clementem vero Romanum descriptorem & concinnatorem fuisse.* Assentitur illi *Lorinus* (z) & Onuphrius in Catalogo Platinæ præmisso. At hoc as-

Uu serto

(†) De Pseudepigraphis Apost. Lib. 3. c. 2. p. m. 423.
(u) Can. 8. d. concil. VI. in Trullo. (x) In Concilio Romæ cum LXX. Episcopis habito c. 3. dist. XV. (y) Octavo Constitut. Apostol. libro in fine post numerum 46. pag. 157. b. edit. ... Venet. 1563. (z) In cap. XV. Actor. Apost. Conferatur prolixa disputatio Baronii de his Canonibus ad annum Christi 102. n. 10.

L. III. c. 4. ſerto ſugillantur Pontifices illi, qui tot canones ex illorum numero abrogaverunt, ut
N. XX. cuivis legenti obvium eſt. Igitur Gratianus, quod iſta ſine judicio cumula- 118
verit, nec melius diſtinxerit, rectiſſimè reprehenditur *ab Antonio Auguſtino Archiepiſcopo Tarraconenſi* (a) qui de eo ſic loquitur: *Neque diſtinxit varietatem horum ſcriptorum, ut debuit, cum contraria dicerent; hic enim* [ſcil. d. diſtinct. cap. IV. Placuit.] *Mercator hos Canones probat, quos Iſidorus rejecerat.* Media via placet Archiepiſcopo illi, nimirum, *ut quinquaginta capita* [quænam illa ſint non dicit] *ex ſententia* Humberti Silvæ candidæ Epiſcopi Cardinalis, *tunc temporis* Leonis IX. Legati, *admittantur* (b).

At boni Æthiopes, Libros Apocryphos à Canonicis diſcernere neſcientes, 119
Canones illos promiſcuè non recipiunt modo, ſed & pro veris Apoſtolicis ſanctionibus, ab ipſis Apoſtolis per Clementem miſſis, habent (c) ut ſupra ex Regis Davidis, & Tzaga-zaabi teſtimonio audivimus. Etiam Poeta noſter d. 29. Novemb. Oda 3. ſic canit:

ሰ፡ ለከ፡ ቀሌምንጦስ አቡነ፡
አፈ፡ መንፈስነ፡
ከመ፡ ናውጽእ፡ ዘለፈ፡ በትምህርትከ፡ አሚነ፡
ጽሒፈሙ፡ ሐዋርያት፡ ኀደጉ፡ ለነ፡
ምስለ፡ ቀሌምንጦስ፡ እንዘ፡ ይብሉ፡ መልእክተ፡ ፈነውነ፡፡

Salutem tibi Clemens Pater noſter,
Os Spiritus noſtri!
Ut per doctrinam tuam fidem ſemper proferamus,
Scripto Apoſtoli reliquerunt nobis,
Dicentes: Cum Clemente epiſtolam miſimus vobis.

Et tamen Canonem illum de Synodis annuatim ab Epiſcopis habendis, non ab 120
Apoſtolis, ſed à Doctoribus [ſcil. Eccleſiæ] profectum docet idem Poeta: d. 18. April.

ሰ፡ እብል፡ ዛቲ፡ በዓል፡
እንተ፡ ፋሲካ፡ ዘኮነት፡ ወዘጰንጠቆስጤ፡ ማእከለ፡
ውስተ፡ እዝነ፡ ሕዝብ፡ ኩሉ፡ ከመ፡ ያንብቡ፡ ወንጌለ፡
ባቲ፡ አዘዙ፡ መምህራን፡ ይግበሩ፡ መዱበለ፡
ወባቲ፡ አምላክ፡ ይመጽእ፡ ተብህለ፡

Salutem dico huic feſto,
Quod eſt in medio Paſchatos & [feſti] *Pentecoſtes;*
In aures Populi univerſi [ut] *legerent Evangelium;*
In eo præceperunt Doctores, [ut] *celebrarent conventum* (d):
Et in eo Deus veniet, uti prædictum eſt.

Diverſos autem omnium iſtorum Canonum & ſtatutorum compilatores apud 121
Æthiopes fuiſſe ex eo apparet, quòd eædem res, eædemque ſententiæ diverſo ordine, diverſiſque numeris, reperiantur, quod uni cordato collectori contingere non potuiſſet. Sed credo etiam olim tam in Græca quàm in Latina Eccleſia numerum eorum diverſum fuiſſe, ut conjicere licet ex iis, quæ ſupra è Jure Canonico de quinquaginta, ſexaginta, ſeptuaginta & ſeptuaginta quinque capitulis retulimus, donec Trullani Patres numerum LXXXV. Canonum tanquam genuinum determinarent, cum quibus ii apud Æthiopes maximè conveniunt, quos *Abtelisât* vocant, ut ſupra demonſtravimus.

Quamvis autem omnes illi Canones & Conſtitutiones opera Apoſtolorum non 122
ſint, vetuſtiſſimos tamen eſſe ex tenore eorum, & materia ipsâ cognoſcitur; Omnesque

(a) Lib. de Emendatione Gratiani Lib. I. Dial. VI. p. m. 75. *De Gratiani majoribus erratis*, circa fin. (b) Can. Clementis 3. Diſt. XVI. In textu eſt, *Quinquaginta capitula, quæ decreverunt Orthodoxæ fidei adjungenda*; Varia lectio hîc habetur: al. *Regulis Orthodoxis* al. *regulis Orthodoxiæ*; at mihi legendum videtur *Regulis Orthodoxæ Fidei.* (c) Imo ipſi Novo Teſtamento tanquam Novellas aliquas annumerant, ut in Hiſtoria noſtra hoc capite §. 27. diximus. (d) Can. Æth. 27. pag. 312. & in Abtel. 36. pag. 332.

que Ecclesiasticæ antiquitatis periti id agnoscunt. Doctissimus *Albaspinæus Episcopus Aurelianensis* de iis ita disserit: (e) *Si Canones isti ab Apostolis factos & probati fuissent,* L. III. N. XXX.
capita nonnulla in iis contenta, veluti Sabbatorum jejunia, pœnitentium receptio, baptizatio hæreticorum &c. *seculo tertio & quarto non fuissent disputata. Quia ætatis illius Patres, si pro Apostolicis habuissent, eos continuo produxissent. Sunt tamen illi* Canones constitutionesque *antiquissima, multaque in illis excellentissima & magni ponderis continentur. Nec dubito, quin olim Græcæ Ecclesiæ pro legibus,* manuali Pontificali, rituali, *ut vocant, ac Codice fuerint; satis enim constat, nihil quicquam in iis reperiri, quod Ecclesiasticæ quatuor primorum seculorum disciplinæ consentaneum non sit.*

123 Georgii Calixti judicium (f) de his canonibus tale est: *Sunt sane* Canones, *qui* Apostolici *dicuntur, oppido antiqui: ab ipsis autem Apostolis conscriptos & editos esse, nemo, qui sanum sinciput gerat, affirmabit. Videntur Canones quidã, juxta quos primitiva Ecclesia, quoad ritus & disciplinã gubernata esset, in memoria & ore piorum fuisse. Qui cum aliquando in chartas conjicerentur, aucti sunt deinceps ab iis, qui se quoq., qua ratione vetus Ecclesia regi consuevisset, novisse existimarent, dictique* Apostolici, *non quod ab Apostolis editi, sed quod Apostolicam gubernandæ Ecclesiæ formulã tradere crederentur. In auctoritatem demum, & quidẽ sub ipso Apostolorum nomine numero LXXXV.* à Trullanis Patribus *recepti sunt* (g). *Neque vero inutiles ad disciplinam Ecclesiæ priscorum temporum ratione tuendam censeri merentur; neque quicquam incommodi continent, si quod est de baptismo hæreticorum non probando, de hæreticis, baptismi substantiam evertentibus, intelligas. Atque utinam pleraque ibi constituta, accuratiùs quàm hodie fit, observarentur. Inter cætera hoc quoque:* Can Græc. 17.

Παλλακὴν κτησάμενος οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.	*Qui concubinam habuerit, non potest esse Episcopus, nec presbyter, nec Diaconus, nec omnino ex ordine clericorum.*

Illa vero ὡς Σίμων ὁ μάγος ὑπ' ἐμοῦ Πέτρου [illegible] sicut *Simon Magus* à me Petro (h) item [illegible] Can. Græc. 17.
ὁ ἡμέτερος Ὀνήσιμος [illegible], qualis & noster *Onesimus* apparuit. *Et similia, assumenta videntur hominis inepti, qui Apostolis aptare, & ab ipsis omnia profecta fuisse, persuadere voluit.* Hæc rectissimè Calixtus. Can. Græc. 82

124 Insignis & in antiquitate Ecclesiastica versatissimus vir *Gulielmus Beveregius in Annotationibus suis ad Canones istos* de numero & autoritate eorum eruditè disputat; §. VI.
& sicuti autoritatem Apostolicam contra Turrianum illis meritò demit, ita eos vicissim à novitate, quam doctissimus *Dallæus* (i) illis imputavit, vindicat. In annotationes illas vir quidam doctus (k) (qui in tali re nomen suum celandi causam non habuit) defendendo *Dallæo, observationes contra Beveregium* scripsit, quibus ille respondit in libro, cui titulus *Codex Canonum primitivæ Ecclesiæ vindicatus & illustratus* (l), in quo pereruditè docet, Canones illos ex Synodis ante Concilium Nicænum habitis, quarum acta in temporibus illis afflictissimis perierunt, profluxisse, & à diversis viris collectos fuisse. Inter quos *Clementis Presbyteri Alexandrini* sub initium seculi tertii non minimas partes fuisse, valdè probabiliter suspicatur (m). Ejus nomine

(e) In tract. supra alleg. Lib. I. c. 13. (f) Libro *de conjugio Clericorum* p.m. 324.
(g) *Canones secundum Concilii VI. in Trullo*, paulo ante allegatum, intelligit, sed verba textus sensum istum non habent: Quasi Patres Trullani *illos sub ipso Apostolorum nomine in autoritatem receperint*: sed tantùm (ut de Balsamone monuimus) *quod Apostolorum nomine traditos observare jusserint*; Qui hoc modo loquitur autorem in medio relinquit. Eadem ratio est verborum Photii, cum de *Constitutionibus Apostolorum* vulgò ita dictis dicit. τῶν ἀποστόλων κανόνες ἐπιγραφόμενοι. *Canones qui Apostolorum inscribuntur.* Qui si putasset Apostolorum esse, aliter locutus fuisset.
(h) Non totum hoc comma intrusum, sed antiquitus lectum fuit ὑπὸ τοῦ Πέτρου *a Petro.* Sequens ætas pro τοῦ malè substituit ἐμοῦ. ut præclarè docet *Beveregius Annotat. ad hunc Can. XXIX*
(i) Lib. III. de Pseudepigraphis Apost. (k) Matthæus Larroquanus, vir in antiquitate Ecclesiastica haud vulgariter versatus, uti patet ex ejusdem Adversariis Sacris à filio editis, qui Patris vitam præfixit, & in ea de illis observationibus quædam commemoravit. (l) Lib. 1 c. 2 §. 5. impressus Londini in 4. Ao. 1678. lectione dignissimus. (m) In annot. ad Can. ult. in verbis ὑπ' ἐμοῦ Κλήμεντος &c. In Procem. ad modo dict. Lib. ai. *quod hoc tanquam probabilem solummodò conjecturam proponeret.*

L. III. c. 4. N. XXX. & XXXI. mine abusus est, qui *Clementem Romanum Apostolorum discipulum* in locum ejus substituit.

Πολύγραφος enim fuit vir ille, atque de se ipso fassus est (teste Eusebio (n). 125 quòd coactus fuerit à familiaribus suis:

ἃς ἔτυχε παρὰ τῶν ἀρχαίων πρεσβυτέρων ἀκηκοὼς παραδόσεις γραφῇ τοῖς μετ' ταῦτα παραδοῦναι.	*Quas ille a Senioribus Presbyteris audiverit traditiones scripto posteris consignare.*

Propterea à Cassiodoro *Contextor* appellatur. Igitur assentior Beveregio, qui censet *Constitutiones Apostolorum ex traditionibus tam* ἀγράφοις *quàm* ἐγγράφοις *post Ignatii tempora ab illo collectas fuisse.* Non igitur *Clemens Episcopus Romanus*, sed *Clemens Alexandrinæ Ecclesiæ Presbyter*, Pantæni discipulus & Origenis præceptor, pro *Compilatore Canonum* & *Constitutionum Apostolicarum* habendus est.

Argumentum, quod nos è penuario nostro pro antiquitate eorum proferre possumus, est, quòd Ecclesia Æthiopica nihil eorum recepit, quæ post Concilium Chalcedonense in Græcia reperta fuerunt: ante illud verò penè omnia cum Ecclesia Græca habet communia; ut si (ex mente *Dallæi*) ante quintum seculum adultum Ecclesiæ Christianæ primùm innotuissent Canones illi, ad Æthiopes non pervenissent. Deinde advertendum est, quod ሲኖዶስ : ዘቤተ : ክርስቲያን : *Canones Ecclesiastici* ab Æthiopibus vocentur; quod nomen in antiquitate notius fere fuit, quàm Apostolorum; modò non adjecissent: *quos Apostoli tradiderunt per manus Clementis.*

Habessini igitur seriò credentes ab ipsis Apostolis canones illos profectos fuisse, à Patribus Societatis nullo modo persuaderi potuerunt, ut ritus Romanos istis Canonibus contrarios admitterent; autoritatem enim Apostolicam Pontificiæ semper opposuerunt, nec unquam moveri potuerunt argumento Patrum Societatis: *Pontificem Romanum tanquam universalem Christi in terris Vicarium ista bene mutare & aliter ordinare potuisse.* Ut satis constet frustra cum illis de *Ecclesiâ ordinandâ* fore omnia colloquia, priusquam de autoritate talium Canonum meliùs informentur. Sed nec hoc fieri poterit, priusquam statum Ecclesiæ primitivæ, scripta antiquorum patrum, & contentiones de ritibus olim habitas, & non nisi in Canonibus istis decisas, benè percipiant, & planè comperta habeant. Id verò quatuor vel quinque annis, quibus Patres Societatis eos ad Ecclesiam Romanam *Alphonsi Mendezii Patriarchæ Lusitanus* ope traducere voluerunt, effici non potuit. 126

N°. XXXI. De Liturgiis Æthiopum, quæ tempore Eucharistiæ leguntur.] Generalis vocatur ቀኖና : ቅዳሴ : (quasi *Canonem Eucharistiæ* dixeris) Liturgia omnibus indifferenter Festis usurpanda. (o) At speciales dantur plurimæ, & communiter vocantur አኰቴተ : ቍርባን : *Orationes Eucharisticæ.* Veluti:

፩ : አኰቴተ : ቍርባን : ዘቅዱስ : ዮሐንስ : ወንጌላዊ ።	*1. Oratio Eucharistica Sancti* Johannis *Evangelistæ.*
፪ : አኰቴተ : ቍርባን : ዘ፫፻ : ፲ወ፰ ርቱዓን : ሃይማኖት ።	*2. Oratio Eucharistica CCC. & XVIII. Orthodoxorum* [Nicææ scil. congregatorum.]
፫ : አኰቴተ : ቍርባን : ዘቅዱስ : ኤጲፋንዮስ : ኦርቶዶክሳዊ :	*3. Oratio Eucharistica Sancti* Epiphanii *Orthodoxi.*
፬ : አኰቴተ : ቍርባን : ዘቅዱስ : ያዕቆብ : ዘሥሩግ ።	*4. Oratio Eucharistica Sancti* Jacobi *Serugensis.*

[Celebris est Doctor iste inter Orientales ዐቢይ : መምህር : ዘሀገረ : ስሩግ : *Magnus Doctor urbis Seruga* vocatur in Hom. Jacobi Mss. Est autem سروج Seruga Urbs Mesopotamiæ prope *Harran* sive *Carras*. Abul Farajius يعقوب السروجي *Jacobum Serugensem* eum nominat *in Dynastia VII. sub Anastasio Imperatore pag. 148.*]

፭ : አ

(n) Hist. Eccles. Lib. VI, c. 13. (o) Ista extat impressa in N. Testamento Æthiopico p. 158. usque 164.

፭፡ አኰቴተ፡ ቍርባን፡ ዘቅዱስ፡ ዮሐንስ፡ አፈ፡ ወርቅ፡፡	5. *Oratio Euchariſtica Sancti* Johannis *oris aurei.* (p) L. III. c. 4. N. XXXI.
፮፡ ቅዳሴ፡ ዘእግዚእነ፡ ወመድኃኒነ፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ፡፡	6. *Oratio ſanctificatoria*, i. e. Euchariſtica *Domini noſtri & Salvatoris noſtri* Jeſu Chriſti (q)
፯፡ ቅዳሴ፡ ዘሐዋርያት፡፡	7. *Oratio Euchariſtica* Apoſtolorum. (r)
፰፡ ቅዳሴ፡ ዘእግዚእትነ፡ ማርያም፡ ዘደረሳ፡ አባ፡ ሕርያቆስ፡፡	8. *Oratio Euchariſtica Dominæ noſtræ* Mariæ *quam compoſuit Aba Hyriacus* i. e. Cyriacus. (s)
፱፡ አኰቴተ፡ ቍርባን፡ ዘቅዱስ፡ ጎርጎርዮስ፡፡	9. *Oratio Euchariſtica* Sancti Gregorii.
፲፡ አኰቴተ፡ ቍርባን፡ ዘቅዱስ፡ ዲዮስቆሮስ፡፡	10. *Oratio Euchariſtica* Sancti Dioſcori (t).

Num iſte ſit *Patriarcha* ille *Alexandrinus* Æthiopibus Sanctus: Latinis verò hæreſiarcha, non conſtat.

2 Habent porrò Æthiopes etiam *Liturgias S. Baſilii* & *S. Cyrilli*. Eæque omnes tam *Coptitis* quàm *Habeſſinis* communes ſunt: Sed Coptitæ tres præcipuè adhibent, nominatim *S. Baſilii*, quæ communis eſt omnibus diebus. *S. Gregorii Nyſſeni* Liturgia in Salvatoris aliisque ſolennibus feſtis legitur. S. *Cyrilli* magni, legitur tempore Quadrageſimæ.

3 Unam hic dabimus titulo *Domini noſtri Ieſu Chriſti*, de qua inſcriptione numero ſequente pluribus agemus, ſimul ut oſtendamus, quantum hæ ſcripta inter ſe differant, uti ex hac ipſa Oratione Euchariſtica videre eſt, quæ mendoſiſſimè impreſſa, multumque variata reperitur loco infra citato.

4 ቅዳሴ፡ ዘእግዚእነ፡ ወመድኃኒነ፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ፡፡

ናአኵተከ፡ አምላክ፡ ቅዱስ፡ ፈጻሜ፡ ነፍስነ፡ ወሀቤ፡ ሕይወትነ፡ ዘኢይማስን፡ መዝገብ፡፡ አቡሁ፡ ለዋሕድ፡ ወልድከ፡ መድኃኒነ፡ ዘይዜኑ፡ ዘዚአከ፡ ፈቃደ፡፡ እስመ፡ ፈቀድከ፡ ከመ፡ ንድኃን፡ ብከ፡ ያአኵተከ፡ ልብነ፡ እግዚኦ፡ አንተ፡ ኃይሉ፡ ለአብ፡ ወጸጋ፡ ለአሕዛብ፡ አእምሮ፡ ርቱዕ፡ ጥበበ፡ ስሑታን፡ መፈውሲ ነፍስ፡ ዐቢይ፡ ትሑታን፡ ሀገሪትነ፡ አንተ፡ ወእቱ፡ ምርጉዝ፡ ጻድቃን፡ ተስፋሆሙ፡ ለስዱዳን፡ መርሶሆሙ፡ ለእለ፡ ይትሀወኩ፡ በርሃነ፡ ፍጹማን፡ ወልደ፡ አምላክ፡ ሕያው፡፡ አብርሀ፡ ላዕሌነ፡ እምዘኢይትነአተቱ፡ ፀጋከ፡ ትክለት፡ ወጽንዐት፡ ተአምኖ፡ ወጥበበ፡ ወኃይለ፡ ሃይማኖት፡ ዘኢይጸንን፡ ወዘኢይትመየጥ፡ ተስፋ፡፡ አእምሮ፡ መንፈስ፡ ሀብ፡ ለትሕትናነ፡

Oratio Euchariſtica *Domini & Salvatoris noſtri IESV Chriſti*.

Gratias agimus tibi *DEVS* Sancte: Finis [ſcopus animarum noſtrarum. Dator vitæ noſtræ, theſaurus incorruptibilis. Pater unigeniti *Filii Tui Salvatoris noſtri*, qui annunciavit voluntatem tuam. Quoniam voluiſti ut ſalvaremur per te: gratias devotas agit tibi cor noſtrum Domine: Tu es virtus Patris, & gratia gentium: Scientia rectitudinis: Sapientia errantium: Sanator animarum: Magnitudo humilium: Arx noſtra [aſylum] tues, Scipio juſtorum: Spes exulum: Portus tutus eorum qui jactantur tanquam in mari: Lumen perfectorum: Filius DEI vivi. Irradia ſuper nos gratiâ tua immobili, ſtatuminatione & corroboratione fiduciæ: Sapientiâ & efficacia fidei inflexibilis, & ſpei immutabilis. Intelligentiam Spiritus largire humilitati

 ከመ፡

(p) Diu hæſerunt PP. Societatis, quid ſibi vellet hoc *Os aureum*, donec Patriarcha eorum *Mendezius* Græcè doctus *Chryſoſtomum* intelligi doceret. (q) Iſta extat in Nov. Teſtam. Æth. pag. 168. (r) Reperitur d. loc. pag. 164. (s) Iſte vocatur Metropolita Urbis Ægypti Behneſe, in Liturgia impreſſa pag. 170. Incipit hæc oratio ጐሥዐ፡ ልብየ፡ *Eructavit cor meum*; quamobrem in Titulo Novi Teſtam. Æth. ſic vocatur. (t) Hanc affricuit opuſculis meis Æthiopicis Londini An. 1661. impreſſis, inconſultò me, Wanslebius, multis vitiis in verſione Latina contaminatam.

L. III. c. 4. N. XXXI. ከመ፡ ዘለፈ፡ በርቱዕ፡ ንጹሓን፡ ንኩን፡ አግብርቲከ፡ እግዚኦ፡ ወኵሉ፡ ሕዝብ፡ ኪያከ፡ ይወድሱ፡፡

nostræ, ut semper in rectitudine simus servi tui puri, O Domine: & omnes populi te laudent.

[Hucusque Liturgia impressa pag. 170. Sequentia reperiuntur ibidem in Liturgia generali. p. 164. ipsi vocant Græco vocabulo ዲፕቲኮን፡ *Dypticham*, ex quo Diaconus *nomina tam mortuorum quam vivorum* memoriâ dignorum prælegere solebat; ut docemus infra Num. 43. & 59.]

ይብል፡ ዲያቆን፤

በእንተ፡ ብፁዕ፡ ወቅዱስ፡ ሊቀ፡ ጳጳሳት፡ አባ፡ እገሌ፡ ወአቡነ፡ ኄር፡ ጳጳስ፡ አባ፡ እገሌ፡ እንዘ፡ ያአኵቱከ፡ በጸሎቶሙ፡ ወበትንብልናሆሙ፡፡ እስጢፋኖስ፡ ቀዳሚ፡ ሰማዕት፡፡ ዘካርያስ፡ ካህን፡ ወዮሐንስ፡ መጥምቅ፡፡ በእንተ፡ ኵሎሙ፡ ቅዱሳን፡ ወሰማዕት፡ እለ፡ አዕረፉ፡ በሃይማኖተ፡ ክርስቶስ፡፡ ማቴዎስ፡ ወማርቆስ፡ ሉቃስ፡ ወዮሐንስ፡ ፬ ወንጌላውያን፡ ማርያም፡ ወላዲተ፡ አምላክ፡ ስምዖን፡ ጴጥሮስ፡ ወእንድርያስ፡ ያዕቆብ፡ ወዮሐንስ፡ ፊልጶስ፡ ወበርተሎሜዎስ፡ ቶማስ፡ ወማቴዎስ፡ ታዴዎስ፡ ወናትናኤል፡ ያዕቆብ፡ ወልደ፡ እልፍዮስ፡ ወማቴያስ፡ ፲ወ፪ ሐዋርያት፡፡ ወያዕቆብ፡ ሐዋርያ፡ እኁሁ፡ ለእግዚእነ፡ ኤጲስ፡ቆጶስ፡ ዘኢየሩሳሌም፡ ቤተ፡ መቅደስ፡፡ ጳውሎስ፡ ወጢሞቴዎስ፡ ሲላስ፡ ወበርናባስ፡ ቲቶ፡ ፊልሞና፡ ቀሌምንጦስ፡ (1. Cor. 15. 6.) ፸ወ፪ አርድእት፡ ወ፭፻ ቢጾሙ፡ ፫፻፲ወ፰ ርቱዓነ፡ ሃይማኖት፡፡ ጸሎተ፡ ኵሎሙ፡ ይብጽሐነ፡፡

ምስሌሆሙ፡ ኪያነ፡ ሐውጽ፡ ወተዘከር፡ እንተ፡ ላዕለ፡ ኵሉ፡ ጉባኤ፡ ዘሐዋርያት፡ ቤተ፡ ክርስቲያን፡ በሰላም፡ በክቡር፡ ደም፡ እንተ፡ በክርስቶስ፡ ተገብረ፡፡ ወተዘከር፡ ኵሉ፡ ሊቃነ፡ ጳጳሳት፡ ጳጳሳት፡ ኤጲስ፡ቆጶሳት፡ ቀሳውስት፡ ወዲያቆናት፡ እለ፡ ያረትዑ፡ ፍኖተ፡ ቃለ፡ ዘበአማን፡፡

Dicit Diaconus.

Pro Beatissimo & Sanctissimo *Patriarcha Abba N. N. & Abbuna* Reverendissimo Metropolita nostro Abba *N. N.* qui laudant te orationibus suis & intercessionibus suis. *Stephanus protomartyr. Zacharias Sacerdos, & Iohannes Baptista.* Pro omnibus sanctis & martyribus qui obdormiverunt in fide Christi. *Matthæus & Marcus: Lucas & Iohannes*, quatuor Evangelistæ. *Maria* Dei genitrix. *Simon Petrus, & Andreas. Iacobus & Iohannes. Philippus & Bartholomæus. Thomas & Matthæus. Taddæus & Nathanael. Iacobus Filius Alphæi; & Matthias.* duodecim Apostoli (u). *Et Iacobus Apostolus* frater Domini nostri, Episcopus Hierosolymæ domus sanctuarii. *Paulus & Timotheus. Silas & Barnabas. Titus. Philemon. Clemens. Septuaginta & duo discipuli, & quingenti eorum socii. Trecenti & octodecim orthodoxi Patres.* Orationes eorum omnium impleantur [in] nobis. 5

Cum illis nos visita; & memento Ecclesiæ Apostolicæ, quæ super omnes congregationes est (x) in pace, quæ per pretiosum sanguinem Christi parta est. Et memento omnium Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Presbyterorum & Diaconorum, qui dirigunt viam verbi in veritate. 6

ወይብል፡ ሕዝብ፤

ምሕሮሙ፡ እግዚኦ፡ ነፍሳተ፡ አግብርቲከ፡ ወአእማቲከ፡ እለ፡ በልዑ፡ ሥጋከ፡ ወሰትዩ፡ ደመከ፡ እለ፡ አዕረፉ፡ በሃይማኖት፡ ዚአከ፡፡

Respondet Populus.

Miserere Domine animarum servorum tuorum & ancillarum tuarum, qui comederunt corpus tuum & biberunt sanguinem tuum, qui obdormiverunt in fide tua. 7

[Hic rursus convenit cum Codice impresso p. 168. b.]

Dicit

(u) Negligentissimè hæc nomina tractant Æthiopes. Duos Jacobos recenseot inter duodecim Apostolos & quidem rectè; & tamen mox superaddunt *Jacobum Fratrem Domini*, quasi nescirent, quòd idem esset ille *Filius Alphæi*. Vide quæ supra notavimus N. xxx. §. 45. lit. O.

(x) Sic reddunt vocabulum *Catholicam*. Vide infra cap. 5. Num. xxxvii. §. 4. & ibi notam.

8 ይብል: ካህን፤
እወ: እግዚኦ: ኪያከ: ናአኵት፤ ወ
ኪያከ: ንባርክ: ወዘለፈ: ንስእለከ:
እግዚኦ: አበ: ለሁላን: ዘይነግሥ: ለ
መዛግብተ: ብርሃን፤ ሐወጽ: ለኢ
የሩሳሌም፤ እምሰማያት: እግዚእ
ሙ: ለሥልጣናት: አርእስተ: መላእ
ክት: ወንይለ: እጋእዝት፤ ስብሐተ:
መናብርት፤ አዕፅፍተ: ብርሃናት፤ ተ
9 ፈሥሐተ: ፍግዕ፤ ንጉሠ: ነገሥት:
አብ: ዘይእኅዝ: ኵሎ: በእዴ: ወይ
መልክ: ወበምክረ: ዚአከ: ወልደ
ከ: ኢየሱስ: ዋሕዴ፤ ዘተሰቅለ: በ
እንተ: ኃጢአትነ: ዘበቃለ: ኪዳንከ:
ገበርከ: ኵሎ: ሠምረከ: ቦቱ፤ ወ
ፈነውኮ: ውስተ: ማኅፀነ: ድንግል፤ ተ
ፀንሰ: በከርሥ፤ ሥጋ: ኮነ፤ ወልደቱ:
ተዐውቀ: እመንፈስ: ቅዱስ፤ እምድ
ንግል: ተወልደ: ከመ: ፈቃደከ: ይፈ
ጽም፤ ወሕዝበ: ለከ: ይስሬዕ: ቅ
ዱሰ፤ ሰፍሐ: እደዊሁ: ለሕማም፤ ሐ
መ: ከመ: ሕሙማነ: ያድኅኖሙ: እለ: ተ
ወከሉ: በላዕሌከ። ዘተወህበ: በ
ፈቃዱ: ለሕማም: ከመ: ሕሙማነ:
ያድኅን፤ ወያጽንዖሙ: ለእለ: ተንተ
ኑ፤ ግዱፋነ: ይርከብ፤ ወምውታነ: ያሕዩ፤
ወሞተ: ይስዐር: ወማእሰረ: ሰይጣ
ን: ይበትክ፤ ወፈቃደ: አቡሁ: ይፈጽ
ም፤ ወይኪድ: ሲኦለ፤ ወያርኁ: አና
ቅጸ: ሕይወት፤ ለጻድቃን: ያብርህ፤
ሥርዐተ: ይትክል፤ ጽልመተ: ያእት
ት፤ ወሕፃናተ: ያልህቅ፤ ወትንሣኤ
ሁ: ያገሁድ።

10 በይእቲ: ሌሊት: እንተ: ባቲ: አ
መ: ያገብእዎ: ነሥአ: ኅብስተ: በእ
ደዊሁ: ቅዱሳት: ወብፁዓት: እለ: አ
ንበለ: ርስሐት፤ አእኰተ: ባረከ:
ወፈተተ: ወመጠወ: ለአርዳኢሁ:
(ነገር: እንዘ: ይብል: ንሥኡ: ብል
ዑ: ዝኅብስት: ሥጋየ: ውእቱ: ዘበእ
ንቲአክሙ: ይትፌተት: ለኅድገተ: ኃ
ጢአት፤ ወሶበ: ዘንተ: ትገብሩ: ተዝ
ካረ: ዚአየ: ገበሩ። ወከማሁ: ጽ
ዋዐ: ወይን: እምድኅረ: ተደረ: ቶሲ
ሖ: አእኰተ: ባረከ: ወቀደሶ
ከ: ወሀብኮሙ: በአማን: ደምከ:
ዝንቱ: ዘተክዕወ: በእንተ: ኃጢአ
ትነ።

11 ይእዜኒ: እግዚኦ: እንዘ: ንዜክር:
ሞተከ: ወትንሣኤከ: ንትአመነከ:
ወናቀርብ: ለከ: ኅብስተ: ወጽዋዐ:

Dicit Sacerdos.

Utique Domine! tibi gratias agimus, & tibi benedicimus, & ſemper rogamus te O Deus! Pater excelſorum: qui regis theſauros lucis [i.e. ſidera]. Viſita Hieroſolymam de cœlis. Domine Poteſtatum, Archangelorum, & virtus dominantium, gloria thronorum (y), amiculum luminarium, gaudium deliciarum, Rex Regum, Pater qui comprehendit cuncta [tanquam] manu & gubernat. Et conſilio tuo filius tuus JESUS unigenitus crucifixus eſt pro peccatis noſtris. Qui verbo fœderis tui feciſti omnia, in quo beneplacitum eſt tibi: & miſiſti ipſum in uterum virginis; conceptus eſt in ventre: caro factus eſt: & nativitas ejus cognita fu[it] [quod eſſet] à Spiritu Sancto; dum naſc[er]etur ex Virgine, ut voluntatem tuam perficeret, & populum tibi conſtitueret ſanctum. Expandit manus ſuas ad paſſionem, paſſus eſt, ut patientes ſalvaret, [illos nempe] qui fiduciam ſuam ponunt in te. Traditus eſt ſponte ſua in cruciatus ut cruciatibus affectos ſalvaret, & confirmaret nutantes [vacillantes] perditos reperiret, & mortuos vivificaret: & mortem tolleret, & vincula Satanæ diſrumperet: & voluntatem Patris ſui perficeret. Infernum conculcaret, & portas vitæ reſeraret: Juſtos illuminaret: fœdus ſanciret: tenebras removeret: infantes educaret, & reſurrectionem ſuam manifeſtaret.

In illa nocte, qua prodiderunt eum, accepit panem in manus ſuas ſanctas, & beatas, ac immaculatas; gratias egit, benedixit, fregit & dedit diſcipulis ſuis [narrans] dicendo. *Accipite, comedite, hic panis corpus meum eſt, quod pro vobis frangitur in remiſſionem peccatorum; & cum hoc feceritis, commemorationem mei facitote. Similiter quoque calicem vini poſtquam cœnati eſſent, miſcens, gratias agens, benedicens & ſanctificans, dediſti illis verum ſanguinem tuum, qui effuſus eſt pro peccatis noſtris.*

Nunc igitur, ô Domine! memores ſumus, mortis & reſurrectionis tuæ, confidimus tibi & offerimus tibi panem & ca-

እንዘ:

(y) Iſta ſunt *nomina Angelorum* κυριότητες, ἀρχαὶ, θρόνοι, ἐξουσίαι, ex Epiſt. *Pauli ad Coloſſ.* 1, 16. De quibus vide Hiſt. Æthiop. 3, 5, 85

l. III. c. 4. N. XXXI.

እንዘ፡ ናአኵተከ፡፡ ለከ፡ ለባሕቲ
ትከ፡ ዘእምዓለም፡ መድኀን፡ አም
ላክ፡፡ እስመ፡ አንተ፡ አዘዝከነ፡ ንቁ
ም፡ ቅድሜከ፡ ወለከ፡ ንትቀነይ፡፡
በእንተ፡ ዝንቱ፡ ንሕነኒ፡ አግብርቲከ፡
እግዚኦ፡ ንስእለከ፡ እግዚኦ፡፡ ወና
ስተበቍዐከ፡ ከመ፡ ትፈኑ፡ ቅዱሰ፡
መንፈሰ፡ ወኀይለ፡ ዲበ፡ ዝንቱ፡ ኅብ
ስት፡ ወላዕለ፡ ዝጽዋዕ፡ ይረስዮ፡ ሥ
ጋሁ፡ ወደሞ፡ ለእግዚእነ፡ ወመድኀኒ
ነ፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ፡ ለዓለመ፡ ዓ
ለም፡፡

licem, gratias agentes tibi. Tibi soli qui
à seculo (es) Salvator Deus. Quoniam
tu jussisti nos, ut stemus coram te, *& tibi*
instar Sacerdotum ministremus. Pro-
pter hoc nos quoque servi tui, Domine!
rogamus te Domine! Et supplicamus ti-
bi, ut mittas Spiritum Sanctum, & vir-
tutem super hunc panem, & super hunc
calicem [ut] efficiat corpus & sangvi-
nem Domini & Salvatoris nostri JESU
Christi in secula seculorum.

[In impresso pag. 168. d. habentur sequentia: ይብል፡ ሕዝብ፡፡ *Dicit populus* እግዚኦ፡ መሐረነ፡ እግዚኦ፡ መሐረነ፡ እግዚኦ፡ ተሣሀለነ፡፡ *Domine miserere nostri: Domine miserere nostri: Domine propitius esto nobis.* ይብል፡ ካህን፡ *Dicit sacerdos.* Et sic pergitur in contextu.]

ዓዲ፡ ናቄርብ፡ ለከ፡ ዘንተ፡ አኰቴተ፡
ዘለዓለም፡ ሥላሴ፡ እግዚኦ፡ አብ፡
ኢየሱስ፡ ክርስቶስ፡ ዘኵሉ፡ ፍጥረ
ት፡ ወነፍስ፡ ትርዕድ፡፡ ወይሰውዋ፡
ባቲ፡ ለከ፡ ዝንቱ፡ አምኃ፡ አኮ፡ መ
ብልዐ፡ ወመስቴ፡ ዘአቅረብነ፡ ለቅድ
ሳቲከ፡፡ ገብር፡ ለነ፡ ኢይኩነነ፡ ለኰ
ነኔ፡ ወኢለዘርክሮ፡ ጸላኢ፡ ወኢለሐ
ጕል፡ አላ፡ ፈውስ፡ ለሥጋነ፡ ወለጽንዐ፡
መንፈስነ፡፡ እወ፡ አምላክነ፡ ሀበነ፡ በ
እንተ፡ ስምከ፡ ንጕየይ፡ እምኵሉ፡
ሐሊና፡ ዘኢያሠምረከ፡፡ እግዚኦ፡
ሀበነ፡ ይሰደድ፡ እምኔነ፡ ኵሉ፡ ምክ
ረ፡ ሞት፡ ለዘ፡ በስምከ፡ ተጽሕፈ፡
በውሳጢተ፡ መንጦላዕት፡ ዘመቅደስ
ከ፡ ዘአርያም፡፡ ስመ፡ ዚአከ፡ ይስ
ማዕ፡ ሞት፡ ወይደንገፅ፡ ወቀላያት፡
ይሠጠቁ፡ ወጸላኢ፡ ይትከየድ፡ መ
ንፈስ፡ ሐጕል፡ ይርዐድ፡ ወከይሲ፡ ይ
ትገሐስ፡ ወኢአሚን፡ ይርሐቅ፡ ወሀ
ላዊ፡ ይትመነደብ፡ መዐት፡ ይሕሠእ፡
ቅንአት፡ ኢይብቋዕ፡ ዝሉፋ፡ ለይት
ገሠፅ፡ ወይሠረዉ፡ መፍቀርያነ፡ ወር
ቅ፡ ኣሚ፡ ሊይሰስል፡ ሐባሊ፡ ለይትነ
ጻሕ፡ ወይዘርዘር፡ ኵሉ፡ ዘፍጥረ
ተ፡ ሕምዝ፡፡ ሀብ፡ እግዚኦ፡ ለአዕይ
ንተ፡ ልብነ፡ውሣጣያተ፡ ከመ፡ ኪያ
ከ፡ ይርአዩ፡ ወይሴብሑከ፡ ወይወድ
ሱከ፡ እንዘ፡ ይዘከሩከ፡ ወይትቀነዩ፡
ለከ፡ እስመ፡ አንተ፡ ባሕቲትከ፡ መ
ክፈልቶን፡ ወልድ፡ ወቃሉ፡ ለእግዚእ
ብሔር፡ ዘኵሉ፡ ለከ፡ ይትቀነይ፡፡ ለ
እለ፡ በጸጋ፡ ከሠትከ፡ ፈጽም፡ ወአ
ጽንዕ፡ እለ፡ በጸጋ፡ ፈውስ፡ ዕቀብ፡ እ
ለ፡ በኀይለ፡ ልሳን፡ ይሴብሑ፡ አሚነ፡

Porro offerimus tibi hanc gratiarum 12
actionem, O æterna Trinitas, Domine!
Pater Jesu Christi, quem omnis creatura
& anima veneratur (z)..... Tibi damus
istud donum; non cibum nec potum
offerimus Sanctitati tuæ. Fac, ne cedat
nobis in condemnationem & obtrecta-
tionem inimici, nec in perditionem.
Sed [in] medicamen corporum nostro-
rum, & in robur Spiritus nostri. Utique
Deus noster largire nobis propter no-
men tuum, ut fugiamus omnes cogita-
tiones quæ displicent tibi. Domine da 13
nobis ut depellatur à nobis omne consi-
lium mortis, qui in nomine tuo inscri-
pti sumus in interiori velo Sanctuarii tui
excelsissimi. Nomen tuum audiat mors,
& consternetur: Abyssi rumpantur; Ini-
micus conculcetur: Spiritus malignus
contremiscat. Draco recedat: & infi-
delitas elongetur: & apostata affligatur:
ira langvescat, invidia nil efficiat, obsti-
natus redarguatur, & exstirpentur omnes
amatores pecuniæ [avari]. Molestia
recedat: fraudulentus prosternatur: &
hebescant omnes species veneficiorum.
Da Domine oculis interioribus cordis 14
nostri, ut te contueantur, celebrent &
laudent te memores tui, & serviant tibi,
quoniam tu solus portio eorum es: Filius
& verbum Domini cui cuncta subjecta
sunt. Quibus [te per gratiam revela-
sti, [eos] perfice & corrobora: illos qui
in gratia sunt, sana Custodi eos qui
virtute linguæ celebrant fidem: & qui vo-

(z) Mutilus hic videtur locus & sensus imperfectus.

ዘበቃል፡ ለሳን፡ ተምህረ፡ አርቶዕ፡ አ
ለ፡ ይገብሩ፡ ፈቃ ደከ፡ ለዘለፉ፡ አድ
ኅኖ፡ መዓስበ፡ ሐውጽ፡ እጓለ፡ ማው
ታ፡ ተወከፍ፡፡ እለ፡ በሃይማኖት፡ አ
ዕረፉ፡ ተወከፍ፡፡

15 ሀበነ፡ ለነኒ፡ ክፍለ፡ እግዚኦ፡ ምስ
ለ፡ ኵሎሙ፡ ቅዱሳኒከ፡ ሀበነ፡ ኃይ
ለ፡ ናሥምርከ፡ በከመ፡ አሥመርዎ፡ አ
ሥመረከ፡፡ ሕዝበከ፡ ረዐይ፡ በርቱ
ዕ፡ ወቅድሳት፡ እግዚኦ፡ ሀበነ፡ ለኵ
ልነ፡ ደመረ፡ ለአለ፡ ንትመጠ፡ ቅዱሳ
ቲከ፡ ንጽገብ፡ መንፈስ፡ ቅዱስ፡ ወ
ጽንዐ፡ ሃይማኖት፡ ዘበጽድቅ፡ ከመ፡
ለዘለፉ፡ ኪያከ፡ ናእኵት፡ ወለወ
ልድከ፡ ፍቁርከ፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶ
ስ፡ እስመ፡ ለከ፡ ክብር፡ ወስብሐ
ት፡ ለዓለመ፡ ዓለም፡፡

16 ሐዳፌ፡ ነፍስ፡ ለጻድቃን፡ መርሔ፡ ወ
ለቅዱሳን፡ ምክሕ፡ ሀበነ፡ እግዚኦ፡
አዕይንተ፡ አእምሮ፡ ወትረ፡ ኪያከ፡
ይርአያ፡ ወእዘነ፡ ቃለ፡ ዘዚአከ፡
ባሕቲቶ፡ ይስምዓ፡ እምከመ፡ ጸገበ፡
ነፍስነ፡ እምጸጋከ፡፡ ልበ፡ ንጹሐ፡
ፍጥር፡ ለነ፡ እግዚኦ፡ ከመ፡ ዘልፈ፡ ሀ
በይከ፡ ንለቡ፡ ለኄር፡ ወለመፍቀሬ፡
ሰብእ፡ አምላክነ፡ ሠምሬ፡ ለነፍስ፡
ዚአነ፡ ወሕሊና፡ ዘኢይጸንን፡ አሐው
ፍ፡ ዘተመጠውነ፡ ዚአከ፡ ሥጋ፡ ወአንተ
አከ፡ ደመ፡ ንኡስ፡ አግብርቲከ፡ ትሑ
ታን፡ እስመ፡ መንግሥት፡ ዚአከ፡ እ
ግዚኦ፡ እኩት፡ ወስቡሕ፡ አብ፡ ወወ
ልድ፡ ወመንፈስ፡ ቅዱስ፡ ይእዜኒ፡ ወ
ዘልፈኒ፡ ወለዓለመ፡ ዓለም፡ አሜን፡፡

ce linguæ edocti fuerunt, dirige. Illos qui faciunt voluntatem tuam, æternum ſalva. Viduas viſita. Orphanos ſuſcipe. Illos qui in fide obdormiverunt, ſuſcipe L. III. c. 4. N. XXI. & XXXII.

Da nobis quoque portionem Domine: cum omnibus ſanctis tuis; Da nobis vires ut placeamus tibi, quemadmodum illi placuerunt tibi. Populum tuum paſce in rectitudine & ſanctitate. Domine da nobis omnibus conjunctionem animorum, quia accepimus ſacra tua, ſatiemur Spiritu S. & robore fidei veræ: ut in perpetuum tibi gratias agamus, & dilecto filio tuo Jeſu Chriſto, quia tuus eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum.

Gubernator animarum, ductor juſtorum & gloria ſanctorum. Da nobis Domine oculos ſcientiæ, qui ſemper te reſpiciant: & aures quoque quæ tantum tuum verbum audiant poſtquam nunc ſaturata eſt anima noſtra gratiâ tua. Cor mundum crea nobis Domine, ut ſemper magnitudinem tuam conſideremus, qui bonus es & [illegible] Deus noſter gratam habe animam noſtram & mentem conſtaurem largire nobis, qui accepimus corpus tuum & proprium tuum ſanguinem. Nos ſervi tui humiles, quoniam regnum tuum Domine inclytum & glorioſum, Pater, Filius & Spiritus S. nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen.

1 N°. XXXII De Pſeudepigraphis Apoſtolicis.] Quandoquidem Statuta ſeu Conſtitutiones, & *Canones* ſupradicti, ut & *Liturgiæ* nonnullæ titulum Apoſtolicum præ ſe ferunt, multi viri docti, ut demonſtrarent illa Apoſtolorum non eſſe, magno labore deſudarunt: (a) quo nunc ſuperſedere poſſumus, poſtquam omnia tam clara facta ſunt, ut nemo amplius id defendere velit, niſi fortaſſis ſimpliciores Habeſſini cum reliquis Orientalibus, qui ex ſolis titulis judicant.
2 Num temeritate vel ſimplicitate deſcriptorum, vel caſu impoſiti fuerint tituliſti, nunc non anquiremus. Certum eſt, etiam primitivis Eccleſiæ temporibus talia ſcripta inter fideles obſervaviſſe. Huc enim reſpicit *Canon LX. vulgo Apoſtolorum* Εἴ τις τὰ ψευδεπίγραφα τῶν ἀσεβῶν βιβλία, ὡς ἅγια ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας δημοσιεύων, &c qui ſic reddendus eſt. *Si quis libros ab impiis hominibus falſis titulis* [Apoſtolorum *nempe* vel patrum Orthodoxorum] *inſcriptos tanquam ſacros in Eccleſiis vulgaverit*, &c. Videatur *Zonaræ Commentarius in hunc Canonem*, qui inter tales libros expreſsè refert *Conſtitutiones Apoſtolorum per Clementem* ſcriptas. (b) de quibus ſententiam Patrum in Trullo congregatorum N. XXX.
2 ſupra adduximus. Potuit tamen alia ſubeſſe cauſa, cur ita inſcriberentur, non quòd §. 113. & autorum nomina deſignarent, ſed ut in eorum feſtis recitarentur: vel aliàs in eorum, ſeqq.

Xx quo-

(a) Inter alios Joannes Dallæus in tractatu ſupra allegato, in quo Conſtitutiones à Turriano, viro parum judicioſo, editas, graviter & meritò impugnat, ſimul Canones Apoſtolorum illis annexos omni autoritate privat. Quamvis eruditi omnes agnoſcant, opuſculum illud ſeorſim compilatum ab impoſtore quodam illic agglutinatum fuiſſe. (b) Et tamen Canones Apoſtolorum ab ipſis Apoſtolis profectos putat. hoc cap. N. 3 . §. 114.

quorum nomen præ se ferunt, honorem denominati fuerint. (c) Igitur quamvis 4
veram rationem talium inscriptionum ignoremus, eas propterea non statim mendacii vel fraudis arguemus. Exemplo sint *Liturgia* sexta *Domini nostri*, quam numero præcedente Lectori dedimus: & octava *Dominæ nostræ*, quas nemo sanus Domini nostri & Dominæ nostræ opuscula dixerit; is enim ex textu ipso statim redargueretur. (d) Ex quo etiam sequitur, quòd inscriptores neminem fallere voluerint, aliàs totum opus tali inscriptioni accommodassent. Idem censeo de *Liturgiis*; quæ *D. Marci* & *D. Iacobi* nominibus circumferuntur, quæ maximam censuram passæ sunt, resectis iis, quæ tantis autoribus convenire non videbantur. Quis verò credat *M. Basilium*, nec non *Chrysostomum* ausum fuisse, Prototypo sublato, Liturgiam ab Apostolo compositam contrahere, uti *Menologium Basilianum de Iacobo Domini fratre* nimis audacter agit, his verbis: *Primus divinam Liturgiam scripsit, quam a Christo didicerat, sed postea compendiosiorem eam fecit M.* Basilius: *deinde* Chrysostomus *propter hominum imbecillitatem*. Egregia scilicet ratio contrahendi & imminuendi Apostoli alicujus scriptum. Cur non abbreviarunt etiam *Epistolam Pauli ad Romanos*, omissis iis, quæ infirma nostra ingenia transcendunt. Absit, ut viris sanctis tale quid imputemus. Non vacat eas conferre cum Liturgiis quæ in Oriente reperiuntur, si conveniant, utique *ante Concilium Chalcedonense* Habessini eas acceperunt, quia post illud nullum cum Ecclesia Græca vel Latina commercium amplius habuerunt.

N°. XXXIII. De libro Æthiopico Organon Denghel dicto.

] Liber Æthiopicus አርጋኖ: ድንግል: *Organon Musicum B. Virginis* dictus. 1
5.5.82. in laudem *B. Mariæ* effusissimus est, nam ut alibi diximus: *Habessini sanctissimæ Virginis cultores sunt nimii*. Igitur magni faciunt librum istum, similitudinibus allegoricisque refertum, nec non Rhetorico verborum fastu ornatum. Recens est, ab *Abba* 2
Georgio Doctore quodam Æthiopiæ compositus, qui & alios tractatus scripsit, referente *Gregorio meo*, ex cujus dono illum possideo, in Æthiopia scriptum & ligatum. Dictio Æthiopica istius tractatus genuina est; ideoque pro Lexico meo, necnon Grammatica concinnanda utilis fuit.

Lectiones in singulas hebdomadis ferias continet, sed, quod mirum est, incipit 3
à secunda, hoc modo:

በሰኑይ:

በስመ: እግዚአብሔር: ሥሉስ: ዘእንበለ: ፍልጠት: ወአሐዱ: በጽመረት: ዓቢረ: ሀላዌ: ዕሪና: መለኮት፤ ዘአሐተ: ይሰግዱ: እምኅበ: ሰብእ: ወመላእክት፡፡ እጼሊ: እንከ: ዘንተ: ጸሎተ: ዘይሰመይ: አርጋኖ: ውዳሴ: ወመሰንቆ: መዝሙር: ወዕንዚራ: ስብሐት፤ ዘእስተብፅዖ: ድንግልናሃ: ወነገረ: ዕበየ: ወአኰቴት: ስማ: ወተሰብሐ: ቅድስናሃ: ወንግሠ: ለንግሠ: ለቅድስት: ወንጽሕት: ወቡርክት: ማርያም: ዘበዕብራይስጢ: ማሪሃም: ድንግል: ወላዲተ: አምላክ፡፡

Lectio feriæ secundæ.

In nomine Dei omnipotentis, qui trinus est sine divisione, & unus conjunctione, par essentia & æqualis divinitate: qui pariter adoratur & ab hominibus & ab Angelis. Orabo igitur hanc orationem, quæ vocatur Organon Encomii, *& cithara psalterii & lyra laudis*, quâ beata prædicatur virginitas; celebratur magnitudo, honoratur nomen, & laudatur sanctitas, & extollitur regia dignitas sanctæ, castæ & benedictæ Mariæ, (*Ebraicè Mariham*) (e) Virginis, genitricis Dei, &c.

Reperitur liber hic aliàs bis in Europa, in *Bibliotheca Oxoniensi, & Hamburgi*, apud Lt. *Ezram Ezardi*.

(c) Veluti si quis *Inventum* suum vocet *Brandeburgicum*, non quòd *Elector Brandeburgicus* id excogitaverit, sed quod autor in honorem Sereniss. Electoris id evulgare in animo habeat. (d) Wanslebius tamen in insana hac opinione fuisse videtur. Nam Liturgias istas in conspectu Operum Æthiopicorum recensens, cùm ad hanc nostram venisset. *Sexta*, ait, *quæ Domino nostro Jesu Christo adscribitur*, scil. tanquam autori. (e) Tam parum Hebraice callent, ut & nomen *Mariam* ignorent.

N°. XXXV. De Prophetia Enochi an extet Æthiopice I. Bl. 4. XX IV. pag. 395.

1 *Gassendus* in vita Peireskii *de Ægidio Lochiensi Capucino*, qui in Ægypto septennium
egerat, inter alia scribit: *Quandoquidem inter cætera animadverti, se dixit* Mazapha Einok (f) *seu* Prophetiam Enochi, *declarantem ea, quæ ad finem usque seculi eventura sunt; librum Europæ pridem invisum, illic autem charactere ac Idiomate Æthiopico seu Abyssinorum, apud quos is fuerat servatus, conscriptum. ideo* Peireskius *sic fuit accensus ejus quoque pretio comparandi studio, ut nullis parcens sumptibus, ipsum denique sui*
2 *fecerit juris.* Emanavit hinc fama de hoc libro ad eruditos, qui me hortati sunt, ut omnem operam impenderem, adipiscendi specimen saltem istius libri, de quo à tot seculis, an unquam extitisset, vel cujus momenti & autoritatis esset, apud scriptores disquisitum fuerit.

[Videantur è Veteribus *Origenes contra Celsum lib. 5. & in Num. c. 34.* ubi dicit: *apud Hebræos in nulla autoritate haberi.* Tertullianus *de idolol.* c. 4. *de cultu fœminarum cap. 1. nec non de habitu mulierum c. 3.* August. de civitate Dei. Lib. 15. c. 23. Inter recentiores Drusius in suo *Henoch. Bangius in cœl. Orientis. Exercit.* 1. quæst. 5. & 6. omnium latissimè exponit, quæ de hoc libro sciri possunt.]

3 Igitur & ego nullis neque sumtibus neque laboribus peperci, donec specimen istius libri adipiscerer. Primò eum quæsivi *Aquis Sextiis*, ubi noveram *Peireskium* vixisse mox audito Bibliothecam ejus à *Card. Mazarino* emtam, & *Lutetiam Parisiorum* translatam, initium & finem libri depingi curavi, perversè depictum enucleavi, atque cum *Hottingero* communicavi, qui ea occatione *dissertationem* inte-
4 gram de hoc libro edidit. Tandem sub finem anni 1683. ipse Lutetiam Parisiorum veni, atque librum hunc in *Bibliotheca Regia*, quò ex Mazariniana translatus fuerat, reperi, deaurato involucro, tanquam egregius aliquis liber esset, obtectum, cum titulo: *Revelationes Enochi Æthiopicè* Sed *Henochi* non esse ex ipso statim titulo apparet, in quo autor libri በኀይለ፡ ሚካኤል፡ *Bahaila-Michael*, diserte nominatur; qui ex veteribus fragmentis has quisquilias compilavit, quales nobis *Iosephus Scaliger de Egregoris è libr. Georgii Syncelli*, qui etiam titulum *Enochi* habuit, publicavit. Contuli locum illius, & ibi multo plures artes, quas Angeli homines docuisse dicuntur, quàm in fragmento Scaligeri reperi. Henochus passim citatur. Continet etiam peculiarem tractatum de *nativitate Henochi*, unde fortassis libro nomen. Verùm tam crassas ac putidas fabulas continet, ut vix legere sustinuerim.

Exordium Libri paucis hic damus:

በስመ፡ አብ፡ ወወልድ፡ ወመንፈስ፡
5 ቅዱስ፡ ፩ አምላክ።

ወዝውእቱ፡ መጽሐፈ፡ ምሥጢራ፡ ሰማይ፡ ወምድር፡ ዘይነግር፡ ምሥጢረ፡ ደብተራ፡ ቀዳማዊት፡ ወደኃሪት፡ ዘይዌድስ፡ ምሥጢረ፡ ኵሉ፡ ፍጥረት፡ ዘከመ፡ ተፈጥረ፡ በበ፡ ጾታሁ፡ ዘተምህረ፡ አባ፡ በኀይል፡ ሚካኤል፡ ወለበወ፡ እምኅበ፡ ተምሃነ፡ ሰማይ።

ወመልአክኒ፡ ዘተፈነወ፡ ኀቤሁ፡ ብርሃናዊ፡ ይቤሎ፡ ስማዕ፡ እንገርከ፡ እምጥንቱ፡ ወአጠይቀከ፡ ኵሎ፡ በበ፡ መትለወ፡ ነገር፡ በእንተ፡ ምሥጢረ፡ መለኮት፡ ኢሀሉ፡ አብ፡ እምቅድመ፡ ወልድ፡ ወኢሀሉ፡ ወልድ፡ እምቅድመ፡ አብ፡ ወኢሀሉ፡ መንፈስ፡ ቅዱስ፡ ቅድመ፡ አብ፡

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti unici Dei.

Hic est liber mysteriorum cœli & terræ. Qui enarrat mysterium tabernaculi primi & postremi. qui recenset mysterium omnium creaturarum, quo pacto creatæ fuerint quæque suo ordine. Quæ didicit *Abba Bahaila-Michael, & intellexit ex Tamhana-Samai.*

Angelus autem qui missus fuit ad eum lucidus, dixit ei: *Ausculta [ut] narrem tibi ab initio, & certiorem te faciam omnium rerum secundum ordinem earum. De mysterio divinitatis: Non est Pater ante Filium, neque est Filius ante Patrem, neque est Spiri-*

(f) Æthiopicè est መጽሐፈ፡ ሄኖክ፡ *Liber Henochi.* Hottingerus hæc exscripsit in sua Bibliotheca Orient. L. 3. p. 2. c. 6. p. 319.

L. III c. 4. N. xxxiv. ወሠለሰዱ፡ ህለውቶሙ፡ እምቅድሙ፡ ፈጥረት፡ ዓለም፡ ወአሐዱ፡ ውእቱ፡ ህለውቶሙ፡ | *tus Sanctus ante Patrem & Filium, sed existentia eorum* [est] *ante creationem mundi: & una est essentia eorum.* &c.

Hæc sufficiant ad demonstrandum non esse Librum Henochi.

Sed paulo post sequuntur futiles & absurdissimæ narrationes, ex quibus unam 6
tantùm dabimus de bello ሰጥናኤል፡ *Setnaelis* [sic vocat Diabolum] cum *Michaele Archangelo*, ubi prolixè refert copias innumerabiles equitum, *peltariorum, cataphractorum, funditorum, hastatorum* & nescio quorum amplius. Garrit, exercitum Michaelis bis fusum fuisse ab exercitu Setnaelis; at tertio conflictu Michaelem, acceptâ à Deo cruce splendidâ, in qua scriptum erat: *In nomine Dei Patris, Filii & Spiritus S. unici Dei* &c. victoriam reportavisse.

Putidissima *Setnaelis* descriptio poterit referri ad Talmudistarum *Behemotum* 7
& *Leviathanem*, nec non ad Judæorum בר יוכני *Bar-juchne* seu immensum illum Gallum cœlestem, & Arabum *avem Ruch.* Ea se habet prout sequitur:

ወከመዝ፡ ፍጥረቱ፡ ለስጥናኤል፡ ፲፻ ወ፯፻ በእመት፡ መለእክ፡ ቆሙ፡ ወርእሱ፡ መጠነ፡ ደብር፡ ዐቢይ፡ ወአቃሁ፡ መጠነ፡ ሠ በእመት፡ ወቀራንብቲ፡ ዐይኑ፡ የመሐዋረ፡ ሠለስ፡ ዕለት፡ ወሶበ፡ ፈቀደ፡ ያስተጋብእ፡ ብንቲ፡ ዐይኑ፡ በ፯ ዕለት፡ አምዕሁብ፡ ያስተጋብእ፡ ወእደዊሁ፡ ፸፡ በእመት፡ ወእገሪሁ፡ ፯፻ በእመት፡ ወገጹ፡ መጠነ፡ የመሐዋረ፡ ዕለት፡ ወነፍስቱ፡ ፱፡ በእመት፡፡ ወከመሰ፡ ቦሙ፡ ነፍስት፡ ለመላእክት፡ ስሞዐ፡ ለሚካኤል፡ ነ | Talis autem erat creatura Setnaelis; Centenorum millium & septingentorum cubitorum Angelicorum [erat] statura ejus. *Caput* ejus [erat] instar maximi montis. Et *os* ejus erat fere quadraginta cubitorum. *Supercilia oculorum* ejus trium dierum itinere [distabant]. Cùm vellet convertere *pupillas oculorum* suorum, vix septem dierum spatio id peragebat. *Manus* habebat LXX. cubitorum: *pedes* verò Septem millium. Et *facies* ejus unius diei itinere lata erat.

ቢይ፡ እንዘ፡ ይብል፡፡ በ፪ ክነፊሆሙ፡ ይከድኑ፡ ገጾሙ፡ ወበ፪ ይከድኑ፡ እገሪሆሙ፡ ወበ፪ ይከድኑ፡ እደዊሆሙ፡ ወበ፪ ይከድኑ፡ ነፍስቶሙ። አሕምርኬ፡ ከመ፡ ቦሙ፡ ነፍስተ፡ ለመላእክት፡ ወአልቦ፡ አምውስቴቶሙ፡ ከመ፡ ተባዕት፡ ወአንስት፡ ወኢይወለዱ፡ ወኢይትወለዱ፡፡ ወስጥናኤልሰ፡ ዘይትሠዐ፡ ክመረ፡ አምአፉሁ፡ መጠነ፡ ደብር፡ ዘየወዕለ፡ እምነገሀ፡ እስከ፡ ፪ ሰዐት፡ የመሐዋረ፡፡ ወምራቅ፡ ዘይወፅእ፡ አምአፉሁ፡ መጠነ፡ ዮርዳኖስ፡፡

Quanta fuerint reliqua membra omnia portione tanti corporis atque capitis, 8
lectoris arbitrio æstimanda non relinquere voluit vecordissimus autor, sed ipse ineptissimè mensuravit, etiam turpissimum, quod centum cubitis longum fuisse fabulatur. Latinè reddere nolui. Æthiopicus lector intelliget, & multùm ridebit; multò magis verò indignabitur, cùm Ezechielem allegari cognoverit, quasi ille testetur: *Esse angelis octo alas* [non sex ut Seraphinis apud Esaiam] *quibus non tantummodo faciem, & manus pedesque, sed & verenda contegant.* Tam effrenis mentiendi impudentia illi est. Mox tamen subjungit non dari inter Angelos mares & fœminas. Di- 9
mensionum corporis humani gnari monstrum sibi describi putabunt, dum ista legent. Latitudinem faciei unius diei itinere facit: superciliorum vero distantiam trium. Sputum oris ejus Jordani simile dicit. Judicent jam lectores, quàm pulchræ hæ sint revelationes Enochi, tam pulchro involucro, tantisque sumtibus dignæ. Libentiùs de stultissimo hoc libro tacuissemus, nisi jam apud tot claros viros hic illic mentio illius facta fuisset.

Cæterùm an Patriarcha Enoch librum, prædictionem futurorum continen- 10
tem, scripserit ex Epistola Judæ probari nequit. Apostolus enim nullum talem librum citat, sed duntaxat προεφήτευσεν Ἐνώχ *Prophetavit Enoch* inquit: Prophetia ista

vel

vel traditione inter pios Israelitas conservari: vel post divisionem in piorum libris I. III. c. 4.
consignari potuit, ut memoria ejus conservaretur. N. XXXV.

1 N. XXXV. De Libellis quibusdam superstitiosis apud Æthiopes repertis. | Alius & à priori diversus est liber non minus absurdus, quem sub nomine ጸሎት፡ ርቀት፡ *Orationis Magicæ* in Historia nostra hoc capite §. 51. descripsimus. Quod monendum fuit, quia vir doctus Historiam nostram allegans, eundem cum præcedente libro esse putavit.

2 Plures ejus farinæ dantur, qui, quoniam toties in Europa, & aliquoties in Bibliotheca Vaticana reperiuntur, specimina quædam ex illis hîc proferemus, ut eruditi libellos fortè oblatos cognoscere, & discernere possint. Gallicum ut & Altorfinum, nec non Viennense exemplar sic incipit:

በስመ፡ አብ፡ ወወልድ፡

ዛቲ፡ ጸሎት፡ ዘእግዝእትነ፡ ማርያ
ም፡ ዘጸለየት፡ ባቲ፡ በመስተ፡ ሀገረ፡
በርቶስ፡፡ ወተፈትሐ፡ ኵሉ፡ ንጸው
ንት፡ ዘውስተ፡ ሀገር፡ ወአድኀነቶ፡ ለ
ማትያስ፡ ረድእ፡ ወአምኑ፡ ሰብአ፡ ሀ
ገር፡፡

In nomine Patris & Filii &c.

Hæc est oratio *Dominæ nostræ Mariæ*, quam oravit in ipsa urbe *Berytho* (g). Et soluta fuerunt omnia vincula ferrea, quæ erant in urbe; & liberavit *Matthiam* discipulum, & crediderunt cives illius urbis.

3 [De hoc discipulo Matthia, quare carceri inclusus, vel quomodo liberatus fuerit, non dicitur. Extare talem aliquam Historiam Apocrypham apud Æthiopes colligo etiam ex Poëta meo, qui de hoc miraculo sic scribit Enc. 21. Oct. b. 2.

እማእሰረ፡ ኀጊጼ፡ ፍትሕኒ፡ ወላዲተ፡ ክርስቶስ፡ አምላክ፡
እምኒ፡ ሞቅሕ፡ ጽኑዕ፡ ወእምኒ፡ ማእሰር፡ ድሩክ፡
ከመ፡ ፈታሕክዮ፡ ዮም፡ ለማትያስ፡ ላእክ፡፡

E vinculis erroris exsolve me, O genitrix Christi Dei!
E compede valido, & vinculis atrocibus
Sicut exsolvisti hodie Matthiam *ministrum*]

Mox ex abrupto incipit:

4 ይቤ፡ እግዚእነ፡ ወመድኃኒነ፡ ኢየ
ሱስ፡ ክርስቶስ፡ ለመላእክቲሁ፡ ን
ጹሐን፡ ወለአርዳኢሁ፡ ቅዱሳን፡ ወኄ
ራን፡ በእንተ፡ ዛቲ፡ ጸሎት፡ ከመ፡ አ
ልቦ፡ ዘያአምራ፡ ኢመላእክተ፡ ሰማ
ይ፡ ወኢሊቃነ፡ መላእክት፡ ወኢሱራ
ፌል፡ ወኢኪሩቤል፡ ወኢአሐዱ፡ እም
ሰራዊተ፡ ሰማያት፡ አላ፡ አብ፡ ወ
ወልድ፡ ወመንፈስ፡ ቅዱስ፡ አሐዱ፡ አ
ምላክ፡፡

Ait Dominus noster & Salvator noster *IESVS CHRISTVS* angelis suis puris, & discipulis suis sanctis & bonis, de hac oratione. *Neminem esse, qui noverit eam, neque Angelos cœlestes, neque Archangelos, neque Seraphim, neque Cherubim, neque quenquam ex copiis cœlestibus, nisi Patrem & Filium & Spiritum Sanctum unicum Deum.*

5 Paulo post ad matrem conversus ait:

ወካዕበ፡ አነ፡ አጤይቀኪ፡ ኦማ
ርያም፡ ወላዲትየ፡ ከመ፡ ትትወ
ክፊ፡ ዘንተ፡ ግብረ፡ ዐቢየ፡ ወትግበሪ
ሂ፡ ውስተ፡ ዝንቱ፡ ጸሎት፡፡ ወኮ
ነ፡ ሶበ፡ ሰምዐት፡ እግዝእትነ፡ ዘንተ፡
እምወልዳ፡ ፍቁር፡ ቆመት፡ በእገሪ
ሃ፡ ወተ[illegible]ሠት፡ ኀበ፡ እግዚእነ፡ ኢ
የሱስ፡ ክርስቶስ፡ እስከ፡ አድኀ
ኖቶ፡ ለማትያስ፡ ረድእ፡ እሞቅሕ፡
ወተፈትሐ፡ ኵሉ፡ ንጸውንት፡ ዘ
ውስተ፡ ሀገር፡ በይእቲ፡ ጊዜ፡፡ ወሰፍ
ሐት፡ እደዊሃ፡ መንገለ፡ ምሥራቅ፡ ወ

Rursus ego significo tibi, *O Maria genetrix mea! ut suscipias hoc opus magnum, ac petitionem tuam facias hac oratione.* Et factum est, cum audisset Domina nostra hoc ex filio suo dilecto, erexit se in pedes suos, ac rogavit tamdiu Dominum nostrum *IESVM CHRISTVM*, donec liberaret *Matthiam discipulum* è compedibus; Et aperta sunt omnia vincula, quæ erant illo tempore in urbe. Et extendit manus suas versus Orientem & respexit

(g) Phœniciæ urbs est, in littore Maris mediterranei sita

L. III. c. 4. N. XXXV. እንቲአሁ፡ወለት፡መንገለ፡ፍቁር፡ወልዳ፡ ኢየሱስ፡ክርስቶስ፡ወወጠነት፡በዝ ንቱ፡ጸሎት፡እንዘ፡ትብል፡፡ አጸርኀ፡ ኀቤከ፡እግዚእየ፡ወአምላኪየ፡ወወ ልድየ፡ወንጉሥየ፡ወመድኃኒየ፡ኢየ ሱስ፡ክርስቶስ፡፡

አነ፡እምከ፡ማርያም፡አነ፡ማሪሃ ም፡አነ፡ወላዲት፡ሕይወት፡ኵሉ፡ዓ ለም፡፡ አስተበቍዐከ፡ዮም፡ወእስ እለከ፡ወአስተሠሥሥ፡እምኔከ፡ከመ፡ ትስማዕ፡ቃለ፡ስእለትየ፡ወትፈኑ፡ሊ ተ፡ኀይለ፡መላእክት፡ ሱራፌል፡ወ ኪሩቤል፡ወኵሉ፡ኀይለ፡ሰማያት፡ ከመ፡ይፈጽሙ፡ዘውስተ፡ልብየ፡ ወኵሉ፡ስእለትየ፡ወኵሉ፡ዘእፈ ቅድ፡እምኔሆሙ፡እምሠናያት፡እ ስመ፡አንተ፡ረዳእየ፡ወተስፋየ፡ወላ ዕሌከ፡ትውክልትየ፡አዶናይ፡አዶና ይ፡ወልድየ፡ፍቁር፡፡

dilectum filium suum *IESUM CHRISTUM.* Et cœpit hac oratione, dicens: *Invoco te Domine mi, & Deus mi, Fili mi, & Rex mi & Salvator mi IESU CHRISTE*

Ego mater tua Maria, *ego* Mariham (h) 6
ego genitrix vitæ universi mundi. *Supplex oro te hodie, & precor te, ac peto à te, ut audias vocem precum mearum, ac mittas mihi robur angelorum, Seraphim & Cherubim, & omne robur cælorum, ut efficiant quod est in corde meo, & omnem petitionem meam, & quidquid bonarum rerum desideravero ab ipsis. Quia tu es adjutor meus, & spes mea, & in te fiducia mea,* Adonai, Adonai, *Fili mi dilecte*, &c.

Deinde digreditur ad varias salutationes, ut mos Æthiopibus; & salutat mon- 7
strosa illa nomina, quorum in Historia nostra meminimus, hoc modo:

ሰላም፡ለአስማቲሁ፡ዐቢይት፡፷፡አ ስማቲሁ፡ለአብ፡ኄር፡ወውእቶሙ፡ አሉ፡፡ አልፋ፡፡ ኢያስዮንጦዴቅ፡፡ ሄ ድራ፡፡ ዮዳርፉዋአስጳሎሜስ፡፡ ኡኡስኑኖያክካዎስ፡፡ ሄሴዎንዴን ሴስ፡፡ አሮንዮስ፡፡ ዴህዲ፡፡ ኬኔሎ፡፡ ጌክጴኔልዴካን፡፡ ሄሄዴዲ፡፡ መታ ሮዳዱልማጢስ፡፡ ዴኣኤል፡፡ ሬሔባሩ ስ፡፡ ዴዮስ፡ኬኤል፡፡

Pax nominibus magnis LX. nominibus Patris boni. Illa autem sunt. Alfa. Iasjontodech. Hedra. Jodarfvvoasfopalomes. Uussenojaccavvôs. Hesevvondenses. Aronjos. Dehdi. Kenelo. Ghecpeneldecan. Hehededi. Matarodadulmatis. Deael. Rehebarus. Dejos [forte Deus] Keel.

Ista nomina aliquoties repetuntur ut numerum sexagenarium absolvant. 8

Plura addere tædet, & tantum addidisse piget. Animo fastidioso ista scribere coactus sui, quia animadverti, absurdissimorum istorum libellorum apud eruditos, argumenti illorum ignaros, passim mentionem factam esse, cùm illius, qui in Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi asservatur; tum alterius, quem D. Johannes Ernestus Gerhardus p. m. in Bibliotheca Altdorfina descripsit: cùm neuter ulla mentione dignus esset. Alioquin sciendum est, Muhammedanos etiam plurima talia superstitiola nomina habere, quibus certas virtutes adscribunt.

Sed tota ista detestabilis scientia à Judæis originem habet, qui *Cabalam* quan-
dam *practicam* quam קבלה מעשית vocant, se habere tradunt, sed valdè secre- 9
tam & paucis notam. Istam doctrinam Cabalisticam consistere nugantur in scientia genuinorum nominum Angelicorum. Fingunt enim unicuique rei, etiam minimæ, Angelum præfectum esse, cujus nomen si quis sciat, eumque provocare possit, cum mirabilia quævis ope angeli istius, quem מלאך משביע *Angelum adjuratum* vocant, præstare posse. Quam *quiritationem* illi non כשפנות cum *Magica arte*, vulgo *Kischuf*, dicta: neque cum שדים *Dæmonibus* aut רוחות *spiritibus* quicquam commune habere, ea propter nec incantationem Diabolicam, sed *Magiam* quandam *naturalem* & quasi Angelicam esse prædicant. Scilicet proximus est ad præ-
stigias Diabolicas gradus. Narraverunt mihi Judæi: *Fuisse hic* Franco- 10
furti [ubi hæc scribo] Judæum ר׳ אליה בעל שם R. Eliam nominum *talis* Cabalæ *peritum, qui præsentibus multis Iudæis, cultro in parietem infixo, rursumque extracto, vinum tanquam per siphunculum ex dolio Iudæi vicini, elicuerit,*

ejusque

(h) Sic ineptè putant *Mariam* Hebraicè vocari; ut supra Num. xxxii. 3. lit. d. observare est.

ejusque pretium illi postea solverit; fuisse autem vinum bonum & כוי״ר *Cosher*, ut *aje-* L. III. c. 4.
bant. Hoc arcano posse homines brevi tempore max. maximum itinera conficere, literas celerri- N. xxxv.
mè mittere, & similia. Cum dixissem illis: *Cur non docerent hanc artem tabellarios suos, ut ultra Sabbaticum flumen populares suos visitatum proficiscerentur*, responderunt mihi הםלאכים רק־ושים *Sanctos angelos sine extrema necessitate quiritandos non esse.* Hoc solum effugium supererat.

11 Unum tantùm addemus, quinque illa nomina cancrina S A T O R, A R E P O, T E N E T, O P E R A, R O T A S. etiam in magicos istos libellos irrepsisse: nam impiè scribunt, ፩ ቆ●ጥን፡ ዘቀነወጉ፡ ሠጋሁ፡ ዘወእቶሙ፡ እሉ፡ *hæc esse nomina quinque vulnerum* Christi. Sed aliter efferuntur, nimirum ሳዶር፡ አ[...]ዳ፡ ዳናዶ፡ አዴሬ፡ ሮዳስ፡፡ SADOR, ARODA, DANAD, ADERA, RODAS. Id denique mirum mihi visum fuit, quòd in oratione septima Mssti. exemplaris, quod nunc Dn. *Thevenot. Bibliothecæ Regiæ Præfectus Lutet. Parisiorum* possidet, voces, quas Christus in cruce protulir ኤሎሄ፡ ኤሎሄ፡ ለማ፡ ሰበቅተኒ፡ *Elohe, Elohe, lamma sabaktani*, hoc modo scriptas repererim: Matth. 27. v. 46.
ኤሎሄ፡ ኤሎኤ፡ ኤለማስ፡ አዋክታኒ፡፡ *Elohe, Eloe, Elmas avvactani.* De quibus supra N. xxvii. §. 6. hujus libri egi.

12 Gregorius meus, cùm illi apographum Mssti. Altdorfini ostenderem, respondit: ዝንቱ፡መጽሐፍ፡ኢውኩፍ፡አላ፡ጉዱፍ፡ ውእቱ፡ በኢትዮጵያ፡፡ *Iste liber non receptus, sed rejectus est in Æthiopia.* Porro retulit: Tales libellos olim ex Ægypto [superstitionum scilicet patria] allatos, & ab imperitá plebe descripros & lectos fuisse; sed à viris cordatis sperni, & improbari.

A D D I T I O.

De aliis Æthiopum Libris.

13 Habent Æthiopes & alios libros, & quidem sacri argumenti plures, quàm profani. Præter eos quos in Historia nostra nominavimus, reperi adhuc inter Schedas meas sequentes.

ገብረ፡ ሕማማት፡ *Acta passionum* [sc. Christi] leguntur à Dominica Palmarum usque ad diem Sabbati.

አስትጉቡእ፡ q. d. *Congregatio Sanctorum.* Vitas Sanctorum continet.

መጽሐፈ፡ ሐዊ፡ *Liber Havvi.* Et hic de vitis Sanctorum agit; aliisque variis argumentis. Liber est magnæ molis.

ትምህርት፡ ኅቡአት፡ *Doctrina arcanorum* incerti autoris. Agit de Christo, & solet cantari in Ecclesia.

14 Referunt Patres Societatis *in Additionibus à nobis sæpè allegatis pag. 282.* epistolam *P. Gonçali Rodrighesii*, quam Latine expressit *Nic. Godignus*; in qua dicitur: *quòd Gonçalus à* Claudio Rege *petierit duos monachos doctos transferendo in Æthiopicam linguam libro suo, quem composuerat*

Pera lhe mostrar á pouca rezaõ, que todos os dos seus reinos tinhaõ, pera nos chamarem a os que seguimos a Igreja Romana herẽges, & peores que Mouros. E porque sabia, que tem elles hum livro, a quem chamaõ *Adulterio de Frangues*, feito pollos Sismaticos e hereges de Alexandria, no qual livro reprovaõ o *Concilio Calcedonense*; dizendo: que fez *quatro pessoas na santissima Trindade*, com outros muitos erros, que falsamente nos impoem a nos: Este livro pe-d tambem a el Rey. &c.

ad ostendendum illi quàm iniquè omnes illius subjecti nos, qui sequimur Ecclesiam Romanam, vocent hæreticos & [quidem] *pejores Muhammedanis. Et quia sciebam, quod haberent librum, titulo* ADULTERIUM FRANCORUM. *compositum a Schismaticis & hæreticis Alexandrinis, in quo rejiciunt* Concilium Chalcedonense; *prætexentes: quod statuerit* quatuor personas in Sanctissima Trinitate, *cum multis aliis erroribus, quos nobis imponunt. Hunc librum quoque a Rege petii. &c.*

Sed Claudius illum dare noluit. Ut ex titulo hujus libri conjicere licet,
15 *Apostasiam* denotare volunt *Latinorum ab Ecclesia Catholica*, multas falsas hypotheses de

L. III. c. 5. de Concilio Chalcedonensi comminiscentes; quem si haberemus, de schismate
N. xxxvi. Jacobitarum exactiùs & pleniùs judicare possemus.

Adhæc plerosque libros Græcos primitivæ Ecclesiæ versos habent; Velut

አፈ፡ ወርቅ፡ ዮሐንስ፡	*Johannis Chrysostomi opera.*
ዮሴፍ፡ ጸሐፊ፡ ዜናተ፡ አይሁድ፡	*Iosephum scriptore Historiarum Iudaicarum.*

& complures alios, quos in *Epistola de Libris Habessinorum* ad Hottinger. nominavimus.

COMMENTARIUS

Ad Lib III. Cap. V.

N°. XXXVI. Habessinos Scripturam Sacram valdè amare, atque ex illa textus integros recitare] Quæ de Habessinorum studio 1
erga sacras Literas supra (i) retulimus, ea eodem modo versa reperiuntur *Hispanice* (k). Quæ majoris confirmationis causa hic exscribere voluimus. *En especial los Señores, que no se contentam con que sepan los Varones los libros sagrados, si no procuram tambien no los ignoren las: y es, y assi no ay Señora, que dexe de saber de memoria las epistolas de S. Pablo, y los Psalmos de David* (l). Porro in epistolis Lusitanicis sæpe citatis sequentia habentur; verbis pag. 36. b

Todos estes Christãos tem muita Fe, devação as palauras do Santo Evangelho; & o trazem escrito muitos delles em nominas de couro nos buchos dos braços.	*Omnes isti Christiani in magnâ fide & devotione habent verba sancti Evangelii, scriptum enim gerunt in pannis coriaceis circa lacertos brachiorum.*

p. 41. Ibidem de adolescente quodam, regii stemmatis Principe, scribunt: *Sabia de cor todo o Psalterio & quasi todas as Epistolas de S. Paulo.* Hoc est: *Memoriter tenebat totam Psalterium & fere omnes Epistolas S. Pauli.* De Rege Susneo scribunt *PP. So-* 3
p. 11. *cietatis Anno 1611. Tempus quod antecessores illius vanitatibus & voluptatibus tribuerunt,*
p. 92. *lectioni scripturarum impendit.* Epistola annua Ao. 1624. de matrona quadam Regis cognata Italicè hæc habet:

Dopo cena molti giorni della settimana le legge un servitore ad alta voce quattro Evangelii e l'Epistole di San Paolo: finito che è, ricomincia da capo.	*Post cœnam multis diebus Hebdomadæ illi famulus alta voce prælegit quatuor Evangelia, & Epistolas S. Pauli; quibus finitis denuò incipit.*

N°. XXXVII. De Symbolo Fidei quô Habessini utuntur.] Diximus in Historia nostra Æthiopes ignorare *Symbolum Apostolicum* quo nos utimur, & pro eo adhibere *Symbolū Nicænum*, vel potiùs *Constantinopolitanum* (m). Quamvis hoc ipsum Symbolum communiter Nicænum vocetur etiam ab ipso Concilio 1
f. n. 31. 1. Ephesino (n). Reperitur autem in *Liturgia Æthiopica generali*, quam ቅዳሴ፡ ቀዲሙ፡
p. 165. vocari diximus, hoc modo:

ነአምን፡ በአሐዱ፡ አምላክ፡ እግዚአብሔር፡ አብ፡ አኃዜ፡ ኵሉ፡ ገባሬ፡ ሰማያት፡ ወምድር፡ ዘያሬኢ፡ ወዘኢያስተርኢ፡፡	Credimus in unum Deum Dominum, Optimum, Maximum, Patrem Omnipotentem, factorem cœli & terræ, qui videt [omnia] & non videri potest. (o)
ወነአምን፡ በ፩ እግዚእ፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ፡ ወልደ፡ አብ፡ ዋሕድ፡ ዘሀሎ፡ ምስሌሁ፡ እምቅድመ፡ ይትፈጠር፡	Et credimus in unum Dominum Jesum Christum filium Patris unicum, existentem cum eo antequam crearetur 2

(i) Lib. 1. cap. 4. n. 48. & 7. ex epistolis annuis PP. Societatis de anno 60. & 1605 cap. 12. p. 41. (k) Madriti 614 e Typographia Regia Lib. 1 p. . (l) Lusitanis è supra extant Versionem habes d. n. 98. (m) undum Ich. Gerh. Vossium de tribus symbolis dissert. 3. 5. & seq. (n) Teste eodem, dicta dissert. 5. 4 & seq. (o) Sic incongrue reddiderunt ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων.

ጠር፡ዓለም፤ብርሃን፡ ዘእምብርሃ
ን፡ አምላክ፡ ዘእምአምላክ፡ዘበ
አማን፤ ዘተወልደ፡ወአኮ፡ዘተገብ
ረ፡ዘዕሩይ፡ምስለ፡አብ፡በመለኮቱ፤
ዘቦቱ፡ኵሉ፡ኮነ፡ወዘእንበሌሁሰ፡አ
ልቦ፡ዘኮነ፡ወኢምንትኒ፡ዘበሰማይኒ፡
ወዘበምድርኒ። ዘበእንቲአነ፡ለሰብ
እ፡ወበእንተ፡መድኃኒትነ፡ወረደ፡እ
ምሰማያት፤ ወተሰብአ፡እመንፈስ፡
ቅዱስ፡ ወእማርያም፡ እምቅድስ
ት፡ድንግል፤ ኮነ፡ብእሴ፡ወተሰቀ
ለ፡በመዋዕለ፡ጲላጦስ፡ጴንጤናዊ፤
ሐመ፡ወሞተ፤ ወተቀብረ፤ ወተንሥ
አ፡እሙታን፡ በሣልስት፡ ዕለት፤ በ
ከመ፡ ጽሑፍ፡ ውስተ፡ቅዱሳት፡መ
ጻሕፍት፤ዐርገ፡ በስብሐት፡ ውስተ፡
ሰማያት፤ ወነበረ፡በየማነ፡አቡሁ።
ዳግመ፡ይመጽእ፡በስብሐት፡ይኰ
ንን፡ሕያዋነ፡ ወሙታነ፡ ወአልቦ፡ማ
ኅለቅት፡ለመንግሥቱ።

3 ወነአምን፡ በመንፈስ፡ ቅዱስ፡እግ
ዚእ፡ማሕየዊ፡ዘሠረፀ፡እምአብ፡
[ወወልድ፡] ንሰግድ፡ሎቱ፤ወንሰብ
ሖ፡ምስለ፡ አብ፡ወወልድ፡ ዘነበበ፡
በነቢያት።

4 ወነአምን፡በአሐቲ፡ቅድስት፡ቤ
ተ፡ክርስቲያን፡እንተ፡ላዕለ፡ኵሉ፡
ጉባኤ፡ ዘሐዋርያት።

5 ወነአምን፡ በአሐቲ፡ጥምቀት፡ለ
ስርየተ፡ኃጢአት፤ ወንሴፎ፡ ትንሣ
ኤ፡ሙታን፡ወሕይወት፡ዘይመጽእ፡
ለዓለም፡ አሜን።

mundus: lumen quod ex lumine: Deum ex Deo vero. Qui genitus eſt non factus, qui æqualis eſt Patri in divinitate: per quem omnia facta ſunt, ſine eo verò nihil quidquam factum eſt neque in cœlo neque in terra. Qui propter nos homines, & propter ſalutem noſtram deſcendit de cœlis: & homo factus eſt à Spiritu Sancto & ex Maria ſancta Virgine. In virum evaſit: & crucifixus fuit in diebus Pilati Pontii; paſſus, mortuus & ſepultus fuit: & reſurrexit à mortuis tertio die, ſicut ſcriptum eſt in Scriptura Sacra. Aſcendit cum gloria in cœlos: & ſedit ad dextram Patris ſui. Rurſus veniet in gloriâ ad judicandum vivos & mortuos; & non erit finis regno ejus. L. III. c. 5. N. XXXVII.

3 Et credimus in Spiritum Sanctum, Dominum vivificantem, qui proceſſit à Patre [& Filio] (p). Adoramus eum, glorificamus eum cum Patre & Filio, qui locutus eſt per Prophetas.

4 Et credimus in unam ſanctam Eccleſiam Apoſtolicam, quæ ſuper omnes congregationes eſt. (q)

5 Et credimus in unum baptiſma ad remiſſionem peccatorum; & ſperamus reſurrectionem mortuorum, & vitam quæ veniet in æternum, Amen.

6 De antiquitate *Symboli Apoſtolici*, quo nos utimur, diſceptare ſolent viri docti nonnulli acriùs quàm par eſt; *Genebrardus* enim *L. 3. de Trinit.* ait: *præfractam eſſe temeritatem vertere in quæſtionem, num Apoſtoli verè ſint autores ſymboli, quod eorum nomine circumfertur.* Verùm ſi præfracta temeritas eſt, omne id vertere in quæſtionem, quod Apoſtolorum nomen præ ſe fert, quamvis primis tribus vel quatuor ſeculis Eccleſiæ ignotum fuerit, quid dicemus de *Patribus in Trullo* congregatis, qui non tantum in quæſtionem verterunt *Conſtitutiones* Apoſtolorum vulgò dictas, ſed eas planè legere prohibuerunt? (r) Quid dicemus de Pontificibus Romanis, aliiſque claris doctiſque viris, qui *Canones Apoſtolorum*, utique vetuſtiſſimos, & per aliquot ſe-
7 cula ſic cognominatos, pro illorum doctrina non agnoverunt? Liceat mihi Doctiſſ. *Albaſpinæi verbis* uti, qui (s) ſic loquitur: *Certè ſi quis eſſet, qui Canones Apoſtolorum, & D. Clementis Conſtitutiones Apoſtolorum autoritate ſancitas publicataſque certò affirmaret, imperitus cenſeretur.* Adeoque conjungit Canones cum Conſtitutionibus multùm tamen inter ſe differentibus. *Quia* (eodem rectiſſimè argumentante) *in ſequentibus Conciliis ſine ullo dubio producti fuiſſent in rebus poſtea controverſis.* Ita & nos cenſemus cum Voſſio, ſi talis quædam ſuccincta fidei profeſſio ab Apoſtolis ipſis conſcripta fuiſſet, Pp. Concilii Nicæni eam utique non tacuiſſent, ſed pro norma fidei ſuæ habuiſſent, adeò ut præfractæ potiùs temeritatis dicendum ſit, Symbolum noſtrum Apoſtolorum opus vocare velle; quamvis doctrinæ ratione Apoſtolicum rectè vocetur.

(p) Hoc Romæ inſertum & adſcititium eſt, non enim reperitur in Codicibus Æthiopicis MSS. nec in Græcis. (q) Sic ſatis incommodè reddunt Græca *καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν.* (r) De quare ſuprà latè tractavimus Lib. III. cap. 4. n. 30. §. 113. & ſeqq. (s) *Lib. I. obſervat.* 13. p. m. 37.

L. III. c. 5. N. XXXIX. N°. XXXVIII. Æthiopum iniqua censura Concilii Chalcedonensis] De schismate deplorabili ex Concilio Chalcedonensi orto, *cap. VIII.* 1
hujus libri in Historia nostra multa diximus, & cum ad numerum XCI. venerimus, plura dicturi sumus. Hoc loco solummodò Æthiopum malè prorsus informatorum iniquissima dicta de hoc concilio afferemus. Poëta noster de *Acacio Patriarcha* 2
Constantinopolitano, post Gennadium Anatolii successore, temporibus Leonis M. Imperatoris, ita scribit: Encom. 30. Nov. 1.

ሰ፡ ለአካክዮስ፡ ለአንጦልዮስ፡ ዋርሱ፡
ዘሀቢይ፡ ሠና፡ ምግባሩ፡
ሶበ፡ ከለቀዶን፡ አብዳን፡ አመ፡ ሰደደዎ፡ እምአትሮንሱ፡
እንበለ፡ ይክሕድ፡ ሃይማኖቶ፡ ወዘእንበለ፡ ጽድቀ፡ የሐሱ፡
በኢየሱስ፡ ክርስቶስ፡ አዕረፈ፡ ኖሙ፡፡

Salutem Acacio Anatolii *successori* :
Gratiâ pulcherrimâ prædito ;
Cum enim conventiculum Chalcedonis *stultorum eum de sede sua depelleret,*
Non abnegans fidem suam, neque veritatem ejus mentiens
In Iesu Christo obdormivit.

Alibi (t) vocant ማኅበረ፡ ዕልዋን፡ *Conventum hæreticorum*, ut: 3

ውጉዝ፡ ውእቱ፡ ማኅበር፡ ርኩስ፡ ዘኮነ፡ በከለቀዶን፡፡ ውጉዝ፡ ኵሉ፡ ዘይትኀበር፡ምስሌሆሙ፡ወኵሉ፡ዘይነብር፡ በሃይማኖቶሙ፡ ወንሕነሰ፡ ኢንሰምዖሙ፡ ለማኅበረ፡ ዕልዋን፡ ለዓለም፡፡	*Anathema sit* conventus *impurus, qui habitus fuit* Chalcedone: *Anathema sit omnis qui participat cum illis; & omnis qui manet in religione illorum. Nos autem nunquam obtemperabimus conciliabulo hæreticorum in æternum.*

Tantum potest odium studio partium semel animis infixum, quamvis iniquissimum.

N°. XXXIX. De processione Spiritus S. à Filio.] Causam hîc 1
Æthiopes cum Græcis communem habent contra Ecclesiam Latinam. De eâ vide latam disputationem in *Concilio Florentino* cum istis habitam, ubi Latini pariter & Græci vocabulum *procedere* acceperunt pro *produci, provenire, seu ortum suum accipere, vel habere; ut sicuti filius genitus fuit à Patre, ita Spiritus Sanctus ex eodem tanquam è fonte divinitatis processerit; & sicuti generatio filii dicitur à Patre: eodem modo dicenda sit processio Spiritus S. ab eodem Patre facta, adeoque tam Filius quàm Spiritus S. esse suum à Patre ab æterno habeant.* Hactenus Græci cum Latinis de acceptione vocabuli ἐκπορεύεσθαι 2
Exire, procedere convenerunt; teste Baronio (u). Eam nescivisse videtur Gregorius Nazianzenus; (x) quia quasi interroganti: Τίς οὖν ἡ ἐκπόρευσις; *quid Processio sit?* respondet:

Εἰπὲ σὺ τὴν ἀγεννησίαν τοῦ πατρὸς, κἀγὼ τὴν γέννησιν τοῦ υἱοῦ φυσιολογήσω· καὶ τὴν ἐκπόρευσιν τοῦ πνεύματος· καὶ παραπληκτίσομεν ἄμφω εἰς Θεοῦ μυστήρια παρακύπτοντες.	*Dic tu mihi quid sit* non generatum *esse patris? Ego tibi narrabo naturam* generationis *Filii, &* processionem *Spiritus S. ut insaniamus ambo, Dei mysteria rimando.* Hæc ironicè *Nazianzenus.*

Gregorii mei sententiam in Historiâ mea narravi; cujus summa erat: *In mysterio* 3
SS. Trinitatis non licere quæ de relatione unius personæ ad alteram in Scriptura Sacra dicantur, ad tertiam referre; ut cùm dicitur, Pater genuit Filium, Spiritus S. procedit à Patre & sumit de Filio, ea esse attributa personalia, quæ cum attributis essentialibus minimè sint confundenda. Etenim in mysteriis divinitatis nullam valere argumentationem, rationem enim nostram in iis planè cæcutire, adeò ut quamvis Æthiopes ex decretis Concilii Constantinopolitani contra Photinianos asserant: Spiritum S. esse reverà personam à Patre & Filio distin-

(t) In vitâ *Samuelis Eremitæ* MS. (u) Anno Christi 1439. die 2. Martii. Sess. XVIII. Num. XLIII. pag. 580. (x) *Orat. XXXVII.* de Spiritu S. *quæ quinta est de Theolog. p. m.* 597.

distinctam, & æquè esse Spiritum Patris ac Filii, *non tamen dicere oportere, quòd procedat à Filio; Sicuti non dicere liceat, quòd Filius genitus sit à Spiritu Sancto, ideo quòd Pater & Filius ὁμούσιοι sint. Quia sicuti filius à Patre ab æterno genitus sit, ita Spiritum S. à Patre ab æterno* ሠረጸ፡ *propullulavisse, exivisse, seu processisse; Quod sine autoritate Scripturæ expressa de Filio minimè dicendum.* Ista Gregorius. L. III. c. 4. N. XXXIX. & XL.

4 In hac causa Æthiopes planè conveniunt cum Græcis, qui sic loquuntur:

Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορευόμενον ἐκ μόνου τοῦ πατρός, ὡς πηγῆς καὶ ἀρχῆς τῆς Θεότητος.	*Spiritum sanctum procedere ex solo Patre, tanquam fonte & principio Divinitatis.*

Neutiquam verò negant, *quòd Spiritus S. sit etiam Filii Spiritus, persona per se cum Patre & Filio ab æterno subsistens*, & propterea damnant *Macedonium*, omnesque alios πνευματομάχους.

5 Olim quidem admodum acerbè dogma suum Græci defenderunt; si quis de Spiritu S. diceret: ὡς ἐξ υἱοῦ ἢ δι' υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον. ὡς βλάσφημον τοῦτο καὶ ὡς δυσσεβὲς ἀποβδελυσσόμεθα. Πιστεύομεν γὰρ τοῦ κυρίου λέγοντος τὸ πνεῦμα ὃ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται), *quòd existentiam suam à filio haberet, eum blasphemiæ reum esse.* Propterea in Romanos Episcopos acriter invehuntur, quòd illi proprio ausu in Symbolum Constantinopolitanum inseruerint verba Et Filio: quæ tamen in protographis authenticis nullatenus reperiantur. Ita etiam factum Romæ in Symbolo Fidei Æthiopum *de quo supra n. 37. §. 3. lit. p.*

6 Hæc historiè ita referre voluimus. Si igitur Orthodoxi consentiant, & Orientalibus concedant, *Procedere* idem esse ac *existentiam vel originem suam habere*, ut verba Christi: ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται). *qui à Patre procedit*, æternitatis ratione in præsenti prolata, secundum captum nostrum in præterito efferenda sint, *qui à Patre processit, vel egressus est*, sicuti de Filio dicimus, *qui à Patre genitus est*; videbunt Theologi, num Orientales convinci possint hoc medio termino: *Quia Spiritus S. peræquè Spiritus Filii est ac Patris*; nam illi hoc admittunt, & omnia loca id demonstrantia agnoscunt.

7 De hac controversia in actis Græcorum cum Latinis passim; & apud Theologos sparsim diversæ reperiuntur dissertationes & tractatus. Alii extollunt, alii elevant sequelam hujus controversiæ. Ecclesia certè Romana eam non tanti æstimat, ut Græcos propterea censeat Hæreticos, sed schismaticos tantùm, ex aliis causis. Plura de ea videri possunt in *descriptione Ecclesiæ Græcæ Thomæ Smith. Londini An. 1680. Anglicè impressa; & apud Leonem Allatium de Ecclesiæ Occidentalis & Orient. perpetuâ Consensione* Lib. II. per totum.

N°. XL. Sententia Habessinorum de statu animarum post

1 mortem] Duas diversas de hac quæstione apud Habessinos dari sententias in Historia nostra diximus, à Gregorio edocti, cujus verba erant:

ቦ፡ዘይብሉ፡ነፍሳት፡መእመናን፡እምድኅረ፡ሞት፡ፍጡነ፡ይበውኡ፡ውስተ፡መንግሥተ፡ሰማያት፤ በከመ፡ነፍሱ፡ዝኩ፡ፈያታዊ፡ዘነስሐ፡በመስቀል፤ለዘ፡ይቤሎ፡እግዚእነ፤ ዮም፡ትሄሉ፡ምስሌየ፡ውስተ፡ገነት፡፡ ወቦ፡ዘይብሉ፡ኢይበውኡ፡ነፍሳት፡ብፁዓን፡ውስተ፡መንግሥተ፡ሰማያት፡እምቅድመ፡ምጽአተ፡ክርስቶስ፡በትንሣኤ፡ዘሙታን፡፡	*Equidem sunt qui asserunt animas fidelium post mortem illicò ingredi in regnum cœlorum, sicut anima illius latronis pœnitentis in cruce. Cui dixit Dominus noster:* Hodie eris mecum in Paradiso: *Alii sunt, qui dicunt, non intrant animæ beatorum in regnum cœlorum ante adventum Christi in resurrectione mortuorum.* Luc. 23. 43.

2 Verùm enim verò cùm ex eorum scriptis, tùm PP. Societatis testimoniis observo, primam sententiam esse privatam & particularem: alteram verò comunem, imò publicam, Qui hanc amplectuntur, textum modò allegatum accipiunt de *Paradiso terrestri.* Sic enim *Gonçalus Rodriguesius* (y): *Asserunt*, inquit, *justorum hominum ex hac vita decedentium animas, etsi nihil purgandum habeant, non tamen ideò statim in cœlo recipi, ut Deum videant, sed ad terrestrem duci Paradisum, mundi finem exspecta-*

(y) In Epistolis sæpius allegatis in Add. p. 284. apud Nic. Godignum Lib. II. c. 18. p. 325.

L.III.c.5 *spectaturas.* Idem Lib.I.c. 28. p. 171. *Animas justorum ab omni labe & pœna delicto*
N. XLI. *exolutas nolunt in cœlum recipi ad conspectum Dei ante mundi finem.* Ex hypothesi hac Æthiopicus interpres locum Gen. 5,24. Καὶ μετέθηκεν ὁ Θεὸς, *Et transposuit Deus* [Henochum] supplevit, addendo ውስተ፡ ገነት፡ *in Paradisum.* (†)

Attulimus in Historia nostra loca aliquot è precibus publicis, ex quibus con- 3
cludi posse putamus, sententiam istam publicè receptam esse apud Æthiopes. E Judaismo originem suam traxisse videtur. Illi enim in tractatu Talmudico שבת sic
fol. 152. scribunt: *Animam non illicò cœlum, unde orta est, repetere, sed in hoc mundo per duodecim menses errare: iterum in sepulchrum redire: multa in pyrcatharterio* (z) *interim pati, & demum post duodecim menses in cœlum venire, ibique quiescere.* Apud eosdem *in libro* qui 4
vocatur שבט יהודה Tribus Juda inepta disputatio inter Christianũ & Judæum reperitur, ubi Christianus interrogat, *Cur mortui omnia norint, quæ hic in terra fiant?* Respondetur, tanquam ad quæstionem rei certissimæ: *Animam in cœlum non venire, donec corpus sepultum, & in pulverem denuò redactum fuerit; tamdiu igitur manere in terra, & omnia quæ hic fiant scire, argumento dicti Eccles. 12. 7.*

וישוב העפר על הארץ כשהיה והרוח תשוב אל־ האלהים אשר נתנה׃ | *Et revertatur pulvis in terram sicut* [antea] *erat, & Spiritus redeat ad Deum, qui dedit eum.*

Addunt hîc Rabbini ex ingenio suo; *Donec corpus putrefactum sit.* Quæ reperiuntur apud Buxtorfium loco infra citato.

Nº. XLI. Multos veterum Latinorum in eâdem, quam modò retulimus, sententiâ fuisse] Pro ea allegant viri docti *Justinum, & Ire-* 1
naeum, cujus verba sunt (a): *Animæ abibunt in invisibilem locum definitum eis à Deo, & ibi usque ad resurrectionem commorabuntur:* Nec non *Cyprianum, & Ambrosium*, quàmvis non omnes adæque clarè loquantur. Apud Græcos *Origenes* & *Gregorius Nyssenus* eandem opinionem fovent. *Tertullianus* omnium clarissimè scribit (b): *Nulli patet cœlum terrâ adhuc salvâ. Sinum Abrahæ regionem, etsi non cœlestem, sublimiorē tamen inferis, refrigerium præbituram animabus justorum, usque ad consummationem rerum.* Alibi ait: *Defunctorum animas ad præsentiam Dei non admitti, sed exspectare in candida diem judicii.* Ut planè communis opinio priscorum seculorum censeri 2
possit. Nec diffitetur id *Fen-ardentius*, insolens Irenæi commentator, ad locum paulo ante allegatum, Augustini autoritate illum excusans, cujus multa loca huc facientia in margine citat, simulque addit: *apud eundem alia inveniri testimonia, quibus perfecta sanctorum beatitudo etiam ante resurrectionem comprobetur.* Hinc apparet titubasse veteres; inter opinionem popularem à Judæis acceptam: & clara Scripturæ loca dubitantes.

[Videatur *Blondellus* de Sibyllis. Parisiis 1648. tractatu de resurrectione carnis Lib. II. cap. 15. & *Joh. Dallæus* de objecto cultus religiosi Lib. III. cap. 22. ubi de hac opinione latè disserit.]

Vir apprimè doctus (c) in sua *Theologia Christiana nuper editâ* de hac quæstione 3
differens, non tam locum quàm statum tertium, seu mediam quandam conditionem defunctorum asserit his verbis: *Animas piorum non plenè triumphare in cœlo, nec frui beata visione Dei: uti nec impiorum animas propriè igne infernali torqueri ante ultimum judicii diem.* Et paulo post: *Cum DEO & CHRISTO, & in Paradiso esse non necessariò significare plenâ illa gloriâ ac beata DEI visione frui in cœlis, sed esse in statu quodam sereno, & pro ratione conditionis suæ beato, in eoque à DEO conservari.* Hæc
ille. Non incongrua hæc videntur, conciliandis veterum nonnullorum Patrum 4
hac de re sententiis; modò non separatus à beatorum sede locus asseratur. Nam *cum Christo esse statim pòst mortem*, quod dictum fuit illi Latroni: & cùm Paulus optat
Phil.I.23. *dissolvi, & esse cùm Christo* necessariò significat esse in eodem loco ubi est Christus, nempe in beatorum cœlo. Quamvis plenus triumphus, & plena gloria in extremo demum

(†) In qua sententia Irenæum fuisse infra dicemus. (z) Vocabulum hoc *Buxtorfius* habet in *Synagog. Jud.* c. 49. p. 713. Græcum est πυροκαθαρτήριον. q. d. *Ignium purgatorium.* (a) Lib. V. cap. 31. (b) Lib. de An. C. p. 55. C. (c) Philippus à Limborch Amstel. 1686. Lib. 6. cap. 10.

5 demum judicii die post conjunctionem corporum cum animabus eventura sit. Si- L. III. c. 5.
mile de somno, quod ille affert, *quo anima, tanquam dormiente interea corpore, specula-* N. XLII.
tione futuræ beatitudinis securè fruatur: vel contra terrores inferni sentiat, mihi non
tam bene congruere videtur, quam istud quod mihimet formavi; Videlicet, *si quis in
regionem amœnam vehatur, atque Regis palatio excipiatur, & semper apud regem ejusque
magnates versetur, separatus tamen ab uxore, liberis & amicis maneat; gaudium talis viri
utique non erit completum, donec etiam isti omnes sequantur.* Sic tandem in extremo ju-
dicio, cùm animæ cum corporibus conjungentur, & victoriâ à diabolo, morte &
mundo plenariè reportatâ, ex Ecclesia militante in triumphantem convenerint, per-
6 fectus erit triumphus & gaudium absolutissimum. Gradus igitur æternæ beati-
tudinis asserere, uti contra Scripturam & sanam rationem non pugnat: *alii enim ful-* Dan. 12. 3.
gebunt quasi splendor firmamenti, alii quasi stellæ; ita nec gradus gaudii & felicitatis æ-
ternæ ante corporum resurrectionem.

1 N°. XLII. Num Habessini Purgatorium credant?] Id negavit *Gregorius* meus; & *PP. Societatis* tot annos in Æthiopia versati, & doctrinæ Romanæ de *Purgatorio* probè gnari, omnes uno ore dicunt: *Habessinos Purgatorium non agnoscere.* P. Petrus Paes Superior totius missionis Æthiopicæ in Epistola 24. Julii. Ao. 1604. data (d) ait: *Tem, que naõ ha Purgatorio*: Nullum purgatorium dari credunt. Antonius *Fernandez* in Epistola quæ reperitur apud *Godignum* (e): *Purgatorium* negant. *B. Tellez*, (f) cùm narrasset Habessinos sepelire mortuos suos in templis, recitare certas preces cum Psalmis suis, clericis munera & pauperibus eleemosynas dare, subjungit: *Com tudo isto negavam haver Purgatorio* &c. h. e. *Et nihilominus negabant dari purgatorium. Si enim ista mortuos nihil juvarent, vana & frustranea esse omnia.* Sic argumentatur *Tellezius*, qui acta Patrum Societatis omnia inspexit & legit. Atque sic liquidò constat, neque purgatorii nomen, neque rem Habessinos habere.

2 Sententiam de purgatorio, & preces pro defunctis è Judæorum doctrina ortum habuisse, si eorum scripta expendamus, valde probabile est. *Manhemii* id primum cognovi. Stabat in *Judæorum Synagoga*, discedentibus cæteris, juvenis coram sanctuario eorum, quod vocant ארון *Arcam* scil. fœderis, & orabat. Interrogavi Rabbinum, *quid iste solus oraret?* Respondit: *pro* (נשמה) *anima patris sui.* Mirabar Judæos etiam locum tertium pro animabus defunctorum agnoscere; igitur institi, ut orationem indicaret; respondit: Eam vocari קדיש *Kadisch*: *Nam animas defunctorum per integros duodecim menses in hoc mundo vagari, etiam in sepulchris & inferioribus terræ partibus cruciari: si verò filius pro patre: vel uxor pro marito diligenter oraret, vel etiam jejunaret, eò citiùs animas illas afflictas liberari. Quin & cereos accendi, & eleemosynas distribui pro solatio illarum animarum.* Interrogavi porro, *quem nuntium hac de re ab inferis habuissent? & unde hæc scirent?* Ille: *Ex antiquissimâ & continuatâ traditione.* Quo certior autem fides esset loca Talmudis mihi significavit, ubi hæc extarent, nimirum ראש השנה p. 17. col. 1. & librum חעניח.

3 Precatio illa קדיש in libro precum quotidianarum (g) diversimodè reperitur, ac sic dicitur, quòd incipiat יתגדל ויתקדש *Magnificetur & sanctificetur* &c. Alia קדיש יתום i. e. Oratio pupillorum. p. m. 30. sic se habet:

והוא רחום יכפר עון ולא ישחית והרבה להשיב אפו ולא יעיר כל חמתו.	*Ipse autem misericors* [est], *remittit iniquitatem, neque exitium admittet, sæpissimè avertet iram suam, neque excitabit omnem indignationem suam.*

4 Plures preces habent Judæi de hac re, cumprimis eam quæ vocatur זכרון הנשמות i. e. *Recordatio animarum*, cujus exemplum infra afferemus. Ut & alias inter precationes matutinas; Quarum prior hæc est:

(d) In addit. ad relat. Æth. de Annis 1607. & 1608. pag. 171. apud N. Godig. p. 171. & 172.
(e) Lib. I. c. 28. p. 175. (f) Lib. I. c. 16. p. 43. (g) בספר תפילות מכל השנה In libro orationum totius anni.

L. III. c. 5. N. XLII. אב הרחמים הוא ירחם עם עמוסים ויזכור ברית איתנים ויציל נפשותינו מן השעות הרעות. | *Pater miſericordiarū, ipſe miſeratur populi onerati [afflicti] & recordetur fœderis fortium, & liberet animas noſtras ab horis malis.*

Hæc doctrina de loco quodam tertio animarum è Synagoga in ipſa Eccleſiæ incunabula influxit, & diverſimodè modò ſtrictiùs modò laxius accepta fuit. Quid Æthiopes & Græci, nec non Latini Patres plerique de ea ſentiant, numeris præcedentibus 40. & 41. indicavimus. Quid autem agant animæ illæ, vel ubi maneant, ægre determinare poſſunt. Judæi dicunt modò תחת כסא הכבוד *ſub throno gloriæ*: modò בגן ערן *In horto Eden*, i. e. *in Paradiſo*. Ad horum imitationem plerique veterum ſtatuunt *Paradiſum*; forſan cum Habeſſinis credentes, *Paradiſum terreſtrem* adhuc extare; qui ſi terreſtris eſſet uſpiam in terra reperiretur; quia loca illa omnia, in & per quæ flumina à Moyſe in Paradiſo deſcripta fluunt, hodiè ſunt 5
notiſſima. Hanc objectionem, ut effugerent veteres, locum commenti ſunt *ſubcœleſtem, inter cœlum ac terram medium, à notitia orbis communis ſegregatum* (h); ergo non terreſtrem ſed aërium, non viſibilem ſed inviſibilem, diverſiſſimum à Paradiſo in quem Deus Adamum collocavit; & tamen Irenæus (i) ſcribit: *Henochum & Eliam illuc translatos, & Paulum Apoſtolum in iſtum aſportatum fuiſſe*; ut mirum ſit bonos illos patres ſine autoritate idonea, ſine patefactione certa talia finxiſſe, vel fingentibus credidiſſe. 6

Luc. 23. 43. Profectò verba Chriſti in cruce ad latronem credentem tali ſententiæ de Paradiſo quodam ſubcœleſti ſuffragari non poterunt. Cùm enim dixiſſet illi: *Hodiè eris mecum in Paradiſo*; non ſolitaria, ſed cum Chriſto poſtea fuit latronis anima. Itaque neceſſe eſt, ut fuerit in cœlo, quia Chriſti anima erat in cœlo. Enimvero commendaverat animam ſuam in manus Patris ſui; at per manus Dei intelligitur 7

cap. 3. 1. beatitudo æterna. Sic enim in *libro Sapientiæ* legitur: *Juſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illas tormentum mortis.* Si itaque illas non tangit tormentum; quid opus habent Orientales cum Judæis precari: Ut quietem largiatur eis Deus. Judæi enim in Sabbatis ſuis pro defunctis orantes ajunt: *Recordetur Deus in bonum animæ N. N. quæ ivit ad vitam æternam cum anima Abrahami, Iſaaci & Jacobi, qui vivunt in horto Eden; quia daturus eſt filius ejus aut propinquus ejus, quantum ſponte animus ejus ipſi dictaturus eſt, in eleemoſynam, vel pro oleo lucernæ &c. in expiationem animæ ejus, & ut Deus ejus recordetur in bonum; largiatur Deus ei requiem, ut benè ipſi ſit, & anima ejus ligata ſit in faſciculo viventium in vita æterna, in paradiſo, ſub ſolio gloriæ.* 8
Eodem planè modo ordiuntur Æthiopes preces ſuas pro defunctis 9
(k): ተዘከሮሙ: እግዚኦ: ለነፍሳት: አግብርቲከ: አቡነ: እገሌ: Hoc eſt: *Recordare Domine animarum ſervorum tuorum Abbuna* N. N. &c &c. Hic recenſentur ordine, pro quibus orare volunt, viros utique ſanctiſſimos, pleroſque, ſecundum ipſos Æthiopes, miraculis inſignes. Plerumque addunt አዕርፎሙ: *requieſcere fac eos*: vel ፍትሖሙ: *Solve eos.* Item pag. 161. c. 2.

ተዘከር: እግዚኦ: አበዊነ: ወአኃዊነ: እለ: ኖሙ: ወአዕረፉ: በሃይማኖት: ርትዕት:: | *Memento Domine Patrum noſtrorum & fratrum noſtrorum, qui obdormiverunt & requieverunt in recta fide.*

Rurſus pag. 164. d.

እግዚኦ: አዕርፍ: አበዊነ: ወአኃዊነ: እለ: ኖሙ: ወአዕረፉ: በሃይማኖት: ርትዕት:: | *Domine quietem da Patribus noſtris, & fratribus noſtris, qui obdormiverunt & requieverunt in orthodoxa fide.*

Et in Liturgia Apoſtolorum pag. 165.

ጸሎቶሙ: ወበረከቶሙ: ወትንብልናሆሙ: ወሰላሞሙ: ወፍቅረ: አምላኮሙ: የሀሉ: ምስሌነ: ለዓለመ: ዓለም: አሜን:: | *Oratio eorum & benedictio eorum & interceſſio eorum, & pax eorum, & amor Dei eorum ſit nobiſcum in ſecula ſeculorum, Amen.*

ይብል:

(h) Autores habes apud Dallæum Lib. 3 cap. 22. pag. 477. (i) Lib. V. cap. 5. Vide ibi Feuardentii notas. (k) Lit. Æthiop. general. p. 160. c. 3.

ይበል ፡ ካህን ፡
ለእሉኒ ፡ ወለኵሎሙ ፡ አዕርፍ ፡ ነፍ
ሶሙ ፡ ወተሣሀሎሙ ፡

Sacerdos ait: L. III. c. 5. N. XLII.
Et illorum & omnium reliquorum animas quiescere fac, & propitius esto illis.

Græci in Liturgiis suis passim orant:

10 Περὶ πάντων τῶν κεκοιμημένων ἐπ' ἐλπίδι ἀναστάσεως καὶ ζωῆς αἰωνίου. Καὶ ἀνάπαυσον αὐτοὺς ὅπου ἐπισκοπεῖ τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου.

Pro omnibus qui obdormiverunt in spe resurrectionis, & vita æterna. Et quietem largire *eis* [refice eos] *ubi lucet lux faciei tua.*

Et mox: Κύριε, ἀνάπαυσον τὴν ψυχὴν τοῦ κεκοιμημένου δούλου. *Domine! recrea animam defuncti servi tui* &c.

11 Quibus conciliandis potis ego non sum, si enim isti Patres & Fratres obdormiverunt & requieverunt in rectâ fide, quid opus est precibus indesinenter fatigare Deum, ut illis quietem largiatur? Quomodo intercessionem eorum petere possumus, si ipsi opus habent nostrâ apud Deum intercessione? ut eos solvat [nescio à quibus vinculis] & requiescere faciat. Et si non sunt in conspectu Dei, quomodo possunt orare & intercedere pro nobis, quod tamen in Orientali Ecclesia toties dicitur? ἀσύστατα hæc sunt, & secum pugnantia.

12 Romanæ Ecclesiæ Doctores hoc considerantes, à Patrum Latinorum, quos supra recensuimus, sententia pridem recesserunt, sanctos è loco illo tertio in ipsum cœlum ad beatam Dei visionem transferendo, quò & invocationes terrestrium audire, & pro illis intercedere quirent.

13 Sed ut ad scopum nostrum redeamus, ex supradictis satis liquere puto, PP. Societatis verè scribere, Habessinos purgatorium non agnoscere. Nam in Romana Ecclesia viri sancti, & à labe peccatorũ puri non intrant in purgatorium, sed statim cœlo recipiuntur. Apud Æthiopes contrà omniũ etiã sanctissimorum animæ extra
14 cœlum extremũ judicii diem exspectant. In Ecclesia Romana qui peccata sua ante mortem non satis expiaverunt, id per cruciatus gravissimos in purgatorio facere coguntur. Non tamen usque ad extremum judicium in eo detinentur, sed sacrificiis, orationibus, jejuniis & eleemosynis (l) fidelium juvantur, & tandem liberantur. Atque sic morientes in Ecclesia Romana in triplici reperiuntur differentia: *Verè pii & sancti* rectà cœlum ingrediuntur; *verè impii* detruduntur in infernum: tertiò *semipii & semicredentes* purgatorium priùs intrare necesse habent antequam sal-
15 ventur. At Æthiopes fato functos in duplici tantùm constituunt differentia, *ut qui crediderint, salventur*; qui verò *non crediderint, condemnentur*, ut Christus ait. Mat. 16. 16. Joh. 3. 18. 36
Etenim reperiunt in statutis suis Apostolorum, (ut putant) Canonicis, ubi *Johannes Apostolus* dicit: *Quòd separatio animarum in duo tantum loca fiat*: nempe *Vitæ* & *mortis*. Stat. 2. P. 315. Mediam viam ignorant; tantùm fruitionem veræ beatitudinis su-
16 spendunt usque ad resurrectionem mortuorum. Ad Judæorum verò mentem [n. 42. 2.] Latini magis accedunt, qui animas post excessum vagantes, & cruciatus sentientes jejuniis & eleemosynis propinquorum sublevari posse docent; hâc tantum differentiâ, quod illi annum; hi verò tempus indefinitum ad liberationem earum præstituerint. Nam absurdum videbatur idem tempus patiendi definire iis, qui non eundem peccandi modum observavissent.

17 Vetustissimæ illius sententiæ, quam etiam Ethnici nonnulli amplexi sunt (m), Muhammedes gnarus, eam ad rationem superstitionis suæ accommodavit. Considerans enim quosdam verè bonos, quosdam verè malos, quosdam autem medios esse, pro his etiam medium quendam locum excogitavit, in quo nihil neque boni neque mali paterentur. الاعراف *El-Araf* (n) vocavit, atque Suratam VII. Alcorani sui hoc titulo inscripsit, in qua hoc modo loquitur:

وبينهم

(l) Vide *Anton. Suquet* Viam vitæ æternæ. Lib. II. c. 16. (m) Videatur sententia *Platonis apud Eusebium* de præparat. Evangel. Lib. I. c. fin. & Lib. XII. *ex Plat. Gorgia* & ibi nota *paratum anni*, (n) Vocabulum hoc in lingua Æthiopica originem suam habere diximus supra Lib. I. 15. 106. 36.

L. III. c. 5. N. XLII. & XLIII. وبينهم حجاب وعلي الاعراف رجال يعرفون كلا بسيماهم ونادوا اصحاب الجنة ان سلام عليكم ✡ لم يدخلوها وهم يطمعون ✡ واذا صرفت ابصارهم تلقاء اصحاب النار قالوا ربنا لا تجعلنا مع القوم الظالمين ✡ ونادي اصحاب الاعراف رجالا يعرفونهم بسيماهم قالوا ✡	*Et inter illos* [beatos scil. & damnatos] *datur interstitium, idque est* [Aarâf] Limbus. [Ibi] *homines cognoscunt omnes ex signis suis. Et vocant socios Paradisi* [beatos] *dicentes:* Pax vobiscum. *Non quidem ingrediuntur illum, & tamen* [id] *valde concupiscunt. Et cum converterentur oculi eorum versus socios ignis* [i. e. damnatos] *dixerunt:* O Domine noster! ne nos colloces cum injustis. *Et vocaverunt socii* Limbi *viros quos norunt ex notis suis, & dixerunt,* &c.

Sequitur hic colloquium cum damnatis, quod non meretur exscribi. Nimirum 18
audiverat Muhammedes (nam ipse erat امي λαϊκὸς *Idiota*, & neque legere neque scribere poterat) (o) *Abrahamum* cum divite in inferno collocutum esse, ergo non absurdum putavit, si *Limbani* isti cum utrisque colloquerentur. Igitur non attento magnum illud Chaos inter hos & illos firmatum, Limbum suum in tantum dilatavit, ut istius incolæ cum utrisque confabulari possent.

Luc. 16. 24.

Limbum Patrum tamen apud Æthiopes reperisse mihi videor. Sic enim autor *Organi*, postquam disseruisset de verbis legis: *Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, ut facias ea*, sic concludit:

Deut. 27, 26. Gal. 3, 10.

በእንተዝ፡ ቃል፡ ተዐፅዉ፡ ኵሎሙ፡ ነቢያት፡ በአንቀጸ፡ ደይን፡	*Propter hoc verbum conclusi fuerunt omnes prophetæ in vestibulo inferni.*

N. 34. §. 5. Sic modestiùs quàm autor libri Mysteriorum, de quo supra, qui bonos illos Patres in infernum ipsum descendisse putat: Sic enim col. 98. dicit:

ወረዱ፡ ውስተ፡ ሲኦል፡ አበው፡ ቀደምት፡ ወነቢያት፡	*Descenderunt in infernum Patres antiquiores & Prophetæ.* Et sic alibi.

An vero hæc doctrina publica sit Ecclesiæ Æthiopicæ, ambigo, nihil enim de ea in Liturgiis eorum reperio.

N°. XLIII. De Nomenclatione Martyrum ex Diptychis] Æthiopicum, ዱብዱቅን: vocabulum Græcum est Διπτυχῶν; à *duplici plicatura* sic dictum. Nam πτυκτὸς, vel etiam πτυκτὸς πίναξ, erat *tabula quæ complicabatur*, ut libri nostri, non convolvebatur sicut *volumina* veterum solebant: & δίπτυχος est *codex geminus plicatilis*. Ideo *Augustinus* Lib. IV. c. 15. *contra Faustum* tabulas Moysis *Diptychum lapideum* vocavit. Erant autem tabellæ, quæ mortuorum & vivorum nomina continebant. Exemplum habes supra in Oratione Eucharistica. Hinc *Chrysostomus in Liturgia*: 1 2

N. 31. §. 5. pag. 342.

ὁ διάκονος θυμιᾷ κύκλωθεν τὴν ἁγίαν τράπεζαν, καὶ τὰ δίπτυχα τῶν τε κεκοιμημένων καὶ ζώντων, ὧν βούλεται, μνημονεύει.	*Diaconus circumcirca sacram mensam suffitum facit, & diptycha tam mortuorum, quàm vivorum, quorum voluerit, memorat.*

Rectè dicit, *quorum voluerit*, quia Diptycha Æthiopum valdè variare in enarratione nominum reperio. De quibus plura vide apud *Meursium in Glossario Græco Barbaro*. Nota quoque, Diaconum prælegisse nomina illa. Formulam ex *Liturgia Æthiopum* retulimus supra n. 31. §. 15. Plura tradimus infra num. 59.

N°. XLIV. De Origine invocationis Sanctorum] Invocatio Sanctorum ab honore illis præstito in Ecclesia Christiana primùm cœpit. Judæi quidem etiam *piè defunctos multo afficiendos esse honore* docent; *siquidem omnia norunt, quæ in hoc mundo fiunt*, ut illi *opinantur*; (p) Unde autem hoc habeant, & quis illis id mani- 1

(o) Illo ipso teste in Alcorano, & quidem in hac ipsa Surata VII.

(p) *Talmud, tract.* ברכות *cap.* 3.

manifestaverit, non dicunt. Scriptura utique disertè contrarium dicit. Nam L. III. c. 5.
Esaias Propheta auxilium divinum impensè invocans, cap. 63. 16. subjungit: N. XLIV.

כי אתה אבינו כי אברהם לא ידענו וישראל לא יכירנו אתה יהוה אבינו גאלנו.

Tu enim es Pater noster, quia Abraham nescit nos, & Israel non novit nos; Tu [verò] *Domine* [es] *pater noster* [&] *redemtor noster.*

Bis repetit אתה אבינו tanquam paternæ ejus curæ satis confisus sanctorum suorum ma-
2 jorum ope non indigeret. Nihilominus Philo, qui secundum Hieronymum
passim πλατωνίζει opinionem Platonicam de Dæmonibus applicat ad animas Patriar-
charum, quas indesinenter pro gente sua orare scribit, è diametro oppositam dictis
Prophetæ. Non tamen eousque processerunt Judæi, ut sanctos invocarent,
3 quod etiam sat longo tempore in Ecclesiâ Christianâ factum non est. Nam *Ter-
tullianus in Apologetico cap. X.* ait: *SOLUM DEUM invocamus æternum, verum, vi-
vum* &c. Athanasius Orat. 2. contra Arrianos: *Sancti non postulant à creato aliquo,
ut sit auxiliator*; & Orat. 3. *Creatura non adorat CREATURAM* sed *DEUM.*
Origenes (q) τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν μόνον δεῖ σέβειν. *DEUM, qui est super omnia, SOLUM
4 oportere colere.* Nihilominus de sanctis defunctis ita disserit, tanquam curam gerant
vivorum in mundo, eosque precibus atque patrocinio suo juvent, inde sensim
facta conclusio ab iis qui idem credebant: *ut istud libenter continuarent, invocandos
5 esse.* Quin & *S. Basilius*, *Gregorius Nyssensis*, & alii Patres rhetoricâ Christianâ
usi, per prosopopœiam quandam beatas animas tanquam præsentes compella-
bant: Sic enim *Gregorius Nazianzenus* (r).

Σὺ δὲ ἡμῖν οὐρανοὺς ἐμβατεύοις ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλή, καὶ ἐν κόλποις Ἀβραὰμ, οἵτινες δή ποτέ εἰσιν, ἀναπαύοιο.

Tu verò nobis cælos penetres; O divinum & sanctum caput! in finibus Abrahæ, quicunque illi demum sint, (s) *requiescas,* &c.

Deinde *oratione 48.* in laudem martyrum: *Euge! O martyres, vestrum hoc quoque certamen est, vos ingens bellum confecistis sat scio. Vos trophæum pace erexistis. Vos Dei Sacerdotes ad vos ipsos attraxistis. Vos Spiritus S. tripudiatores huic conventui præstitistis.* pag. 725.

6 Id etiam veteres Ethnici fecerunt, per figuram Rhetoribus notissimam. Sic
enim *Germanicus apud Tacitum*: *Tua* Dive Auguste, *cælo recepta mens*, *tua* Pater Druse Annal. I.
imago, tui memoria iisdem istis cum militibus, quos jam pudor & gloria intrat, eluant hanc 44. 3.
maculam, irasque civiles in exitium hostibus vertant.

7 Ita sensim crevit in Ecclesia cultus sanctorum, ut ab honorifica (ut par erat)
memoria, & compellatione simplici ad invocationem, non pro intercessione tan-
tùm, sed pro auxilio in spiritualibus & temporalibus obtinendo: ab invocatione
ad imagines & adorationem, & ita porro ad altaria, templa, aliosque divinos ho-
nores progressio fieret. Idem apud Æthiopes contigisse verisimile est; tantum-
modò solennes sanctorum dies non በዓላት፡ *Festa*, sed ተዝካራት፡ *Recordatio-
nes* vocaverunt.

No. XLV. De cultu S. Mariæ virginis apud Æthiopes ni-
1 mio] De cultu Sanctorum nunc diximus. Sed omnes longè superat Sanctis-
sima *Mater Domini*, quæ tanquam *Regina cæli*, & omnium Sanctorum *Antistes sum-
ma*, ab Habessinis in maxima veneratione habetur; ut etiam *triginta duo festa* annua-
tim in memoriam ejus celebrent (t) & vicesimum primum uniuscujusque mensis
2 diem illi sacrum esse voluerint. Quam ob causam cum Patre Provinciali *B.
Tellezio* valdè miratus sum, unde Habessinis tanta suspicio contra PP. Societatis ve-
nisset; *quasi illi cum Lusitanis suis Sacratissimam Virginem non satis colerent, imò planè
inimici ejus essent.* Nam (Patre illo referente) eum sævirent in aliquem Lusitanæ
confessionis hominem, vociferabantur: *qui non est inimicus Mariæ, lapides conjiciat in*

(q) Lib. I. contra Celsum. (r) *In Oratione funebri X. in honorem Cæsarii fratris dicta p. m. 170.*
(s) Nota hic dubitationem hujus Patris de statu beatarum animarum post mortem. (t) *Epist. Zara-Jacobi sup. c. 4. 30. §. 10.*

L. III. c. 3. N. XLV. *istum ejus inimicum.* Causam quam *Tellezius* refert, ejus verbis hic referre ope- 3
ræ pretium videtur (u):

Com esta voz se custumam amotinar estes barbaros & scismaticos hereges contra os Catholicos Romanos, porque como nam distinguem em Christo Senhor nosso as duas naturezas divina & humana, nem entendem, como a Virgem santissima produzindo so a humanidade se possa chamar verdadeyramente May de Deos: *& dizem que por nos nam dizermos, que tambem produzio a divindade, lhe tiramos a dignidade de ser may de Deos* & que somos inimigos seus, *sendo elles com tam rusticas & grosseyras ignorancias os verdadeyros inimigos de Deos & de sua May Santissima, poys lhe dam o que a Senhora nam pode ter, & tiram de Deos, o que sempre teve.*

His verbis [quæ modo retulimus] solent tumultuari barbari isti & schismatici hæretici contra Catholicos Romanos. Quia sicuti non distinguunt in Christo Domino nostro duas naturas, divinam & humanam, nec intelligunt quô pactô Virgo sanctissima, humanitatem solummodò enixa, revera vocari possit *Deipara*, ita putant, quia nos non dicimus, quòd etiam divinitatem pepererit, nos detrahere illi hanc dignitatem, quòd sit *Mater Dei*, & quòd propterea simus *illius inimici*; cùm potiùs illi in tam rustica & crassa ignorantia sint veri inimici Dei, & matris ejus sanctissimæ, quia tribuunt illi, quæ Domina habere nequit, & adimunt Deo id quod semper habuit.

Idem (x) de regio Consiliario *Tino*, cùm ad lapidationem condemnatus fuisset, 4
scribit:

Levanta se neste meyo tempo hũa grande grita dos Monges Scismaticos dizendo: Acudi todos os que nam soys inimigos de Maria, *ajuntay pedras, & morra com ellas este inimigo de nossa Fé.*

Oritur interim magnus clamor monachorum Schismaticorum, dicentium: Accurrite omnes qui non estis inimici *Mariæ*, ingerite saxa, & moriatur iste fidei nostræ inimicus.

Valde miratus sum, inquam, putans PP. Societatis fortasse Habessinis non 5
omnia publicavisse, quæ Ecclesia Romana in Europa pro S. Virginis cultu maximo libertimè admittit; quòd statuæ illi erigantur & adorentur: quòd templa & altaria ædificentur: quòd publicè in compitis depingatur Sanctissima Θεοτόκος, *S. Christophoro* non minor, expandens late tunicam suam cœruleam, quam subeunt Papa, Imperator, Reges, Cardinales, omnium denique Ordinum homines, cum his verbis:

Marien Rock sein Himmelblau
Ist unser Schutz wie ich vertrau;
Wer sich nur fleissig drunter stellt/
Von keinem Feind wird er gefällt. rc.

Ipse vidi talem picturam, & legi hos versus Ao. 1653. in pago Regenstauf haud procul Ratisbonâ, in pariete domus pistoris juxta pontem publicè inscriptos.
Quæ sanè non minora sunt, quàm quæ Habessini in honorem ejus excogitaverunt, 6
qui imaginibus tantummodò pictis eam colunt. Non plura habentur in *Encomio Virginis* (Organo) supra allegato, quàm in *cursu horarum B. Mariæ Virginis: in breviario Romano: in speculo rosariorum:* in *Litania* illius, & alibi passim. Ubi non solùm intercessio ejus, sed *protectio & per ejus merita salus & auxilium* rogatur: ubi *mulier virtutis* appellatur, *quæ contrivit caput serpentis: Reparatrix & Salvatrix desperantis animæ; Mundi spes & gloria.* Illi *omnis consolatio in angustiis ac* 7
miseriis, & ipse vitæ finis committitur; & qui districti judicis iram timent, dum graviter deliquisse sibi sunt conscii, & ipsum videre non audent, ad illam, utpote ejus matrem, confugiunt, quæ jure matris filio imperare possit.

Carmen *Caroli Scribanii* Patris Soc. Jesu Antuerpiensis extat in Amphiteatro 8
Honor. Lib. 3. c. 8. fol. 357. his verbis:

Hæreo lac inter meditans, interque cruorem
Inter delicias uberis & lateris,

Et

(u) Lib. 6. c. 26. p. 608. (x) Lib. 6. c. 27. p. 612.

Et dico (si fortè oculos super ubera tendo): L. III. c. 5.
Diva Parens, mammæ gaudia *posco tua.* N. XLV.
Sed dico (si deinde oculos in vulnera verto):
O IESV! lateris gaudia malo tui.
Rem scio; prensabo, *si fas erit,* ubera *dextrâ,*
Lævâ prensabo Vulnera, *si dabitur.*
Lac Matris *miscere volo cum* Sangvine Nati,
Non possem antidoto nobiliore frui.

9 Quod Carmen, ut insignem pietatem laudant *Adamus Conzen* in Jubilo Jubilorum, & *Sandæus* in Oratione de *Patrocinio Deiparæ.*

10 [Nec minus memorabilia sunt, quæ Fr. Mendoza habet Lib. 2. Virid. Probl. 2. Elucid. ecclesiast. f. 235. *Maria par Christo ubere, vulnere, lacte, sangvine.* Christ. de Viega in Theologia Mariana. *Lac Marianum apud Filium idem præstat quod sanguis Christi apud Patrem.* It. *Mariæ ubere utroque interposito, tanquam aggere fortissimo Iudicis ira coercetur.* It. *Sanguis Marianus per genas diffusus, per verecundiam partiendus cum sangvine in cruce a Christo fuso,* &c. Quæ totidem verbis in libris citatis reperiuntur, atque censuris consuetis approbantur.]

Hæc atque alia talia, ut puto, Æthiopibus non vulgata fuerunt, aliàs tam gravi injuria PP. Societatis non affecissent.

11 Sed Habessini nullum librum Biblicum, nec ullas precationes sacras in laudem & gloriam Omnipotentis Dei conscriptas, in honorem sanctissimæ Virginis convertefunt, sicuti factum *Psalterio Mariæ virginis*, quod Ecclesia Romana approbat,
12 nec uspiam in indicibus librorum expurgatoriis reperitur. In hoc autem Æthiopes *Salomonis Canticum Canticorum* imitantur, quòd beatissimam Virginem ab omnibus corporis sui membris laudant, idque oratione ligata. Carmina enim & cantica Æthiopica mihi de hac re in promtu sunt. At in Ecclesia Latina oratio de omnibus membris beatissimæ Virginis in prosa tantùm reperitur, hâc tamen differentiâ, quòd Habessini omnia sanctissimi & immaculati corporis ejus membra à capillis usque ad soleam pedum duntaxat salutent, ex. gr.

ሰላም፡ለሥዕርተ፡ርእስኪ፡	*Pax capillis capitis tui.*
ሰላም፡ለርእስኪ፡	*Pax capiti tuo.*
ሰላም፡ለገጽኪ፡	*Pax faciei tuæ;* & ita porro.

Latini verò ea etiam adorent: ut: *Adoro & benedico pedes tuos beatissimos, quibus antiqui serpentis caput calcasti, &c.* *Adoro & benedico carissimum uterum tuum, acervo tritici, liliis candidissimis vallato, comparatum, &c.*

13 Hieronymus Emser *in Divi Bennonis, Misnensis quondam Episcopi, vitâ & miraculis,* ut titulus Libri fert, *Anno M. D. XII. Dresdæ* impressi & quidem in præfatione [paginæ numeris carent] incrementum divini cultus Ecclesiæ Misnensis prædicat his verbis: *Hodie nulla hora, nullum tempus sive diurnum sive nocturnum, neque aliquod diei aut noctis spatium à cantu & Deorum* [sic expressè habet] *vacat hymnis & laudibus.* Et paulò post: *His rursum subeunt principum Capellani, matutinas ac reliquas* (NB.) Magnæ Deæ *horas, tum primam de ea Missam* (id est, summum Christiani sacrificii genus) *& item alteram pro mortuis ordine suo quotidie celebrantes.* Ista omnia in Ecclesia Romana dici ac scribi Habessini certissimè ignoraverunt.

14 Alii tamen inter Romanos sunt, quibus *divini isti honores* soli Deo debiti displicent. Itaq; Bonaventura (y) *cavendum esse,* scribit, *ne dum matris excellentia ampliatur, filii gloria minuatur, & sic in illo mater provocetur, quæ magis vult extolli filium, quàm se ipsam, utpote creatorem creatura.*

1 N°. XLVI. Angelos quoque invocare solent] Hoc etiam commune habent Æthiopes cum Ecclesia Latina & Græca, ut *Angelos* invocent Etenim à Judæis didicerant, ut supra narravimus, omnibus rebus, etiam minimis Angelos N. 35. 5. 9.

(y) Dist. 48. 3. quæst. 2. in 1. 3. Sentent.

L. III. c. 5. præpositos esse: & unumquemque mortalium angelum custodem habere, quem
N.XLVII. prisci Ethnici *Genium tutelarem* vocant, (z) ideò eos invocare cœperunt, contra pro-
Apoc. 19, hibitionem Johanni ab ipso Angelo factam, qui eum à se ad Deum ablegabat, τῷ Θεῷ
10. & 22. 9. προσκύνησον *Deum adora*, inquiens: contra priscum Ecclesiæ morem; etenim supra è
N. 44. §. 3. priscis Patribus docuimus, primævos Christianos solum Deum, ut decebat, invocavisse. *Irenæus*, de Domino vero & uno Deo disserens, illi soli serviendum aliquoties inculcat. Imò ille ipse invocationes angelicas (a) opponit orationibus directis ad Dominum qui omnia fecit, & invocationi nominis Jesu Christi.

In præcipua veneratione Æthiopes habent *S. Michaelem Archangelum*. Nam 2
duodecimus cujusque mensis dies illi sacer est, ut ex Fastis Æthiopum sacris liquet. Multas habemus cùm Judæorum tùm Christianorum quorundam scriptorum sententias de *Classibus & ordinibus angelorum*. Sunt qui ex *Dionysio Areopagita* tres eo- 3
rum classes præcipuas asserant: Ἐπαρχίαν, Μεσαρχίαν, & Ὑπαρχίαν, *Principatum summum, medium, & infimum*, quarum unaquæque tres habeat ordines, quibus certæ adscribuntur virtutes; e. g. de illis, qui vocantur ኃይላት: *Potentiæ, Virtutes*, dicunt: ዘያወፅእዎ: ለአጋንንት: *quòd expellant dæmonia*, & ita porro. Hinc prodeunt *novem* omnino *Angelorum ordines*, quos Æthiopes agnoscunt, ut *in Historia nostra* hoc loco docuimus. Cùm autem nesciamus, quis talia scribentibus manifestaverit: aut unde illis tanta cum angelis familiaritas nata fuerit, ut ordines eorum describere potuerint, prolixiores hac de re esse nolumus.

N°. XLVII. De similitudine SS. Trinitatem adumbrante] Nullam in tota natura similitudinem adæquatam dari, quâ SS. Trinitas saltem ad- 1
umbrari possit, in confesso est. Simile enim de *Sole*, quod *Gregorius Æthiops in Institut. sua Catechetica* (b) tradidit, jam olim antiquitati notum fuit, sed teste *Epiphanio*
Hæres. 45 *Sabelliani* abstrusissimum hoc fidei nostræ mysterium hoc ipso simili destruere voluerunt; ut cùm in una οὐσίᾳ [*essentia*] tres ὑποστάσεις [*substantiæ* seu] *personæ* credendæ essent, illi ἐν μιᾷ ὑποστάσει τρεῖς ὀνομασίας [*tria nomina*] τὸ πατέρα, υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα τὸ αὐτὸ εἶναι asseruerint. Obiter notandum Habessinos interdum etiam sic loqui; ሠለስቱ: ስ 2
ሞ: አሐዱ: እግዚአብሔር: *Tria nomina, unus Deus æternus*; qui tamen in hoc articulo fidei orthodoxi sunt.

Aliud simile *Gelasius* (c) olim adhibitum esse refert de *igne* qui lucem & calorem 3
habet. Sed eodem recidit ac illud de Sole; qualia pueris & idiotis, non verò cordatis viris proponenda sunt.

COMMENTARIUS

Ad Lib. III. Cap. VI.

N°. XLVIII. De esu sanguinis & suffocatorum] Ex quo Apo- 1
stoli decretum fecerunt ut Proselyti Ethnicorum abstinerent τοῦ πνικτοῦ καὶ αἵματος à
Act. 15, 20. *suffocato & sanguine*, ne scilicet scandalo essent teneris Judæorum conversorum vel
29. convertendorum conscientiis, id diu in Ecclesia Catholica observatum fuit. Repetitur in *Canonibus Apostolorum Canon. 63. al. 62.* sub pœna depositionis & excommunicationis. Imperator *Leo Constitutione LVIII.* prohibitionem intendit, & eum 2
qui

(z) Imò Judæi & *bonum & malum genium* יצר הרע & יצר הטוב Κακοδαίμονα & ἀγαθοδαίμονα unicuique mortalium attribuunt. (a) Futilem hic glossam habet *Feu-ardentius*, quasi hoc loco *de malis angelis* ageretur, de quibus tamen nec dubium nec quæstio erat: & incongruè prorsus opponerentur orationibus ad Deum omnipotentem & Jesum Christum dirigendis. *De modo invocandi* hic non dicam, num forsan Irenæi temporibus illa *quæritatio Judaica* per Cabalam practicam ab hæreticis nonnullis facta fuerit; quæ non ad malos sed *ad bonos angelos* dirigitur, qui vocantibus utique obtemperaturi non sunt. (b) Hanc habes in Histor. nostra Æthiop. III. c. 5. §. 88. (c) *In Historia Concilii Nicæni tit. 2. Concil. p. 211.*

qui sanguinem intestinis tanquam tunicis infartum, velut consuetum aliquem cibum ven- L. III. c. 6.
tri præbeat, &c. bonorum publicationi subjiciendum, & ubi acerbum in modum flagris cæsus, N. XLIX.
ac cute tenus fœdè tonsus fuerit, perpetuò patriæ exilio mulctandum esse decrevit. Itaque
hic mos in Ecclesia Græca & Æthiopica, cæterisque Orientalibus Ecclesiis retentus
fuit.

3 At Occidentalis Ecclesia considerans verba Christi: *quòd omne in os intrans hominem contaminare non possit*, adeoque Christianos omnes ab externis istis & ceremonialibus, quibus neque gloria Dei promovetur, nec salus hominum augetur aut minuitur, planè immunes esse, idque neque fidem neque bonos mores lædere, prudenter judicavit: *Apostolicum illud decretum temporarium fuisse, primis Ecclesiæ temporibus accommodatum:* postea verò ratione legis cessante, legem ipsam cessavisse.

4 Sed instant: *prima post diluvium præcepta Noachidis data omnes homines obligare.* Per
verba: *Omne quod movetur & vivit, erit vobis in cibum, excepto quòd carnem cum sangui-* Gen. 9. 3.
ne non comedetis. At verba Christi modò allegata pro omni responsione sufficere possunt. Enimverò nisi ratio aliqua moralis talis præcepti primævi dari possit, nec hoc argumentum stringit. Sacrificia enim, ab Adami & Noachi liberis usurpata, minimè pro ἐθελοθρησκείᾳ ab hominibus reperta, sed pro cultu à Deo ipso injuncto habenda sunt; quamvis id expresse non reperiatur, & tamen temporalia fuerunt, atque typo impleto cessaverunt.

5 Cæteroquin Præcepta Apostolica, etiam ceremonialia, observanda sunt inter
Orientales, aliosque qui illa observanda censent. *Noli propter escam destruere opus* Rom. 14.
Dei, Apostolus inquit. Quapropter *si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo* 20.
carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem, adeoque nec sanguinem, si inter ab- 1. Cor. 8.
stinentes verseris. 13.

N°. XLIX. De ritibus antiquis Christianorum à Judæis de-

1 rivatis] Diximus in Historia nostra, *antiquissima Christianorum instituta pleraque* 3. 6. 10.
nullam aliam originem quàm è Iudaismo habere. Rationem addidimus, quia Ecclesia
tanquam propago quædam è Synagoga egressa, ea retinuit quæ salva conscientiâ re-
tineri poterant. Apostoli, Judaicæ originis ipsi, ad Judæos divertebant, & cum iis
conversabantur: eaque omnia vitabant, quæ iis scandalum aliquod præbere potuis-
sent. Igitur in primo statim concilio decretum *de suffocatis & esu sanguinis*, in favo- Act. 15. 29.
rem Judæorum recens conversorum, tunc temporis vulgaverunt, ut numero ante-
2 cedente diximus. Festum Christianorum maximum *Pascha*, à quo tota Chri-
stiana religio cæteraque festa omnia pendebant, quo die celebrandum esset, Apo-
stoli indecisum reliquerunt; ita ut id Concilio demum Niczno determinandum
fuerit, ut suo loco dicemus. Ex quo solo sequi puto, Apostolos de conversione §. 19.
duntaxat gentium, non verò de ritibus ordinandis sollicitos fuisse. Imò illos ipsos initiò usurpasse ritus quosdam, qui sequentibus seculis vel in desuetudinem abierunt: vel prorsus improbati fuerunt; ut exemplum circumcisionis Timothei ostendit, & quæ numero præcedente de esu sanguinis & suffocatorum fusiùs explanavimus. De talibus accipiendum est dictum Pauli 1. Cor. 9. 20. *Factus sum Iudæis tanquam Iudæus, ut Iudæos lucrarer.*

3 Antiquissimi isti ritus communiter Apostolici vocari solent; non quòd Apostoli eos repererint, sed quòd ab illorum temporibus ad nostra usque secula derivati fuerint. Quandoquidem certò certius est, nullum unquam morem sacrum, neque dogma ullum Judæos à Christianis mutuatos esse; id enim odium illorum plus quàm Vatinianum contra nos nullatenus permisisset: nec, si una vel altera Synagoga id fecisset, omnes sequi voluissent. Ideò indubitanter asserendum arbitror, si tales aliqui ritus antiqui vel Judæorum ritibus similes: vel illis affines reperiantur, non Judæos à Christianis, sed Christianos à Judæis illos accepisse. Consultus à me Rabbinus primarius: *Annon Iudæi saltem aliquid è doctrinâ vel ritibus Christianorum hausissent? Ne tantillum quidem*, respondit; *Se enim præcepto Dei obstrictos, ne se-*

L. III.c. 5 N. XLIX. Lev.18, 3. 26. *cundum mores & ſtatuta gentium viverent, quos DEVS coram illis ejecerit, id ſe generaliter de omnibus peregrinis gentibus accipere, ne in ulla re illas imitarentur.*

Non autem omnes illi ritus ab omnibus æqualiter aſſumti fuerunt. Orientales Ecclesiæ, utpote viciniores, plures & integriores retinuerunt: multos etiam pedetentim immutarunt, & ad Chriſtiana ſacra accomodaverunt, quò magis à Judæis diſtinguerentur, uti factum videmus in *Jejuniis, Feſto Paſchatis, Sabbati feriatione*, & ſimilibus. Vide Canonem Apoſt. LXX. apud Æthiopes XLIX. & Concil. Laodic. Can. 4
f n.X. §.5. XXIX. De quibus alibi. Eruditiſſimus Cardinalis *Bona* eadem iſta ſentiens egregie ſic loquitur (d): *In Chriſtiana Eccleſia ſenſim magisque ſeparationem à Iudæis factam fuiſſe, donec Synagoga honorificè ſepulta fuerit.* Modò planè ſepulta fuiſſet, nec dogmata quædam, ritusque nonnulli tanquam ab Apoſtolis certò traditi, hic illic in Eccleſiis mordicùs defenderentur.

Cùm igitur res tanti momenti ſit, operæ pretium nobis videtur, ritus illos, 5
qui vel primis ſeculis in Eccleſia viguerunt, vel adhuc vigent, ὡς ἐν πίνακι ob oculos ponere, cum brevi repetitione eorum, quæ vel in hiſtoria noſtrâ, vel in antecedentibus dicta fuerunt. *Iudæorum templum Hieroſolymitanum tribus conſtabat partibus:* אולם *Veſtibulo ſpatioſiſſimo*, in quo Judæi ante fores ædis ſtabant: היכל ναῷ *ſive æde ipſa*, quæ ſolis Sacerdotibus patebat, ut in ea ſine tumultu populi tranquillè ſacris operari poſſent: דביר *Adyto*, ſeu *Sancto Sanctorum*; in quod ſummus Sacerdos ſemel tantùm in anno ingrediebatur.

Ita etiam veterum Chriſtianorum *ædes Dominicæ triplicem* talem diviſionem 6
habebant, quæ apud Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Scriptores paſſim obſervatur. Rectiſſime *Beveregius* (e): *Veteres Eccleſiæ ſive templa à Chriſtianis antiquitus exſtructa in tres præcipuas partes diviſa ſunt, quarum* prima *ab ingreſſu vocata fuit* Νάρθηξ: Media Ναὸς *ſive Eccleſia propriè dicta: Et* Tertia *omnium ſacerrima* Βῆμα & Θυσιαστήριον. At in eo falli videtur, quòd loco ſupra citato triplex genus hominum templa viſitantium occaſionem triplici huic ſtructuræ putat dediſſe, cum potius vice verſa iſta à Judæis accepta forma Chriſtianos tripliciter diſtinguere docuerit.

Simeon Theſſalonicenſis de Templo:

Ὁ θεῖος ἅπας ναὸς τριαδικῶς θεωρεῖται, τοῖς πρὸ τοῦ ναοῦ φημί, καὶ τῷ ναῷ, καὶ τῷ βήματι.	*Totum divinum templum tripliciter exſtructum cernitur. in loca* ante templum, *inquam*, in templum *ipſum*: & *in* Bema *ſive ſacrarium.*

1. Πρόναος, q. d. ANTE TEMPLUM, ſeu Νάρθηξ *Ferula* ideò dicebatur, quòd peccatores pœnitentes in eo ſtantes, tanquam ſub ferula eſſent cenſuræ Eccleſiaſticæ, ut Meurſius putat (f), VESTIBULUM *erat muro circumdatum, in quo Catechumeni, nondum videlicet baptizati, nec non ob crimina excommunicati, id eſt, ex communione Sanctorum excluſi, Leproſi, Energumeni* ſeu *Dæmoniaci*, χειμαζόμενοι, *ſive in reatu aliquo conſtituti, & ob id pœnitentes ſtare cogebantur.* Quin & ante baptiſmum nemo in Eccleſiam intromittebatur; propterea lacus ante fores templi effoſſus erat, in quem convertendi baptiſmi cauſa deſcendebant, ut mox dicetur. 7

2. Ναὸς, vulgò ſed malè NAVIS, *la nef de l'Egliſe*, ædes ipſa ſeu Eccleſia propriè dicta, 8
[Imperitè prorſus *Abraham Ecchellenſis* in Epiſt. ad *Joh. Morinum* ait: *Eccleſia tribus conſtant navibus* &c. In antiquit. Eccleſ. Orient. pag. 332. quid enim naves in terra ſicca?]
in quam baptizati ipſique fideles nullâ labe externâ polluti, intrabant: hymnos atque preces ſacras peragebant, & ſicuti olim ſoli Sacerdotes, ita hic verè fideles Chriſtiani,
1.Pet. 2.9. ut *genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis* in Eccleſiam admittebantur.

3. Tertia pars PENETRALE ſeu ADYTUM varia nomina apud Græcos Hiſtoriæ 9
Eccleſiaſticæ ſcriptores ſortiebatur. Vocatur enim ἱερατεῖον *Sacrarium*; ἄδυτον vel τὰ

(d) Lib. I. cap. 20. de rebus Liturgicis. (e) *In Annotat. ad Can.* Conc. Nic. I. p. 71. (f) Gloſſ. Græc. Barb. verbo Ἀπροφόμενος.

τὰ ἄδυτα, Locum in quem cuivis ingredi non licet. Θυσιαστήριον *Altare*, quaſi diceres *ſacrificatorium* ſed impropriè ; nam olim in היכל *æde* non in דביר *Sancto ſanctorum* ſacrificia fiebant. Denique Βῆμα. *Tribunal. Suggeſtum.* De quo paulo interius N. LI. fuſiùs differemus. l. III. c. 6. M. XLIX.

Optimè ſupra laudatus Card. Bona (g) ſcribit : *Chriſtianorum templa ſic olim erant diſpoſita, ut veteris Templi Hieroſolymitani, quantum fieri poterat, ſimilitudinem quandam præ ſe ferrent, & ad illius formam proximè accederent.*

10 Sed accipienda hæc ſunt de *Baſilicis* & *Cathedralibus eccleſiis*, quæ Epiſcopos atque Presbyteros ſuos habebant. Minores enim *Synagogis* Judæorum ſimiliores erant, in quarum medio verum Βῆμα id eſt *excelſior locus inſtar ſuggeſti* viſitur, quo per gradus aſcenditur, idque Habeſſini & Coptitæ Hebraico vocabulo היכל ሀይክል: *Heikel*: adhuc vocant, atque in eo ſacram cœnam celebrant, & ad fores ſtantibus adminiſtrant. Sed velo diſtincti ſunt Sacerdotes, ut Miſſam nemo è populo videre poſſit, ſicuti Patres Societatis loquuntur. Situs etiam ſtructuræ ab Oriente in Occidentem antiquitus obſervatus adhuc retinetur, quò orationes facie ad orientem versâ fieri poſſint.

11 Templis itaque hunc in modum exſtructis *Encænia* ſeu *dedicationes* ſequebantur; idque exemplo & imitatione Eccleſiæ Judaicæ fieri, docet ipſe Papa Felix IV. (h) his verbis: *Tabernaculum Moyſen Domino præcipiente feciſſe, & ſacraſſe, & cum menſa & altari ejus, & æreis vaſis & utenſilibus, ad divinum cultum explendum legimus: & non ſolùm divinis precibus ea ſacraſſe, ſed etiam ſancti olei unctione, Domino jubente, perliniſſe novimus.* Eadem Græci tradunt: Ἐγκαίνια πρᾶξαι παλαιὸς νόμος. *Encænia celebrare vetus Lex eſt &c.* (i) Ita Æthiopes noſtri ſtatis diebus habent ſua *Encænia* ſeu Dedicationes Eccleſiarum, ex. gr. *Abunafri*, id eſt. S. *Onuphrii.* De qua Poëta Encom. XVI. Novemb. Oda. 6.

ሰ: ለቅዳሴ: ቤትከ: በአፍአ: ሀገረ: ዘምስር:
እንተ: ሐነጽዋ: ኪነት: ወጠቢባተ: ምክር:
ገዳማዊ: አቡናፈር: &c.

Salutem dico Dedicationi ædis tuæ extra urbem Memphim,
Quam exſtruxerunt Opifices & prudentes conſilio;
O Eremita Abunafer ! &c. (k)

12 Apud Judæos olim fœminæ à viris diſcretæ erant, (l) & etiam nunc in eorum ſynagogis ſunt: Ita apud veteres Chriſtianos antiquitus ſuum proprium introitum in Eccleſiam habebant, cui janitrices præfectæ erant, quod adhuc apud Coptitas & Habeſſinos obſervatur. Sic enim Patres Societatis ſcribunt: (m) *Mulieribus non licet intrare in ædem virorum: nec viris in ædem fœminarum, ſeparatas enim ædes habent.*

[Confer quæ infra N. 81. de *Diaconiſſis* docemus. Vide etiam Cardinalem Bonam de *rebus Liturgicis* Lib. I. c. 2 . §. 6. qui allegat *Conſtitutiones Apoſtolicas* Lib. II. c. 61.]

13 Si apparatum ſacrum ſpectemus, imprimis *veſtes*, Judæorum Sacerdotes & Levitæ habitu à reliquo populo erant diſtincti; ita & hoc paſſim adhuc in Eccleſiis videmus. *Candelas* accendebant olim Judæi, quod & nunc faciunt, & *thus* adolebant. Iſto more primi Chriſtiani eò magis opus habebant, quod in ſpeluncis & cryptis ob metum Ethnicorum ſacra ſua obire cogerentur; ubi tenebræ & gravis odor lumina & ſuffimenta requirebant, ideò adhuc hodiè, ſed ſine neceſſitate ullâ retinentur.

14 *Ornatum imaginum* ſi conſideres, Judæi picturas olim admittebant, ſculpturas averſabantur; eandem differentiam Habeſſini, cæterique Orientales adhuc hodiè obſervant, ut paulò inferius N. 52. *de imaginum cultu* dicemus.

15 Judæi munera i. e. ſacrificia ad altare offerebant ex præcepto Legis: *Non apparebis in conſpectu meo vacuus*, de quo more Chriſtus Matth. 5, 23. *Si ergo offers munus tuum* Exod. 23. 15. & 34. 20.

(g) Rer. Liturg. I. 20, §. 4. (h) De Conſecrat. diſt. 1. c. 2. (i) In Ὡρολογ. III. Septembr. allegante Seldeno de Synedr. Vet. Ebræor. L. III. c. XV. (k) Alia habetur S. Petri 1. *Februar.* Oda 2. (l) Philo de vita ſupplic. (m) Rel. Ann. 1607. & 1608. Lib. 1. c. 10. p. 39. b.

L. III. c. 6. *tuum ad altare*, & verſ. 24. *Relinque ibi munus tuum ante altare*, &c. *& tunc veniens of-*
N. XLIX. *feres munus tuum.* Manſit is mos quoque in Eccleſia Chriſtiana, ſed ceſſantibus ſa-
crificiis non pecudes, aut oves, ſed alia ad Eccleſiæ uſum neceſſaria allata fuerunt;
quod apud Æthiopes adhuc in viridi obſervantia eſt, ut N. LX. dicetur.

Sed nec Occidentalis Eccleſia hujus moris expers manſit. In nonnullis Ger- 16
maniæ regionibus parochiani nummos ſuos certo anni tempore ad ſacram menſam
deponunt, Opffern vocant; Galli: *aller à l'offrande*, qui relinquuntur Parocho.
Mox degeneravit iſte mos apud pleroſque Auguſtanæ Confeſſioni addictos, eò quòd
ſtatim poſt confeſſionem à confitentibus Presbytero offerantur, quos propterea
odioſo vocabulo Beichtpfennige vocant. Iidem ſi alio tempore, alioque modo da-
rentur, nihil novi neque inſoliti in Eccleſia haberent. Et manuum impoſitio ab 17
Num. 27. Iſraelitis originem traxit. Moyſes enim juſſu Dei *manum poſuit ſuper Ioſuam*, ita ad-
18. 23. huc Judæi, cum Doctorem vel Rabbinum aliquem creare volunt, סמיכה *χειροθεσία*
Deu. 34. 9. utuntur. Eodem iſto modo Apoſtoli uſi, illum ad noſtra uſque tempora deri-
Act. 6. 6. vaverunt.

Ad cultum ipſum quod attinet, ſicut in veteri Eccleſia *canticis & hymnis* lauda- 18
tus fuit Deus; ita & in nova; etiam *inſtrumentis muſicis*, poſtquam cultus Chriſtia-
norum liberè haberi potuit. Idque Æthiopes, quà poſſunt, retinent, ut infra Num.
61. & 62. de *crotalis & ſiſtris* tympaniſque eorum dicemus.

Feſta Judæorum præcipua retinuimus, ſed ad uſum noſtrum applicata. Maxi- 19
mum interea *Paſcha*, aliquamdiu eodem cum Judæis tempore fuit celebratum, quod
ex Hiſtoria Eccleſiaſtica notiſſimum. Teſtatur id Eutychius Patriarcha Alexandri-
nus; (n) *Chriſtiani cùm eſſet Paſcha Iudæorum, celebrabant & ipſi Paſcha.* At cum
alii id aliter obſervarent, & utrique Apoſtolicâ traditione niterentur, Orientalibus
quidem ad S. Johannem: Occidentalibus verò ad S. Petrum provocantibus, lis tan-
dem in Concilio Nicæno ſopita fuit.

Quin & *Sabbatum* primis temporibus cum Judæis obſervaverunt Chriſtiani, 20
additâ ſimul die dominicâ; in illo lectiones Veteris Teſtamenti prælegerunt, ut latè
ſupra docuimus N. 9. §. 3. quod etiamnum faciunt Habeſſini.

Judæi, in quotidiana oratione matutina *τρισάγιον* ק״ . ק״ . ק״ . יהוה צבאות מלא 21
כל־הארץ כבודו *Sanctus, Sanctus, Sanctus eſt Deus exercituum, plena eſt terra gloriâ ejus,*
audientes ter ſeſe de terra attollere & quaſi exultare ſolent tam manè quam veſperi;
idque Hebræis eſt גול *ἀγαλλιᾶσθαι*, *Exultare*, cujus in ſacris ſæpe admonentur pii; ut:
Joel. 2. 23. *Filii Sion* גילו ושמחו ביהוה אלהיכם. *Exultate, & lætamini in Domino Deo veſtro.* שמחו
Pſ. 31. 11. ביהוה וגילו צדיקים. *Lætamini in Domino, & exultate juſti.* Iſta exultatio propriè
dicta in Æthiopum templis adhuc uſitata eſt, de qua nos infra N. LXI.

Ipſe baptiſmus apud Judæos in receptione proſelytorum neceſſarius, & à Jo- 22
hanne Baptiſta in ſignum novi fœderis adhibitus, à Chriſto ſervatore noſtro pro ini-
tiatione Chriſtianiſmi novâ formâ introductus fuit. Sicuti autem apud Judæos
totius corporis nudi immerſio neceſſaria erat, ita & in primitiva Eccleſia obſervaba-
tur, & adhuc in omnibus Orientalibus Eccleſiis in uſu eſt. Quia verò pudor partim,
partim incommoditas ſumma, tempore hyemis maximè, aliud ſuadere videbatur, in
Occidente id paulatim mutatum, atque mos iſte eſſentiam baptiſmi non afficiens,
in conſperſionem vel ſuperfuſionem aquæ converſus fuit, præſertim cùm immerſio il-
la à Chriſto ſpecialiter non præſcripta, ſed à Judæis tradita fuiſſet; quo caſu, ut in
aliis permultis factum, ita & hîc autoritate publicâ mutationem aliquam introdu-
cere Chriſtianis licuit. At *pædobaptiſmus* novitatis immeritò taxatur ab *Anaba-* 23
ptiſtis. Nam Judæi & olim familias proſelytorum integras cum infantibus baptiza-
runt, & etiam nunc baptizant, ſi occaſio ſeſe offerat. Quod doctores eorum uno ore
fatentur. (o) Id cum Apoſtolorum temporibus retentum, & omni ævo, ubique &
ſemper in Catholicâ Eccleſiâ obſervatum ſit, proterviæ fuerit ſacramentum iſtud in-
fanti-

(n) In Annalibus ſuis p. 365. & 449. (o) De quibus vide Horas Hebraicas & Talm. Light-
footi §. 5. Matthæi 3. 6.

fantibus denegare velle. *Sacramenta* autem *Novi Fœderis* imaginem esse Sacramen- L. III. c. 6.
torum antiqui, nemo inficias iverit; sed alia forma à Christo illis indita est, ut modò N. XLIX.
de baptismo diximus: & in Eucharistia pro *agno paschali* Christus corpus & sanguinem suum per panem & vinum nobis repræsentavit.

24 Etiam *confessio peccatorum* inter Judæos olim obtinuit, & adhuc obtinet; argumento dicti Scripturæ Num. 5. 6. והתודו את חטאתם אשר עשו *Et confitebuntur peccata sua quæ fecerunt.* Ideò necessum esse ajunt, in festo expiationis peccatorum suorum confessionem edere. Ad quam rem etiam habent Confessionum certas formulas, modò breviores, modò prolixiores, quarum unam וידוי גדול *Confessionem magnam* edidit
25 Seldenus (p); In quam inserunt maximè pœnitentes peccata, quorum sibi conscii sunt. Docent autem benè facere eum, qui omnia peccata, quorum meminerit, recenseat; de qua re Buxtorfius in Synagoga Judaica (q). Vestigia hujus moris extant in Epistola Jacobi 5. 16. Ἐξομολογεῖσθε ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα. *Confitemini alter alteri peccata* i. e. *offensiones mutuas.* Ex quo satis constare putamus, unde *confessio peccatorum* in Ecclesia Christiana ortum suum habuerit, inprimis specialissima illa omnium & singulorum peccatorum, quæ in Ecclesia Romana exigitur; de qua infra N. 55.

26 Confessionem apud Judæos sequitur *flagellatio* מלקות *Malkuth* dicta, in signum pœnitentiæ, tanquam *satisfactio operis*, quæ & ipsa adhuc in Ecclesia Romana obtinet. Equidem in Synagoga alter ab altero vapulat, & loris cæditur: at in Ecclesia Romana quilibet sibi ipsi officium hoc sumit, eoque ictus magis in potestate sua habet. De ea vide *Buxtorfium* modò citatum. pag. 521.

27 Quin & jejunia Christianorum ab initio cum Judæis iisdem diebus observata fuisse, ex prohibitione secuta apparet; qua de re fusè egimus in Histor. nostra L. III. c. 6. §. 90. & infra n. 64. pluribus agemus. Buxtorf. *in Synagog. Jud. c. 30.* per tot.

28 Initiatio novorum sponsorum etiam ex Judaismo derivata est, illi vocant ברכת ארוסין *benedictionem desponsatorum*, & ברכת נשואין *benedictionem conjugatorum* & adhuc in usu habent; sed nunquam in Synagoga, verùm ante fores ejus, vel subdio, aut in horto aliquo eam peragunt, quod antiquissimis Christianorum in more positum fuit, & Habessini adhuc usurpant, ut n. 71. docebimus. Hinc apud nos benedictio sacerdotalis, à qua validitas matrimoniorum dependet.

29 Verùm non ritus tantummodò, sed & dogmata quædam è Synagoga in Ecclesiam irrepserunt, apud plebem primò usitata, deinde autoritate publica recepta & confirmata.

Fundamentum invocationis tam angelorum quàm Sanctorum, quod mireris, apud ipsos Judæos reperitur, ut supra XLIV. & XLVI. ostendimus. Nisi enim supponatur, defunctos omnia nosse quæ hîc in mundo fiant, vana est omnis illorum invocatio.

30 Animas fidelium & verè credentium non statim post mortem cœlo recipi, Judæi docent, ut ostendimus ex ipsorum scriptis N. XL. & XLII. Quæ sententia olim in Ecclesia Occidentali obtinuit, & hodiè adhuc in Orientali viget.

31 Orationes pro defunctis è Judaismo quoque profluxisse supra N. XLII. clarè docuimus. Hinc doctrina de purgatorio nata fuit, ut ibidem ostendimus. Plura referre nihil attinet, ut *de principio anni*, quod Orientales cum Judæis in autumno incipiunt: de solitaria vita à *Philone Judæo laudata, in libello de vita contemplativa, & similia*, quæ Christiani ab Ægyptiis, vel Ethnicis Philosophis discere potuerunt.

32 Cæterum, si studiosus lector ea quæ hic proposuimus, pro diversitate temporum & Ecclesiarum paulò accuratiùs considerare voluerit, deprehendet multa in ritibus atque dogmatibus illis antiquis mutata, multa abrogata, multa etiam retenta fuisse, quamvis nullum amplius usum haberent, nec alia quam traditionis & consuetudinis antiquæ ratione defendi possent. Qua in re Ecclesias totius Orbis sæpe multùm inter se discrepare videmus. Id ipsum arguit ritus illos Apostolicos non esse, non

Aa 2 enim

(p) Part. I. de Synedriis. c. 11. (q) Cap. XXV. pag. 519. & seqq.

L. III. c. 6. enim de primis Christianis, zelo pietatis ferventibus existimandum est, quod ea quæ
N. XLIX. ab Apostolis reverâ tradita acceperant, neglectui habere, aut perfunctoriè tractare
voluerint. Quippe videmus scripta Apostolica, baptismum infantium, Communionem
sub utraque, aliaque tunc temporis publicè exercita apud omnes orbis Ecclesias
olim æqualiter recepta & usurpata fuisse. At in Ecclesia Romana, cujus sum- 33
mus arbiter Papa, multa planè abrogata, multa retenta, & amplificata deprehenduntur.
Orientales verò, cumprimis Æthiopes in simplicitate sua ritus antiquos plerosque
uti acceperunt, ita retinuerunt; ut in Historia nostra III. 6.12. clariùs diximus.

Ea verò, quæ hic à nobis dicta sunt, nequaquam sic accipi volumus, quasi anti- 34
quis illis ritibus autoritatem aliquam addere velimus, eò quod antiquissimi sint, &
Apostolorum tempora non æquent modò, sed interdum præcedant; vel contra demere,
quòd à primordio Judaici fuerint. Quamvis inficias ire non possimus,
primis Ecclesiæ temporibus turbatissimis cerimonias illas ac partim doctrinas & traditiones
non nimis rigidè examinatas fuisse; cùm inter tot persecutiones & exilia, quæ
modo tolerari possent, per conniventiam transmitterentur & tolerarentur; inde fa-
ctum, ut etiam pacatâ Ecclesiâ in usu manerent. Sed in his omnibus analogia fi- 35
dei, & ratio sanctissimæ religionis nostræ in canonicis S. Scripturæ libris expressa ante
oculos habenda est, ut ea, quæ honorem soli Deo debitum: & meritum Christi pro
totius mundi peccatis sufficientissimum, non infringunt; neque substantiam Sacramentorum
lædunt, adeoque prorsus ἀδιάφορα sunt, antiquitatis reverentiâ, vitandiq;
apud imperitiores scandali causâ, retineantur & observentur; quamvis illorum neq;
ratio certa, neque utilitas aliqua dari possit: Si verò mutandum quid videatur, id
non privato novitatis studio, sed publicâ fiat autoritate. Deinde traditiones & opi- 36
niones omnes, utut antiquissimæ & è primis seculis petitæ, nisi à Christo & Apostolis
expressè approbatæ, vel à viris Apostolicis ubiq; receptæ & publicè propositæ demonstrentur,
pro Ecclesiæ Catholicæ dogmatibus neutiquam accipiendæ, neque nolentibus
obtrudendæ sunt. Nam valdè probabile est, Judæos innumeros, post Hierosolymam
eversam & destructum templum ad fidem Christianam conversos, retinuisse
ejusce modi ritus: privatasque opiniones atque traditiones suas *de honore mortuorum
& orationibus pro iis: de purgatorio animarum & similibus* non deposuisse; sed inter suos
propagasse, quin & inter gentiles conversos disseminasse, ut aliquàm multæ ex iis
pro Apostolicis haberentur, & publica autoritate & usu confirmarentur.

Viri docti ista pridem observaverunt, præter ea quæ ex eruditissimo *Cardinali* 37
Bona retulimus, *Hildebrandus* (r) allegat *Anton. Margaritam de Judaicis ritibus*, atque
subjungit: *quos observasse multùm juvat, cùm è majoribus descendant* (licet sint hodie infideles)
*qui olim in summa apud Deum gratia & fœdere fuerunt, unde probabile fit, nonnullos
adhuc ritus ex Israelitica Ecclesia V. Testam. more traductos penes ipsos superesse*, quos
inter *consecrationem novorum conjugum referre* non dubito.

Cùm hæc elaborassem, in manus mihi venit liber Gallicus Simonvillii (s), qui 38
instituit comparationem cerimoniarum Judaicarum cum disciplina seu ritibus Ecclesiæ.
Lectione dignissimus est; nam multò plura observavit, quæ Christiani cum
Judæis habent communia. Primò rectè docet:

c. 2. in fin. Il est hors de doute, que le Christianisme tire son origine de la Religion des Juifs, qui en est comme le base & le fondement.	*Dubiò caret, Religionem Christianam originem suam ducere è Judaica, quæ illius quasi basis & fundamentum est.*

d. cap. Paulò ante refert dubia quædam Doctorum Judaicorum, quæ mereri dicit, ut
referantur: *Parce qu'ils peuvent servir à l'éclaircissement de la Religion Chrestienne.*
Ibid. Hoc est: *Quòd declarandæ religioni Christianæ utiles esse possint.* Narrat: *quod Iudæi* 39
cap. 5. *dirigant preces suas ad Angelos, quos invocent in necessitatibus suis.* Dicit: *Episcopum
Romanum, verum Petri successorem, successisse Iudæorum* Nasci [נשיא] *qui erat caput
Eccle-*

(r) *In tract. de Nupt. §. Hodierni Iudæi, &c.* (s) Titulus est: Ceremonies & coutumes, qui s'observent aujourduy parmi les Juifs; h. e. Ritus & consuetudines Judæorum.

ICHNOGRAPHIA SYNAGOGÆ AMSTELODAMENSIS
JUDÆORUM LUSITANORUM
Arca foedn
ארון
דביר repraesentans
היכל
seu
ÆDES IPSA.
בימה מימר
Suggestum seu Ambo
Porta.
LATUS SEPTENTRIONALE
LATUS AUSTRALE
אולם
VESTIBULUM

Subsellia

Thronus

Sacra Mensa

Sacellum Sacerdotum

Diaconorum

SACRARIUM

Porta Sacra

LATUS SEPTENTRIONALE DEXTRUM

ΕΜΒΟΛΟΣ

STATIO fidelium & Consistentium

STATIO

Scu

STATIO Pœnitentium

Porta

ΕΜΒΟΛΟΣ

STATIO

ΝΑΡΘΗΞ

Dæmoniacorum

STATIO Energume-norum

Catechumenorum

STATIO

STATIO

POR

Ecclesiæ Iudaicæ, & conciliare respondere synedrio [Sanhedrin] *Iudæorum veteri.* Hierarchiam quoque Ecclesiasticam inde derivat, & docet *traditiones de Regimine & ministris Ecclesiæ ortum suum debere Iudæorum institutis.* Agnoscit *Iudæos orare pro mortuis,* (t) refert tria Judæorum loca (u) *Paradisum, Infernum & Purgatorium.* L. III. c. 6. N. XLIX.

40 Porrò ostendit *Orationum, benedictionum & Festorum* convenientiam, quæ est inter Judæos & Christianos. Sed ante omnia prudentissimè monet :-(x)

Il ne faut pas tousjours ajouter foy à ce grand axiome des Juifs : Halaca le Mosce mi Sinai, *C'est une decision, que Moyse a receue sur la montagne Sinai*: non plus qu'a cet autre principe de nos Theologiens, *cela est de Tradition Apostolique*; puis qu'il est certain, que l'un & l'autre ne sont pas infaillibles, & que des les premiers siecles du Christianisme, il s'est trouvé de sçavans hommes, qui ont donné le nom de Tradition Apostolique a des sentimens qui leur estoient singuliers, & qui n'estoient pas mesme orthodoxes.

Non semper fides adhibenda est magno huic Judæorum axiomati: הלכה למשה מסיני *Decisio est, quam Moyses accepit in monte Sinai:* non magis quam alteri illi Theologorum nostrorum principio: *Traditionis Apostolicæ.* Certum enim est, quòd utrumque infallibile non sit; & quòd à primis Christianismi seculis reperti fuerint docti quidam viri, qui nomen *Traditionis Apostolicæ* imposuerunt opinionibus, quæ illis singulares, & ne quidem orthodoxæ erant.

41 Multa alia notabilia continet; at longè gratius fuisset doctissimum istud scriptum eruditis, si autor vocabula peregrina Hebraica & Græca genuinis suis characteribus exprimere; & vulgò minus nota allegatis firmare voluisset.

N°. L. De Ichnographia templi Æthiopici] Ichnographiam *Templi Æthiopici* supra Lectoribus æri insculptam conspiciendam dedimus. Hic exhibetur *Ichnographia Ecclesiæ Græcæ* ex Beveregio (y) cum *Synagoga Iudaica Lusitanorum Amstelodamensium*, lectoribus contemplanda. 2. 5. n 23.

1 N°. LI. De adyto veterum] *Adytum seu Sanctuarium* veterum Christianorum (de quo paulo ante egimus) peculiarem & circumseptum in templis locum, nonnisi Clerici intrabant: Laici verò non aliter nisi cum dona sua ad sacram n. 49. §. 9.
2 mensam afferrent. Notabilem historiam de *Ambrosio*, Imperatorem *Theodosium* è penetrali exire jubente, in Historia nostra paucis attigimus. De qua Theodoretus (z) sic scribit:

Ἐπειδὴ δὲ ὁ καιρὸς ἐκάλει τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τὰ δῶρα προσενεγκεῖν, ἀναστὰς μετὰ τῶν ἴσων δακρύων τῶν ἀνακτόρων ἐπέβη. Προσενεγκὼν δὲ, ὥσπερ εἰώθει, ἔνδον παρὰ τὰς κιγκλίδας μεμενηκώς, ἀλλὰ πάλιν ὁ μέγας Ἀμβρόσιος οὐκ ἐσίγησεν, ἀλλ' ἐξεπαίδευσε τὴν τῶν τόπων διαφοράν.

Ubi autem tempus postulavit, ut dona sacra mensa offerret, surgit, atque non minorem lacrymarum vim quam antea effundens, in sanctuarium ingressus est. Cum verò dona, uti solebat, obtulisset, intus prope cancellos mansit. At rursus magnus ille Ambrosius non tacuit, sed locorum differentiam eum docuit.

[Hæc Baronius ita reddidit ad ann. 390. num. 28. qui sic pergit:]

3 *Ac primum sciscitatur*: Ecquâ re egeret? *Et cum Imperator respondisset*: se expectare divinorum mysteriorum perceptionē, *significavit illi per primarium Diaconum, qui ei ministrabat*, ad loca interiora solis sacerdotibus aditum patere, eademque aliis omnibus inaccessa esse, nec debere tangi. *Iubet igitur ut exeat, & cum reliquis Laicis consistat*: Nam purpura, inquit, Imperatores non Sacerdotes efficit. *Quam admonitionem itidem excepit lubens Imperator fidelissimus, respondítque*: se non animi confidentia inductum mansisse intra cancellos, sed hanc consuetudinem Constantinopoli didicisse.

4 In hac *Ambrosii* sententia bonus Imperator etiam *Constantinopolim* reversus acquievit. Nam referente *Nicephoro* cum donum suum in sanctuarium tulisset, confestim regressus, & *Nectario* Episcopo cum indignatione quadam interrogante, *cur id faceret*, respondit: *Se tandem differentiam inter Imperatorem & Sacrorum antistitem didicisse.* Secuti sunt hoc exemplum Successores ejus;

(t) Part. V. c. 9. (u) Ibid cap. 10. (x) d. Compar. cap. 5. §. Mais a dire, &c. (y) *Pandect. ad Concilia* p. 70. (z) *Lib. V. Hist. Eccles. c.* 17.

L.III. c. 6. sic enim *Theodosius II. sive junior* in actis Concilii Ephesini magni de se loquitur: *Nos*
Num. L I. *DEI templum ingressuri foris arma relinquimus, & ipsum etiam diadema, regiæ majestatis insigne, deponimus, & Sanctuaria* [θυσιαστήρια Ecclesiarum ita dicta] *munerum tantùm offerendorum causa ingredimur, quibus quoque oblatis ad extimum communeque atrium mox nos recipimus.* Sed hoc Ambrosii factum sugillaverunt Græci, Orthodoxis Imperatoribus in adyta sua non solùm ingredi, sed etiam ibi manere permittentes, hac potissimum ratione: *quòd persona Regis Christiani sacra sit.* Hinc *Balsamon* (a) ait: χρισοὶ ὄντες κυρίου, ἀκωλύτως ὅτε καὶ βούλονται εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον εἰσέρχονται. *Cum sint uncti Domini, liberè, cum volunt, in sanctum penetrale ingrediuntur.* Nec Ambrosii ratio hodie apud Latinos valet. 5

Quandoquidem verò *Sanctuarii* mentionem fecimus, quòd Græci θυσιαστήριον *Sacrificatorium*, ἱλαστήριον *Propitiatorium*, & ἄδυτον *Adytum* i. e. *inaccessibile*, item βῆμα *suggestum*, quòd olim gradibus nonnullis elatum esset, vocant, ad imitationem templi Hierosolymitani exstructum, necessarium putamus monere, incongruè Latinè reddi *Altare*, cujus ea forma nunquam fuit, ut quis illud vel conscenderet vel ingrederetur. Nam θυσιαστήριον continet ἁγίαν τράπεζαν *sanctam mensam*, quod de *ara* dici non potest, ipsa verò mensa *altare* veterum repræsentat. 6

N°. LII. De imaginum cultu] Cultus imaginum sæpe maximas in Ecclesiâ turbas dedit. *Iconomachorum* historia notior est quàm ut hîc referenda sit. Differentia autem inter imagines solidas atque exlatas, seu ex quacunque materia sculptas: & inter pictas vel vestibus intextas, aut alio modo planas, cujuscemodi Orientales Christiani habent, jam olim apud Judæos fuit observata. Hi enim formam hominis coloribus expressam admittunt, sculptam vero minimè. Sic 1
enim Maimonides lib: הלכות עבודת כוכבים scribit: c. 3. n. 12. 2

והוא שתהיה הצורה בולטת כגון הציור והכיור שבטרקלין (b) וכיוצא בהן ואם צר לוקה: אבל אם היתה הצורה משוקעת או צורה שלסממנים כגון הצורות שעל גבי הלוחות והטבליות או צורות שרוקמין בארג הרי אלו מותרות.	*Sed hoc capiendum de imagine, quæ protuberat, quales sunt figuræ ac sculpturæ in palatiis, & his similes. Talem igitur si quis fecerit, vapulat. Sin autem figura sit depressa, vel coloribus expressa, uti illa, quæ in tabulis mensisve sunt, aut quæ intexta operi textorio, pro licitis habentur.*

Sic *Dionysium Vossius* reddidit. Hanc differentiam Æthiopes exactissimè observant, tantoque odio feruntur erga imagines solidas, ex metallo, ligno, saxo, cera, argillâ, vel quavis alia materia factas, ut ea expressè *Idola* nominent. Nam in exilium proficiscentibus PP. Societatis, omnia signa etiam venerandissimæ suæ *S. Mariæ* (tanti illius cultores!) confregerunt, atque contriverunt. Planè Græcorum more, qui magna invectiva utuntur in Latinorum imagines, ac dicta *Psal. 115. 4.* ad eas applicant, & de iis haud secus ac de simulachris gentium sermocinantur: *Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt.* Nihilominus pro- 3
fundam reverentiam pictis suis imaginibus exhibent, quam vocant προσκύνησιν, & sic non curant verba Dei, Exod. 20. 5. 4

Οὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς, οὐδὲ μὴ λατρεύσεις αὐτοῖς. Ἐγὼ γάρ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου, ζηλωτής.	*Non te prosternes* [coram] *illis, nec coles eos cultu sacro. Ego enim sum Dominus Deus tuus, Deus Zelotes.*

Leo Allatius (c) contra *Nicolaum Hydruntinum* Græcum, Latinos frustra insimulantem quasi imagines non colerent, ingenuè fatetur quod res est, his verbis: *Hæc tamen rem ipsam considerantibus mera calumnia sunt. An non credendum oculis est in hoc negotio? vident Latinos in adorationem imaginum pronissimos, & negare audent? Diu multumque adversus oppugnatores imaginum* [Latini] *certant, & opere scriptoque colluctantur, & commentariis integris eorum cultum defendunt ac stabiliunt: & Græci eos de neglectu imaginum accusant.* Hæc *Leo Allatius* tanquam Græcos non intellexis- 5 6

(a) *Ad Canon. 69. Concil. VI. in Trullo.* (b) Latina vox est triclinium. (c) *de Eccles. Orient. & Occid. consensione L.III. c. 15. §. 12. & 13.*

lexiſſet, quales illi imagines coli & in honore haberi velint. De forma enim & fi- L.III. c. 6.
gura, non de cultu, Græci contra Latinos diſputant. Quaſi verò differentia eſ- N. LIII.
ſet, cui imagini talis veneratio præſtaretur.

7 At ſignum crucis non depictum tantùm, ſed etiam ex quavis materia ſolidum, in uſu habent Æthiopes, & venerantur. Sic enim *PP. Societatis* ſcribunt: (d) *Magnam devotionem exhibent S. Cruci, & quamvis eam non erigant in montibus & viis publicis, multi tamen eam gerunt in pectore, in catenis aureis. Proceres etiam eam ponunt in capite vel pectore equorum.* Cæterum ſignatio cruce facta veteribus Chriſtianis uſitatiſſima fuit, nullâ ſuperſtitione, ſeu propter nudum opus operatum, ſed recordatione crucifixi, ut ex uno & altero Patre probari poteſt.

N°. LIII. De Euchariſtia infantium apud Æthiopes uſitatâ]

1 *Euchariſtiam apud Græcos & Armenios infantibus* (de quibus in Hiſtoria noſtra) *dari*, docent omnes, qui de eorum ritibus ſcripſere, idque defendunt dicto Joh. 6, 54. *Niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Sic æque neceſſariam eſſe opinantur infantibus cœnam Domini ac
2 baptiſmum. At non illi tantùm, ſed & reliqui Orientales Chriſtiani *Maronitæ, Neſtoriani, Iacobitæ, Georgiani* id in more poſitum habent; Teſte *Gabriele Sionita Maronita* apud *Berth. Nihuſium* (e). De *Coptitis* idem teſtatur Wansleb. (f) Cauſam diximus in *Hiſtoria noſtra*. Quia adultis antiquitus ſtatim poſt baptiſmum daba- §. 37. h. c.
3 tur Euchariſtia, ergò infantibus quoq; eam dandam cenſuerunt. Veteres Latini eundem modum uſurpaverunt, teſte *Bartholdo Nihuſio* allegante *Hugonem Victorinum*, qui ante quingentos annos communionem infantium probavit (g). d loc.
4 Diſcrepant autores, & fortaſſis ipſæ Eccleſiæ ratione utriusq; ſpeciei. Scriptores Romani pleriq; referunt, exiguo tantùm vino linguam infantium tingi; quòd nimirum facile vinum exſugant, panem verò abſorbere nequeant; Verba ſunt Gabrielis Sionitæ d. l. Num. 2. Unde quidam inferunt, Orientales credere ſub alterutra ſpe-
5 cie integram præberi Euchariſtiã, ſed illi ſic minimè argumentantur. Alii ſcribunt ſub utraque ſpecie id fieri. De *Græcis* id teſtatur *Thom. Smith* (h). De *Æthiopibus* verò habes teſtimonium *Alvarezii* qui dicit: *cum ſtupore aſpici magnum periculum infantium, qui ægrè deglutiant panem ſatis craſſum, ut non niſi aqua per fauces defluere faciant.* cap. 97.
Hoc teſtimonium cæteris præferendum puto.

1 N°. LIV. De tempore baptiſmi Chriſti]

Feſtum *Epiphaniorum* magna feſtivitate celebratur non ſolùm apud *Æthiopes & Coptitas*, ſed & in reliquis Orientis Eccleſiis. Etenim anniverſarium diem eſſe baptiſmi Chriſti pro certo credunt, ex communi & antiqua Orientalium Eccleſiarum traditione, ut *Baronius* loquitur ex *Euſebio ad Marinum*. Concordat *Hieronymus* (i) aliique omnes Scriptores Eccleſiaſtici, uno duntaxat excepto *Epiphanio*, de quibus videri poterit dictus
2 *Baronius* (k). Græci vocant τὰ ἅγια Θεοφάνια, & *die ſexto Ianuarii* ea celebrant, ut in Synaxariis eorum legitur, nec non in Menologio illorum metrico:

Βάπτισεν ἐν ποταμῷ Χριστὸν πρόδρομος κατ᾽ ἕκτην.

Prodromus [Johannes] *in ſextâ baptizat flumine Chriſtum*,

referente doctiſſimo & ſolertiſſimo *P. Daniele Papebrochio in Actis Sanctorum Tomo I. Maji*, ubi docet Latinam Eccleſiam *triplicem manifeſtationem Chriſti* hoc die celebrare, &c. ſed ſolum *baptiſmum Chriſti* ad hunc diem propriè pertinere, propterea
3 quòd totus *Oriens, penes quem diſtinctior fuit hiſtoria Evangelicæ cognitio*, nihil aliud hoc die factum agnoſcat. Ex ſententia hâc antiquitùs recepta factum, ut poſtridie hujus feſti *Quadrageſimale jejunium* in univerſa Eccleſia ſtatim cœperit, in memoriam jejunii Chriſti, illicò poſt baptiſmum inchoati (l); de quo mox pluribus agemus. Magna autem ſolennitate olim celebratum fuit feſtum iſtud. Eſt enim

Aaa 3 ini-

(d) In ſæpius allegata *relat. annua Lib. I. c. 10. p. 308. b.* (e) *De Commun. Orient. ſub ſpecie una n. 2. p. 1667.* (f) *L'hiſtoire de l'Egliſe d'Alexandrie, Lib. II. c. 21. n. 2.* (g) *Lib. I. de ſacram. c. 20.* (h) *De Eccleſia Græca p. 161.* (i) *In Ezech. cap. 1.* (k) *Ad ann. Chriſti 31. n. 18.* & pleniùs in apparatu illius.
(l) Matth. 4, 2. Marc. 1, 12. Luc. 4, 1.

L. III. c. 6. N. LIV. initiationis Christianæ exemplum maximum, & primordium officiorum Christi, nec non testimonium Patris de eo ex cœlo. Quam ob causam etiam *Theophania* à Græcis, ut diximus, appellantur, quòd *Deitas Christi* hic primum manifestata fuerit.

4 Igitur non (ut hodiè docetur) *Epiphania* vocantur eò quòd Christus se Magis, hoc est Ethnicis, primum ostenderit, nam lectio de Magis in Occidente post aliquot secula demum huic diei imperitè attributa fuit, cùm festum hoc in Oriente ex alia causa diu ante viguisset. Apud *Æthiopes* celebratur *d. XI. Ian.* qui *sextus* 5 apud nos est. De eo Poeta canit hoc modo. Enc. XI. Jan. Oda 2, 3. 4.

ሰ፤ ለማየ፡ ዮርዳኖስ፡ በዘቦቱ፡ ይነጽሑ፤
ኃጣውአ፡ ሰብእ፡ ዘዘዚአሁ፤
አመ፡ ላዕሌከ፡ እግዚኦ፡ አእደወ፡ ዮሐንስ፡ ሰፍሑ፤
ሶበ፡ ርእዩከ፡ ቀላያት፡ ደንገፁ፡ ወፈርሁ፤
ወማያትኒ፡ በርእስከ፡ ፈልሑ።

Salutem *Aquæ* Jordanis *quâ munda facta sunt*
Peccata hominum quorumcunque,
Cùm super te Domine! manus Iohannis sese extenderent,
Cùm viderent te abyssi, obstupefactæ sunt & trepidarunt:
Et aquæ in capite tuo bulliverunt, [qs. præ veneratione]

ሰ፤ ለጥምቀትከ፡ በኍልቈ፡ ክረምት፡ ሠላሳ፡
እምዘ፡ ወለደተከ፡ ድንግል፤ &c.

Salutem *Baptismo tuo in numero annorum triginta*
Ex eo [*scil.* tempore] *quo genuit te Virgo* &c.

ሰ፤ ለስብሐት፡ ዝንቱ፡ በዓል፡ ዘይመንን፡ ወይነ፤ 6
እንዘ፡ ንሐውስ፡ ለሳነ፤
ነዑ፡ ንትፈሣሕ፡ ወንስትፈሥሒ፡ ነፍስነ፡
ዘኢያስተርኢ፡ አስተርአየ፡ ለነ፡
እሳት፡ በላዒ፡ አምላክነ።

Salutem *Solennitatis hujus festi, quod non admittis vinum.* (m)
Moventes linguam [dicemus]*!*
Agite lætemur & lætificemus animam nostram,
Invisibilis visibilis factus est nobis
Ignis edax Deus noster.

N°. LV. De lapsis post baptismum & confessione peccatorum publicâ] *Novatus* putavit lapsos post baptismum non posse redire in gratiam cum Deo. Quam ob causam ab Orthodoxis hæreseos notatur; à qua immunes sunt Æthiopes nostri. Faciunt enim cum Ecclesiâ Catholica, quæ semper in contraria fuit opinione, ob generalitatem verborum S. Scripturæ, quæ pœnitentibus gratiam Dei pollicetur, quotiescunque ad frugem redierit peccator. *DEVS enim non vult mortem impii, sed ut convertatur impius à via sua & vivat. Ezech 33. 11. Petrus* post abnegationem Christi: & *Thomas* post incredulitatem suam, cùm jam essent baptizati, actâ pœnitentia in gratiam cum Christo redierunt. 1

Quo verò pacto pœnitentia significanda sit in Christiana Ecclesiâ, non unò 2 modò receptum fuit. Confessionem faciendam Catholica Ecclesia semper docuit, quo pacto autem hoc fieri debeat, Ecclesiæ particulares in partes iverunt. *Iudæi* ab antiquo *Confessionem peccatorum* à pœnitentibus exegerunt, ut supra docuimus. Habent enim יום סליחה וכפרה *Diem remissionis & expiationis* peccatorum, 3 in qua *Confessionem* edunt. De qua re nos supra egimus N. XLIX.

PP. Sr.

(m) Hinc colligo quòd vinum in hoc festo non bibant Habessini.

4 *PP. Societatis* neminem in Æthiopia ad S. Synaxin admiſerunt, qui non particulariter confiteretur peccata ſua (n). Ad quam ægerrimè compelli potuerunt Habeſſini, non tantùm quia inſolitum planè apud illos erat, ſed etiam quòd nullum eſſet confeſſionis ſecretum, quia per Interpretem fieri oportebat. Quam ob rem laudatur *P. Lud. Caldeira*, quòd brevi tempore tantum in lingua vulgari profecerit, ut confitentes ſine interprete audire potuerit. L. III. c. 6. N. LVI. p. 72.

N°. LVI. De more abſolvendi peccatores ictu vitis olea-

1 gineæ] Vetuſtiſſimus apud Romanos mos fuit, ferulâ capiti impoſitâ, ſeu potius levi ferulæ ictu ſervum manumittendum ferire, in ſignum manumiſſionis publicè tactæ; quod coram Prætore plerumque fieri ſolebat, idque manumiſſionem vindictâ factam vocabant, quæ juſtam libertatem tribuebat (o). *Feſtuca* (Plutarcho κάρφος) quoque vocabatur. Quod nomen *Plautus* habet (p).

Quid? ea ingenuáne an feſtucâ factâ è ſerva libera eſt.

[De hac manumiſſione agitur in *Inſtit. tit.* de Libertinis §. 1. & *Inſtit. Ulpiani* de libertis §. 2. Videatur *Livius l. 2. c. 4. & 5.*]

2 Huc reſpicit *Claudianus Panegyr. de 4.* Conſulatu Honorii v. 614.

- - - *Famulusque jugo laxatus herili*
Ducitur, & grato remeat ſecurior ictu.

Et Juvenal. Sat. V.

- - - *pulſandum vertice raſo*
Prabebis quandoque caput, nec dura timebis
Flagra pati.

Et Perſius Sat. V.

Vindictâ poſtquam meus à Prætore receſſi.

3 Igitur Habeſſini abſolvendum vite feriunt, tanquam è captivitate peccati & poteſtate Satanæ more antiquo manumittendum. Lepide *Tellezius* (q):

E o peyor he, que os confeſſores nam abſolvem com a forma dos Catholicos, mas ſo lhes dizem certas palavras, & lhes tocam as coſtas com hũas varinhas de oliveyra. E por eſta cauſa as cuſtumam ſempre ter nas portas das Igrejas, pera que nam faltem abſolviçoens por falta de varas, com as quays no primeyro lugar merečiam ſer bem varejados os confeſſores, por nam ſaberem abſolver: & os penitentes por ſe nam ſaberem confeſſar.	*Et peſſimum eſt, quòd confeſſarii* [Habeſſinorum] *abſolutionem non tribuant more Catholicorum, ſed tantùm illis dicant certa verba, & tergum feriant virgulis quibusdam oleagineis, quarum ſemper copia datur ad portas Eccleſiarum, ne deficiant abſolutiones ob defectum virgarum, quibus primo loco benè cadi mererentur confeſſarii, quòd rectè abſolvere neſciant: deinde etiam pœnitentes, quòd modum verum confeſſionum ignorent.*

1 N°. LVII. De ſacra menſa] In Hiſtoria noſtra ſatis explanavimus, non *altare* ſed *menſam* dici, in qua *myſteria S. Cœnæ* peraguntur; idque ad imitationem Græcorum; qui variis epithetis illam condecorant. Vocatur enim ἐπουράνιος τράπεζα, *Cœleſtis menſa*, in Liturgia Jacobi. Item λογικὴ τράπεζα *Rationalis menſa* Chryſoſtomo: (r) ἁγία vel μυστικὴ τράπεζα, *Sancta & myſtica menſa.*

De ea ſic Organon:

2

ብፁዓን፡ ንሕነ፡ እለ፡ ርኢነ፡ ምስጢረ፡ ወልድከ፡ ወተሳተፍነ፡ ቍርባነ፡ ሥጋሁ፡ ወደሙ፡ በዲበ፡ ቅድስት፡ ጠረጴዛ፡	*O nos beatos, qui vidimus myſterium Filii tui, & participes facti ſumus oblationis corporis,* [ejus] *& ſanguinis ejus ſuper ſacra* menſa.

3 Differt autem ጠረጴዛ፡ *Menſa* à መንበር፡ *throno*, ſecus ac in Hiſtoria noſtra poſitum eſt; *Menſa* enim, prout eam deſcripſimus, in medio τοῦ βήματος ſive *Sanctuarii* collocata apparet; at *thronus* መንበር፡ eſt in extrema illius parte, Orientem verſus, prout in *Ichnographia* templorum Græcorum, ſupra à nobis depicta, conſpicitur. Num. I.

ADDI-

(n) *Lit. Ann. de Anno 1624. & 1625. p. 53.* (o) *Lipſ. Comment. ad Tac. 13. 27. 4.* (p) *In Milit. Glor. Act. IV. Scen. 1. v. 15.* (q) *Lib. I. c. 37. p. 92.* (r) *Homil. 6. ad populum Antiochenum.*

L. III. c. 6.
N. LVII.

ADDITIO.

De mensis (ut Aringus putat) lunaribus, quas in Roma sua subterranea descripsit.

CUr Æthiopes tabellam suam oblongam, planam, (quâ loco sacrati Latinorum 4
lapidis in Eucharistiâ suâ utuntur) ታቦት : ARCAM vocitent, rationem
in historia nostra (s) indagare, & dare annisi sumus; ex vetustissimorum Chri-
stianorum usu id originem duxisse censentes, cùm persecutionum tempore, in cryptis
mensa destituti, in *arca lignea*, quæ ut *sandapila* cum instrumento omni Eucharistico,
sub specie alicujus mortui illuc delata fuerat, sacrum facerent: mox libero & licito sa-
crorum cultu tabulam, cui vasa sacra imponerent, quamvis mutatâ formâ, arcam voca-
re pergerent. Stabilivimus hanc nostram conjecturam descriptione altarium vete- 5
rum, quæ formam ARCÆ habuerunt, idque testimonio Thuani, qui *altaria veterum Au-
gusta Ausciorum in templo S. Orentii adhuc extantia non ut mensas, plana, sed* dorsi gibbo
assurgentia, veluti ARCAS describit. Gabriel Biel vetus autor ait: *Episcopos primævos
in cryptis, sive aliis quibuscunque locis, missam celebrasse super altare ligneum in modum*
ARCÆ *concavum*. Balthasar Tellezius expresse dicit: *In principio Ecclesiæ Catholicæ
altaria erant ex ligno ad formam* ARCULARUM, &c.
Cum igitur marmoreum monumentum in *Aringhi Româ subterranea* (t) reperis- 6
sem, in quo tabula quædam arcuata, linteamine constrata, sed sine ullis ferculis appare-
bat, panes verò decussatâ cruce notati juxta positi, & unus è populo bibens conspice-
retur, in mentem mihi venit, à piis Christianis in memoriam notabilis istius facti, eam
sculpturam adornatam fuisse: & nobis talem aram repræsentare, qualem autores paulò
ante citati ut *loculum* seu *arcam* nobis descripserunt. Quæ res cùm multis valdè
dubia videretur, consentaneum putavi rationes hîc apponere, quæ me ad conjecturam
hanc induxerunt; refutatis dubitantium objectionibus.
1. In genere nemo negaverit, *oportere esse rem aliquam momentosam, quæ meruerit* 7
monumento marmoreo incidi. Hoc concesso, cadit omne, quidquid de *Cœna* aliquâ
Platonica, & quidem valdè macilentâ: vel de servili aliqua compotatione afferri posset.
Nec enim ministrantis, aut accumbentium habitus merè servilis est: nec, si Christiani,
illis temporibus despectissimi, tali habitu incesserint, miraculum esset. Imò credide-
rim, Diaconum vel presbyteros sacerdotalem habitum in diris illis persecutionibus de-
posituros, & cum servili commutaturos fuisse, ne agnoscerentur.
2. Non esse *convivium* quodpiam *voluptuosum*, quia tabula ferculis vacua con- 8
spicitur, nec nisi panes cum calice apparent. Nec verisimile mihi videtur Ethnicos *in
sarcophago convivium* exprimere voluisse, quid enim hilaritas convivalis commune
apud eos habuit cum cogitatione mortis?
3. Neque etiam esse *convivium* quoddam *charitativum* (ut Aringus putat) vel 9
ex eo colligo, quòd nulli alii cibi appositi sint, qui tamen in agapis adhibebantur. Ali-
am habet figuram Aringus, quæ istas repræsentare videtur. (u)
4. Neque credibile est, *frugalitatem alicujus hominis singularis*, qui pane tantùm 10
& aquâ in tota sua vita contentus vixerit tali monumento significari; tunc enim unum
illum frugalem hominem, non quinque exsculpere par fuisset: neque tot panes, sed
unum tantùm & alterum paximatium depingere opus habuissent.
5. Non magis comprehendimus, quomodo figura ista ad unum aliquem *servum* 11
fidelem applicari possit, quod amico nostro visum fuit, referenti: *Heros sæpius servis ja-
m fidelibus marmora posuisse*; cùm nullum fidelitatis symbolum hic appareat, & ali-
quot hic sint convivæ.
6. Nec ex *gestibus assidentium* quidquam inferri potest, videlicet, quòd secundus 12
poculum totum evacuet, tertius & quartus *confabulentur*, & quintus *rideat*. Nam tam
parvum poculum evacuare, quid in eo indecens? alios verò confabulari, & alium ri-
dere, ego quidem oculis meis videre potis non sum; profectò quenquam id audire non
putaverim, multò minùs quòd profanæ confabulationes, & non potiùs sacri sermones
fuerint, si colloquium indicari putemus. *Praxiteles* utique autor istius sculpturæ non
fuit, ut gestus ex ea accuratè cognosci possint. Quarti & quinti effigies ferè una ea-
demque est, quod boni sculptores evitare solent. Idcirco liceat mihi Ciceronis (x)
verbis uti: *Non in omni marmore necesse est inesse Praxitelia capita*. Sed rem specte-
mus in veteri & semexeso monumento, non gestus.

7. Sar-

(s) Lib. III. 6. 26. & seqq. (t) Tom. II. Lib. IV. c. 37. (u) Lib. VI. c. 27. pag. 607. & alibi. (x) De divinitate.

13 7. Sarcophagos, in quibus istæ sculpturæ reperiuntur, *Christianorum* esse non L. III. c. 6.
Ethnicorum, cùm ex loco, ubi effossi fuerunt, concluditur, tùm ut memoriam relinque- N. LVII.
rent & sacratissimi Eucharistiæ actus: & in Agapis arctissimi charitatis vinculi, *ex quo*
cognoscerent omnes, quòd discipuli Christi essent. Nec sententiæ nostræ obstat, sed eam Joh. 13. 35.
multò magis confirmat, quod *Burnetus* (y) docet: *Sepulchreta illa servorum* quondam
fuisse. Etenim servis contemtibiliores erant Christiani veteres, ut credibile sit, illis haud
alium sepeliendi mortuos suos locum concessum, illumque irreligiosum potiùs quàm
religiosum habitum fuisse. Nec examinare adhuc nobis licuit, *An locus, ubi Sarcopha-*
gus noster repertus fuit, idem ille sit, de quo *Burnetus* loquitur.

14 8. Ad figuram nostram in specie ut veniamus, *mappam stratam cerni in aliqua ta-*
bula, nemo, (ut puto) inficiabitur. Quæ qualisve illa tabula fuerit, ambigitur. Qua-
dratam vel oblongam non esse, ipsa figura docet. Igitur Aringus putat, mensas figurâ
lunari esse; *Sigmata* vocabantur ab elementi Græci antiqui C. hodiè Σ. similitudine,
quum lautè hospites exciperentur; sed quid signa hic faceret sine ferculis in sepulchro?

15 9. Aliter delineare oportuisset sculptorem, si *Sigma* repræsentare voluisset, *plica*
aliter cecidissent in tabula arcuata erecta & plana quàm hîc, ubi per contos, quibus fe-
retrum gestatur, sensim descendunt, ita ut à corbe apposito partim tegantur.

16 10. Deinde *Sigmati* assidere solebant sex vel septem convivæ: hîc quinque tan-
tùm visuntur, qui numerus exactissimè convenit *longitudini sandapila* quinque plus
minus cubitorum, plures enim assidere non potuisse declinatio loculi, utrimque decli-
vis, ostendit. Nec obstat, quòd tertio quartoque Seculo Christiani stantes Euchari-
stiam sumserint. Nullum enim hîc tempus designatur; nec negari potest, præcedenti-
bus seculis etiam accumbentes vel sedentes sacrâ cœnâ usos fuisse communicantes, cùm
sit res ἀδιάφορος.

17 11. Porro *non latiorem fuisse arcam* hanc loculo solito, ex eo apparet, quòd tertius
extremitatem illius manu contingat, quod in alia quadam tabula fieri non potuisset.

18 12. Quid denique sibi volunt *pro quinque convivis tot panes* sine aliis ferculis,
non in ipsa mensa sed juxtà positi, nisi ut succedentibus in locum istorum aliis, com-
19 municantibus successivè frangerentur, & distribuerentur. Neque enim quenquam
satis sanum de *panibus* dubitare putaverim, ut *poma* vel *pyra* decussi notata esse putet,
quæ, scilicet umbilicis atque pediculis utrimque latentibus, exiguo numero separatim
humi jacerent, & non in mensam apponerentur, sed sigillatim à ministro uni convivarum
bellariorum loco porrigerentur. Apage tales ineptias.

13. Ex decussatione sola non argumentamur, quippe non ignotum nobis est, Roma-
nos panes vel placentas suas incisione quadam decussatâ signavisse, quò faciliùs in qua-
tuor partes vel scinderentur vel frangerentur. Id in usum sacrum converterunt Chri-
stiani, quibus solenne erat seque resque suas crebrò cruce signare. Quod etiam obser-
vavit Baronius in annalibus suis, (z) & ejus rei aliquot exempla affert, peculiariter
in Sarcophago operis Christiani *in cœmeterio Callisti*; quamvis & ipse arcam illam se-
pulchralem *Sigma* esse putet.

20 14. De *tempore*, quando talis sculptura facta sit, disserere nihil attinet. Mihi qui-
dem videtur *pace Ecclesiæ partâ*. Nam persecutionis tempore sculpturas facere, & in
Sarcophagis lapideis corpora condere, Christiani non libertatem, & vix sumtus habe-
bant. Potuit igitur longo tempore pòst, quarto vel quinto seculo, cùm jam splendida
altaria in usum venissent, in memoriam diversitatis, & designationem prisci moris, ab
iis, qui adbuc meminerant, tale quid curatum fuisse. Nihil enim prohibet, quo minùs
vetustissimæ historiæ longo tempore post, quàm contigêre, insculpantur, vel depin-
gantur.

21 15. Ista sunt conjecturæ nostræ fundamenta, quæ, relicto unicuique conjiciendi
arbitrio, hîc apponere volumus, lectorem rogantes, ut dicti antiqui memor: *Quæ non
prosunt singula, juncta juvant*; non unum vel alterum hujus tractationis articulum sin-
gulariter considerare, sed omnes in universum perpendere velit. Ne tantùm dicat quid
non sit, sed potius quid sit, ut si melius quid protulerit, gratias illi agendi causam habea-
mus, tandemque certam aliquam rationem discamus, quare Æthiopes tabellam suam
sacram, planam ac solidam, quæ illis loco altaris sacrata est, A R C A M appellent.

Videant jam antiquitatis ecclesiasticæ studiosi, quibus Manuscripta tractare datur,
an non alicubi reperiatur Arca, ubi in impressis legitur A R A vel A R E A: & an non in
altaria veterum arcuata, quæ Thuanus, Biel & Tellezius describunt, quadret.

(y) In itinerar. P. II. p. 149. & 164. (z) Anno Christi LVIII, n, 65. & 66.

LIII.c.6. N. LIIX. N°. LIIX. Vini defectus in Euchariſtia, quo pacto in Auſtralibus regionibus reſarciatur] Non tantùm *Habeſſini*, ſed & *Coptitæ* in 1
Ægypto, & *Chriſtiani S. Thomæ* in India, uvam paſſam aqua maceratam exprimunt, & talem liquorem pro vino in Euchariſtia adhibent, hoc pacto vini defectum ſupplere conantes.

[*Volaterr. Geograph. l.* 12. *tit. loca nuper reperta p.* 139. *Aloyſius Cadamuſtus c.* 134. *de modo conſecrandi* &c. *Edoardus Barboſa*, qui addit, quòd uvæ paſſæ *Mecca* & *Ormuzo* advehantur.]

Id autem valdè improbarunt PP. Societatis, quòd iſtum ſuccum pro vero vi- 2
no non haberent; Habeſſinis autem unam tantùm ſpeciem renuentibus, reſponderunt: *Illos ipſos ſub una tantùm hucusque communicaviſſe, quandoquidem non vero vino, ſed aquâ tantummodo uſi fuerint.* Attamen *Iulius Papa* (a) in caſu ne- 3
ceſſitatis admittit ſuccum botri expreſſi, his verbis: *Sed ſi neceſſe ſit, botrus in calice comprimatur, & aquâ miſceatur.* At ſi verum dicere velimus, botrus compreſſus, propriè non vinum ſed muſtum reddit, quod niſi defæcatum fuerit, vinum dici non poteſt. Et tamen Pontifex caſum neceſſitatis hic admittit.

ADDITIO

De communione Æthiopum ſub utraque.

Diximus in Hiſtoria noſtra Æthiopica Habeſſinos ſine differentia Clerico- 4
rum aut Laicorum ſub utraque communicare. Id reſtantur omnes omnino autores; *Alvarez cap. XI & ipſi PP. Societatis in Epiſtolis & relationibus ſuis.* *Tellezius* Provincialis Luſitaniæ (b) qui acta Parrum evolvit, irridet eos, quòd de utraque ſpecie glorientur, & tamen non vero vino utantur, ob modum paulo antè à nobis deſcriptum. *Recebem*, ait, *eſte ſacramento ſub utraque ſpecie.* h. e. *Sumunt iſtud ſacramentum ſub utraque ſpecie.* Et mox: *Ordinariamente nam conſagram em vinho mas em agoa*, i. e. *Ordinarie conſecrationem non peragunt vino, ſed aquâ.* Sic vocat liquorem ex uvis paſſis expreſſum. *Et cap.* 39 *p.* 97. a.

Todos commungam *ſub utraque ſpecie*, & o mays certo he, que *ſub neutra*, porque evidentiſſimo he, que a materia aqui nam he vinho, ſe nam agoa.	*Omnes communicant* ſub utraque ſpecie, *vel quod certius eſt* ſub neutra; *evidentiſſimum enim eſt, quòd materia, quâ utuntur, non vinum ſit ſed aqua.*

Quæ cùm ita ſint, mirari ſatis non poſſum quòd *Lucas Holſtenius ad Berthol-* 5
dum Nihuſium ſcripſerit: (c) *ſe ex Habeſſinis Romæ degentibus audiviſſe*, Abaſſinos Chriſtianos, *neque nunc dubitare, neque dubitaſſe unquam, quin Dominici corporis Sacramentum æquali perceptione & fructu, tàm ſub una ſola, quàm ſub utraque ſpecie ſumatur.* Captiosè loquitur, tanquam de jure non de facto quæſtio eſſet. Idem eſt ac ſi diceret, *Habeſſinos cenſere. Euchariſtiam tàm ſub una quàm ſub duabus ſpeciebus communicantibus prodeſſe*; reticens, quonam pacto illi ipſi eâ uterentur. Sed ſive de ſententia Habeſſinorum, ſive de uſu dicta illa accipias, utroque modo falſiſ-
ſima ſunt. Quoad factum; modò demonſtratum dedimus, Habeſſinos ſemper 6
utraque ſpecie uſos eſſe. Quod autem non probent, ſed damnent aliter facientes, ex
3.13.25. Epiſtola ipſius Regis Baſilidis liquet, cujus ſummam dedimus in Hiſtoria noſtra; integram verò damus infra N. 133. Ubi nota verba Regis à Tellezio prolata:

Nem eſta foy a cauſa de o mundo peleyjar comnoſco, ſe nam por ſelhe nam dar o ſangue na Comunham.	*Non iſta* [Controverſia de duabus naturis in Chriſto] *fuit cauſa quòd populus prœliaretur nobiſcum, ſed quòd illis negaretur ſanguis in euchariſtia.*

Et

(a) *De Conſecrat. diſtinct. II. c. Cum omne crimen.* (b) *L.* 1 *c.* 38. *p.* 92. *in fin.* (c) Epiſtola ſupra ſtatim in Procemio Num. I. §. 6. allegata. *De uſitata etiam Abaſſinis communione ſub una ſpecie,*

7 Et tamen pergit *Holstenius* scribendo de suis Habessinis: *Nec video cur verum* L.III c. 6.
affirmare dubitem, quibus nulla mentiendi causa est. Si modo dictas *PP. Societatis epi-* N. L IX.
stolas, speciatim ipsius *Patriarchæ Alphonsi Mendezii* An. 1626. scriptam & *Romæ* im- & Lλ.
pressam inspexisset, facilè cognovisset, quantum fidei huic responsioni fuisset tri- pag. 158.
buendum.

8 Nam sicut in proœmio narravimus, Monachi Habessini Romæ degen- f. N.I.§ 4.
tes in gratiam interrogantium multoties mentiti fuerunt. Causa mendacii satis evi- & seq.
dens erat, *ne scil. pro hæreticis haberentur, si communionem sub utraque ex Christi institu-
to omnino necessariam defenderent*, eademque profiterent, quæ paulo ante ex Telle-
zio & epistola regia protulimus, ac ob id *in maxima sua paupertate favorem aulæ Roma-
næ, simulque stipem suam perderent.* Quin & ego eos, qui tunc temporis Romæ
fuerunt, de facie novi (d), nullus exiis, neque Italicè neque Latinè loqui poterat,
nisi *Antonius d' Andrade*, qui Lusitano patre in Romana religione natus atque altus
fuerat, ideoque aliter pro se sociisque suis non poterat nec audebat respondere.

1 N°. LIX. De diptychis veterum] Vocabulum hoc Græcum & ab
Arabibus & ab Æthiopibus civitate fuit donatum. Diximus supra, diptychis in- N. 43. §. 2.
scripta fuisse virorum *tam vivorum quàm mortuorum nomina*, neque tantùm sancto-
rum, sed & aliorum qui de Ecclesia Christi quovis modo bene meriti essent, veluti
Patriarcharum celebriorum, Martyrum & Confessorum, nec non Imperatorum &
2 Regum, quorum publica mentio cum voto perpetuò fiebat. De his accipienda
sunt verba *Nicolai Pontificis* ad Michaelem Imperatorem: *Quanta Dei cultorum Au-
gustorum, qui Ecclesiam DEI exaltaverunt, & præcipuè Romanam*, Constantini vi-
delicet & Constantis, Theodosii quoque majoris, & Valentiniani, *& cæterorum
laus in universali Ecclesia polleat, & eorum præconia ubique personent, & nomen eorum
inter sacra mysteria impræter misse commemoratur, attentiùs & sedulo recordamini, sic-
que nos illos audire imitantes satagite* (e).

1 N°. LX. De muneribus quæ ad penetrale ab Æthiopibus
afferuntur ;] Munera in Æthiopia ad sanctuarium afferri solita in Liturg. Æthio-
pica (f) repetiuntur sequentia:

ባርክ፡ ዲበ፡ እለ፡ ያስተናትኑ፡ በዕጣን፡ ወቍርባን፡ ወወይን፡ ወዘይት፡ ወቅብአ፡ ወመንጦላዕት፡ ወመጻሕፍት፡ ምንባብ፡ ወንዋየ፡ ቤተ፡ መቅደስ፡ ከመ፡ ክርስቶስ፡ አምላክነ፡ ይዕስዮሙ፡ በኢየሩሳሌም፡ ሰማያዊት።	*Benedic illis qui liberaliter munera sacra offerunt, thus & panem eucharisticum* (g), *& vinum & oleum, & balsamum & vela, & libros lecturæ & instrumenta sanctuarii, ut Christus Deus noster illis retribuat in Hierosolyma cœlesti.*

2 Atque in hoc Æthiopes omnes tam pauperes quam divites valde solliciti sunt,
memores præcepti divini erga Israelitas de quo supra n. 49. §. 15.

Accidit ergo lepidũ factum fœminæ cujusdã pauperis, quæ vacua ante sanctua-
rium comparere nolens, felem parvum obtulit Id verbis *PP. Societatis* (h) referemus.

E nunca vem a igreja de ordinario, que nam tragam suas offertasinhas como encenso, cera, trigo pera as hostias, & algũas outras cousas que a terra da, & raramente se entra na igreja, que a o pé dos altares se nam ache algũa cousa de offerta; & ate hum gatinho pera matar os ratos, que nam faltam na terra, deixou hũa vez hũa pobre molher Abexim dizendo: *Que nam tinha outra cousa que offerecer, senam aquelle gatinho, que era de boa casta.*	*Nunquam veniunt ad Ecclesias ordinariè quin afferant sua munuscula, veluti* thus, ceram, triticum ad hostias faciendas, *& alias quasdam res, quas terra fert. Rarò intrant* [Clerici] *in templum, ut non ad basin sanctuarii reperiant res aliquas pro oblatione, ita ut aliquando pauper mulier Habessina* parvum felem *attulerit capiendis muribus, quibus illa regio non caret, dicens:* Se nihil aliud habere quod offerat, nisi catulum istum, qui valdè boni generis esset.

(d) Proœm. N. XIII §. 11. (e) De *diptychis* plura vide apud Goarum p. 143. & Histor. Eurych. Marth. Zimmermanni p. 144. (f) Quæ vocatur Apostolorum, reperitur inter impressas post N. Test. p. 164. col. 4. (g) *Korban*, propriè est panis Eucharisticus, at Patres Societatis declarant non panem coctum, sed Triticum vel farinam ad pinsendum illum, afferri itaque hic materiatum ponitur pro materia.
(h) In sæpe dicta relatione annua pag. 39. b.

L. III. c. 6. N. LXI. De hoc ritu, in Ecclesiis particularibus adhuc usitato, confer quæ supra dicta sunt Num. XLIX. & LI.

N°. LXI. De veterum Ægyptiorum ritu crepitacula inter sacra pulsandi] *Crotala* & *sistra* erant *crepitacula ænea*, quibus Ægyptiorum sacer- 1
dotes in sacris *Isidis* utebantur; *Ovid.* Lib. 3. Amor. Eleg. 8.

Quid nos sacra juvant? quid nos Ægyptia prosunt
Sistra? - - - - -

Unde verisimile mihi videtur, hunc morem sistra quatiendi ab Ægyptiis ad Coptitas, & ab his ad Æthiopes transiisse.

Christophorus Fuhrerus in itinerario suo (i) de hoc more sequentia habet: Ge- 2
gen über unter den Armeniern haben die Abissiner ihren Ort/ welche gar seltzame Cerimonien halten. Wann sie Meß singen/ brauchen sie wunderbarliche Instrumenta, als zwo Trummeln/ wie die Heerpaucken/ darauff sie unter dem Singen schlagen/ einer hat ein Schlötterlein/ welches voll Schellen hängt/ daran er mit der andern Hand schlägt/ daß es klinget: ein anderer hat ein Instrument, wie es die Moren gebrauchen/ einer halben Trummel gleich/ auch mit Schellen behängt/ die stehen beyeinander/ hüpffen und tantzen zugleich miteinander/ singen viel Alleluja/ welches lächerlich zusehen und zu hören ist/ seynd aber dabey fromme und Gottsförchtige Leute. Sensus est: Habessinos in cultu suo sacro peregrinis uti cerimoniis, habere duo tympana, æneis similia, tintinnabulis plena, quæ pulsent, simulque exiliant & saltent, Halleluja creberrimè concinentes. Nihilominus incondita hæc musica Habessinis mirè placet.

De ea Tellezius sic scribit: Lib. I. c. 39. p. 96. a.

Prezam se tanto d' isto, que o mesmo irmam do Emperador *Raz-Selá-Christos* se prezaua muyto de lhe fazer o compasso, sendo que os dansantes bem o escuzauam. E seu primo *Melca-Christós* Mordomo mór do Emperador folgaua muyto, quando lhe cahia a boa sorte de tocar o tamboril.	*Atque musicam istam tanti faciunt, ut ipse frater Imperatoris* Ras-Seelaxus *multùm sibi placeret modis temperandis, quos tamen saltantes parùm observarent. Quin & patruelis ejus* Melcaxus *supremus Imperatoris aulæ magister, sibi valde gratulabatur, cum illius vices essent tympana illa rustica pulsandi.*

N°. LXII. De tripudiis in Habessinorum cultu sacro usitatis] 1
In templis *tripudiare*, h. e. *pedibus terram pulsare* instar exilientium & saltantium, ac simul manus complodere inter psallendum, mos est nostratibus valde peregrinus; ea propter notatur in omnibus itinerariis atque descriptionibus Terræ sanctæ, ubi *Habessinorum* Hierosolymis quondam degentium mentio fit.

Alvarez Cap. XI. *ex edit. Ramusii Italica: Comminciano a cantare in modo di prosa,* 2
e vanno tutti gridando & ballando, come se fussero in un ballo di villa. Hoc est: Clamant & saltant, tanquam in chorea quadam rustica.

Joh. Cotovicus in itineratio suo scribit: *In publicis precibus* tympanis *utuntur* 3
Turcicis, & instrumentis æneis, *quæ manuum quodam motu percussa sonum edunt suis hymnis & psalmodiis mirè congruentem. Psallentes assiduo* corporis motu *sese exagitant, utrumque per vices flectentes genu.* Et paulo post: *Ipsa verò Dominica resurrectionis nocte viri ac fœminæ simul conveniunt*, tympanis, citharis aliisque instrumentis musicis *personant, clamoribus cantuque dissono perstrepunt, ad* plausum manuum *choreas ducunt, & usque dum illucescat, summo cum jubilo ac corporis fatigatione tripudiant.*

pag. 221. Jacob Wormser Reiß-Beschreibung: Sie haben zwo Heertrum- 4
men/ und zwey Höltzer mit eisern Ringen/ und schlagen die Trummen/ und mit den Höltzern raspeln sie die gantze Nacht/ und singen und tantzen darzu. Hoc est: Duo tympana ænea habent, & crepitacula, quibus totam noctem perstrepunt canentes & saltantes.

(i) *Ann. 1646. Norimbergæ impresso.*

5 Æthiopes *plaudere manibus* vocant ጠፍዓ፡ & *tripudiare pedibus* አጽሐሰ፡ L. III. c. 6. N. LXII.
De S. Maria Virgine *autor Organi* ad morem hunc alludens ait:

ትቄድሰኪ፡ ቅድስት፡ ቤተ፡ ክርስ ቲያን፡ ጠፊዓ፡ በእደዊሃ፡ ወአጽ ሒሳ፡ በእገሪሃ፡	*Laudat te S. Ecclesia* plaudens *manibus: &* tripudians *pedibus.*

Hoc ipsum est quod Johannes Comes Solmensis in itinerario suo (k) observavit: Sie springen mit den Füssen/und klappern mit den Händen. *Pedibus exiliunt & manibus plaudunt.* Idem autor Æthiopicus alibi:

እጠፍዕ፡ በእደውየ፡ ለዝለዮትኪ፡ ወአጽሕስ፡ በእገርየ፡ ለዮበቦትኪ፡	Plaudo *manibus meis ad psallendum tibi:* & tripudio *pedibus meis ad celebrandum te veluti jubilo.*

6 Cum *Gregorius* meus animadverteret, me summopere talem morem mirari, tanquam à dignitate cultus sacri alienum, respondit mihi; *Annon etiam mirarer Davidem?* De quo 2. Sam. 6. 5. *David autem & omnis Israel ludebat coram Domino, in omnibus lignis fabrefactis, & citharis & lyris, & tympanis & sistris, & cymbalis:* & v. 14. *& David saltabat totis viribus ante Dominum:* & v. 16. *Michol filia Saul vidit Regem David subsilientem atque saltantem coram Domino, & despexit eum in corde suo.* Credibile verò non est Davidem solum ita saltitasse: vel novum morem introduxisse, sed plures cum
7 illo, moremque gentis ab antiquo talem fuisse. Non memineram tunc temporis Canonis LIII. Concilii Laodiceni, qui sic habet:

Ὅτι οὐ δεῖ χριστιανοὺς εἰς γάμους ἀπερχομένους βαλλίζειν ἢ ὀρχεῖσθαι, ἀλλὰ σεμνῶς δειπνεῖν ἢ ἀριστᾶν, ὡς πρέπει χριστιανοῖς.	*Quod non oporteat Christianos euntes ad nuptias tripudiare vel saltare, sed honestè cœnare vel prandere, sicut Christianos decet.*

ut audivissem quid Gregorius dicturus fuisset: si Christianos non decet in nuptiis tri-
8 pudiare, quantò minùs in Ecclesia. Obiter nota vocabulum *βαλλίζειν* apud Balsamonem & Zonaram sic explicari: *τὰ κύμβαλα κτυπεῖν καὶ πρὸς ἐκείνων ἦχον ὀρχεῖσθαι. Cymbala pulsare, & secundum modulos eorum saltare.* A verbo *βαλλίζειν* est Italicum *ballare*, & Gallicum *Bal.*

9 Morem hunc exultandi atque saltandi à Judæis profectum credibile est, non solùm cùm ad *τρισάγιον* exiliunt, ut supra diximus, sed etiam cùm certis diebus festis in Synagogis suis apertè saltant, id enim in festo שמחת תורה faciunt, quod celebrant ob absolutam legis lectionem. De quo in illorum מנהגים seu Libro rituali Germanico, (l) de prælectore, librum legis extollente, sic loquuntur: N. 49. 21.

מא' גיט הרום אוף דען אלמימר אונ' טנצט מיט דער ספר תורה אים ארים Und geht herümb ümb den Lese stuhl [scil. בימה suggestum quod est in medio Synagogæ] und tantzet mit dem Gesetz im Arm.

1 N°. LXIII. De rigidissimis Habessinorum jejuniis] Nulla in re tenaciores sunt Æthiopes prisci moris, nec ullibi rigidiores, quàm in causâ jejuniorum, quasi ipso Deo imperante nullus dispensationi locus esset. Equidem Judæi, ut olim ita & nunc jejunantes, ab omni cibo & potu prorsus abstinent usque ad Solis occasum, sic enim R. Chasda: *Jejunium, super quo Sol non occidit, non dicendum est*
2 *jejunium.* Id quod etiam primitiva Ecclesia observavit, & Orientales Christiani etiamnum observant. Ad hæc multi veterum, disciplinæ causâ, tam vino quàm carnibus omnis generis abstinebant. Quæ cuncta Romana Ecclesia multùm mitigavit; nam inediam totius diei sustulit, & jejunia in abstinentiam à certis cibis convertit, vinum, lautasque ex piscibus epulas indulsit, adhæc infirmos excepit. (m)
3 Æthiopes è contrario vetera illa omnia adhuc strictissimè observant, ut potius aliud quodpiam peccatum committerent, quàm jejunium suum violarent. Id *PP. Societatis* testantur & reprehendunt, in relatione Ann. 1624. & 1625. (n) scribentes:

4 E il digiuno in questo paese in tanta osservanza, rigore & credito, che commetterebbono ogni gran peccato, più tosto che violarlo.	*Jejunia in hac regione in tanta observantia, rigore & æstimatione sunt, ut potius committerent quodvis grande peccatum quàm illud violarent. Qua-*

 Onde

(k) *Anni* 1483. titulo von den Abassinern oder Indianern. (l) Amstelodami impresso p. m. 57. Incidit hoc Festum semper in XXIII. diem Septembris. (m) *Greg. VII. de Consecr. distinct. V. c. 32.* (n) p. 39.

L. III. c. 6. N. LXIV. Onde si sono ritrovati alcuni, li quali anzi hanno voluto morire, che bever un mezzo bicchiere d'aqua in dì di digiuno. Perloche ha bisognato a i nostri Padri molto travagliare ad introdurre l'osservanza del digiuno conforme al corso e rito della Chiesa Romana, tanto nel tempo, come nelle ceremonie.

re reperti fuerunt nonnulli qui etiam mori maluerunt, quàm semipoculum aquæ bibere in die jejunii. Quam ob causam multum negotii habuerunt Patres nostri, ut introducerent observationem jejunii secundum morem & ritum Ecclesiæ Romanæ, tam temporis quam modi ratione.

Iidem in *epistola anni* 1626. tradunt: *Duo quasi jejunii extrema in hac gente reperiri, nam qui jejunant, potius præceptum ex Decalogo violare, quàm haustum unum potus capere voluerint: contrà juventutis prætextu multos planè non jejunare, quamvis uxorem & liberos habeant.* Iidem *in epistola annua 1607. & 1608. cap. 10. p. 38. b.* inter alia scri- 5
bunt. *Et in hoc excedunt limites prudentiæ, quia ne quidem ægrotos, nec iter facientes excipiunt: adhæc cœnâ in diebus jejunii est placenta nigra cum paucis lentibus, vel herbis coctis sine oleo vel butyro; quod nullo modo edunt in diebus jejuniorum.* Hæc de forma 6
jejunii apud Æthiopes. Nuspiam profectò jejunosiores magisque efferos fame reperias, ita enim jejunitati student, ut corpora emaciata vix ossibus hæreant. Exempla dedimus supra hoc lib. n. 22. §. 4. Idque tantâ superstitione, ut in jejuniorum diebus ne quidem Sacra Synaxi utantur, usque ad horam diei nonam, quæ jejunio finem affert; teste Alvarezio cap XIII. 7

N°. LXIV. De tempore jejunii & in specie de jejunio qua-
N. 49. 27. dragesimali sive magno] Jejunia è Synagoga in Ecclesiam antiquitus derivata fuisse supra docuimus. Crebra jejunia in Veteri Testamento indicta legimus. Diximus autem in Historia nostra, feriam secundam & quintam singularum hebdomadum à Judæis austerioris vitæ jejunio destinatas fuisse. *Maimonides* (o) *jejunia* בשני & בחמישי *feris secunda & quinta usitata* dicit, quod etiam in tractatu 1
fol. 12. 1. *Talmudico Taanith reperitur.* At isti jejunii dies promoti fuerunt in quartam & sextam feriam, depositione vel excommunicatione statuta (p) in eos, qui cum Judæis jejunare præsumerent. Hoc autem ita sancitum fuit ad separationem & distinctionem majorem à Judæis magis magisque faciendam; ut vanissimum sit rationes alias comminisci, cur in hos duos hebdomadis dies jejunia collocata fuerint. 2

Clemens, ut videtur, *Alexandrinus*, insipidarum rationum inventor, in Constitutionibus suis Apostolicis (q) scribit: *statutum ita fuisse feriâ quartâ propter decretum Iudæorum de occidendo Christo factum: feriâ quintâ verò ob ipsam Christi crucifixionem.* Explosimus rationes istas in Historia nostra, tanquam parum congruas. Si enim ad historiam passionis Christi in ordinando jejunio veteres respexisse dicas, potiùs in eum diem collocandum fuisset, quô captus est Christus, quàm quô consilium de eo capiendo sumtum. Frivola sunt ista non minus ac ea, quæ Thomas Aquinas de 3
jejunio veterum usque ad horam diei nonam finxit: *Morem veterum*, ait, *ad horam usque nonam jejunandi, ideò institutum fuisse, quòd usque ad illam horam Christus in passionibus perduraverit, quibus morte finitis, etiam jejunium finiri æquum fuisset.* Cùm tamen Ecclesia vetus mortem & quietem corporis in sepulchro majori luctu dignam putaverit, quàm ipsam passionem. Diem enim aliàs lætum, Sabbatum videlicet istius hebdomadis, jejunio tristem esse voluit. Idque Innocentius Papa in tantum probavit, ut per totum annum jejunium 4
hoc continuandum putaret, addita ratione: *Apostolos biduo isto in mœrore fuisse, adeoque etiam jejunasse, in tantum, ut traditione Ecclesiæ isto biduo sacramenta penitus non celebrentur.* Sed apud veteres ratio ista in unum tantùm Sabbatum, magnum 5
d. lib. & capite. dictum, valuit; ut in Constitutionibus Apostolicis legere est; ita ut cætera totius anni Sabbata ab omni jejunio immunia manerent, indictâ gravi depositionis vel excommunicationis pœnâ in eos, qui secus faxint (r). 6

At

(o) In תענית (p) Can. Apostol. LXX. Æthiop. 49. in Abtelis. 64. & 65. (q) Lib. VII. cap. 22. Plures tales elenchi causæ passim in his constitutionibus dantur; veluti de *oleo, aqua & unguento* in baptismo cap. præcedente. (r) Can. Apost. 66. al. 64. Æth. 44. Abtelis. 59.

7 At aliud placuit Innocentio Papæ, qui novi moris autor, posthabitis Canonibus & Constitutionibus illis, feriæ quartæ jejunium in diem Sabbati transtulit. Ægerrimè id tulerunt Habessini, neque Patres Societatis illis persuadere potuerunt, id à Pontificibus Romanis benè factum, aut sine Ecclesiæ Catholicæ consensu jure fieri potuisse. Illi enim totius anni Sabbata & Dominicas ob memoriam creationis & resurrectionis JESU Christi à jejuniis excipiunt, unicô Sabbatô magnô demto secundum tenorem Canonum & Constitutionum modò allegatarum. Græci eundem morem observant, omnesque populi illorum Ecclesiæ addicti, inprimis Russi seu Moscovitæ vulgò dicti, idem faciunt. L. III. c. 6. N. LXIV.

8 Quod autem jejunium magnum quadraginta dierum spectat, vulgò quadragesimale dictum, id exemplo Christi postridie festi Θεοφανίων in Ecclesia prisca illico cœpisse diximus. Nam quia Christus, statim à baptismo à Spiritu S. in desertum ductus, XL. dies ac totidem noctes jejunavit, ideò consentaneũ visum fuit, statim post festum baptismi Christi etiam memoriam jejunii illius ordiri & celebrare, idque in Oriente factum testatur *Eutychius in annal. Alexandrinis*, cujus verba sunt *Tom. I.* p.m. 364. N. 54. §. 3. Matth. 4. 1. Marc. 1. 12.

9 النصري اذا عيدوا عيد الحميم (s) من الغد يبدوا يصومون اربعين يوما ويفطرون كما فعل سيدنا المسيح لما اعتمد في الاردن ✲

Christiani cum celebrassent festum baptismi, [Christi] *postridie cœperunt jejunare quadraginta dies : dein solverunt jejunium; sicuti fecit Dominus noster Christus, cùm baptizatus esset in Iordane.* Et pag. 449.

النصري اذا ما عيدوا عيد الحميم صاموا اربعين يوما من الغد ويفطرون ✲

Christiani cum celebrassent festum baptismi, jejunaverunt quadraginta dies [incipientes] *postero die, &* [deinde] *jejunium solverunt.*

10 At *Demetrio Alexandrino Patriarcha XII.* (ut *Abulbaracat* Arabs in vita ejus narrat) satius visum fuit jejunium istud magnum ulterius promovere, idque cum jejunio Septimanæ Sanctæ, dudum recepto, conjungere. Fortassis, quia jejunium illud exceptis Sabbatis & Dominicis peragebatur, ut exiguo nonnunquam intervallo jejunium sacræ hebdomadis sequeretur, convenientius esse putavit, jejunium magnum proximè anteponere Festo magno, quò tristitiam magnam lætitia major exciperet.

11 Idem de *Demetrio* prædicant Æthiopes. Sic enim de illo Poeta noster canit Enc. 12. Octob. 3.

ሰ ፤ ለድሜጥሮስ ፡ ሐጋጺ ፡ አጽዋም ፡ እምስቴ ፡
ወሠራዒ ፡ መብልዕ ፡ በጰንጠቆስጤ ፡፡ &c.

Salutem *Demetrio, institutori jejuniorum à potu,*
Et constitutori ciborum in Pentecoste.

Id est :

Qui stata jejunia ordinavit, quibus non tantùm à cibo sed & à potu abstineretur, *ea autem tempore Pentecostes cessare jussit.* (t)

12 Obtemperaverunt huic novo instituto primò Ecclesiæ sedi Alexandrinæ subjectæ, deinde viciniores Orientales, tandẽ & remotiores Occidentales, qui in hoc antea variarunt, de primatu & autoritate institutoris minimè sollicitæ; ambitione calamitosa illa tempestate cessante. Attamen in temporis computatione & modo variatum fuit. Cùm enim olim jejunium Septiduі magni, (quæ vulgò Septimana Sancta appellatur,) apud omnes Ecclesias observatum fuisset, quidam id quadragesimali incluserunt : quidam separatim retinuerunt, computo diversimodè instituto.

Eccle-

(s) Vox حميم significat *aquam calidam, Thermas* vel etiam *æstatem*, in Lex. Golii; neque alibi significatione *baptismi* occurrit. (t) Plura de eodem Demetrio dicemus infra N. 67. hujus libri.

L. III. c. 6. N. LXIV. Ecclesia Romana feriâ quartâ, quæ cinerum dicitur, incipiens, usque ad Paschatos festum quadraginta sex dies computat; demtis igitur sex diebus intercurrentibus dominicis, (quibus tamen vulgò etiam à carnibus abstinent) remanent quadraginta dies huic jejunio magno destinati. De dominicis autem [illegible] testatur Epiphanius (u): 13

Τὰς δὲ κυριακὰς ἁπάσας τρυφερὰς ἡγεῖται ἡ ἁγία αὕτη καθολικὴ ἐκκλησία, καὶ συνάξεις ἀφ' ἕωθεν ἐπιτελεῖ, καὶ οὐ νηστεύει.	Dominicas omnes lautas ducit Sancta Ecclesia Catholica, & Synaxes manè peragit, neque jejunat.

Habessini verò Canonibus priscis strictè inhærentes, ne diebus Sabbati æque 14
C. §. 6. ac Dominicis jejunarent, (quod olim severè prohibitum fuisse diximus) & nihilominus quadraginta dies præcisè implerent, postridie Sexagesimæ initio facto, decimo nimirum ante carnisprivium Romanum die jejunium suum magnum inchoarunt. Sic à feria secundâ illius hebdomadis usque ad Paschatos festum reperiuntur quinquaginta quinque dies: demto autem & seorsim æstimato Sabbato magno, in quo solo antiqui singulariter jejunabant, remanent quinquaginta quatuor: rursus detractis septem Sabbatis & septem Dominicis, in quibus nunquam jejunare solent, supersunt quadraginta dies jejunio magno antiquitus destinati (x). Quæ 15
Cap. 13. explicatiùs hic dicere voluimus, quòd nec à Scaligero nec ab Alvarezio, nec etiam in ipsa nostra Historia id factum esset. Etenim ex isto descripserant, *quinquagesimale jejunium Æthiopes observare*; quod planè erroneum est, nam si à feria secunda post Sexagesimam putare incipias, quinquaginta quinque dies, atque in his septem dominicas & totidem Sabbata repeties, ita ut nullo modo consentaneum sit, quod Alvarezius dicit, illos pro quatuordecim vel quindecim diebus decem compensare, ut quinquaginta dies magni jejunii conficiant.

Eodem tempore incipiunt & finiunt Coptitæ Quadragesimam. Eandem die- 16
rum summam observant Græci, & eorum sequaces Russi, sed alia ratione & modô. Etenim Dominicas jejuniu comprehendunt, nec vesperam expectant, interdum etiam vinum cum piscibus adhibent: rursus certo tempore pisces excipiunt, ut nesciam quomodo τὴν μεγάλην καὶ ἁγίαν τεσσαρακοστὴν *magnam & sanctam quadragesimam* computare velint. Nota obiter sive errorem sive sphalma in *Olearii Itinerario Moscovitico*,
Lib. 3. c. 29. ubi Russos *Dominica Estomihi* Jejunium magnum inchoare dicit; id enim est præter morem Ecclesiæ Græcæ: contra disertè *Sexagesimam* nominat *August. à Mayersberg. in Itiner. Moscovitico* p. 25.

Sunt inter eos æque ac inter Æthiopes, qui piscibus, quòd sanguinem habe- 17
ant, abstinere solent, eosque carnem esse dicunt ex doctrinâ Apostoli *1. Cor. 15. 39. Non omnis caro eadem caro, sed alia quidem hominum, alia verò pecorum, alia volucrum, alia autem* Piscium.

Supra memoravimus multùm desudasse PP. Societatis in introducendo apud 18
Æthiopes jejunio Romano, sed id illis minimè persuasisse, eò quòd repugnaret Canonibus & Constitutionibus Apostolorum. At Patres gnari devotionis eorum erga Sanctissimam virginem, oraverunt, *ut id in honorem illius facere vellent, quæ ob mortem & sepulturam Filii dilectissimi Sabbatum magnum maximâ tristitiâ & jejunio peregisset*. Responderunt: *Se propterea observare illud Sabbatum, sed nullum aliud*. Itaque nihil effecerunt rationibus suis, donec Prorex *Bucus* Tribunos & præfectos suos Damotenses autoritate & exemplo suo ad id faciendū compelleret. Quibus auditis Patrum Societatis Patronus *Ras-Selaxus*, cùm eodem tempore Patriarcham Lusitanum in Æthiopiam venisse audivisset, renunciavit: *Æquè miraculosum sibi videri hunc Damotensium assensum, quàm adventum Patriarchæ*.

N°. LXV. De Pentecoste] *A Festo Paschatos usque ad festum Pentecostes* in specie ita dictum, nullum planè in Ecclesia primitiva fuit jejunium. Cujus rei 1
ista

(u) Allegante Scaligero in notis ad Comp. Æthiop. p. m, 694. (x) Epist. Ann. PP. Soc. Ann. 1624. & 25. p. 42. & Ann. 1626. p. 199.

ista vera ratio dari potest, quòd toto illo tempore non solum Apostoli, verùm etiam L. III. c. 6.
primi eorum discipuli, ob resurrectionem & præsentiam Christi usque ad ascensum N. LXVI.
2 ejus in cœlos, lætitiam maximam conceperint, cui jejunia sunt contraria. *Pentecoste* autem non solum festum, ut hodie sed totum temporis spatium inter *Pascha* & illud *Festum* vocabatur. Quamobrem *Synodus illa annua* (y) τῇ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς πεντηκοστῆς *quarta Pentecostes hebdomade haberi jubetur*: & Basilius de Spiritu S.
3 dicit (z): Τὰς ἑπτὰ τῆς ἱερᾶς πεντηκοστῆς ἑβδομάδας, *septem sanctæ Pentecostes hebdomadas*. Nec tantùm apud Patres Græcos, sed & Latinos frequentissima Pentecostes hoc sensu fit mentio. *Tertullianus* (a): *Excerpe singulas solennitates nationum Pentecosten implere non poterunt*. Hieronymus (b): *Die Dominico & per omnem Pentecosten*; & alibi passim. Verba *S. Ambrosii* (c) notatu dignissima in Historia nostra adduximus: *ob Domini no-*
4 *stri præsentiam non jejunandum*. Hanc rationem Judæi quoque admittunt, docentes: *Tempore futuri Messiæ omnia jejunia cessatura*. Quæ ratio Pontifices Romanos forte permovit, quod jejunia vera & propriè dicta in Ecclesia quasi triumphante abrogaverint, & modicam aliquam ἄνεσιν vel *disciplinam* pro pauperibus inprimis, qui vino & piscibus ut plurimùm destituuntur, reliquerint; ut supra diximus. Ne- n. 63. §. 2.
que enim summam totius Catholicæ Ecclesiæ lætitiam quinquaginta dierum Pentecostalium tempore jejunio aliquo turbare voluissent, si carnibus quadrupedum aut volatilium unum atque alterum diem abstinere pro re molesta habuissent.

1 N°. LXVI. De Calendario & fastis sacris Æthiopum] *Computum Ecclesiæ Æthiopicæ* intricatissimum *Iosephus Scaliger* primùm erudito Orbi dedit in opere suo de *Emendatione temporum*, atque notis illustravit. Nos breviorem quen- Lib. VII.
dam ex manuscripto nostro hîc cum Lectoribus communicamus, ex quo ratio anni Æthiopici Epactarum, festorumque mobilium, nec non Epocharum diversarum cognosci poterit.

C O M P U T U S
Ecclesiæ Æthiopicæ.

1 በርሃ፡ ፻ወ፺ ዓመት፡ ምሕረት፤ ወ ሰ፡ ዘይሰ፡ ሰ፷፻ወ፶፤ ወሰ፡ ዘ ይሰ፡ ሰ፪፻፡ ፯ወ፫፤፤	Anno *gratiæ* 7107. (d) secundum alios 6650. (e) & secundum alios 207. (f)

Ccc በዘ፡

(y) *Can. 37. Apostol.* (z) Cap. 27. circa med. (a) *De Idolol. c. 14. in fin.* (b) Dial. adversus Lucif. (c) *Lib. 5. Comment. in Luc. cap. 5.* (d) Statum hic initio sese dubium offert, quid hi *anni gratiæ* sibi velint. ምሕረት፡ aliàs *misericordiam* significat; Scaliger in notis in Computum Æthiopicum *annos gratiæ* reddidit, quem nos secuti sumus. Ille per annos istos intelligi putat *æram Martyrum Diocletianeam*, addens: *cum potiùs annus gratiæ intelligatur periodus Dio-* pag. 689.
nysiana à natali Christi putata. Notum est enim Dionysianos periodos suas ab anno gratiæ putare; Simul fatetur (in prima editione) se æstuasse aliquamdiu in inveniendis illis annis gratiæ. Sed valdè vereor, illum nec dum invenisse eos. Quid enim magnus iste numerus 7106. commune habet cum æra martyrum? quam Æthiopes vocant ዓመተ፡ ሰማዕታት፡፡ Nulla utique alia æra quàm à mundo condito, si annos Christi Dionysianos comprehendas, intelligi potest; & videtur esse annus, quô Eclogarius Æthiops istud scripsit, qui illi fuit annus Mundi 7099. ut infra §. 18. dicit; Jam si addas VIII. annos, qui Græcorum 5500. annos Mundi excedunt, apud Æthiopes verò deficiunt, (ut in historia nostra hoc capite §. 97. docuimus) prodit Summa proposita nempe annus gratiæ 7107. Nimirum 5500. Æthiopes à Mundo condito usque ad Christum numerant, quibus accedunt 1607. secundùm Computum Dionysianum; qui est annus quo Eclogarius ista scripsit; ita ut Æthiopes per suos annos gratiæ periodum Dionysianam intelligere videantur. (e) Discrepant igitur ipsi Æthiopes in annis Mundi. Editor Novi Testamenti Æthiopici Tesfa-Sion, qui Ao. 1548. post finem Liturgiarum à condito Mundo putat 5500. annos, quos etiam Eclogarius hic noster habet. In altera verò parte ejusdem Codicis in Epist. finali, & in versione La- p. 225. b.
tina Annum Christi 1549. disertis verbis dicit esse ስሱ፡ ፻ወንምስቱ፡ ፻ ሰማንያ፡ ወስ p. 226. b.
ድስቱ፤ ዓመት፡ እምፍጥረት፡ ዓለም፡ *Sexies millesimum quingentesimum octogesimum sextum à creatione Mundi*. Quomodo verò hic computatio fieri debeat, dictu difficile est. Etenim si ponas illos annos Christi 1549. sequitur pro annis Mundi usque ad Christum requiri tantum annos 5037. Vel si octo annos minus putes, secundum Æthiop. erunt Anni Christi 1541. Mundi verò 5045. Neutram æræ Mundi summam alibi legisse me memini. (f) Hic notæ numericæ centuriarum vel falsæ sunt: vel numerus minor intelligitur, quomodo verò millenarius supplendus sit, incertum.

L.III.c.6. በዘ፡ታአምር፡ አበቅቴ፡እምንበ፡
N.LXVI. ዘይመጽእ፡ ዓመት፡ምሕረት፤ በበ፡
፲ወ፱ ገድፋ፤ እምዘተረፈከ፡ ፩፡አ
ሕትት፤ወለዘተረፈ፡ ትኤሥር፡ ወታ
ፀሀሪ፤ ወበበ፡፴፡ ትገድፋ፡ ወዘተ
ረፈከ፡ እም፴፡ውእቱኬ፡አበቅቴ፡፡
ወለመጥቅዕሂ፡ ከማሁ፡ ትዌስክ፡በ
በ፡፲ወ፱፡ ወገድፋ፡ በበ፡፴፡ ወዘ
ተረፈከ፡ ውእቱኬ፡ መጥቅዕ፡፡ ለ
ዘኀለፈ፡ አበቅቴ፡ ፲ወ፩፡ወስክ፡ ለ
ለዓመት፤ ወለመጥቅዕሂ፡ ወስክ፡፲
ወ፱፡ ለለ፡ዓመት፡በዘኀለፈ፡፡

መጥቅዕ፡ አመ፡ ፲ወ፭ ለመስከረ
ም፡ ኢየውኅድ፤ ወአም ፲ወ፬፡ለጥ
ቅምት፡ ኢይበዝኅ፡፡

መጥቅዕ፡ለእመ፡ኮነ፡ በቀዳሚት፡
ሰንበት ፡ ፰ ወስክ ፡ ነነዌ፡ ትረ
ክብ፡
በእሑድ፡ ለእመ፡ኮነ ፡ ፯፤
በሰኑይ፡ለእመ፡ኮነ፡ ፮፤
በሠሉስ፡ ለእመ፡ኮነ፡ ፭፤
በረቡዕ፡ ፬፤
በኀሙስ፡ ፫፤
በዐርብ፡ ፪፤
በላዕለ፡ መጥቅዕ፡ ፱፡ ወስክ፡ ጾ
መ፡ አይሁድ፡ ትረክብ፡፡

ታኅሣሥ፡ ለእመ፡ ሠረቀ፡በሠሉ
ስ፡በ፲ወ፫፡ ይከውን፡ስብከት፤ በ
በ፩፡ታዋኅድ፡ እስከ፡ ሰኑይ፤ ለ
እመ፡ረከብከ፡ ነነዌ፡ ፲ወ፬፡ወስክ፡
በዋተ፡ ጾም፡ትረክብ፡፡ ፲ወ፩፡ ወስ
ክ፡ ደብረ፡ ዘይት፡ ትረክብ፤ ፪፡ ወስ
ክ፡ ሆሳዕና፡ ትረክብ፡፡ በላዕለ፡መ
ጥቅዕ፡፲ ወስክ፡ ፋሥሕ፡ ትረክብ፡፡
በነነዌ፡፱፡ወስክ፡ፋሲካ፡ትረክብ፡፡
፫፡ ወስክ፡ ረክብ፡ ትረክብ፡፡ ፲ወ፰፡
ወስክ ፡ ዕርገተ ፡ ትረክብ ፤ ፳
ወ፰ ፡ ወስክ ፡ በዓለ ፡ ሃ ፡ ትረክ
ብ፤ ፯፡ ወስክ፡ጾመ፡ ሐዋርያት፡ ትረ
ክብ ፡፡

በ፲ወ፱፡ ዓመት፡ ይከውን፡ አልቦ፡
አበቅቴ፤ እምዘ፡ ኮነ፡ አልቦ፡ አበቅ
ቴ፡፡ ወበውእቱ፡ መዋዕለ፡ ይከውን፡
መጥቅዕ፡፴ወ፩፡ ለባሕቲቱ፤ ወአበ

Ut scias *epactas* illius qui venit *anni* 3
gratiæ, novena dena abjice: [rursus] *à sum-*
ma quæ remansit tibi unum deme & resi-
duum decima [i.e. per decem multiplica] &
peræqua: Dein tricena abjice, & quod re-
mansit tibi de XXX illud ipsum sunt *Epacta.*
Ad *Matque* (g) similiter adde *nove-* 4
na dena, & abjice tricena, & id quod re-
manet tibi, istud ipsum [est] *Matque.*
Præteritis Epactis XI adde singulis an-
nis: & ad *Matque* quoque adde *novendecim*
cuivis anno qui præteriit.
Matque die XV Septembris minor 5
non est; & die XIV (h) Octobris non
est major.
Matque si inciderit in antiquum Sab- 6
batum [Judæorum] VIII adde [&] *Ni-*
nive invenies.
In die Dominica si fuerit VII.
Feria secunda si fuerit VI.
Tertia feriâ si fuerit V.
Quarta IV.
Quinta III.
Feria sexta [parasceve] II. (i)
Ad *Matque* IX adde, *Jejunium Iudæo-*
rum invenies.
Calendæ Decembris si inciderint in feriam 7
tertiam, die 13. erit *prædicatio* [scil. pœ-
nitentiæ] per unitatem conjunge usque ad
feriam secundam. Si reperisti *Ninive*,
XIV adde, *introitum jejunii* invenies.
Undecim adde, *Montem Oliveti* inve-
nies. Duo adde, *Dominicam Palmarum*
reperies. (k) Ad Matque X adde,
Septimanam Sanctam reperies.
Ad *Ninive* IX. adde, *Festum Paschatis* re- 8
peries. Tres [hebdomadas] adde, ረክብ :
Rekeb (l) invenies. XVIII dies adde, *ascen-*
sionem (Christi) invenies. XXVIII
adde (m) *Festum Pentecostes* invenies.
VII adde, *jejunium Apostolorum* invenies.
Decimo nono anno nullæ erunt *Epactæ*, 9
& ex eo quòd nullæ dentur *Epactæ*, in illis
diebus erit *Matque* triginta unum seorsim:
ቅቴሂ፡

(g) Matque *aureum numerum* denotat, ut Scaliger fuse docet ad hanc vocem, *dict. not. p.m.* 690. (h) Manifestè hic reperitur differentia à Computo Scaligeri, is enim pro XIV habet XIII. & in notis ait: *Matque non ascendit supra XV. Mascaram* [Septembris] *non descendit infra XIII. Tekemt* [Octobris] *pag. m.* 703. (i) Eadem reperis in Computo Scaligeri p.m. 676. cujus notas consule pag. 699. (k) Apud eundem reperitur dictâ pag. at in notis pag. 700. (l) ረክብ : Solenne inter Pascha & Festum Pentecostes medium. Μεσοπεντηκοστὴ Græcis. Nobis *Jubilate.* Quarta post festum Paschatis septimana, qua Episcopi quotannis Synodos habere jubentur. Can. Apost. XXXVII. Vide not. Scal. pag. 697. (m) Nimirum ad Rekeb seu Jubilate.

ቅቴሂ፡፳ወ፱፡ ለእመ፡ ደመርከ፡ክለ
ኤሆሙ፡ ይከውን፡ ፷፡ ወገድፎሙ፡
ወሶሙ፡ ፴ሁ፡ ለመስከረም፡ ግበር፡
መጥቅዐ፡ ወኢትግበር፡አመ ፩ ለጥቅ
ምት፡ አእሚረከ፡ ለእመ፡ ኮነ፡ አመ፡
፴ሁ፡ ለመስከረም፡ በአልቦ፡ አበቅ
ቴ፡ ጊዜ።

10 በቀደሚት፡ ሰንበት፡ ለእመ፡ ኮነ፡
ትነሥእ፡ ፰፡ ወተሐውር፡ እንዘ፡ ታ
ውሕድ፡ እስከ፡ ሀሩብ፡ ትረክብ፡ ነ
ነዌ፡ ፲ወ፬፡ ወስከ፡ በላዕለ፡ ነነዌ፡ በ
አተ፡ ጾም፡ ትረክብ፡ ወእምዝ፡ እ
ምድኅረ፡ ፍጻሜ፡ ዓመት፡ ዘአልቦ፡
አበቅቴ። ገቢአከ፡ ንሥእ፡ ፲ወ፩፡
አበቅቴ፡ ወለመጥቅዕሂ፡ ፲ወ፱፡ ንሥ
እ፡ ፩ጊዜ፡ ፩ይወድድ፡ ወ፩ጊዜ፡ ፩ይ
ሰኸና።

& *Epactæ* quoque XXIX. *fi addideris* ifta duo fient LX. & abjice illos: & die 30. *Septembris* fac *Matque*; fed non fac *Calendis* Octobris; Sciens, fi fuerit 30. *Septembris*, tunc nullæ funt Epactæ. L.III.c. 6. N.LXVI.

Iudæorum Sabbatum fi fuerit, fumes VIII. & progredieris detrahendo usque ad feriam fextam, invenies *Ninive*. XIV adde *ad Ninive*, *Introitum jejunii* reperies; Et poftea poft finem anni non habentis *Epactas*, rediens fume XI. quę funt *Epactæ*, *& Matque* quoque XIX. Sume femel, unitas fubtrahitur, & femel unitate augetur.

Sequuntur epochæ variæ;

11 Quarum numeri & intervalla cum Chronologia noftra conveniunt, modo ex Æthiopum hypothefi *quinquies mille & quingentos annos à condito Mundo usque ad Chriftum* ftatuas: deinde annis Chrifti Æthiopum *octo annos* addas, ut cum vulgatis Dionyfianis congruant. Rationes habes in hiftoria noftra hoc capite §. 97. Sinterdum uno anno differant, id fit ob diverfum anni principium, quod olim Romani & nunc Europæi Latini à Januario: Æthiopes verò cum reliquis Orientalibus à Septembri incipiunt (†). Scaliger *feptem annos* tantùm abeffe dicit à computo Dionyfiano, nimirum fi cum Ecclefia Antiochena annos Mundi usque ad Chriftum conftituas 5501. & annos Æthiopum à nato Chrifto huic numero addas, exempli gratia 5818. usque ad concilium Nicænum, VII tantum deerunt ad fupplendum numerum 325. quo anno Chrifti nos dictum concilium habitum fuiffe dicimus. At fi fimpliciter fumas annos Chrifti Æthiopum, femper addendi funt octo anni, fi cum noftris annis vulgaribus componere velis, ut fequentia exempla docebunt:

12 እምዓመት፡ ዓለም፡ እስከ፡ ጉባኤ፡ ኒቅያ፡ - - ፶፻ወ፰፻፡ ፲ወ፯።	*Ab anno Mundi usque ad* Concilium Nicænum (*funt*) - - 5817.
ወእምሀመት፡ሥጋዌሁ፡ ለእግዚእነ፡ እስከ፡ ዝየ፡ - - ፫፻፡ ፲ወ፯።	*Ab anno* incarnationis Domini noftri *eousque* (n) - - - 317.
13 ጉባኤ፡ ቍስጥንጥንያ፡ ኮነ፡ እምዓመት፡ ዓለም፡ ፶፻ወ፰፻፡ ወ፸፫።	Concilium Conftantinop. *habitum fuit anno Mundi* - - 5873.
ወእምጉባኤ፡ ኒቅያ፡ እስከ፡ ዝየ፡ - - - - - ፶ወ፮።	A Concilio Nicæno *eousque* - - 56.
ወእምዓመት፡ ሥጋዌሁ፡ ለእግዚእነ፡ - - - - - ፫፻፡፸ወ፫፡	*Ab anno* incarnationis (o) Domini noftri - - - - - 373.
14 ወጉባኤ፡ ኤፌሶን፡ እምዓመት፡ ዓለም፡ - - ፶፻፡ወ፱፻፡፳ወ፫።	Concilium Ephefinum *habitum fuit anno mundi* - - - 5923.
ወእምዓመት፡ ሥጋዌ፡ እስከ፡ ዝየ - - - - ፬፻፳ወ፫።	Ab anno incarnationis *eousque* - 413.
ወእምጉባኤ፡ኒቅያ፡ እስከ፡ ዝየ፡ ፻ - - - - - - ወ፮።	A Concilio Nicæno *eousque* - - 106.
ወእምቍስጥንጥንያሂ፡ - - ፶።	Et à Conftantinopolitano - - 50.

(†) Exempli gratia Jacobus Rex Æthiopiæ Anno Chrifti 1589. fecundum Æthiopes: fecundum nos Anno 1596. ad Regnum pervenit; id factum eft menfe Septembri fub initium anni Æthiopici, cum annus 1588. apud nos adhuc duraret, quo refpectu VIII anni: fi verò annum vertentem Æthiopum refpicias, VII tantum addendi funt, ut cum noftris concordent. (n) Adde octo, prodibunt anni 325. quos noftrates huic Concilio affignant. (o) Adde curfus octo & habebis 381. & fic deinceps numeros concordare deprehendes cum annis Dionyfianis vulgaribus.

L. III. c 6.
N. LXVI.

ወዓዲ:ኮነ:ራብዑ:ጉባኤ:በኬልቄዶን:እምዓመተ:ዓለም: - - - - - ፶፻ወ፱፻ ፵ወ፩::	*Præterea habitum fuit quartum* Concilium Chalcedone *anno Mundi* - - 5944. 15
እምኤፌሶን: - - - ፳ወ፩::	Ab Ephesino - - - 21.
ወእምቍስጥንጥንያ: - - ፸ወ፩::	*Et à* Constantinopolitano - 71.
ወእምኒቅያ: - - - ፻፳፯::	*Et a* Nicæno - - 127.
ወእምዓመተ:ሥጋዌ:እስከ:ኬልቄዶን: - - - ፬፻፵ወ፬::	*Et ab anno* incarnationis *usque ad* Chalcedonense [concilium] - - 444.
ወእምዓመተ:እስክንድር:እስከ:ሥጋዌሁ:ለእግዚእነ: ፫፻፲ወ፱::	*Et ab anno* Alexandri *usque ad* incarnationem Domini nostri - - - 319. 16
ወእስከ:ጉባኤ:ኒቅያኒ: ፮፻፴፮::	*Et usque ad* Concil. Nicænum *quoq;* 636.
እምዓመተ:ዓለም:እስከ:እስክንድር: - - ፶፻ወ፩፻:፹፩::	*Ab anno Mundi usque* ad Alexandrum - - - - - 5181.
እምዓመተ:ሥጋዌ:እስከ:ዓመተ:ሰማዕታት:ንጹሐን: ፪፻፸፮::	*Ab anno incarnationis usque ad* æram Martyrum *purorum* [*i.e.* Sanctorum] - 276. 17
ወእምዓመተ:ሰማዕታት:እስከ:ኒቅያ: - - - ፵፩::	*Ab anno* martyrum *usque ad* [Concilium] Nicænum - - - 41.
ወእስከ:ቍስጥንጥንያኒ: - ፺፯::	*Et usque ad* Constantinopolitanum 97.
ወእስከ:ኤፌሶን: - - ፻፵፯::	*Et usque ad* Ephesinum - 147.
ወእስከ:ኬልቄዶን: - - ፻፷፰::	*Et usque ad* Chalcedonense - - 168.
ወእምዓመተ:ዓለምኒ:እስከ:ዓመ:ሰማዕታት: - - ፶፻ወ፯፻፸፮::	*Ab anno mundi usque ad* æram martyrum - - - - - 5776.
ወእምሰማዕታት: እስከ: ተንበላት: - - - ፫፻፴፰::	Et à martyribus *usque ad* Chalifas (p) - - - - - 338. 18
ወእምሥጋዌ: እስከ: ተንበላት: - - - - - ፮፻፲፬::	*Et ab* incarnatione *usque ad* Chalifas - - - - - 614.
ወእምዓመተ:ዓለም: እስከ:ተንበላት: - - ፷፻ወ፩፻፲፬::	*Et ab* anno mundi *usque ad* Chalifas - - - - - 6114.
እም እስክንድር:እስከ:ተንበላት: - - - - - ፱፻፴፫::	*Ab* Alexandro *usque ad* Chalifas - 933.
እምተንበላት:እስከ ፲ ዓመተ:መንግሥቱ:ለንጉሥ:ያዕቆብ:ወልደ:ንጉሥ:ሠርጸ:ድንግል: ፱፻፹፭::	*A* Chalifis *usque ad X. annum regni* Regis Jacobi, (q) *filii Regis* Serza Denghel*i anni* - - 985. 19
በዓመተ:ጸሐይ፤ በዓመትሰ:ወርኃዊ: - - - ፲፻፲፭::	*secundum annos solares: secundum annos verò Lunares* - - 1015.
ወእምዓመተ:ሰማዕታት:እስከ:ዝየ: - - - ፲፻ወ፫፻፳፫::	*Et ab* æra martyrum *huc usque* - - - - - 1323.
ወእምዓመተ:ሥጋዌኒ:፲፭፻፺ወ፱::	*Et ab* anno incarnationis (r) - 1599. 20
ወእምዓመተ:ዓለምኒ: ፸፻፺ወ፱	*Et ab anno* Mundi - - 7099.
እምዓመ:እስክንድርኒ:፲፱፻:፲፰::	*A tempore* Alexandri - - - 1918.
ስብሐት:ለእግዚአብ.ወሃቢ:ለቡና::	*LAVS DEO DATORI Intellectus.*

Damus hunc computum Lectoribus prout eum in Encomio Sanctorum Poetæ nostri reperimus. *Scaliger*, ut supra diximus, in eo exponendo multùm desudavit, sed dubia omnia non solvit. Nam negligentia, & imperitia exscriptorum in designandis notis numericis omnia reddit incerta & imperfecta. Neque nobis, Linguæ & Historiæ Æthiopicæ traditione defunctis, datum fuit etiam hanc partem studiorum plenè cognoscere. Examinabunt & elaborabunt eam peritiores, nobis in hac arte chronica successuri. 21

FASTI

(p) Id est: *Saracenos* sive ab æra martyrum ad epocham *Hegiræ* ተንበላት: propriè sunt *successores Muhammedis*, hoc enim vocabulum *Chalifa* denotat. ተንበል: Æthiopicè *Legatus* est vel *Internuncius*, qui ille semet vocabat رسول الله *Legatum* vel *Apostolum Dei*; igitur ተንበላት: vocant Æthiopes illius sequaces. (q) Iste est Jacobus Rex infans dictus, de quo in Historia nostra Lib. II. c 6. §. 43. & 57. Ad regnum pervenit An. Christi ineunte 1589. secundum Æthiopes, et secundum nos An. 1596. sub initium Septembris. (r) Adde *Octo* habebis an. 1607. quo scil. Rex iste 10. d. Martii in prælio contra Susneum occubuit.

FASTI SACRI
ECCLESIÆ ÆTHIOPICÆ,

Quæ annum cum Coptitis Ægypti in autumno orditur.

Primus Habesſinorum menſis eſt

መስከረም; SEPTEMBER, COPTITIS. توت ቶት: TOT.

Æthiop. Septemb.	Julian. August.	Calendarium Æthiopum.	Coptitarum.	Verſio Latina.
I.	29	- - -	- (†) النوروز	*Novus Annus.*
		ሚልዮስ፡	- - -	*Melius* (a) ſeu *Milius.* (a)
		ዮሐንስ፡ መጥምቅ፡	- - -	S. *Iohannes* Baptiſta. (b)
		በርተሎሜዎስ፡	- - برتلوس	*Bartholomæus.* (c)
		ኢዮብ፡	- - -	Jobus. (d)
		ራጉኤል፡	- - -	*Raguel* angelus.
		አባ፡ መልኪ፡	- - -	Abba *Malki.* (e)
		- - -	(f) اليشع النبي	*Eliſæus* Propheta.
II	30	ዳስያ፡	- - -	*Daſias.*
		ዮሐንስ፡ ካህን፡	- - -	*Iohannes* Sacerdos. (g)
		ዮሐንስ፡ ምትረተ፡ ርእሱ፡	يوحنا المعمدان	Decollatio *S. Iohannis* Baptiſtæ.
III	31	አባ፡ ሙሴ፡	- - -	Ab. *Moſes* Eremita.
		አባ፡ አንበሳ፡	- - -	Abba *Anbaſa.* (h)
	Septēb.			
IV.	1	መቃርስ፡ ሊቀ፡ ጳጳስ፡	- - -	*Macarius* Patr. Alex. (i)
		ተክላ፡ ቴዎሎጎስ፡	- - -	*Tecla* Theologus.
		- - -	(k) سمعان الحبيس	*Simeon* devotus.
		- - -	- - يوسع بن نون	*Ioſua* F Nun.
V	2	ሶፍያ፡ ምስለ፡ አዋልዲሃ፡ ፪ በርናባ፡ ወአክሶስያ፡	- - -	*Sophia* (l) cum filiabus duabus *Barnaba* & *Axoſia.*
		ማማስ፡	القديس ماما الشهيد	*S. Mamas* Martyr.
		ተዎዶጦስ፡ ምስለ፡ ብእሲቱ፡ ቴዎፋና፡	- - -	*Theodotus* cum uxore ſua *Theophana.*
VI	3	ኢሳይያስ፡ ነቢይ፡	- اسعيا النبي	*Iſaias* Propheta. (m)
		አብኖዲ፡	- - -	*Abnodius.*

(†) Perſicum hoc eſt vocabulum Neurus.

(a) Vocatur & *Abilius.* Tertius fuit poſt S. *Marcum* Patriarcha Alexandrinus. (b) Hoc die celebratur *decollatio* ejus in Eccleſia Græca & Latina, at apud Æthiopes & Coptitas ſimpliciter ejus mentio fit; *Decollatione* in ſequentem diem tranſlatâ. (c) Sacco inditus in mare projectus fuit. (d) A patientia commendatus *Jac.* 5. 11. (e) Unus è proceribus *Chiſmæ* fuit. (f) *Eliſæus* Eliæ ſucceſſor, alibi ſcribitur اليسع. (g) *Jejunator* aliàs dictus; abſtinuit enim à carne & vino. (h) Id eſt *Leo*, ſic dictus, quòd in Leone equitaret. (i) Patriarcha Alexandrinus LIX. (k) *Stylites* vocatur iſte à Græcis, & in columna pingitur à Ruthenis. Arabicum حبيس ſignificat *Deo devotum* vel *dicatum.* Cur *detentum* reddiderit Seldenus, miror. (l) *Gemma Urbis Romæ* vocatur ab Encomiaſte noſtro. (m) Comparatur cum *Abnodio* hoc die apud Encomiaſten noſtrum.

Calendarium Æthiop. September.	Julian.	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
		ብስንትያ፡	- - -	*Besintia* Martyr.
		ያዕቆብ፡ መነኮስ፡	- - -	*Iacobus* Monachus.
		አንቲሞስ፡ ኤጲስቆ.	- - -	*Antimus* Episcopus. (n)
		ኦርንጦስ፡ ሬውሬዋ፡	- - -	*Orontes, Raurauua, Saulas*
		ሰውላስ፡ ወሳዋ፡	- - -	& *Sauua*, Martyres.
VII	4	ፋሲሊደስ፡	- - -	*Basilides.*
		ሳዊርያኖስ፡	ساويرس (o)	*Severianus.*
		አጋቶን፡ ወአሞን፡ ወ አሞና፡ ጴጥሮስ፡ ወ ዮሐንስ፡ ወእሞሙ፡ ረፊቃ፡	انبا اغتون	*Agaton & Ammon & Amonius, Petrus & Iohannes*, V. Martyres. cum Matre *Rafika.*
		ኤልሳቤጥ፡ ወለተ፡ ሶ ፍያ፡	- - -	*Elisabetha* Sophiæ Filia.
		ማርያም፡ እኅታ፡	- - -	*Maria* Soror ejus
		ዲዮስቆሮስ፡	ديسقرس البطريرك *	*Dioscorus* Patr. Alex. (p)
VIII	5	ዲማድዮስ፡	- - -	*Dimadius.*
		ሙሴ፡	موسي النبي	*Moyses* Propheta.
		ዘካርያስ፡	زكاريا الكاهن	*Zacharias* sacerdos (q).
		ዘካርያስ፡ ወዮሴ ፍ፡	- - -	Alius *Zacharias* & *Iosephus.*
		- - -	ارميا النبي	*Ieremias* Propheta.
IX	6	አባ፡ ቢሶራ፡ ኤጲስቆጶ ስ፡ ቢሳክር፡ ወፋናቢ ኮስ፡ ወቴዎድሮስ፡	- - -	Ab. *Bissora*. Episc. Matzil. cum sociis *Bisacar, Fanabico* & *Theodoro.*
		ሚካኤል፡	- - -	*Michaël* (r)
		ያሴይ፡	- - -	*Iassai* Rex.
		- - -	اثناسيوس البطريرك الثني	*Athanasius* Patriarcha secundus (s)
X	7	ልደተ፡ ማርያም፡	ميلاد السيدة مرت (t) مريم	*Nativitas* Dominæ nostræ MARIÆ
		ዮዲት፡	- - -	*Iuditha.* (u)
		መጥሮና፡	- - -	*Matrona.*
		አትናስያ፡	- - -	*Athanasia.*
		ዳዊት፡ ንጉሥ፡	- - -	*David* Rex. (x)
		ሥእል፡ እንተ፡ ሠአለ፡ ሉቃስ፡	- - -	*Imago quam pinxit Lucas.* (y)
XI	8	በነፍኒዝዝ፡	- - -	*Panephysis.* (z)
		ቴዎድራ፡	القديس بايسيلوس (a)	*Theodora* beata.
		ፋሲሊደስ፡	وتادرس اسقف نسي	*Basilides.*

Tres

(n) *Nicomediæ*; sub Maximiano (secundum Græcos) *martyrium* passus. (o) *Severus* habent Coptitæ, sed videtur legendum ساويرينوس *Savvirianos* ut Æthiopes efferunt. (p) Hic est *Patriarcha Alexandrinus* vigesimus quintus, spreto concilio Chalcedonensi *Schismaticus* factus, & ob id ab Habessinis pro *Sancto* habitus. (q) *Zachariam* hunc putant Græci *patrem Johannis Baptistæ*: Poeta noster illum confundere videtur cum *Filio Barachiæ* de quo Christus Matth. 23, 25. (r) *Archangelus* intelligitur, qui secundum Græcos *Colossis Phrygiæ* saxum virga percussit, quod hæretici avertendo flumini posuerant, idque reduxit. (s) Iste fuit vigesimus octavus *Patriarcha Alexandrinus.* (t) مرتا Syriacum ܡܪܬܐ *Martha* i.e. *Domina* Honoris titulus est fœminarum sanctarum & illustrium, à masculino מר مار ܡܪ De quo mox. (u) Quæ *Holofernem* occidit. (x) Qui festum Crucis in Æthiopia instituit. (y) De Imagine Sanctiss. Virginis loquitur Poeta. (z) *Panephysis* alias urbs est *Alexandriæ* vicina; at hîc est nomen *fœminæ martyris.* (a) Hîc pro *Theodora* & *Basilide* Coptitæ habent *Basilium* & *Theodorum* Episcopum Nissenum.

Calendarium Æthiop. September.	Julian.	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
		፫ ዕደው ፡ ለገራህተ ፡ እስና ፡	- - -	*Tres viri agri Asnensis.*
XII.	9	ሚካኤል ፡ ሊቀ ፡ መላእ	- - -	MICHAEL Archang. (b)
		፪፻ ፡ ጳጳሳት ፡ በኤፌሶን ፡ (ሁ፡	- - -	*CC. Episcopi Ephesi congregati.*
		አፍላሖስ ፡ ወአብያጺ	- - -	*Aflachus & socii.*
		- - -	ثوما التلميذ	*Thomas* discipulus.
XIII	10	ባስልዮስ ፡	- - -	*Basilius.*
		ይስሐቅ ፡	اسحق البدسي الحبيس	*Isaac* Badasæus Deo devotus.
		- - -		
XIV	11	አባ ፡ አጋቶን ፡	- - -	*Abba Agathon.*
		ደገና ፡ ካህን ፡	- - -	*Degana* Sacerdos.
		- - -	ماري ماما الشهيد	Mar-*Mamas* martyr. (c)
XV	12.	ጴጥሮስ ፡	- - -	*Petrus* Eremita.
		እስጢፋኖስ ፡	شهادة استفانوس	Martyrium *Stephani.* (d)
XVI	13	ሕንጸተ ፡ ኢየሩሳሌም ፡	- - -	Ædificatio Hierosolymæ. (e)
		- - -	عيد الصليب الحمد	Festum crucis gloriosæ. [primum]
		- - -	(f) هلانة . . . : .	*Helena.*
		ጦቢት ፡	- - -	*Tobias.*
		አባ ፡ አጋቶን ፡	- - -	*Abba Agaton.*
		- - -	ارقلة	*Heraclia.*
XVII	14	ቴኦግኖስጣ ፡ ሮማዊት ፡	- - -	*Theognosta* Romana. (g)
		ዲዮናስዮስ ፡ ሊቀ ፡ ጳጳ	- - -	*Dionysius Patr.* Al. (h)
		አውዶክስ ፡ ቀሲስ ፡	- - -	*Eudoxius* Presbyter.
		በዓለ ፡ መስቀል ፡	ثاني عيد الصليب الحمد	Secundum *Festum Crucis* gloriosæ. (i)
XVIII	18	ያዕቆብ ፡ ተጋዳሊ ፡	- - -	*Iacobus* Asceta.
		መርቆሬዎስ ኃያል ፡	- - -	*Mercurius* potens.
		ኒቂጣ ፡	- - -	*Nicetas* Martyr.
		ቶማስ ፡	- - -	*Thomas.*
		እሌኒ ፡ እመ ፡ ንጉሥ ፡	- - -	*Helena* mater Imperatoris.
		- - -	ثالث عيد الصليب الحمد	Tertium *Festum Crucis* gloriosæ.
		ኤዎስጣቴዎስ ፡	- - -	*Eustathius.*
		እንሬዎስ ፡	- - -	*Anoreus.*
XIX	16	ቂርቆስ ፡	- - -	*Quiricus.*
		ጎርጎርዮስ ፡ ሊቀ ፡ ጳጳስ	- - -	*Gregorius* Patriarcha.
		አትናቴዎስ ፡ ሊቀ ፡ ጳጳ	- - -	*Athanasius Patr.* Alex., (k)

(b) Duodecimus cujusvis mensis dies huic *Archangelo* sacer est. (c) ماري Syriacum est ܡܪܝ. מרי Mâri. *Dominus meus.* Mâr. *Dominus* præmittitur honoris ergo nominibus sanctorum & illustrium virorum; ut: *Mar-Ephrem,* Syrus. VII. Decemb. Sed iste *Mar-Mamas* jam supra adfuit V. hujus. (d) Sic habent Coptitæ; sed tantum inventio & translatio *ossium Protomartyris* hoc die indicatur æquè ac apud Græcos عيد استفانوس *Festum Stephani* legendum puto in Festis Calcasendii apud Seldenum. pag. 212. (e) Restauratio per *Constantinum* & *Helenam* facta hîc commemoratur. (f) Hoc loco *hiatus* est in Calendario Coptitarum apud Seldenum قيامة …… حديد ni fallor, جديد legendum, & de nova exstructione *templi resurrectionis* accipiendum. (g) *Græca* ut videtur, in *India* Evangelium prædicavit. (h) Decimus quartus *Patriarcha Alexandrinus* sub Decio Imperatore. (i) *Exaltatio Crucis* vulgò, quod festum apud Coptitas triduô celebratur. Semel tantùm reperio apud Æthiopes, *Constantini* tamen & *Helenæ* his tribus diebus mentio fit in Encomiaste. (k) Plures istius nominis dantur. Secundus fortassis est, quem Coptitæ habent supra die IX. hujus.

Calendarium Æthiop. September.	Julian.	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
XX	17	ማዲላማ፡	مديلما (l) الشهيدة القديسة العذري	*Madilama.* Sancta Virgo Martyr. (*l*)
XXI	18	ቅ፡ ማርያም፡ ድንግል፡	- - -	S. Maria Virgo. (*m*)
		ጢባርዮስ፡	طيباريوس التلميذ	*Tiberius* discipulus. (*n*)
		፫፻፲ወ፰ ጳጳሳት፡	- - -	*CCCXVIII. Episcopi.* (*o*)
		ማቴዎስ፡	- - -	*Matthæus* Asceta.
XXII	19	ኮቶላስ፡ እኅዋ፡ አክሡ፡	كوتلس واكسوا اخوه & Acsu frater ejus.	*Cotolas* frater *Acsui.*
		ዮልዮስ፡ አቅፈሐሲ፡	يوليوس الاكفهسي (*p*)	*Iulius* Akfahasensis.
		ዩንዮስ፡ እኁሁ፡		*Iunius* Frater ejus.
		ቴዎድሮስ፡ ወልዱ፡	- - -	*Theodorus* Fil. ejus.
		አርስጦስ፡	- - -	*Aristus.*
XXIII	20	ሰላማ፡	- - -	*Salama* (*q*)
		አውናብዮስ፡	- - -	*Eunobius.*
		እንድርያስ፡ ወልዱ፡	- - -	*Andreas* Fil. ejus.
		ቴክላ፡	تكلة الشهيدة	*Tecla* Martyr Sancta.
		ኢዎስጣቴዎስ፡ ምስለ፡ ብእሲቱ፡ ወውሉዱ፡	- - -	*Eustathius* cum uxore sua & Filiis suis. (*r*)
XXIV	21	ጎርጎርዮስ፡ ወ	غريغريوس	*Gregorius* &
		ኮድራጦስ፡ ኢያዩ፡	المنظبقي (*t*)	*Codratus* (*s*) socius.
XXV	22	ዮናስ፡	- - -	*Ionas* Propheta
		ኬፋ፡ ወ ሳውል፡	- - -	*Cephas* & *Saulus.*
		ባርባራ፡ ወ ዮልያና፡	- - -	*Barbara* & *Iuliana.*
XXVI	23	አቦሊ፡ ወልደ፡ ዮስጦስ፡	- - -	*Obolius* Filius *Iusti.*
		ፅንሰቱ፡ ዮሐንስ፡ በ ከርሠ፡ ኤልሳቤጥ፡	حبل الصابات يوحانا (*u*)	*Conceptio Iohannis* in utero Elisabethæ.
XXVII	24	ኢዎስጣቴዎስ፡	اوسطاثيوس وولده وزوجه	*Eustathius.* (*x*)
		ጤቅላ፡		*Thecla,* Θέκλα.
XXVIII	25	አባዲር፡	ابادير	*Abadirus* (*y*) &
		ኢራኢ፡ እኅቱ፡	ايراي اخته الشهدا	*Iraja* soror ejus; Martyres.
		አብርሃም፡ ይስሐቅ፡ ወያዕቆብ፡	- - -	Abraham, Isaac & Jacob. (z)
		ሶስና፡	- - -	*Susanna* casta.
		ዕንቍ፡ ማርያም፡	- - -	*Enkua-Marjamus.* (*a*)
		እስጢፋኖስ፡ ወልዱ፡	- - -	*Stephanus* Fil. ejus.

NATI-

(*l*) Ista prave scripta & reddita apud Seldenum sic restituimus, ut Arabismi periti agnoscent. (*m*) Singulis mensibus memoria *B. Mariæ Virginis* hoc die celebratur, etiam apud Coptitas, quamvis mense Octobri primùm indicetur. (*n*) Unus ex *Septuaginta duobus* discipulis Christi. (*o*) In primo scilicet concilio *Nicææ* congregati. (*p*) Sic corrigendum putavi, quia *sicut martyres* apud Seldenum sensum nullum habet. (*q*) Vide XVIII. *Decembris* & quæ ibi notavimus. (*r*) Hic à Græcis & Latinis [Eustachius nonnullis] commemoratur, uxor ejus *Theopiste*: filii verò *Agapius* & *Theopistus* dicti. (*s*) Κόδρατος scribunt Græci, & Apostolum vocant. *Quadratus* Latinè sonat. (*t*) *Inclusi* reddidit Seldenus, radicem Arabicam طبق respiciens, cùm tamen scribatur per ظ. Sed aliud quid significat, fortè nomen proprium patriæ. (*u*) عيد الصابات *Festum Elisabethæ* vocatur in festis *Calcasendi* apud Seldenum. pag. 212. (*x*) Idem est qui supra. Coptitæ hîc incongruè addunt: *cum filio & uxore ejus.* (*y*) Non est legendum *Abba Dir*, ut Seldenus habet, est enim *nomen Veteris Testamenti* ἀβιδδαρὰ quod Græcè legitur pro *Obed-Edom.* 2. Sam, 6. 12. de quo nos in Proœm. 13. §2. 2. (*z*) Hi *Patriarchæ* singulis mensibus hoc die teperiuntur apud Æthiopes, apud Coptitas tantùm semel die XVIII. Augusti. (*a*) Nomen viri Æthiopicum est *Gemma Mariæ* [Virginis] cujuscemodi plura habent, ut *Etana-Dinghil* Thus virginis, & similia.

Calendarium Æthiop. September.	Julian.	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
XXIX	26	ልደት፡ ክርስቶስ፨	- - -	NATIVITAS CHRISTI.(b)
		ፍልሰት፡ ሥጋ፡ ዘዮሐ ንስ፡ንጹሕ፨	(c) اسل يوحنا الانجلي	Translatio corporis Iohannis puri; [Evangelistæ.]
		አርሲማ፡ ወእማ፡ አጋ ታ፡ምስለ፡ ደናግል፨	ارسيما (d) [واغثا] ومن معهما من العذري	Arsima & mater ejus Agatha cum virginibus.
XXX	27	አባ፡ ሳሉሲ፨	- - -	Abba Salusius.
		ያዕቆብ፡ ወዮሐንስ፨	- - -	Iacobus & Iohannes. (e)
		አብሳዲ፡ ወአሮን፨	- - -	Absadius & Aron.
		አትናቴዎስ፨	- - -	Athanasius.
		- - -	غريغريوس الارمني	Gregorius Armenius.
		- - -	وابى بوله الشهيد	& Abu-Baula Martyr.

OCTOBER SECUNDUS ÆTHIOPUM MENSIS,

ጥቅምት፡ TEKEMT COPTITIS بابه ባበ፡ BABA.

Calendarium Æthiop. Octob.	Julian. Sept.	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
I	28	አንስጣስያ፨	- - -	Anastasia.
		ሶስና፡ ድንግል፨	سوسنة العذري عيد سوسنة Festum Susannæ [apud Calcasendium.]	Susanna virgo.
		ማርታ፨		Martha. Soror Lazari.
II	29	ሰዊርስ፨	دخول سويرس مصر ingressus ejus in Ægyptum.	Severus.
		- - -	خريطن القديس	Chariton Sanctus.
III	30	ታኦዶራ፨	- - -	Theodora Arcadii. R. Fil.
		ስምዖን፨	- - -	Simeon Monachus.
	Octob.	- - -	اغريغوريوس اسقف ارمني	Gregorius Ep. Armeniæ.
IV	1	ሐናንያ፡ መጥምቁ፡ ለጳውሎስ፨	(f) حننيا الرسول	Ananias Baptista Pauli Apostoli.
		ባኮስ፨	- - -	Bacus.
		ባባ፡ ወማማ፨	- - -	Papa & Mama
		አብርሃ፡ ወአጽብሃ፨	- - -	ABREHA & ATZBEHA.(g)
		ገብረ፡ ክርስቶስ፨	- - -	Gabra-Christus. (h)
V	2	ኪራኮስ፡ ወ	- - -	Cyriacus &
		ሐና፡ እሙ፨	- - -	Hanna mater ejus.
		ኢድሞን፡	- - -	Admonius.
		- - -	يعقوب بن حلفا	Iacob Fil. Alphæi.
VI	3	ዲዮናስዮስ፨	- - -	Dionysius Areopagita.
		ኡሲፎስ፡ ወ	- - -	Usifos &
		ኡርያኖስ፨	- - -	Urianos.

(b) Et hujus festi memoria *duodecies* in anno celebratur apud Æthiopes pariter ac apud Coptitas, sed apud hos mense Octobri primum monetur, ex quo apparet negligentia compilatoris. (c) Quid اسل sit, nescio. Seldenus malè *Prehensio*; fortassis à radice نشل in Festis Calcasendii pag. 212. n. 27. lege انتقال *Deportatio*. Græci habent Μετάστασιν. (d) Hæc quidem in Calendario Copto non extat, sed necessariò supplenda fuit, ut sequenti duali congrueret. (e) Apostoli *Filii Zebedæi*, Poeta alludit ad locum Matth. 4. 21.
(f) *Apostolus* vocatur æquè ac apud Græcos, & *Episcopus Damasci* factus dicitur. (g) Hi duo Fratres primi *Æthiopiæ Reges Christiani* fuere à S. *Frumentio* conversi, de quibus in Histor. Æthiop. 2. 4. 11. (h) i. e. *Servus Christi*. Nomen in Oriente valde usitatum χριστόδουλος عبد المسيح *Servus Messiæ*.

Calendarium Æthiop.	Julian. October.	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
		አንጦንዮስ፡ ወ ረዋቅ	رواق وانطونيوس الشهدا	*Antonius* & *Ravvak* Martyres.
		ጰንጠሌዎን፡	- - -	*Pantaleon*. (*i*)
		ሄርሞላዎስ፡ ቀሲስ፡	- - -	*Hermolaus* Presbyter.
		ሄርማቅሊጦስ፡ ወ	- - -	*Hermacletus* &
		አናማ፡ አኃዊሁ፡	- - -	*Anamaus* Fratres ejus.
		ጳውሎስ፡ ሊቀ፡ ጳጳስ፡	- - -	*Paulus* Patr. Constant.
		በጸሎተ፡ ሚካኤል፡	- - -	*Batzalota-Michael.*
		ሐና፡	- - -	*Hanna* mater Samuelis
VII	4	ቆጵርያኖስ፡	- - -	*Cyprianus.*
		ዮስቴና፡	- - -	*Iustina.*
		ባውላ፡ ጻድቅ፡	انبا بولا من طماو Abba Baula ex [urbe] Tamoi (k) vel Temmi.	*Baula* Justus.
		ሚናስ፡ ወሐሲና፡		*Menas* & *Hasina.*
VIII	5	ሖር፡ ወአጋቶን፡ ደቂቀ፡ ሶስና፡		*Horus* & *Agatho* Susannæ liberi.
		ሜጥራ፡		*Metras.*
		- - -	بلافية ووحاس الشهدا	*Belaphius* & *Wachasus*, Martyres.
IX	6	ቶማስ፡	- - -	THOMAS INDIÆ Apost.
		እስጢፋኖስ፡ ወልደ፡ ፋሲለደስ፡	- - -	*Stephanus* Basilidis F.
		ሊዋርዮስ፡ ሊቀ፡ ጳጳስ፡	- - -	*Liberius* P. Romanus.
		ዳዊት፡ ንጉሥ፡	- - -	*David* Rex.
X	7	ሰርጊስ፡	سرجس واخوته واخس الشهدا & fratres ejus Wachis. Martyr.	*Sergius* & *Wachasius.*
		አውማንዮስ፡ ሊቀ፡ ጳጳ.		*Eumenius* Patr. Alex. (*l*)
		ዮሐንስ፡		*Iohannes.*
XI	8	ጴላጊያ፡	- - -	*Pelagia.* (*m*)
		ያዕቆብ፡ ሊቀ፡ ጳጳስ፡	يعقوب بطريرك الاسكندرية	*Iacob* Patr. Antiochenus
XII	9	ሚካኤል፡ ሊቀ፡ መላ.		MICHAEL Archangel.
		ማቴዎስ፡ ወንጌላዊ፡	متي الانجلي الرسول	*Matthæus* Evang. & Ap.
		ድሜጥሮስ፡ ሊቀ፡ ጳጳስ	ديمتريوس البطريرك	*Demetrius* Patr. Alex (*n*)
XIII	10	አብጥልማዎስ፡ ወአኃዊሁ፡ ሰማዕታት፡	ابطلامن واخوته الشهدا (o)	*Ptolemachus* & fratres ejus martyres.
		ጳውሎስ፡ ወ	- - -	*Paulus* &
		ዘካርያስ፡	- - -	*Zacharias* Ascetæ.
XIV	11	ፊልጶስ፡ ሐዋርያ፡	فلبس من السبع الشماس	*Philippus* Apostolus (*p*)
		ሙሴ፡		*Moses* Monachus.
		ገብረ፡ ክርስቶስ፡	- - -	*Gabra-Christus.* (*q*)
		ሚካኤል፡ ዘተሰምየ፡ ዐረጋዊ፡	- - -	MICHAEL cognomento Aragawi i. e. Senex. (*r*)

Azkirus

(*i*) Unus hîc est è *novem Sanctis*; de quo in Histor. Æthiop. 3. 3. 8. (*k*) Iste aliàs vocatur ابق بولا *Abu-Baula* apud Calcasendium (*l*) *Septimus* fuit Patriarcha Alexandrinus. (*m*) *Jacobum* hunc *Alexandrinum* Patriarcham faciunt Coptitæ, qui fuit *quinquagesimus* numero. Differt ergo à Poëta meo, qui eum facit *Antiochenum*. (*n*) *Duodecimus* fuit Patriarcha Alexandrinus sanctitate & sapientia insignis, Ecclesiam suam rexit quadraginta duos annos & undecim menses. *Computatio sacrorum temporum, inventio Epactarum & termini Paschalis* à quo festa mobilia omnia dependent, *ordinatio jejuniorum & quadragesimæ*, illi tanquam autori ab omnibus Ægypti & Æthiopiæ scriptoribus cum maximâ laude attribuitur. (*o*) *Abtolamon* pro *Ptolemacho* Coptitæ hoc loco habent. (*p*) *Cæsareensis* intelligitur de quo Act. 6. 5. & 21. 8. Coptitæ addunt: Unus ex septem Diaconis. (*q*) Idem vel alius supra die V. hujus commemoratus fuit. (*r*) Unus ex *novem Sanctis*, cujus in Histor. Æthiopica mentionem fecimus. 3. 3. 5.

Calendarium Æthiop.	Julian. October.	Æthiopum,	Coptitarum.	Versio Latina
XV	12	አዝቂር፡ ወኪርያቆ፡	- - -	*Azkirus* & *Cyriacus.*
		ሲላስ፡	- - -	*Silas.*
XVI	13	አባ፡ አጋቶን፡	انبا اغاثون القس القديس	*Abba Agathus.* (s)
		መቃሬዎስ፡		*Macrobius.*
		ጴጥሮስ፡	- - -	*Petrus.*
XVII	14	ዲዮስቆሮስ፡	- - -	DIOSCORUS. (t)
		ፊልጶስ፡	- - -	*Filjas.*
		ልደተ፡ ሐና፡	- - -	Nativitas *Hanna.* (u)
		እስጢፋኖስ፡	- - -	*Stephanus* Protomar. (x)
		- - -	غريغريوس اسقف نوس	*Gregorius* Episcopus Nyss.
XVIII	15	ቴዎፍሎስ፡ ሊቀ፡ ጳጳስ		*Theophilus* Patr. Alex. (y)
		ሮማኖስ፡	- - -	*Romanus* Martyr.
		- - -	ارقلس البطريرك	*Heraclas* Patriatcha. (z)
XIX	16	ዮሐንስ፡ ወ	- - -	*Iohannes* &
		ቅድው፡ መዓዛ፡ ረድኡ፡	- - -	*Kidwa Maaza* Discip. ejus.
		ይምራሕ፡	- - -	*Imrah.* (a)
		በርተሎሜዎስ፡	برتلوس الشهيد	*Bartholomaeus* Martyr.
		፲ወ፫ ኤጲስቆጶሳት፡	- - -	*XIII. Episcopi.* (b)
		ስምዖን፡	- - -	*Simeon*
		ኤልሳዕ፡	- - -	*Elisaeus* Propheta. (c)
XX	17	ዮሐንስ፡ ሐጺር፡	القديس ابو يوحنس	*S. Iohannes* parvus.
XXI	18	ቅ፡ ማርያም፡ ድንግል፡	العيد العذري في كل شهر Festum virg. singulis mensib.	S. MARIA VIRGO.
		ማትያስ፡		*Matthias.* (d)
		ኢዩኤል፡	يويل النبي	*Ioel* Propheta.
		አልዓዛር፡	- - -	*Lazarus.*
XXII	19	ሉቃስ፡ ወንጌላዊ	لوقا الانجيلي	*Lucas* Evangelista.
XXIII	20	ዮሴፍ፡ ሊቀ፡ ጳጳስ፡	١٠ - -	*Iosephus* Patr. Alex. (e)
		ዲዮናስዮስ፡	ديونيسيوس	*Dionysius* Episcopus.
XXIV	21	ሒላርዮን፡		*Hilario.*
		ጳውሎስ፡ ወቢጾ፡	- - -	*Paulus* & Socius ejus.
		ዘይና፡	- - -	Sancta *Zaina* Martyr.
		ፀበለ፡ ማርያም፡	- - -	*Tzabala-Mariam.*
		- - -	مرثة القديسة الشهيدة	*Martha* sancta martyr.
XXV	22	አባ፡ አቢብ፡	ابا ابيب الرهب	Abba *Abibus* monachus.
		ዩልዮስ፡	- - -	*Iulius.*
XXVI	23	ጢሞና፡	- - -	*Timonas.*
		ሑራስ፡ ሰማዕት፡	- - -	*Huras* Martyr.
		- - -	يعقوب اخو الرب	*Iacobus* Frater Domini.
		- - -	ووارس (f) الشهيد	*Waris* Martyr.

Abu

(s) *Presbyter Sanctus* hic à Coptitis cognominatur. (t) *Patriarcha Alexandrinus*, idem procul dubio, qui supra die 7. Sept. commemoratus fuit. (u) Quæ mater fuit *Samuelis* Judicis Israelitarum & prophetæ. (x) Aliquoties à Poëta meo refertur, occasio non indicatur. (y) *Vigesimus tertius* Patriarcha Alexandrinus, *cycli Paschalis compositor* ut Kircherus ait *in Supplem. Prodromi Copt.* p. 520. at nihil de hoc Wanslebius, in recensione Patriarcharũ Alexandriæ. (z) Rectiùs يارىكلاس Æth. ያሮቅላ፡ *Jaroclas* Patriarcha Alexandrinus XIII. de quo infra die VIII. Decembris. Latinè modò *Heraclas*, modò *Hieroclas* effertur. (a) Hujus mentionem fecimus in Commentario hoc supra cap. 3. n. 23. §. 3. (b) Antiochiæ contra *Paulum Samosatenum* congregati. (c) De hoc supra die Septembris. 1. (d) De hoc *discipulo*, quomodo precibus *S. Mariæ Virginis* liberatus fuerit è vinculis Historiam apocrypham retulimus supra c. 4. n. 35. §. 3. (e) *Quinquagesimus secundus* Patriarcha Alexandr. (f) *Waris* habent Coptitæ, nisi malis scribere حوراس *Huras* secundum Æthiopem meum.

Calendarium Æthiop. October	Julian.	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
XXVII	24	መቃርስ፡	(g) ابو مقار الشهيد اسقف قاو *	*Abu Macarius* Martyr. Episcopus Kawi.
		- - -		
XXVIII	25	አብርሃም፡ ይስሐቅ፡ ወያዕቆብ።	- - -	ABRAHAM, ISAAC & JACOB.
		አባ፡ ይምአታ፡	- - -	Abba *Imata.*
		መርክያኖስ፡ ወ	- - -	*Marcianus* &
		መርቆሬዎስ፡	- - -	*Mercurius.* (h)
XXIX	26	ልደተ፡ ክርስቶስ፡	ميلاد المسيح بكل شهر	NATIVITAS CHRISTI.
		ድሜጥሮስ፡ ሰማዕት፡	Singulis mensibus.	*Demetrius* Martyr. (i)
		ስቅጣር፡	- - -	*Sektâr.* (k)
XXX	27	ይስሐቅ፡ ንጉሥ፡	- - -	*Isaacus* Rex.
		አብርሃም፡ ነደይ።	- - -	*Abraham* pauper. (nis.
		- - - -	وضع راس يوحنا *	Depositio capitis Johan-

NOVEMBER TERTIUS ÆTHIOPUM MENSIS

ኅዳር፡ HEDAR ÆTHIOP. ኅቱር፡ هتور HATUR COPTITIS.

Calendarium Æthiop. Novemb.	Julian. Octob.	Æthiopum.	Coptitarum	Versio Latina.
I	28	መክሲሞስ፡	- - -	*Maximus.*
II	29	ሰንትዩ፡ ሊቀ፡ ጳጳስ፡	- - -	*Sanitius* Patr. Alex. (l)
		ጴጥሮስ፡ ሊቀ፡ ጳጳስ፡	بطرس البطريرك	*Petrus* Patr. Alex. (m)
		ናአኩቶ፡ ለአብ፡	- - -	*Naacueto-la-abus.* (n)
III	30	እንባቆም፡	- - -	*Habacuc* Propheta.
		ኪሪያኮስ፡	- - -	*Cyriacus.* (o)
		አትናቴዎስ፡ ወ	- - -	*Athanasius* &
		ኢሬኢ፡	- - -	*Iraeus* Martyres.
IV	31	ያዕቆብ፡ ወዮሐንስ፡ ኤጲስቆጶሳተ፡ ፋርስ፡	- - -	*Iacobus* & *Iohannes* Episcopi Persiæ.
		ቶማስ፡ ቢጸ፡ ዘካርያስ፡ ኤጲስ፡ ቆጶስ፡	- - -	*Thomas* Socius Zachariæ Episcopi Damasci.
		አቢማኮስ፡ ወ	ابيماخس الشهيد	*Epimachus* &
		አዝርያኖስ፡	القديس	*Azirianus.*
		ዮሐኒ፡ ወአቢደደ፡	Epimachus martyr sanctus.	*Iohannes* & *Abaidus* discipulus ejus.
	Novemb.	- -	- - -	
V	1	ጢሞቴዎስ፡ ሰማዕት፡	- - -	*Timotheus* Martyr.

Longi-

(g) Sic utique corrigendum fuit vitiosum معار, quin & in Calcasendianis rectè scribitur مقار. *Macarius* Martyr & Episcopus fuit Urbis *Kau* in Ægypto superiore ad Orientem Nili sitæ. (h) Hi duo discipuli dicuntur *Pauli Patriarchæ Constantinop.* de quo supra die VI. hujus. (i) Iste μεγαλομάρτυς & Μυροβλύτης à Græcis vocatur. (k) Dubito an non potius ፊቅጦር፡ *Victor* scribendum, vel potiùs ንስጦር፡ *Nestor.* iste enim hoc die tanquam *Megalomartyr* à Græcis celebratur.

(l) Quinquagesimus quintus Patriarcha Alexandrinus, *Senodius* aliàs dictus. (m) Plures hujus nominis Patriarchæ Alexandrini fuerant, vigesimus primus successor *Athanasii* intelligi videtur. (n) Rex fuit Æthiopiæ ultimus stirpis *Zagea*, de quo nos in Historia nostra Lib. II. c. 5. n. 13. (o) Cujus cadaver diu incorruptum mansit.

Calendarium Æthiop.	Julian. November.	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
		ሉንጊኖስ፡	- - -	*Longinus.*
		ፍልሰተ፡ ሥጋ፡ ቴዎድሮስ፡ ማር፡	مجي جسد مار تادرس الي شطب (p)	Translatio corporis *Mar-Theodori.*
VI	2	ጕየተ፡ ክርስቶስ፡ እምሕሳ፡ ለቍስቋም፡	- - -	*Fuga Christi,* è Mehsa Koskuamam. (q)
		ዮሳ፡ ወልደ፡ ዮሴፍ፡	- - -	*Iosa* Fil. Josephi.
		ፊልክስ፡ ጳጳስ፡	- - -	*Felix* Archiepiscopus.
VII	3	ጊዮርጊስ፡ ሊቀ፡ ሰማዕት፡	القديس ابو جرجس	*Georgius* Archimartyr. (r)
		አባ፡ ርህርው፡	- - -	Abba *Rehru.*
		ሚናስ፡ ኤጲስቆጶስ፡	- - -	*Menas* Episcopus. (s)
		መርቆሬዎስ፡ ወ	- - -	*Mercurius* &
		ዮሐንስ፡	- - -	*Iohannes.*
		ዘኖቢስ፡ ወ	- - -	*Zenobius* &
		ዘኖብያ፡	- - -	*Zenobia.* (t)
VIII	4	አባ፡ ቀፍሪ፡	- - -	Abba *Kefri.*
		ኪሩባውያን፡ አፍራስ፡	الاربع حيوانات [illegible]	*Cherubini* equi (u)
		እግዚእ፡ ክብራ፡		*Egzie Kebrâ.*
		አፍኒን፡ መልአክ፡	- - -	*Afnin* Angelus.
		ቍስጠንጢኖስ፡ ርእየ፡ ጸሊበ፡	- - -	*Constantinus* vidit crucem. (x)
IX	5	ይስሐቅ፡ ጻድቅ፡	اسحق بطريرك الاسكندرية	*Isaac* justus. Patriarcha Alexandrin (y)
		ጳጳሳት፡ ኒቅያ፡	الثلثمائة وثمانية عشر المجتمعين نيقية	Patres CCCXVIII. Nicææ congregati.
X	6	ደናግል፡ እንተ፡ ቀተለ፡ ዮልያኖስ፡	- - -	*Virgines,* quas occidit Julianus.
		ማኅበረ፡ ካህናት፡ በእንተ፡ ሐሳበ፡ አባቅቴ፡	- - -	*Conventus Sacerdotum* ob computũ Epactarũ. (z)
		ገብረ፡ ማርያም፡	- - -	*Gabra Mariamus.*
XI	7	ሐና፡ እምሔውት፡ ክርስቶስ፡	- - -	*Hanna* avia Christi. (a)
		አርኬላዎስ፡ ወ	- - -	*Archelaus* &
		ኤልሳዕ፡	- - -	*Elisæus.*

Eee   *Menas*

(p) Arabica verba significant, ni fallor, *Adventus corporis Mar-Theodori* (ad) *Shatabam*; Locum fortassis ita dictum. (q) Loca sunt in Ægypto secundum traditionem Coptitarum, *Koskuam* olim opulentissimum, nunc pauperrimum monasterium Ægypti; in memoriam fugæ Christi hoc in loco ædificatum, quem ibi cum sanctissima matre diu mansisse ferunt. Vocatur etiam *Moharrak*, in media Ægypto in deserto situm est. *Wansl. Hist. Eccl. Alex.* Lib. I. c. 6. p. 22. (r) Æthiopicum ሊቀ፡ሰማዕት፡ hoc significat; Græcis est Μεγαλομάρτυς. Vide mense præc. d. 29. lit. i. (s) Episcopus fuit *Tamoi* Urbis Ægypti, quæ & *Temoi* & *Temmi* vocatur. (t) Istorum commemoratio apud Græcos fit die XXX *Octobris*. Frater & Soror sub Diocletiano passi sunt. (u) Id est: *Quatuor animalia angelica*; de quibus in Apocalypsi c. 4. 6. Festum eorum etiam *Calcasendius* habet. Mirum est Æthiopes ista proprie & simpliciter non mysticè accipere, quasi thronum Dei in cœlo gestarent. Igitur precibus suis illa sæpè admiscent, ut in Liturgia Apostolorum post Nov. Testamentum p. 165. col. 1. ፬፡ እንስሳ፡ እለ፡ አንበለ፡ ሥጋ፡ *Quatuor animalia corpora non habentia.* Alibi additur ጸዋርያን፡ መንበረ፡ ዕበይከ፡ *Gestantia thronum magnitudinis tuæ.* Poëta noster eos tanquam ኪሩባውያን፡ አፍራስ፡ *Cherubinicos equos* Poëticè salutat, ad. lens: እንዘ፡ ትጸውርዎ፡ ለእግዚእነ፡ *dum gestatis thronum ejus* [Dei]. Quare non dubito quatuor illa animalia apocalyptica intelligi. (x) In qua verba notissima: *in hoc signo vinces.* (y) Quadragesimus primus Patriarcha Alexandrinus cognomento *Justus*, secundũ Encomiasten meum. (z) Tempore *Demetrii* Patriarchæ Alexandrini, de quo supra 22. Octobr. lit. n. (a) Maritus ejus fuit ኢያቄም፡ ቀለዮጳ፡ *Joachimus Calliops*, vel *Calliopaus* vel *Cleophas* secundum Æthiopes *in vita B. Mariæ Virginis.* Quod cognomentum non invenio apud Græcos, qui utriusque memoriam celebrant IX. die Septembris.

Calendarium Æthiop.	Julian. November.	Æthiopum.	Copticarum.	Versio Latina.
		ሚናስ፡ ወእሙ፡	- - -	*Menas* & mater ejus
		አውራንያ፤	- -	*Vrania.*
XII	8	ሚካኤል፡ ሊቀ፡ መላእ	ميكايل رايس الملايكة	MICHAEL Archangelus
		ፊላታዎስ፡ ሊቀ፡ ጳጳስ		*Philotheus* Patr. Alex. (b)
		አዳማስ፤	- - -	*Adamas.*
XIII	9	ሱራፌል፡ ወ ኪሩቤል፤	- - -	*Seraphim & Cherubim.*
		አስከናፍር፤	- - -	*Ascanafrus.* (c)
		ጢሞቴዎስ፤	- - -	*Timotheus.*
		ዘካርያስ፡ ሊቀ፡ ጳጳስ	- - -	*Zacharias* Patr. Alex. (d)
		ዮሐንስ፡ ካህን፤	- - -	*Iohannes* Sacerdos. (e)
		- - -	ثاني عيد ميكايل	Secundum Festum Michaelis.
XIV	10	መርቲያኖስ፡ ኤጲስቆ፤	- - -	*Martianus* Episcopus. (f)
		ዳንኤል፡ መነኮስ፤	- - -	*Daniel* Monachus. (g)
		- - -	ثالث عيد ميكايل	Tertium festum Michaelis.
XV	11	መቃብይ፤	- - -	*Maccabai.*
		ሚናስ፤	شهادة ابو مينا	*Menas* martyr.
		ሚናስ፡ ዳግም፤	- - -	*Menas* II. eremita.
		ቅዳሴ፡ ቤተ፡ ጳኵሚስ	- - -	Dedicatio ædis *Pachomii.*
		ፊቅጦር፤	- - -	*Victor.*
XVI	12	ጣሰጥስ፤	- - -	*Tatsa* Martyr Sancta.
		አናሬዎስ፡ ወ	- - -	*Anareus* Rex & [socius ejus]
		ዳንኤል፤	- - -	*Daniel* antistes. (h)
		አውላኪት፤	- - -	*Aulacetus.*
		ኬራ፡ ዘተሰምየ፡	- - -	*Cerus* , cognomento
		ዮሐንስ፡ መሓሪ፤	- - -	*Iohannes* misericors. (i)
		ኪስጦስ፡ ሰማዕት፤	- - -	*Cistus* Martyr.
		ቅዳሴ፡ ቤተ፡ አቡናፍር፤	رسمت فيه كنيسة ابونفر بمصر	Dedicatio ædis *Abunafri* in Ægypto. (k)
		አብርሃም፡ ወብእሲቱ፤		*Abraham* & Uxor ejus.
XVII	13	ሐሪካ፡ ወቅዱሳ፡ አምላክ፡ ወልደሙ፤	- - -	*Harica* & *Kedusa - Amlac* Filius eorum.
		፻እለ፡ ይኄልሉ፡ በገዳም፡ ወጸፍ፡	- - -	*Centum Anachoreta* in deserto *Watzif.*
		ሲኖዳ፤	- - -	*Sinodius* Abbas.
		ዮሐንስ፡ አፈ፡ ወርቅ፤	يوحنا فم الذهب	*Iohannes Chrysostomus.* (l)

Iona

(b) Sexagesimus tertius Patriarcha Alexandrinus. (c) *Onesiphorum* Græci hoc die habent; sed is inf. d. 25. Martii occurit. Quanquam mire peregrina nomina immutare solent Æthiopes. *Paralyticum sanasse* fertur. (d) Sexagesimus quartus Patriarcha Alexandrinus, *Leonibus objectus*, quamvis sanguine tinctus, illæsus mansit. (e) Comparatur *Elia*: monasterium verò ejus ቢዛን፡ *Bizan* in Midra-Bahr situm *Thisba* unde *Elias Thesbites.* (f) Episcopus *Thraciæ* ab Arianis sede pulsus, & in regionem longinquam profectus, mortuum resuscitavit. (g) Baptizavit Regem Persiæ. (h) አስኪማ፡ መላእክት፡ ዘለብሰ፡ *Habitum angelicum qui induit*, ait Poëta; fuit igitur *Antonii M.* successor, Ordinis monastici antistes. (i) Tempore Heraclii Patriarcha Alexandrinus fuit quadragesimus primus, Græcis quoque notus; à quibus vocatur Ἐλεήμων Misericors seu *Eleemosynarius* ob liberalitatem erga pauperes maximam. (k) Iste *Abunafer* est Græcorum Ὀνούφριος *Onuphrius Ægyptius* Eremita. Commemoratur in Græcorum Synaxariis XII. Junii. Quo mense etiam infra reperitur. Ædes ejus extra *Memphin* sita secundum Poetam meum. (l) Translatio corporis seu potius reliquiarum ejus *Constantinopolin* facta hoc die narratur. Confer XII. diem Maji.

Calendarium		Æthiopum	Copticarum.	Versio Latina.
Æthiop.	Julian. November.			
XVIII	14	ዮና፡ ወአጥራክስ፡ ፊልጶስ፡ ሐዋርያ፡	- فيلبس الرسول	Iona & Atrafessa. (m) Philippus Apostolus.
		ኤሌውትርስ፡ ወ እንትያ፡	- - -	Eleutherus & Entia.
		አትናቴዎስ፡	- - -	Athanasius.
XIX	15	ቴዎፍሎስ፡ ወብእሲቱ፡	- - -	Theophilus & Uxor ejus.
		ጳጥሪቃ፡ ወ	- - -	Patritia &
		ደማሊስ፡ ወልዶሙ፡	- - -	Damalius Filius eorum.
		ቅዳሴ፡ ቤተ፡ ሰርጊስ፡	- - -	Dedicatio ædis Sergii.
		በርተሎሜዎስ፡ ሐዋርያ	برتلموس الرسول	BARTHOLOM. Apostol.
XX	16	አንያኖስ፡ ሊቀ፡ ጳጳስ፡	- - -	Anianus Patr. Alex (n)
		ቴዎድሮስ፡ ሰማዕት፡	تابرس	Theodorus Martyr.
		- - -	متى الانجيلي	Matthæus Evangelista &
		- - -	واثناسيوس البطريرك	Athanasius Patriarcha.
XXI	17	ቅ. ማርያም፡ ድንግል፡		S. MARIA VIRGO.
		ጎርጎርዮስ፡	غرغوريوس العجائبي (o) Mirabilis vel miraculis clarus.	Gregorius Thaumaturgus.
		ቆስሞስ፡ ጳጳስ፡	- - -	Cosmus Metropolita. (p)
		ዮሐንስ፡ እምአስዩጥ፡	- - -	Iohannes Sijutensis.
XXII	18	አልፋዮስ፡ ሮማኖስ፡ ወ ዘኬዎስ፡	- - -	Alphæus, Romanus & Zacchæus Atmunajenses cum sociis. (q)
		ደቂቀ፡ ቴዎዳጳ፡	- - -	Liberi Theodata.
		፪፻፺፪፡ እለ፡ ቆስሞስ፡	- - -	CCXCII. Socii Cosmi.
XXIII	19	አብድዩ፡	- - -	Obadias. (r)
		ቆርኔሌዎስ፡	- - -	Cornelius. (s)
		- - -	يوئيل النبي	Ioel Propheta.
XXIV	20	ሱራፌል፡	الاربعة وعشرون	Seraphim.
		አዝቂር፡ ወኪርያቆስ፡	قسيس الملايكة XXIV. Seniores angelici. (t)	Azkirus & Cyriacus.
XXV	21	መርቆሬዎስ፡ ሮማዊ፡	مرقوريوس الشهيد	Mercurius Romanus.
XXVI	22	ሰማዕታት፡ ናግራን፡	القديس Martyr sanctus.	Negrani Martyres.
		በላርያኖስ፡ ምስለ፡ እኅቱ፡ ታቱስበያ፡		Pelarianus cum sorore sua Tatusbaja.
		ጎርጎርዮስ፡ ኤጲስቆጶስ፡ ዘንሲስ፡	غريغوريوس اسقف نوس	Gregorius Episcopus Nyssenus.
		ኢየሱስ፡ ሞአ፡	- - -	Iesus-Moa. (u)
XXVII	23	ያዕቆብ፡ ሰማዕት፡	يعقوب المقطع	Iacobus mart. dissectus. (x)
		ፊልሞና፡	Apostolus. فيلمون الرسول	Philemon.

 Tecla-

(m) Has ut sanctas martyres celebrat Encomiastes. (n) Secundus Patriarcha Alexandrinus S. *Marci* successor. (o) Hoc est: *Gregorius miraculosus*, sic corrigendum & exponendum est apud Seldenum; & vox marginalis ثوماتورج الشهيد legenda & exponenda est *Thaumaturgus, martyr*; sed istud vocabulum imperitus quidam librarius apposuit. (p) Num Patriarcham Alexandrinum an alium quendam Archiepiscopum intelligat (duo enim fuerunt hoc nomine) non constat; *Imago Mariæ* flevisse dicitur, cum tot ærumnas & afflictiones pateretur. (q) Hi martyres cum aliis pluribus *Johanne, Thomâ, Victore*, & *Isaaco conjunguntur*, tanquam populares & socii, at apud Græcos tres ex iis *Romanus, Zachæus*, & *Alphæus* diversæ originis memorantur. (r) *Abdias*, qui aluit Prophetas in spelunca tempore *Achabi*. 3. Reg. 18. 13. (s) Unus ex LXXII. discipulis. (t) Intelliguntur illi quorum mentio fit. Apoc. IV. 4. (u) *Iesus vicit*. Nom. proprium viri Æthiopicum. (x) In duas partes discissum eum canit Poeta meus, media tamen corporis sui parte adhuc oravit.

Calendarium Æthiop.	Julian. November.	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
		ተክለ፡ ሐዋርያት፡	- - -	*Tecla-havvarjât.*
		ገብረ፡ ዮሐንስ፡	- - -	*Gabra-Iohannes.*
		ጢሞቴዎስ፡ ወሞራ፡	- - -	*Timotheus,* & [Uxor] Mora.
		ሰረባሞን፡	(y) سرابيون اسقف ابسادة	*Sarabamon.*
XXVIII	24	አባ፡ ሊቃኖስ፡	Serapio Episcopus Absadæ.	Abba *Likanus.* (z)
		አብርሃም፡ ይስሐቅ፡ ወያዕቆብ፡፡	- - -	ABRAHAM, ISAAC & JACOB.
XXIX	25	ልደት፡ ክርስቶስ፡		NATIVITAS CHRISTI.
		ጴጥሮስ፡	بطرس بطريرك الاسكند.	*Petrus.* (a)
		ቀሌምንጦስ፡	اقليمنطس الرسول	*Clemens* Discip. Petri.
		ገብረ፡ መስቀል፡	Apostolus.	*Gabra-maskal.*
XXX	26	አካክዮስ፡ ዋርሱ፡ ለአንጦልዮስ፡	- - -	*Acacius* successor *Anatolii.*
		ገብረ፡ መስቀል፡ ንጉሥ፡	- - -	*Gabra-maskal* Rex Æth (b)

DECEMBER QUARTUS ÆTHIOPUM MENSIS

ታኅሣሥ፡ TACHSAS. COPTITIS كيهك ኪያሀክ፡ CHIAHAC.

Calendarium Æthiop. Decemb.	Julian. Novēb.	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
I	27	ኤልያስ፡	- - -	Elias Thisbites Proph.
		ጴጥሮስ፡	بطرس الحبديل	*Petrus.*
		ዮሐንስ፡ ሊቀ፡ ጳጳስ፡	اسقف بهواش	Johannes Patr. Alex. (c)
		አውክጥያኖስ፡	Elhabdil Episcopus.	*Auctianus.*
II	28	ሲድራቅ፡ ሚሳቅ፡ ወ አብደናጎ፡	- - -	*Sidrach. Misach* & *Abdenago.*
		አባ፡ ሆር፡	ابونا هور الراهب الجديد monachus	*Abba Horus.* (d)
III	29	በአተ፡ ማርያም፡ በሀ ይክለ፡	دخول السيدة الهيكل	Introitus MARIÆ in templum. (e)
		ፋኑኤል፡	- - -	*Phanuel.*
IV	30	እንድርያስ፡	اندراوس الرسول	*Andreas Apostolus.*
	Decēb.			
V	1	ናሆም፡	ناحوم النبي	*Nahum Propheta.*
		ኤላውትሮስ፡ ሰማዕት፡	- - -	*Eleutherus* Martyr.
		አውጋንያ፡ ወለተ፡ ፊልጶስ፡ ንጉሥ፡	- - -	*Eugenia* Filia Philippi Regis.
		አርሲማ፡	- - -	*Arsima.* (f)
		ዮሐንስ፡	- - -	*Johannes.* (g)
		ቴዎድሮስ፡	- - -	*Theodorus.*
		ፊቅጦር፡	- - -	*Victor* Episcopus.
		- - -	ايسيدورس الشهيد	*Isidorus* Martyr.

Trans-

(y) *Serapio* habent Coptitæ. (z) Unus ex novem Sanctis, Evangelii in Æthopia propagatoribus, de quibus in Hist. Æth. 3. 3. 9. (a) Coptitæ hunc Patriarcham Alexandriæ vocant; nullā illi dignitatem tribuit Encomiastes, tantùm quod *Mermonkenses* ab hæresi (Ariana ut videtur) *defenderit.* (b) *Rex* fuit *Æthiopiæ*, cujus in Historia nostra mentionem fecimus Lib. II. c. 4. 41.

(c) Quadragesimus Patriarcha Alexandrinus templum *S. Marci* ædificavit Alexandriæ. (d) Mentionem hujus Sancti fecimus in *Commentario nostro* supra cap. 3. num. 19. §. 4. Describitur à *Ludovico Urreta* Lib. 3. c. 4. pag. 697. tit. *De San Hor Abbad.* (e) Vide annotationes meas in fine hujus Calendarii N. I. (f) Cujus supra mentio facta d. 29. Septembris. (g) Cognomento *Senex Spiritualis.*

Calendarium Æthiop. December.	Julian.	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
VI	2	ፍልሰተ:ሥጋ:ዘአርሲማ፤	- - -	Translatio corporis *Arsima.*
		አንጦልዮስ:ቀሲስ:ወሰማዕት፤	انطليوس القس لشهيد	*Anatolius* Presbyter & Martyr.
		አብርሃም:ሊቀ:ጳጳ.	- - -	*Abraham* Patriarcha.
		ስምዖን፤	- - -	*Simeon* aliàs *Afa-Mariam.*
		ኤልያብ፤	- - -	*Eliabus.*
VII	3	ማቴዎስ:ነዳይ፤	ماتوس الفقير	*Matthæus* pauper.
		ዳንኤል:መነኮስ፤	- - -	*Daniel* Monachus.
		አውሎጊስ፤	- - -	*Eulogius.*
		ድዮንዮርስ፤	- - -	*Dionyrus.*
VIII	4	ዮሐንስ:ዘደማስቆ፤	- - -	*Iohannes* Damascenus.
		ኤሲ:ወቴክላ:እኅቱ፤	تكلا	*Esi* & *Tecla* soror ejus.
		ሄርቃላ:ሊቀ:ጳጳስ፤	- - -	*Heraclas* Patr. Alex. (*h*)
		በርባራ፤		*Barbara.*
		አንባ:ማሪና፤	- - -	*Anba* i.e. Abba *Marina.* (*i*)
IX	5	ሳባ:ሰማዕት፤	- - -	*Saba* Martyr. (*k*)
X	6	ቴኦፋንዮስ:ሊቀ:ጳጳስ:ወሰዊሮስ:አብ፤	- - -	*Theophanius* Patr. & (*l*) *Severus* Pater.
		ኒቆላዎስ: ኤጲስቆጶስ:ሚራ፤	مار نيقولا الاسقف ميرة	*Nicolaus* Episcopus Myrensis.
		ተላስስ: ወ	- - -	*Thalassius* &
		አልዓዛር፤	- - -	*Eleazarus.*
		ብጽሐተ : ሥጋ: ዘሳዊሮስ፤	- - -	Adventus corporis *Severi.*
		ሱርሲጥ፤	- - -	*Sursita* Constantinop.
		ጳውሎስ:መናኒ፤	- - -	*Paulus* contemtor opum.
XI	7	ባኮሚስ: ወ	ابونا بكيموس	Pachomius &
		በርተሎሜዎስ: ኤጲ.	وبرتلموس الاسقف	*Bartholomæus* Episcopus.
		ቴዎድሮስ፤	- - -	*Theodorus.*
XII	8	ሚካኤል:ሊቀ:መላእ	- - -	MICHAEL Archangelus.
		አንቂጦስ: ወ	- - -	*Anicetus* &
		ፎጢኖስ:ሰማዕት፤	- - -	*Photinus* Martyres.
		ሃይድራ፤	- - -	*Hydra* Syenensis.
		፷ ኤጲስ:ቆጶሳት:በላዕለ:ብናጥስ፤	- - -	*LX. Episcopi* contra Benatum.
		ሳሙኤል፤	- - -	*Samuel.*
		. . .	القديس بولص . . .	*S. Paulus.* . . .
XIII	9	ሩፋኤል:ሊቀ:መላእ.	- - -	*Raphael* Archangelus.
		መቃርዮስ፤	- - -	*Macarius.*
		በርሱፋዮስ፤	- - -	*Barsufius.*
		አብሬኪዮስ፤	- - -	*Abracius.*
		ሚካኤል: ዲያቆን፤	- - -	*Michael* Diaconus. (*m*)
XIV	10	መርምህና፤	- - -	*Mermehna.*
		ስምዖን: ብሑር: ወሚናስ፤	الراهب سماون استشهد في ايام المسلمين (*n*)	*Simeon Behor* & *Menas.*

(*h*) Decimus tertius Patriarcha Alexandrinus. (*i*) Fœmina reperta fuit post mortem. (*k*) In clibanum ignis conjectus. Historiam habet Encomiastes non nomen Σάβα, quod ego supplevi è Synaxariis Græcorum. (*l*) Sexagesimus Patriarcha Alexandrinus. (*m*) Anachoreta monasterii *Kelmon.* (*n*) Hoc est: *Monachus Simeon Martyrio affectus tempore Muslimorum, i. e.* Saracenorum seu *Muhammedanorum.*

Calendarium Æthiop.	Julian. December.	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
		ገብረ፡ክርስቶስ፡	- - -	*Gabra-Christus.* (o)
		አሞንዮስ፡	- - -	*Ammonius.*
		ናሀብታ፡ወለተ፡ንጉ.	- - -	*Nasabita* Filia Regis.
		አርያኖስ፡ቀሲስ፡	- - -	*Arianus* Presbyter.
		አርሳሌዴስ፡እኁሁ፡	- - -	*Arshaledes* Frater ejus.
XV	11	ጎርጎርዮስ፡	غرغوريوس الارمني(p)	*Gregorius.*
		ሉቃስ፡	- - -	*Lucas* Stylites. (q)
		አባ፡ይምሳሕ፡	- - -	Abba *Iemsah.*
		ኤዎስጣቴዎስ፡	- - -	*Eustathius.* (r)
XVI	12	ፅንሰት፡ ማርያም፡	- - -	Conceptio MARIÆ.
		ሐናንያ፡ወካዚ፡	- - -	*Ananias & Cazius.*
		አባ፡ሕርዋግ፡	ابو هرواج الشهيد	Abba *Hervvag* Martyr.
		ጌዴዎን፡	- - -	*Gideon* Dux Israelit.
XVII	13	ፍልሰተ፡ ሥጋ፡ ዘሉቃስ፡ዘዓምድ፡	- - -	Translatio corporis *Lucæ* stylitæ.
		- - -	انبا سرابامن وغيره	*Ab. Sarabamon* & socii. (s)
XVIII	14	አርቃላ፡ሰማዕት፡	ارقلا الشهيد وغيره & socii ejus.	*Heraclas* Martyr. (t)
		ፊልሞና፡ገዳማዊ፡		*Philemon* Eremita.
		ቲቶ፡ረድአ፡ጳውሎስ፡	- - -	*Titus* Discipulus Pauli.
		ሰላማ፡ SALAMA.	- - -	FRUMENTIUS Æthiop. Apostol. (u)
XIX	15	ገብርኤል፡	غبريال الملاك البشري Angelus annunciator.	GABRIEL Archang.
		ዮሐንስ፡ካህን፡		*Iohannes* Sacerdos. (x)
XX	16	ሐጌ፡ነቢይ፡	- - -	*Haggæus* Proph.
XXI	17	ቀ. ማርያም፡ድንግል፡	- - -	S. MARIA Virgo.
		በርናባስ፡	- - -	*Barnabas.*
XXII	18	ደቅስዮስ፡	- - -	*Dekisius.*
		አንስጣስዮስ፡	- - -	*Anastasius.*
		አርከላዎስ፡ ኤጲስቆ.	- - -	*Archelaus* Episcopus.
XXIII	19	ዳዊት፡ ንጉሥ፡	- - -	*David* Rex Israel.
		ጢሞቴዎስ፡	- - -	*Timotheus.*
		ይስሐቅ፡	- - -	*Isaacus.*
		ሳሙኤል፡ ወ	- - -	*Samuel* &
		ስምዖን፡ወልዱ፡ወ	- - -	*Simeon* Filius ejus, &
		ገብርኤል፡	- - -	*Gabriel.*
XXIV	20	ጳውሊ፡	- - -	*Paulius.*
		አቦሊ፡	- - -	*Obolius.*
		አግናጥዮስ፡	اغناطيوس القديس الشهيد	*Ignatius* Martyr.
		ፊልጎንዮስ፡		*Fulgosius.*
		ተክለ፡ሃይማኖት፡	- - -	TECLA-HAIMANOT (y)
		አስቴር፡	- - -	*Esther* Regina Pers.

Macca-

(o) Idem reperitur supra d. IV. Octobris. (p) *Armenius* addunt Coptitæ, at is supra aliquoties nominatus fuit d. 30. Septembr. & 3. Octobris. Quindecim annos in fovea jacuit, cibatus ab *Aragavvita*, id est vetula. (q) *Stylites* Græcis, ab incredibili abstinentia commendatur. Vide *Comment. supra* c. 3. n. 22. §. 4. (r) Et hoc nomen supra aliquoties occurrit. die 24. & 27. Septembris. (s) ሰረባሞን፡ *Sarabamôn* occurrit apud Æthiopes die 28. Novembr. (t) Varie effertur hoc nomen, supra erat ዮርቃላ፡ Patriarcha d. 8. Decembr. Latinè *Heroclas* vel *Hieroclas* vel *Heraclius.* (u) Vide Annotationes nostras in fine hujus Calendarii N. II. (x) Hujus quoque mentio facta supra d. 13. Novembr. (y) *Monastica vita* in Æthiopia *instaurator*, maximis laudibus ubique extollitur. *Videsis de eo Historiam nostram* 3. 3. 15. Annotat. N. III.

Calendarium Æthiop. December	Julian.	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
XXV	21	መቃብያን፡	- - -	*Maccabai* Martyres.
		ዮሐንስ፡ ካማ፡	يوحنس كما بوادي(z)	*Iohannes* Cama.
		አባ፡ ዳሩዲ፡	in deserto.	Abba *Darudi*.
XXVI	22	አናስጣስያ፡	انسطاسية السهيدة	*Anastasia* Martyr.
		ዩልያና፡	القديسة	*Iuliana*.
XXVII	23	አባ፡ አባሻዲ፡	الانبا ابشادة الشهيد	Ab. *Abashadi* Martyr.
		አላኒቆስ፡	- - -	*Hellanicus* Episc. Ægypt.
		አባ፡ በጌዕ፡	- - -	Abba *Bege*.
		ፊልጶስ፡ መነኮስ፡	- - -	*Philippus* Monachus.
XXVIII	24	በዓል፡ ገና፡	سراح الميلاد المقدس	Solenne *Gena*. (†)
			Parasceve Nativitatis sanctæ.	Id est: Vigilia Nativitatis
			صوم الي العرب	Jejunium usque ad vesperam.
		አብርሃም፡ ይስሐቅ፡ ወያዕቆብ፡	- - -	ABRAHAM, ISAAC & JACOB.
		ጳውሎስ፡ ሰማዕት፡	- - -	*Paulus* Martyr.
XXIX	25	ልደቱ፡ ለእግዚእነ፡ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ፡	ميلاد ربنا يسوع المسيح	NATIVITAS Domini nostri JESU CHRISTI.
		ነገሥተ፡ ሳባ፡	- - -	*Reges Saba*.
		ሰማዕታተ፡ አኽሚም፡	- - -	*Martyres* Akmimenses (*)
		ቆሪል፡ ወ	- - -	*Korilus* &
		አባ፡ ጊዜ፡	- - -	Abba *Gize*.
		አቃርዮስ፡	- - -	*Acarius*.
XXX	26	ሕፃናት፡ ንጹሐን፡	- - -	*Infantes innocentes*.
		ዮሐንስ፡ ሊቅ፡	- - -	*Iohannes* Magister.
		ዮሐንስ፡	- - -	*Johannes* Μαίγυρος.
		ዘካርያስ፡	- - -	*Zacharias* Eremita.
		- - -	ثاني الميلاد	Secundũ nativitat. festũ.
		- - -	داود النبي	*David* Propheta.
		- - -	يعقوب اسقف يلروشليم	*Iacob* Episcopus Hierosolymæ.

JANUARIUS QUINTUS ÆTHIOPUM MENSIS.

ጥር፡ TER COPTITIS طوبه ⲧⲱⲃⲓ : TUBA.

Calendarium Æthiop. Januar.	Julian. Dec.	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
I	27	እስጢፋኖስ፡	وجود عظام استيفانوس	*Stephanus* Protomartyr (a)
		ዲዮስቆሮስ፡ ወ	Inventio ossium Stephani.	*Dioscorus* &
		ስቁላብዮስ፡		*Æsculapius* socii.
		ለዎንድዮስ፡ ሰ.	لاونتيوس البطريرك (b)	*Leontius* Martyr.
		መቃርዮስ፡ ሊቀ፡ ጳጳሳት፡	وفيه رسمت كنيسة	*Macarius* Patriarcha. (c)
II	28	አቤል፡	السيد بى سبوده	*Abel*.

Sabela

(z) واو aliàs *Vallem* significat; hic verò *Eremum*, ut constat 26. Januarii. (†) *Vigilia Nativitatis Domini* sic vocatur, in qua *jejunium* solenne observatur الي العرب *usque ad vesperam*. seu *occasum solis*. Vide diem X. Januarii. (*) اخميم *Achmim*. Urbs est Episcopalis in Thebaide seu Ægypto superiore sita; Olim Ὀξύρυγχος *Oxyrrhyngus* à Ptolemæo dictam fuisse putat Kircherus in supplem. Copt. pag. 611.

(a) Vide Annotationes nostras in fine hujus Calendarii. N. III. (b) Coptitæ ex *Leontio* Patriarcham faciunt, & in secundum diem Januarii referunt. Arabica sic exponenda sunt: *Leontius Patriarcha*: *& eodem die Dedicatio ædis Domini Abu Senodii*. At memoria *dedicationis* istius secundo hujus reperitur apud Æthiopes.

(c) *Duo* dantur *hujus nominis*, sexagesimus nonus hic intelligendus.

Calendarium Æthiopum. Coptitarum, Versio Latina.

Æthiop. Januar.	Julian. Dec.	Æthiopum	Coptitarum	Versio Latina
		ሳቤላ፡	- - -	*Sabela.* (*d*)
		ሐላኒቆስ፡	- - -	*Hellanicus.*
		ቴዎናስ፡ሊቀ፡ጳጳስ፡	- - -	*Theonas* Patr. Alex. (*e*)
		አባ፡ ሲኖዳ፡ ቅዳሴ፡ ቤቱ፡፡	- - -	Ab. *Sinoda* al. *Senodius*; dedicatio ædis ejus
III	29	ኢሳይያስ ፡ ነቢይ፡	قتل الاطفال	*Esaias* Propheta. (*f*)
		ሕፃናት፡	Cædes infantium.	*Infantes* innocentes. (†)
		አባ፡ ሊባኖስ፡	- - -	Abba *Libanus.*
		አድኃኒ፡ ወአስትዓ፡	- - -	*Adhanius* & *Astea.*
		አሞን፡	- - -	*Ammon.* (*g*)
IV	30	ዮሐንስ	يوحنا الرسول والانجيلي	JOHANNES Apostolus & Evangelista.
V	31	አውስገንዮስ፡	اوسغنيوس	*Ausgenius* Martyr. (*h*)
		ማቴዎስ፡	- - -	*Matthæus.*
		አውስያ፡	- - -	*Ausia.*
VI	Januar. 1	ኖኅ፡	- - -	*Noah.*
		ባስልዮስ፡	بسيليوس	*Basilius.*
		አባ፡ ሙሴ፡	- - -	Abba *Moyses.*
		መርቅያኖስ፡	- - -	*Marcianus.*
VII	2	ግዝረት፡ ክርስቶስ፡	ختانة(*) المسيح	Circumcisio CHRISTI.
		ጴጥሮስ፡ ዘሶላ፡	- - -	*Petrus* Solensis.
VIII	3	ኤፍሬም፡	القديس مار افرام	*S. Ephrem* Syrus.
		አድሬኒቆስ፡	- - -	*Adranicus.*
		ብንያሚን፡ሊቀ፡ጳጳስ፡	بنيامين البطريرك	*Benjamin.* Patr. Alex. (*i*)
		ቅዳሴ፡ ቤት፡ ዘመቃርዮስ፡	وتكريز كنيسة ابو مقار	Dedicatio ædis *S. Macarii.*
		ሚልክያስ፡ነቢይ፡	Vide inf. d. 14. & ibi lit. p.	*Malachias* Propheta.
IX	4	አብርሃም፡	ابرهيم	*Abraham.*
X	5	ጾም፡ ዘስሙ፡ ባሀድ፡	صوم الغطاس الي العرب	*Jejuniũ* nomine *Bahed.* (*k*)
XI	6	አባ፡ መቃሬስ፡	- - -	Abba *Macarius.*
		ጥምቀት፡ ክርስቶስ፡	يوم الغطاس المقدس	BAPTISMUS CHRISTI. (*l*)
		ዮስጦስ፡ ወጉድዩብ፡	Dies immersionis sanctæ.	*Iustus* & *Guedebus.*
		አንጦልዮስ፡	- - -	*Anatolius.*
		ዮሐንስ፡ለሂቅ፡	- - -	*Iohannes* Senior. (*m*)
XII	7	ከብካብ፡ዘቃና፡ዘገሊ	عرس قانا	*Nuptiæ* Canæ in Galilæa.
		ሚካኤል፡ሊቀ፡መላእ	- -	MICHAEL Archangelus.
		- - -	ثاني الغطاس	Secundũ *fest. immersionis.*
		ቴዎድሮስ፡ዘምሥራቅ	وتادرس المشرقي	*Theodorus* Orientalis.
		ለውንድዮስ፡ ወ	- - -	*Leontius* & (*n*)
		በኒቃርስ፡	- - -	*Benikarus.*

Tertia

(*d*) Fœmina hæc ut *somniorum interpres* commendatur. (*e*) XVI. Patriarcha Alexandrinus; *Columen Ecclesiæ* vocatur. (*f*) Etiam reperitur supra VI. Septembr. (†) Repetitur hic memoria istorum sine addita causa. (*g*) *Ammonium* habes supra d. XVI. Decemb. (*h*) Vide annotationes nostras in fine Cal. N. IV. (*) In Seldeni Calendario hoc loco legendum الختان & in Calcasendianis عيد الختان Festum Circumcisionis. (*i*) Vide annot. nostras hic in fin. N. V. (*k*) Vide Annotationes Num. VI. (*l*) Vide Annotationes Num. VII. (*m*) Ad differentiam *Johannis parvi* seu *Junioris* de quo supra d. XX. Octobr. (*n*) Idem supra nominatur die I. hujus.

Calendarium		Æthiopum	Coptitarum.	Versio Latina.
Æthiop.	Julian.			
	Januarii.			
XIII	8	ሠለስቱ፡ለኤጲፋንያ፡	ثالث الغطاس	Tertia dies *Epiphaniorum.*
		፯ ደቂቅ፡	- - -	*Septem pu*[illegible]
		ናከር፡	- - -	*Nacaro.*
XIV	9	መሕራኤል፡	مهرايل الشهيدة	*Mehraela* Martyr sancta.
		አብሆር፡ እኁሃ፡		*Abhor* frater ejus.
		እምራይስ፡	- - -	*Emraisa sancta.*
		መክሲሞስ፡	مكسيمس	*Maximus.*
		አርሳሌዎስ፡	ارشليدس	*Arshaledes.* (o)
		ቂርቆስ፡ወእሙ፡	- - -	*Cyriacus* & mater ejus.
XV	10	አብድዩ፡	- - -	*Abdias.* (p)
		ቂርቆስ፡	- - -	*Cyriacus.*
		ጎርጎርዮስ፡	عيد غريغريوس	*Gregorius.*
XVI	11	ዳንኤል፡	Festum Gregorii. [sic lege in	*Daniel* Μοναχός. (q)
		ኢየሉጣ፡እሙ፡ቂርቆስ፡	Calcasendianis.]	*Ijaluta* mater Cyriaci. (r)
		ፊሎቴዎስ፡	فيلاثاوس الشهيد	*Philotheus* Martyr.
		ጰላድዮን፡	Eodem modo lege in Calca-	*Palladius.*
		ዮሐንስ፡ ሊቀ፡ ጳጳሳት፡	sendianis.	*Iohannes* Patriarcha. (s)
XVII	12	ዲማቴዎስ፡እኁሁ፡	دوماديوس اخو	*Dumatheus* Frater
		መክሲሞስ፡	مكسيمس	Maximi. (t)
XVIII	13	ያዕቆብ፡ዘንጽቢን፡	- - -	*Iacobus* Nisibensis.
		ጊዮርጊስ፡	- -	*Georgius.*
		- - -	مرتا ومريم اخوات العازر	*Martha* & *Maria* Sorores
		- - -		Lazari.
XIX	14	እለ፡ብሑራ፡ ወ	- - -	*Behurai* cum
		ኔራ፡እሞሙ፡	- - -	*Nerâ* matre eorum.
		ያፍቅረነ፡እግዚእ፡	- - -	*Iafkerana-Egzie.*
		ቅዳሴ፡ ቤተ፡ ዘ	- - -	Dedicatio ædis Marty-
		ሰማዕታት፡ እስና፡	- - -	rum *Asna.* (u)
XX	15	አብሮኮሮስ፡ኤጲስቆ.	- - -	*Prochorus* Episcopus. (x)
		አብሽሉስ፡	- - -	*Abeluzius.*
		ብህኑ፡ሰማዕት፡	بهنوا الشهيدة	*Behnu* Martyr sancta.
		አባ፡ ናብዩድ፡	- - -	Abba *Nabjud.*
XXI	16	ዕረፍታ፡ለእግዝእትነ፡	- - -	*Obitus Dominæ nostræ*
		ማርያም፡ alias		Mariæ. (y)
		[illegible]፡ሞታ፡ለማርያም፡	نياحة السيدة مرتمريم	[illegible] mortis Mariæ.
		ኢላርያ፡	- - -	*Hilaria* Eremita.
		ጎርጎርዮስ፡	- - -	*Gregorius.*
		ኤርምያስ፡ ነቢይ፡	- - -	*Jeremias* Propheta. (z)
		ጳውሎስ፡ወ	- - -	*Paulus* &
		ሲላስ፡ ሰማዕታት፡	- - -	*Silas* Martyres.

(o) Hi duo octavo hujus mensis die in Calendario Copto ponuntur sed mendoso numero; Dies enim ille jam in primo Ordine extat; & in Calcasendianis pag. 214. manifestè habetur عيد مكسيموس Festum Maximi die XIV. hujus mensis. *Arshaledes* alioquin supra reperitur d. 14. Decemb. (p) Idem qui supra d. 23. Nov. *Sectator Eliæ* hoc loco vocatur. (q) Votum vovit *ne ullam mulierem aspiceret*; æquè ac *Johannes* de quo d. 30 Decemb. (r) Cujus d. 14. hujus mentio facta. (s) *Alexandriæ* quadragesimus ut videtur; is enim hoc mense obiit; & diem mortis suæ prædixit. (t) Coptitæ habent *Dumadius*, prout etiam alibi in Encomiaste legitur, ut d. 8. Septemb. & 25. Julii. describitur hîc ut *antistes Ordinis monastici.* (u) Urbs est Ægypti *Latona* seu *Latonopolis* olim dicta, secundum *Kircherum in Supplem. Copt.* pag. 613. Non est *Syene*, ut quidam putant, ea enim dicitur أسوان *Asuan.* (x) Nicomediæ. (y) Vide Annotationes N. VIII. (z) Hunc Coptitæ habent 8. die Septembris.

Calendarium Æthiop.	Julian. Januarius.	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
		ዮሐንስ፡	- - -	*Iohannes.*
		ቀውስጦስ፡	القديس العظيم	*Caustus.*
XXII	17	እንጦንስ፡	Sanctus & انطونيوس	*Antonius.* (a)
XXIII	18	ጢሞቴዎስ፡	Magnus تاوسيبوس	*Timotheus.* (b)
		ቴዎዶስዮስ፡ ንጉሥ፡	- - -	*Theodosius* Imperator
		ጊዮርጊስ፡ ወመርቆሬ፡	- - -	*Georgius* & *Mercora.*
XXIV	19	አብሻዲ፡ ቀሲስ፡	القديس ابو ابشاده	*Abshadius* Presbyter.
		ቢፋ፡ ዘሶፋጥ፡	القس	*Bisa* Softensis.
XXV	20	ጴጥሮስ፡	- - -	*Petrus.*
		ስበስትያኖስ፡	- - -	*Sebastianus.*
		አስኪላ፡	انبا اسكيل الشهيد	*Ascelas* Martyr. (c)
XXVI	21	፵ወ፱አዕረጋውያን፡	التسعة واربعين دوادي	*XLIX. Seniores Eremi.* (d)
		ዮሴፍ፡	- - -	*Iosephus* liberalis erga pauperes. (e)
XXVII	22	አባ፡ ቢፋሞን፡	- - -	Abba *Bifamon.*
		ሰራብዮን፡	سرابيون	*Serapio.*
		ፍልሰተ፡ ሥጋ፡ ዘጢሞቴዎስ፡	طيماثاوس الرسول	Translatio corporis *Timothei.* (f)
		ሄኖክ፡	- - -	*Henochus.*
		ሱርያል፡	- - -	*Suriel* Archangelus.
XXVIII	23	አብርሃም፡ ይስሐቅ ወያዕቆብ፡	- - -	ABRAHAM, ISAAC & JACOB.
		አባ፡ አካውሕ፡	- - -	Abba *Acauhus.* (g)
		ሰምኣት፡፰ቢጹ፡	- - -	Octingenti socii ejus.
		ዮሴፍ፡	- - -	*Iosephus.* (h)
		አቅሊመንጦስ፡	اقليمنطس الاسقف الشهيد	*Clemens* Episcop. & Marr.
XXIX	24	ልደተ፡ ክርስቶስ፡	الميلاد كل شهر	NATIVITAS CHRISTI.
		አክስኒ፡	Singulis mensibus.	*Xena.* ξέν. (i)
		እስጢፋኖስ፡	- - -	*Stephanus.*
		ቅርያቆስ፡	- - -	*Cyriacus.*
		መነኮሳት፡ ዘደብረ፡ ጸጋ፡ መእላዱ፡	- - -	*Monachi* Monasterii *Tzaga-Meelád.*
		ገብረ፡ ናዝሬዊ፡	- - -	*Gabra-Nazravui.*
XXX	25	ሚናስ፡ ሊቀ፡ ጳጳስ፡	- - -	*Menas* Patriarcha. (k)
		አክርስጦስ፡	- - -	*Chrestus.*
		ማርያ፡ወማርታ፡	- - -	*Maria* & *Martha* Virgin.
		ጤቅላ፡ወአብያ፡	- - -	*Thecla* & *Abja.*
		አርኒ፡	- - -	*Irene.*

Patres

(a) *Monastici Ordinis fundator*, de hoc vide Comment nostrum Lib. 3. c. 3. n. 24. (b) *Pauli* Apostoli *discipulus* & sectator, Episcopus Ephesinus. (c) Abba *Ascela* habent Alexandrini. *Æshylum* significare putat Seldenus. Sed Ἀκύλας *Acyla* seu *Aquila* reperitur hoc die in Synaxariis Græcorum, ex quo አስኪላ፡ forsassis corruptum fuit. (d) Hinc colligitur بوادي *in Eremo* exponendum esse, ut supra indicavimus d. 25. Decemb. lit. z. (e) A liberalitate erga pauperes commendatur. (f) *Reliquias* ejus Constantinopolin *in edem Sanctorum Apostolorum* delatas Alexandrini cum Græcis asserunt. (g) Cum *octo sociis* memoratur hoc die. (h) E clibano ignis servatus fuit. (i) Apud Græcos reperitur die *XVIII.* hujus mensis. (k) Quadragesimus septimus Patriarcha Alexandrinus.

Nota. In Ordine altero ante *XXVII.* diem hujus mensis reperitur *Gregorius* sine numero. Is pertinere videtur ad *XV.* diem, qui plane desideratur, extat autem *apud Calcasendum* & in nostro Calendario illo die. Ibidem lego القديسات العذاري *Sancta Virgines*, reliqua mendosa sunt.

FEBRUARIUS SEXTUS ÆTHIOPUM MENSIS.

የካቲት፡ JACATIT. COPTITIS امشير አምሺር ፡ AMSCHIR VEL MECHIR (l) POTIUS.

Calendarium Æthiop. Febr.	Julian. Januar.	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
I	26	ጉባኤ፡ በቍስጥንጥንያ፤	- - -	Patres *Concilii Constantinopol.* Oecumenici.
		ቅዳሴ፡ቤተ፡ዘጴጥሮ.	- - -	Dedicatio ædis *Petri.*
		- - -	يهودا الرسول	*Iudas* Apostolus.
II	27	ቶማስ፤	- - -	*Thomas.*
		ጳውሊ፤	ابو بولا الكبير Abu-Baula Major.	*Paulus* Eremita.
		- - -	انبا يحنس	Abba *Iohannes.*
		ሉንጊኖስ፤	- - -	*Longinus.*
III	28	ያዕቆብ፤	- - -	*Iacobus.*
		ዚይኖን፡ ገባሬ፡ መንክራት፤	- - -	*Zeno Thaumaturgus.*
		ፍልሰተ፡ ሥጋ፡ ዘኤፍሬም፡ ሶርያዊ፤	ماري افرام Mari Ephrem.	Translatio corporis *Ephrem Syri.* (m)
IV	29	ጾመ፡ክርስቶስ፤	- - -	*Iejunium CHRISTI.* (n)
		አጋቦስ፤	- - -	*Agabus.*
		ዘካርያስ፤	- - -	*Zacharias.*
V	30	አግሪጲኖ፡ ሊቀ፡ጳጳስ፤	- - -	*Agrippinus* Patr. Alex. (o)
		ብሶይ፤	- - -	*Bessoi* cognom. Petrus.
		ኖቡ፤	- - -	*Nobus.*
		አቡሊድስ፤	- - -	*Hippolytus.* (p)
		ፍልሰተ፡ ዐጽቆሙ፡ ለ ፵ ወ ፱ ሰማዕታት፤	- - -	Translatio ossium *XLIX.* martyrum.
		አባ፡ እብሉይ፤	- - -	Abba *Eblei,* } (q)
		አባ፡ እብሉ፤	- - -	Abba *Eblo.* } (q)
		አሞን፡ ወአሲያ፡	- - -	*Ammon* & *Esia.*
		- - -	استفنوس الشهيد	*Stephanus* Martyr.
VI	31	ውርጸት፡ ሥጋሁ፡ ለአቡሊድስ፡ እምባሕር፡	- - -	Emersio corporis *Hippolyti* è mari.
		አቡቂር፡ ወዮሐንስ፤	ابوقير ويوحنا الشهدا	*Abukir* & *Iohannes.*
		አሞጊ፡ ወአትናስያ፡		*Amogi* & *Athanasia.*
		ማርያም፤	- - -	*Maria.* (r)
VII	Febr. 1	እለስክንድሮስ፡ ጳጳ.	- - -	*Alexander* Metropolita.
		ታውድሮስ፡ ሊቀ፡ ጳጳ.	القديس تاودرس	*Theodorus* Patr. Alex. (s)
VIII	2	በአተ፡ክርስቶስ፡ቤተ፡ መቅደስ፤	سمعان الكاهن وحمله السيد	Introitus Christi in templum; *aliàs*

(l) Μεχίρ *Mechir* scribunt Coptitæ. Arabes verò χ *ch* Græcum æque ac Galli pronunciant ut *Sch*, Angl. *Sh.* Itaque præposito Elif legunt Amschir, sicuti pro Εὐτύχιος dicunt اوتشيوس *Eutychius*; quod planè mirum. (m) Supra quoque d. 7. Januar. mentio illius fit. (n) *Jejunium Christi* in deserto, sive *initium quadragesimæ* hoc tempore intelligitur. (o) Decimus Patriarcha Alexandrinus fuit. (p) Vide annotationes nostras Num. IX. (q) Hi duo pro eodem haberi possent ob nominum affinitatem, verùm ut diversos Poëta describit. (r) Quæ lavit pedes *Christi* prout legitur apud Matth. 26.13. (s) Quadragesimus quintus Patriarcha fuit, atque hic est dies obitus ejus. نياحة تاودرس *Luctum Theodori* vocat Calcasendius.

Calendarium Æthiop. Februarius.	Julian.	Æthiopum,	Coptitarum.	Versio Latina.
		aliâs በዐለ፡ አርብዐ፡ (t)	وهو دخول السيد الهيكل Introitus Domini in templū.	Festum purificationis Mariæ.
		ስምዖን፡ ነቢይ፡		Simeon Propheta.
		ሐና፡	- - -	Hanna Prophetissa.
		ኤልያስ፡	- - -	Elias.
		ሠለስ፡ አንስት፡	- - -	Tres fœminæ Eremitæ.
IX	3	ፍልሰተ፡ ሥጋ፡ ዘዮሴፍ፡	- - -	Translatio corporis Iosephi.
		በርሱማ፡	نياحة برصوما	Barsuma obitus.
		ጳውሎስ፡ ምስለ፡ ኤሲ፡ ወተክላ፡	- - -	Paulus cum Esi & Thecla.
X	4	ያዕቆብ፡ ሐዋርያ፡ ወሰማዕት፡	- - -	Iacobus Apostolus & martyr.
		ዮስጦስ፡	القديس يسطس الاسقف Episcopus.	S. Iustus. (u)
		ኤስድሮስ፡		Esdras librorum sacrorum editor. (x)
		ፊሎ፡ ኤጲስቆጶስ፡	- - -	Felo Episcopus.
XI	5	በላጥያኖስ፡	- - -	Belatianus.
		አንበሳዊ፡ አውሎግ፡	- - -	Leoninus Eulogius.
		አባ፡ በትራ፡ ረድአ፡ ስልዋኖስ፡	- - -	Abba Betra, Sylvani discipulus.
XII	6	ሚካኤል፡	- - -	Michael Archangelus.
		ጋልዮስ፡	- - -	Gallius.
XIII	7	ሰርጊስ፡	سرجس	Sergius Asceta.
		ጢሞቴዎስ፡ ሊቀ፡ ጳጳ	طيماثاوس البطريرك	Timotheus Patriarcha. (y)
		ፊቅጦር፡	- - -	Victor.
		አውሳብዮስ፡	- - -	Eusebius.
XIV	8	ያዕቆብ፡	- - -	Iacobus.
		ቄርሎስ፡ ሊቀ፡ ጳጳስ፡	- - -	Cyrillus Patr. Alex. (z)
		ሰዊርስ፡	سويرس بطريرك انطاكية وزكريا	Severus Patriarcha Antiochenus.
		ዮሐንስ፡	- - -	Iohannes.
XV	9	ዘካርያስ፡	- - -	Zacharias.
		በብኑዳ፡	القديس انبا ابنوده Abnuda.	Bebnuda.
		ቅዳሴ፡ ቤተ፡ ዘ ፵ ሐራ፡		Inauguratio ædis XL. militum.
XVI	10	ቅ፡ ማርያም፡ ድንግል፡	- - -	S. Maria Virgo.
		ኤልሳቤጥ፡	- - -	Elisabetha Mater S. Joh. Baptistæ.
		ዕረፍተ፡ ሙሴ፡ ሊቀ፡ አበው፡	- - -	Obitus Moysis Patriarchæ Legislatoris.
XVII	11	ሚናስ፡ ኤጲስቆጶስ፡	- - -	Menas Episcop. Acmim.
		- - -	انبا ابرهيم القديس	Abba Abraham sanctus.
XVIII	12	ሜላንዮስ፡	- - -	Melanius.
		- - -	يعقوب الرسول	Jacobus Apostolus:

Trans-

(t) *Festum quadraginta dierum* vocant Æthiopes, quod nobis est *Purificationis Mariæ*, quo tempore *Simeon* & *Hanna* hîc sequentes in Templo fuerunt. (u) In ordine altero apud Seldenum *Justus Episcopus* quoque extat. Ego conjunxi. Apud Calcasendium lege عيد يسطس وشهادة يعقوب *Festum Justi & martyrium Jacobi*. (x) Vide Annotationes nostras. N. X. (y) Vide annotationes nostras. N. XI. (z) Cyrillus vulgo *Magnus* dictus, scriptis contra *Nestorium* editis clarus, vigesimus quartus Patriarcha.

Calendarium Æthiop.	Julian.	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
	Februarius.			
XIX	13	ፍልሰተ፡ሥጋ፡ዘመርትያኖስ፡	In Calend. Copt. pro XIX. fac XXIX,	Translatio corporis *Martiani.* (a)
		ጴጥሮስ፡ሊቀ፡ጳጳስ፡	بطرس البطريرك	*Petrus* Patr. Alexand. (b)
XX	14	ባስልዮስ፡ወ	- - -	*Basilius* &
		ቴዎዶስዮስ፡ወ	- - -	*Theodosius*, &
		ጢሞቴዎስ፡	- - -	*Timotheus* socii.
		ፊልሞን፡	- - -	*Philemon* Citharœdus.
XXI	15	ቅ፡ማርያም፡ድንግል፡	- - -	S. MARIA Virgo.
		ገብርኤል፡ሊቀ፡ጳጳስ፡	- - -	*Gabriel* Patr. Alex. (c)
		ዘካርያስ፡ወ	- - -	*Zacharias* &
		ቴዎዶስዮስ፡ወ	- - -	*Theodosius* &
		ጢሞቴዎስ፡ቢጹ፡	- - -	*Timotheus* collega ejus.
		ኦኔስሞስ፡	- - -	*Onesimus* Pauli Discipul.
		- - -	بطرس مطران دمسق	*Petrus* Metropolita Damasci.
XXII	16	ማሬና፡ኤጲስ፡ቆጶስ፡		*Marana* Episcopus.
XXIII	17	አውሳብዮስ፡ወልደ፡ፋሲለደስ፡	- - -	*Eusebius* Basilidis Filius Martyr.
XXIV	18	ማትያስ፡ወ	- - -	*Matthias* &
		ጢሞቴዎስ፡	- - -	*Timotheus.*
		አጋቢጦስ፡	- - -	*Agapetus.*
XXV	19	አውሳንዮስ፡	- - -	*Ausanius,*
		ፊልሞና፡ወ	- - -	*Philemon* &
		ድንግል፡ለኪያ፡	- - -	Virgo *Lucia.*
		ቆና፡ዲያቆን፡	- - -	*Konas* Diaconus.
		ሚናስ፡ወ	- - -	*Menas* &
		ኤልማዲዎስ፡	المديس مع غيره	*Elmadius.*
XXVI	20	ፋና፡	cum sociis.	*Phanas.*
		አንጦንስ፡ረውሔ፡	- - -	*Antonius Ravveh.*
XXVII	21	ሆሴዕ፡	- - -	*Hoseas* Propheta.
		ሳዶቅ፡ሰማዕት፡	- - -	*Sadok* Martyr. (d)
XXVIII	22	አንስጣቴዎስ፡	- - -	*Anastasius.*
		አብርሃም፡ይስሐቅ፡ወያዕቆብ፡	- - -	ABRAHAM, ISAAC & JACOB.
		ቴዎዶርስ፡	القديس انبا تادرس الرومي	*Theodorus* Romanus.
XXIX	23	ልደተ፡ክርስቶስ፡		NATIVITAS CHRISTI.
		ቦሊቃርጶስ፡ካህን፡	بوليقربوس الاسقف Episcopus.	*Polycarpus* Sacerdos. (e)
XXX	24	ረክበተ፡ርእሰ፡ዮሐንስ፡	وجود راس يوحنا	*Inventio capitis S. Iohannis.* (f)

(a) *Athenis* Antiochiam translatum scribit Encomiastes. (b) *S. Athanasii* successor fuit vigesimus primus Patriarcha, hoc mense obiit. (c) Quinquagesimus septimus Patriarcha, hoc die obiit. (d) Hunc *Sadokum* cum aliis *bis mille & octo martyribus* à Rege Persiæ occisum fuisse tradit Encomiastes. (e) Sic legendum & exponendum, simulque XXIX. pro XIX. in Calendario Coptico faciendum censeo. In Armenia passum fuisse tradit Encomiastes meus. *Episcopum* fuisse dicunt Coptitæ, & procul dubio intelligunt *Polycarpum* ἱερομάρτυρα *Episcopum Smyrnæ*, cujus memoria hoc die apud Græcos celebratur; Romani in suo martyrologio habent Romæ Polycarpum Presbyterum. (f) *Baptista* intelligitur, atque idem hoc die reperiri in Calendario Copto docet *Kircherus in supplem. Copto* pag. 547. Nos ex *Calcasendio* supplevimus.

MARTIUS SEPTIMUS ÆTHIOPUM MENSIS.

መጋቢት ; MAGABIT. COPTITIS برمهات በርመሃት ; BERMAHAT.

Calendarium Æthiop. Mart.	Julian. Febr.	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
I	25	በርኪሶስ፤	- - -	*Barkisus.* (g)
		መርቆሬዎስ፡ ወ	مرقوريوس	*Mercurius* &
		እስክንድርስ፡ ቢጹ፤	- - -	*Alexander* socius ejus.
		- - -	تكلة الشهيدة	*Thecla* Martyr sancta.
II	26	መካሬዊ፤	انبا مكاره الشهيد	*Macareus.* (h)
III	27	ጎርጎርዮስ፡ ዘርሓ፡	Martyr & Episc. الاسقف	*Gregorius* Rohensis.
		ቆስማ፡ ሊቀ፡ ጳጳስ፤	- - -	*Cosmus* Patr. Alex. (i)
		በርፎንዮስ፡ አብ፤	- - -	*Berfonius* Pater.
IV	28	ኤጲስቆጶሳት፡ገቡአን	- - -	*Episcopi congregati* propter
		በእንተ፡ ፋሲካ፤	- - -	Pascha. (k)
		ሐኑልዮስ፡ ዘተርሕ፤	- - -	*Hanulius* Terhensis.
	Mart.			
V	1	ሰረባሞን፤	- - -	*Sarabamon* Martyr. (l)
		አውዶክሲያ፤	- - -	*Eudoxia.*
		አባ፡ ገርማኖስ፤	- - -	Abba *Germanus.*
		ገብረ፡መንፈስ፡ቅዱስ፤	- - -	*Gabra-Menses-Keddus.* (m)
VI	2	ዲዮስቆርስ፤	- - -	*Dioscorus* Martyr.
		ቴዎዶስዮስ፤	ثاوداسيوس الملكي	*Theodosius* Imperator.
		ረፋኤል፤	- - -	*Raphael.*
VII	3	አብሎንዮስ፤	- - -	*Apollonius.*
		ቴዎዶጦስ፤	- - -	*Theodotus* Martyr. (n)
VIII	4	ማትያስ፤	- - -	*Matthias* Apostolus.
		አርያኖስ፤	عيد اريانوس	*Arrianus.*
		ዮልያኖስ፡ሊቀ፡ጳጳስ፤	- - -	*Julianus* Patr. Alex. (o)
		ደቂቀ፡ ስብዑ፤	- - -	*Septem dormitores.* (p)
IX	5	እንድርያኖስ፤	- - -	*Andrianus.*
		አውሰብዮስ፡ ወአርማ፡	- - -	*Eusebius* & *Arma.*
		ኩትን፤	- - -	*Cuetenus.*
X	6	መስቀል፡ ተረክበ፤	وجود الصليب المقدس	Inventio sanctæ crucis. (q)
XI	7	አሌፍ፤	- - -	*Alefus.* (r)
		ባሲሊዎስ፡ ኤጲስቆ.	- - -	*Basilius* Episcopus. (s)
		ቴዎበኪቂያኖስ፤	- - -	*Theodicianus.*
XII	8	ሚካኤል፡ ሊቀ፡መላእ.	- - -	MICHAEL Archangelus
		ድሜጥርስ፡ሊቀ፡ጳጳስ	- - -	*Demetrius.* Patr. Alex. (t) *Melagius.*

(g) *Barachisius* Martyr Persiæ d. 29. Martii reperitur in *Martyrologio Romano*. Hic noster in bona senectute cursum suum absolvisse dicitur. (h) Æthiopica terminatio in *avvi* denotat derivata possessiva, ut reddendum fuerit *Macareus*; cùm aliàs Græcum Μακάριος *Macarius* reddatur መቃርስ : *d.* 27. *Octobr*. vel መቃርዮስ : infr. *d.* 13. *hujus*. (i) Quadragesimusquartus Patriarcha fuit, cujus tempore pacem in Ecclesia floruisse canit Poeta. قسما *Kosma* hoc nomen efferunt Coptitæ. ቆስሞስ : *Cosmus* d. 21. & 22. *Novemb* idem esse puto. Variè enim peregrina nomina efferunt Æthiopes. (k) *Nicænos Patres* intelligere videtur Encomiastes, qui controversiam de tempore Paschatis sopiverunt ; quorum tamen etiam supra mentio fit *die* 9. *Novembris*. (l) Supra adfuit d. 28. *Nov.* (in hunc enim diem referendus). Idem ni fallor. (m) Unus ex præcipuis Æthiopum Sanctis, de quo nos in *Comm.* Lib. 3. c. 3. n. 23. (n) Ab Atheniensibus flagellatus. Alius, ut videtur, supra *d.* 5 *Sept.* (o) Undecimus Patriarcha Alexandrinus *Demetrii* decessor. (p) Hi memorantur à Coptitis *die* 25. *April.* (q) Miraculò primùm *Hierosolymæ*: deinde *in Persia* demonstrata. (r) Unus ex *novem Sanctis* fuit, de quibus in Historia nostra 3. 3. §. 4. (s) Supra quoque memoratur *d.* 13. *Sept.* & *d.* 6. *Jan.* (t) Patriarcha celeberrimus, *sacrorum temporum Rationarius*. De quo supra *die* 12. *Octobr.* lit. n.

Calendarium Æthiop.	Julian. Martius.	Æthiopum.	Copticarum.	Versio Latina.
		መላጊ፡ ሰማዕት፡ ዮሴፍ፡	القديس ملاجي الشهيد	*Melagius* Martyr. (u) *Iosephus* Jac[illegible]
XIII	9	ዲዮናቴዎስ፡	- - -	*Dionatheus.*
		ሰማዕታት፡ አርብዓ፡	الاربعون شهدا	*Quadraginta martyres.* (x)
		መቃሬ፡ ዘየዐቢ፡ ወ	Sebastiæ. بسبسطية	*Makaras* major &
		መቃርዮስ፡ እኁሁ፡፡	- - -	*Macarius* Frater ejus.
XIV	10	ቶማስ፡	- - -	*Thomas.*
		ሲኖዲ፡		*Senodius.* (y)
		አውጋንዮስ፡ ወ	- - -	*Eugenius* &
		አውጋንድርስ፡ ወ	- - -	*Eugander,* &
		አቢላንድዮስ፡፡	- - -	*Abilandius.*
		አባ፡ ባጥል፡	- - -	Abba *Batlus.*
XV	11	ሳራ፡	- - -	*Sara.*
		ሔልያስ፡ ሰማዕት፡ ዘሀገሪ፡ አህናስ፡	هلياس الشهيد من اهناس	*Helias* Martyr urbis Ahnas. (z)
		ሰላፍክስ፡ ወ	- - -	*Selaphicus* &
		አስጥራጦኒቃ፡ ፍኅርቱ፡	- - -	*Stratonica* sponsa ejus.
XVI	12	ሚካኤል፡ ሊቀ፡ ጳጳስ፡	- - -	MICHAEL Patriarcha. (a)
XVII	13	ቴዎቅሪጦስ፡	- - -	*Theocritus.*
		አልዓዛር፡	- - -	*Lazarus* amicus Christi.
		ጊዮርጊስ፡ ወ	- - -	*Georgius* &
		ተላስስ፡ ወ	- - -	*Thalassius* &
		ዮሴፍ፡ ኤጲስቆጶስ፡	- - -	*Iosephus* Episcopus.
		አባ፡ ገሪማ፡	- - -	Abba *Garima.* (b)
XVIII	14	ኢሲዶሮስ፡	ايسيدرس الشهيد	*Isidorus* Martyr.
XIX	15	አሪስጦቡሎስ፡	& soror ejus. واختد	*Aristobulus.*
		እስክንድርስ፡ ወ	- - -	*Alexander* &
		አጋብዮስ፡	- - -	*Agapius.*
		ኔሜልዮስ፡ ወ	- - -	*Nemelius* &
		ዴናስዮስ፡	- - -	*Denasius.*
		ሮማልዮስ፡ ወ	- - -	*Romelius* &
		ተላስዮስ፡፡	- - -	*Thalassius.*
		- - -	فيه اعطي المخلص الحل والربط للتلاميذ (c)	*Ligandi atque solvendi potestas discipulis data.*
XX	16	አስጥራጦኒቃ፡	- - -	*Stratonica.*
		ሚካኤል፡ ሊቀ፡ ጳጳስ፡	- - -	*Michael* Patr. Alexand (d)
		አስቃራን፡	- - -	*Askaranus.*
		ትንሣኤ፡ አልዓዛር፡	(e) عيد العازر	Resuscitatio *Lazari.*
XXI	17	ቅ፡ ማርያም፡ ድንግል፡	السيدة العذرا	S. MARIA VIRGO.
		ቴዎድሮስ፡ ወ	- - -	*Theodorus* &
		ጢሞቴዎስ፡ ሰማዕት፡	- - -	*Timotheus* Martyres.
XXII	18	በአተ፡ ክርስቶስ፡ ቦኢ ዮሩሳሌም፡	(f) عيد الشعانين Festum Palmarum	*A[illegible]ntus Christi* Hierosolymam.

Cyrillus.

(u) Vide *Annotat.* N. XII. (x) *Sebastiæ* passos esse istos, Græci cum Copticis testantur. (y) Hoc nomen aliquoties & diversimodè occurrit, veluti 2. *Nov.* 2. *Januar.*&c. (z) Non est *Elias* ut Seldenus legit, is enim scribitur اليا : Urbs verò *Ahnas* reperitur cùm apud Poetam meum: tùm apud Kirchetum *Porta VI.c.*21. *de Region.& Urb.* p. 210. (a) Vid. *Annotat. N. XIII.* (b) Vid. *Annot. N. XIV.* (c) Idest *In hoc* [die] *dedit Salvator solutionem & ligationem* [i. e. solvendi & ligandi potestatem] *discipulis suis.* (d) Quinquagesimus sextus Patriarcha, qui hoc die mortem obiit. (e) *Festum Lazari* Calcasendius d. 23. hujus mensis habet. (f) Vide *Annotat. N. XV.*

Æthiop.	Julian.	Calendarium Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
		ቄርሎስ ፡		Cyrillus, Episc. Hierosl.
			طيمثاوس تلميذ	[illegible]us Pauli.
		ዳንኤል ፡	الرسول بولس	Daniel Propheta.
XXIII	19	መቃርዮስ ፡ ሊቀ ፡ ጳጳስ ፡		Macarius Patr. Alex. (h)
XXIV	20		- - -	
XXV	21	ኦኒሲፎሮስ ፡	- - -	Onesiphorus.
XXVI	22	ፋርዮስ ፡	فريوس القديس	Farius Sanctus.
		ኢዮጰራቅስያ ፡	- - -	Eupraxia.
XXVII	23	አመተ ፡ ሐና ፡ ወ	- - -	Amata-Hanna &
		አመተ ፡ ዋሕድ ፡፡	- - -	Amata-Wahed. (i)
		ሕማማተ ፡ ክርስቶስ ፡	- - -	Passione Christi.
		እስጢፋኖስ ፡ ሰማዕት ፡	- - -	Stephanus Martyr.
		መቃርስ ፡	ابو مقار القديس الكبير (k) بشيهات	S.Macarius antistes monachorum in Shihât.
		ሰማዕታተ ፡ አሽላ ፡፡	- - -	Martyres Eshla.
XXVIII	24	አብርሃም ፡ ይስሐቅ ፡	- - -	ABRAHAM ISAAC
		ወያዕቆብ ፡፡	- - -	& JACOB.
		ቍስጠንጢኖስ ፡	- - -	Constantinus.
		እሌኒ ፡	- - -	Helena.
XXIX	25	ፅንሰተ ፡ ክርስቶስ ፡	(l) بشارة الملاك	Conceptus Christi.
		በዓለ ፡ ትንሣኤ ፡፡	غبريال للسيدة	Festum resurrectionis.
XXX	26	ገብርኤል ፡ ሊቀ ፡ መላእክት ፡		Gabriel Archangelus. (m)
		ስምሶን ፡ ናዝራዊ ፡ (n)	- - -	Simson Nazirzus.
		ያዕቆብ ፡ ሰማዕት ፡	- - -	Iacobus Martyr.
		ዮሐንስ ፡	- - -	Iohannes.
		- - -	اوجانيوس الشهيد	Eugenius Martyr.

APRILIS OCTAVUS ÆTHIOPUM MENSIS.

ሚያዝያ ፡ MIJAZIA. COPTITIS برموده በርሞዳ ፡ BERMODA.

Æthiop. Aprilis.	Julian. Martius	Calendarium Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
I	27	አሮን ፡	هرون الكاهن	A[illegible]ummus Sacerdos
		ሲልዋኖስ ፡	- - -	Silvanus.
		መቃርዮስ ፡ ወውሉዱ ፡፡	- - -	Macarius & Filii ejus.
II	28	ስምዖን ፡	- - -	Simeon.
		ክርስቶፎሮስ ፡	- - -	Christophorus.
III	29	ዮሐንስ ፡	- - -	Iohannes.
		ማርቆስ ፡ ወፊቁር ፡	- - -	Marcæus & Fekurus.
		ሚካኤል ፡ ሊቀ ፡ ጳጳስ ፡	- - -	[illegible] Patr. Alex. (o)
		ሠምረተ ፡ ጽዮን ፡	- - -	Semrata-Tzijon. (p)

Victor

(g) Laudatur, quòd *Ario* in Concilio Sardicensi fortiter obstiterit. (h) Quinquagesimus nonus Patriarcha ስብራ ፡ *Schobrâ* oriundus. Idem vel alius hujus nominis supra die I. Januarii. (i) Nomina fœminarum Æthiopica significativa sunt አመት ፡ *Amat* est *Ancilla* አመተ ፡ ዋሕድ ፡ *Ancilla unici*, sc. *Filii Dei*. Martyres fuerunt propter Christum combustæ. (k) كبير Per Apocopen pro Κύριος dici Golius in Lexico suo ait. Si bene memini *Abbatem Monasterii* denotat. Hic ut talis laudatur apud Encomiasten meum. Vitæ sanctimoniâ clarus, in monasterio, cui nomen መድለወ ፡ አልባብ ፡ *Statera cordium*, in Æthiopia. (l) Vide annotat. N. XVI. (m) Hoc die festum illi à Doctoribus constitutum prædicat Poeta meus. (n) ናዝራዊ ፡ aliàs *Nazarenum* denotat, male ergo confundit Æthiops cum *Nazirao*.

(o) Amba seu Abba *Michael* Septuagesimus primus Patriarcha Alexandrinus obiit hoc die. (p) Id est: *Beneplacitum Sionis* Nomen viri Æthiopicum significativum.

Calendarium Æthiop.	Julian.	Æthiopum.	Coptitarum	Versio Latina.
Aprilis. IV	Martius. 30	ፊቅጦር፡ወ	- - -	*Victor* &
		ዳኬዎስ፡ወኤርሞ፡	- - -	*Dacius* & *Ermo.* (q)
V	31	ሕዝቅኤል፡ነቢይ፡	(†) حزقيال النبي	*Ezechiel* Propheta.
		ዲዮስቆሮስ፡	- - -	*Dioscorus* silens.
VI	Aprilis. 1	አዳም፡ ወሔዋን፡	- - -	*Adam* & *Eva.*
		በአተ፡ክርስቶስ፡ውስ	- - -	*Introitus Christi* in cœna-
		ተ፡ጽርሕ፡ፅዑው፡		culum clausum. (r)
		ማርያም፡ እንተ፡ ቀበ	يوحنا البطريرك	*Maria* Ægyptiaca, quā (s)
		ራ፡ ዞሲማስ፡፡	Johannes Patriarcha.	sepelivit *Zosimus.*
VII	2	ኢያቄም፡ እምሔወ፡	- - -	*Joachimus* avus Chri-
		ክርስቶስ፡	- - -	sti. (t)
		አጋቦስ፡ወቴዎዶሮስ፡	- - -	*Agabus* & *Theodorus,* &
		ወመቃርፋ፡ ወልደ፡	- - -	*Macrobius* F. Moysis. (*)
		ሙሴ፡፡	- - -	
VIII	3	ጢሞቴዎስ፡ አብ፡	- - -	*Timotheus* Pater.
		አጋቢስ፡ አርያኒ፡ ወ	- - -	*Agapis, Ariana,* &
		አስኖንያ፡	- - -	*Asnonia* Virgines.
		ለባ፡አረጋት፡	- - -	*Leba-aragât.*
		፻፶ሰማዕታተ፡ፋርስ፡	- - -	*CL. Martyres* Persiæ.
IX	4	ሰኒትዮ፡ ሊቀ፡ ጳጳስ፡	- - -	*Sanitius* Patr. Alex. (u)
		ዞሲማስ፡	- - -	*Zosimus.*
X	5	ይስሐቅ፡	- - -	*Isaat* Asceta.
XI	6	ገብርኤል፡ ሊቀ፡ ጳጳስ፡	- - -	*Gabriel* Patr. Alex. (x)
		ቴዎዶራ፡	- - -	*Theodora* munifica.
		ዮሐንስ፡ ዘጋዛ፡	يوحنا الاسقف غزه	*Iohannes* Episc. Gazæus.
XII	7	አጋይዮስ፡ወኤስድሮስ፡	- - -	*Gajus* & *Esdras.*
		ሚካኤል፡ ሊቀ፡ መላእ	- - -	MICHAEL Archangelus.
		እለእስክንድሮስ፡	- - -	*Alexander* cum
		ምስለ፡ አንጦንዮስ፡ወ	انطونيوس اسقف طمويه	*Antonio* &
		ሉቃስ፡	Anton. Episc. Tamoiensis.	*Luca.*
XIII	8	ያሶ፡ ወዮሴፉ፡	- - -	*Iaso* & *Iosephus.* (†)
		ዲዮናስ፡ ወ	- - -	*Dionysia* Diaconissa, &
		ገለዋስ፡ ሰማዕት፡	- - -	*Gelvvâs* Martyr.
XIV	9	ማክሲሞስ፡ሊቀ፡ጳጳስ	- - -	*Maximus* Patr. Alex. (y)
			اسحق وغرمنس	*Isaacus* & *Germanus.*
XV	10	አቢብ፡	- - -	*Abibus.*
		ዮሐንስ፡	- - -	*Iohannes Baptista.* (z)
		እለእስክንድርያ፡	- - -	*Alexandra.*

(q) *Victoris & Sociorum* hoc die fit commemoratio in *Martyrologio Romano.* (†) Aut valdè fallor, aut apud *Calcasendium* hoc loco legendum عيد حزقيال النبي Male in *XV.* locatur in Calendario Copto, Antiquitus hæc lectio obtinet in Ecclesia Catholica. (r) Octavo à Paschate die, qui nobis est *Dominica Quasimodò geniti.* (s) Ista in martyrologio Romano *peccatrix* appellatur. (t) Joachimi memoria in Ecclesia Romana die 20. Martii celebratur. (*) *Macrufa* supra *XVI.* Octob. *Macrufius* scribunt & legunt Æthiopes. *Macrobium* denotari puto. (u) Ejusdem nominis adfuit Patriarcha *Senodius* die 2. Novemb. Ille ut ex die mortis colligo, fuit sexagesimus quintus, *Taranensis* origine: hic verò quinquagesimus quintus. (x) Vide *Annotat. N. XVII.* (†) Discipuli *Melsi.* (y) Decimus quintus Patriarcha Alexandrinus hoc die obiit. Istius tempore vixit *Antonius M.* monastici Ordinis auctor. (z) *Encomium Christi* de eo Matth. 11, 11. profert Encomiastes, & mentionem rursus facit *decollationis* ejus, Calendis Septembris memoratæ.

Calendarium Æthiop.	Julian. Aprilis.	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
		ቅዳሴ፡ቤተ፡ኒቆላዎስ፡	- - -	Dedicatio ædis Nicolai.
		አጋቦስ፡	- - -	*Agabus.* (a)
XVI	11	አንቲጳስ፡	- - -	*Antippas* Discip. Johan.
		- - -	مرقس احو يوحنا	*Marcus* Frater Johannis.
XVII	12	ያዕቆብ፡ሐዋርያ፡	يعقوب بن زبدي الرسول Filius Zebedæi.	*Iacobus* Apostolus.
		ዘርአ፡ማርያም፡		*Zera-Mariamus.*
		መልከ፡ጼዴቅ፡	- - -	*Melchi-Zedekus.*
XVIII	13	በዓል፡ረከብ፡	- - -	Festum *Racab.* (b)
		አውሳብዮስ፡	- - -	Eusebius servus Susnei.
		ጴጥሮስ፡ሰማዕት፡	- - -	*Petrus* Martyr.
XIX	14	ስምዖን፡ኤጲስቆጶስ፡	- - -	*Simeon* Armenius Episc.
XX	15	ብብኑዳ፡ሰማዕት፡	- - -	*Bebnuda* Martyr. (c)
		ቄርሎስ፡ ወብእሲቱ፡ ወደቂቁ፡	- - -	*Cyrillus* cum uxore & liberis.
XXI	16	ቅ. ማርያም፡ ድንግል፡	- - -	S. MARIA VIRGO.
		አብረታዎስ፡	- - -	*Abrataeus.*
XXII	17	ይስሐቅ፡ [ጳጳስ፡	- - -	*Isaacus.*
		እለስክንድሮስ፡ ሊቀ፡	- - -	*Alexander* Patr. Alex. (d)
		ማርቆስ፡	مرقس الجديد البطريرك	*Marcus* dives. (e)
		ሚካኤል፡	- - -	*Michael.*
XXIII	18	ጊዮርጊስ፡	ابو جرجس	*Georgius.*
		ቆሮ፡	وكور الشهدا Martyres.	*Korus.*
		ፃና፡	- - -	*Tzanas.*
XXIV	19	ሰንትዩ፡	- - -	*Sanitius* Patr. Alex. (f)
XXV	20	ሣራ፡	- - -	*Sara.*
		ብብኑዳ፡ወ	- - -	*Bebnudas* &
		ቴዎድሮስ፡	- - -	*Theodorus.*
		- -	الفتية بافسس	*Pueri Ephesini.* (g)
XXVI	21	ሱስንዮስ፡	سوسنيوس الشهيد	*Susneus* Martyr. (h)
		ዮሐንስ፡	- - -	*Iohannes* Ninivita.
XXVII	22	ፊቅጦር፡	ابونا فيقطر الشهيد	*Abbuna Victor* Martyr.
		አባ፡ኖዳ፡ወ	- - -	Abba *Noda* &
		ዞሲማስ፡ ወእስጢፋና፡	- - -	*Zosimus* & *Stephana*
		ማርታ፡እሙ፡ ለፊቅጦር፡	- - -	*Martha* Victoris Mater.
XXVIII	23	አብርሃም፡ ይስሐቅ፡ ወያዕቆብ፡	- - -	ABRAHAM, ISAAC & JACOB.
		ብስጣውሮስ፡	- - -	*Pistaurus* Asceta.
		ሜልዮስ፡	- - -	*Melius* Martyr.
XXIX	24	ልደት፡ክርስቶስ፡	- - -	NATIVITAS CHRISTI.
		አርስጦስ፡ ኤጲስቆ.	- - -	*Aristus* Episcopus Berythi.
		አባ፡አኪዮስ፡		*Ab. Acius* Episc. Hierosol.
XXX	25	ማርቆስ፡	عيد مرقس الانجيلي	*Marcus Maria F.* (i)

NATI-

(a) Cujus mentio fit Actor. 21. 11. (b) Festum est inter *Pascha* & *Pentecosten* medium, *Synodo Episcoporum* annuæ destinatum, cujus mentionem fecimus supra in Comp. Æthiopico pag 386. lit. l. (c) *Palma*, cui appensus fuit martyr iste, illâ ipsâ horâ fructus tulit. *Socii* ejus duodecim fuerunt, cum *Cyrillo* quodam ejusque sorore & liberis. (d) Decimus nonus Patriarcha Alexandrinus ሊቀ፡ ማኅበር፡ *Præses Concilii Niceni* Oecumenici ab Encomiaste vocatur cui adstipulantur Historici Orientales. Obiit hoc ipso die. (e) *Redemtor captivorum* vocatur ab Encomiaste. Cui rei insumsit tres myriades denariorum aureorum. A Coptitis vocatur *Marcus Felix* seu *Fortunatus*, Patriarcha, at cujus Ecclesiæ non dicitur. (f) Idem qui supra d. 9. hujus commemoratus fuit, *quòd signo crucis Saracenos abegerit, & agrotum sanaverit, & pluviam cœlo impetraverit.* (g) افسس Ephesus procul dubio extat in MSS. scribitur & افسوس sed rariùs. Intelliguntur Pueri Ephesini seu septem dormitores, de quibus infra die 20. Augusti. (h) Petri Susensis filius fuit. (i) Vide *Annotat. N. XVIII.*

MAJUS NONUS ÆTHIOPUM MENSIS.

ግንቦት፡ GINBOT. COPTITIS بشنس በሽንስ፡ BASHANSH.

Calendarium Æthiop.	Julian.	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
Majus.	Aprilis.			
I	26	ልደታ፡ቅ.ማርያም፡	ميلاد السيدة	NATIVIT. S. MARIÆ. (k)
		በርተሎሜዎስ፡ጳጳስ፡	Virginis العذري	*Bartholomæus* Metropol.
II.	27	ኢዮብ፡	ايوب	*Iobus* patiens.
		ቴዎድሮስ፡	تادرس ابن بحوميس	*Theodorus* Antistes.
III	28	አባ፡ብሶይ፡	(l) - - -	Abba *Bessoius*.
		ያሶን፡	يسون الشهيد القديس	*Iason* Martyr.
IV	29	ዮሐንስ፡ሊቀ፡ጳጳስ፡	(m) يوحنا البطريرك	*Iohannes* Patriarcha. (n)
		ሶሲማ፡ወ ኑደ፡	- - -	*Sosimas*? an Zosimus & *Nudas*.
V	30	ኤርምያስ፡ነቢይ፡	ارميا النبي	*Ieremias* Propheta. (o)
		- - -	يعقوب بن زبدي	*Iacobus* Fil. Zebedæi. (p)
	Majus.			
VI	1	ይስሐቅ፡	اسحق بدفري	*Isaacus*. (q)
		መቃሪስ፡	Presbyter. ابو مقار القس	*Abu-Macarius*.
		ጴላጊ፡	- - -	*Pelagia*.
		ሰሎሜ፡	- - -	*Salome*, ascetria.
		ደናስዮስ፡	- - -	*Dionysius*. (r)
		ሲኖዳ፡	- - -	*Senodius* Anachoreta.
VII	2	አትናቴዎስ፡ሊቀ፡ጳጳ.	القديس اتناسيوس الرسول	S. *Athanasius* Patr. Al. (s)
		ዮሐንስ፡		*Iohannes* liberalis. (t)
VIII	3	ዕርገተ፡ክርስቶስ፡	صعود المسيح	ASCENSIO CHRISTI
		ዳንኤል፡	- - -	*Daniel*.
		ዮሐንስ፡	يحنس السنهوتي	*Iohannes* Eleemosynarius.
		ደናስዮስ፡ምስለ፡ብእሲቱ፡ወደቂቁ፡	يسبرا - - -	*Dionysius* cum uxore & liberis suis.
IX	4	እሌኒ፡ረከበት፡መስቀለ፡	- - -	*Helena* reperit crucem. (u)
		- - -	تادرس الشماس في ايام المسلمين	*Theodorus* Diaconus tempore Musulmannorũ.
X	5	ሠለስ፡ደቂቅ፡	الثلثة فتية القديسين ونده	*Trium puerorum sanctorũ*.
		አብርሃም፡ሰማዕት፡		*Abraham* Martyr.
		ዮሐንስ፡ሊቀ፡ጳጳስ፡	- - -	*Iohannes* Patriarcha. (x)
		አባ፡ሚካኤል፡	- - -	Abba *Michael*.
XI	6	በፍኑትዮስ፡	- - -	*Paphnutius*.
		ኤፎምያ፡	- - -	*Euphemia*.
		ስስጤንስ፡ወይቅጥራ፡	- - -	*Sosthenes* & *Iektras*.
		ያሬድ፡	- - -	*Iaredus*.

Tavva-

(k) Vide *Annotat. N. XIX.* (l) Vide *Annotat. N. XX.* (m) عيد سمعون *Festum Simeonis* habet Calcasendius, sed vereor ne corrigendum sit عيد ياسون *Festum Jasonis*, prout correximus in Calendario Coptico. (n) Vide *Annotat. N. XXI.* (o) Vide *Annotat. N. XXII.* (p) Hoc die نياحة يعقوب *Obitum Jacobi* habet Calcasendius. Ideò numerus V. in Calendario Copto ponendus. Cum fratre *Johanne* conjunctim reperitur supra d. 30. Septembr. (q) Cujus capiti præter alia atrocia tormenta *clavi ardentes* infixi fuerunt. Coptitæ cognominatum tradunt عين شحس (r) *Denasius* scribunt & legunt Æthiopes; reperitur supra 19. Mart. & infr. d. 8. hujus. (s) Vide *Annotat. N. XXIII.* (t) Idem, ut videtur, *d. 16 Novembr.* commemoratur. Profusè liberalis fuit erga pauperes, ut in *Comment.* supra diximus Lib. 3. n. 20. (u) Vide *Annotat. N. XXIV.* (x) Plures hujus nominis fuerunt Patriarchæ *d. 16. Nov.* & 1. *Decembr.* unus & alter reperitur.

Calendarium Æthiop.	Julian. Majus.	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
		ታወክሊያ፡ምስለ፡ወልዱ፡	- - -	*Tavvacelia*, cum filio suo
		አቦሊ፡ወ	- - -	*Obolio*, &
		ዮስጦስ፡ቢጹ፡	- - -	*Iusto* socio ejus.
XII	7	አስተርእዮ፡ ዘመስቀል፡በጎልጎታ፡	- - -	*Apparitio Crucis* in Golgotha.
		ሚካኤል፡ሊቀ፡መላእክት	- - -	MICHAEL Archangelus
		ዮሐንስ፡አፈ፡ወርቅ፡	يوحنا فم الذهب	*Iohannes Chrysostomus*. (y)
		ኢስኮስ፡	- - -	*Isicus*.
		ፍልሰተ፡ዐጽም፡ዘተክለ፡ሃይማኖት፡	- - -	Translatio ossium *Tecla-Haimanoti*. (z)
XIII	8	አርሳንዮስ፡ ዘመሀረ፡ደቂቀ፡ንጉሥ፡፪፡	اوساني معلّم الملوك على راي الروم	*Arsenius* qui duos regios adolescentes erudivit. (a)
XIV	9	ሲማኮስ፡	- - -	*Symmachus*.
		አባ፡ ጳኵሚስ፡	ابو بخوم اب الشركة	Abba *Pachomius*.
XV	10	፬፻፡ ሐራ፡ ምስለ፡ሚናስ፡ ዲያቆን፡	(b) pater Sodalitatis.	CCCC. *Milites* cum *Mena* Diacono.
		ንዋየ፡ክርስቶስ፡	- - -	*Nevvaja-Christos*. (c)
		ናትናኤል፡	- - -	*Nathanael*.
		- - -	يهودا التلميذ الرسول	*Iudas* Discipulus & Apost
XVI	11	ሲራክ፡	- - -	*Sirach* Ecclesiasticus.
		ፍልሰተ፡ ሥጋ፡ ዘዮሐንስ፡	يوحنا الانجيلي	Translatio corporis *Iohannis Evangelistæ*.
XVII	12	ኤጲፋንዮስ፡	(d) استفانوس	*Epiphanius* Antistes.
		ሉኪያኖስ፡	- - -	*Lucianus*. (e)
XVIII	13	ርደተ፡ጰራቅሊጦስ፡	Festum Pentecostes.	*Descensus Paracleti*. (f)
		አባ፡ገርጋ፡ምስለ፡	انبا جرجا الراهب	Abba *Garga* cum
		አብርሃም፡	Monachus. وشنوده	*Abrahamo*.
XIX	14	ኢሲዶሮስ፡ወልደ፡	(g) & Senodius.	*Isidorus* Filius
		ብላንዴዎስ፡	- - -	*Belandii*.
		ይስሐቅ፡	- - -	*Isaacus* Monach. & Presb.
		ዮሴፍ፡	- - -	*Iosephus*. (h)
XX	15	ካሌብ፡ ንጉሥ፡	- - -	CALEBUS Græcis *Elesbaas*. (i)
		አሞኒ፡ዘቶና፡	القديس امونيوس المتوحد	*Ammonius* Tonensis. (k)
		ሲዶዜ፡		*Sedeza* discipula *Ammon*.
		ብሖር፡	- - -	*Behorus* ejusdem assecla.
		አባ፡ ደርማ፡	- - -	Abba *Derma Anachoreta*.
XXI	16	ቅ፡ማርያም፡ድንግል፡	السيدة العذراء	S. MARIA Virgo.

Aron

(y) Vide *Annotat. N. XXV.* (z) Commemorationem ejus habes supra die 24. Decembr. (a) *Theodosii Magni* liberos instruxit. Coptitæ addunt *secundùm doctrinam Romanorum*, intellige *Græcorum*, in quorum Synaxariis plura de eo referuntur. (b) Vid. *Annot. N. XXVI.* (c) Id est: *Opes-Christi*. Nomen est significativum Regis Æthiopiæ; Encomium ejus dedimus in Historia nostra. 2. 5. 7. (d) Stephanus legitur apud Coptitas, sed mallem corrigere ابيفانيوس Epiphanius, ut conveniat cum Æthiopibus. (e) E Judaismo conversus. (f) Festa mobilia, ut supra *Paschatis Ascensionis Christi* & hîc *Pentecostes* Encomiastes meus pro lubitu metris suis inseruit, nè planè omitterentur. (g) Apud Coptitas monachus est, & conjungitur cum *Sinoda* vel *Senodio* quo nomine plures Sancti apud Coptitas dantur. (h) Instar *Josephi Patriarchæ* fatidicus prædicatur ab Encomiaste. (i) Vid. *Annotat. N. XXVII.* (k) Coptitæ habent *S. Ammonius solitarius*. i. e. *Eremita*. Sic enim legendum, & exponendum arbitror.

Calendarium Æthiop.	Julian. Majus.	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
		አሮን፡	- - -	*Aron.* (l)
		አባ፡ መርደሌ፡	- - -	Abba *Mardalaus.*
XXII	17	አንድሬኒቆስ፡	- - -	*Andronicus.*
XXIII	18	ዮልያኖስ፡	- - -	*Iulianus.*
		ዮልዮስ፡ ወእሙ፡	- - -	*Iulius* & mater ejus.
XXIV	19	በአተ፡ ክርስቶስ በገብጽ፡	دخول السيد ارض مصر	*Introitus Christi* in Ægyptum.
		እንባቆም፡	- - -	*Habacuc* Propheta.
XXV	20	ሰሎሜ፡	- - -	*Salome*, socia Mariæ V. (m)
		አባ፡ ሄሮድ፡	- - -	Abba *Herodas.*
		አኮሉጦስ		*Acolytus.*
XXVI	21	ቶማስ፡ ሐዋርያ፡	توما الرسول التلميذ	THOMAS APOSTOLUS.
		አርስንዮ፡	- - -	*Arsinoe.*
XXVII	22	ዮሐንስ፡ ጳጳስ፡	- - -	*Iohannes* Metropolita.
		አልዓዛር፡ ኤጲስቆጶስ ቆጵሮስ፡ ዳግመ፡ ሞተ፡	القديس العازر موت الثاني	*Lazarus* Episc. Cypri secundò mortuus. (n)
XXVIII	23	አመተ፡ ክርስቶስ፡	- - -	*Amata-Christosa.*
		ጌርሎስ፡	- - -	*Gerilos* fortè Cyrillus.
		አብርሃም፡ ይስሐቅ ወያዕቆብ፡	- - -	ABRAHAM, ISAAC & JACOB.
		ፍልሰተ፡ ሥጋ፡ ዘኤጲፋንዮስ፡	- - -	Translatio corporis *Epiphanii* in Cyprum.
		ልደተ፡ ክርስቶስ፡	- - -	NATIVITAS CHRISTI
XXIX	24	ስምዖን፡	القديس سمعون الكبير S. Simeon Magnus.	*Simeon.*
XXX	25	ሚካኤል፡	- - -	*Michael.*
		ቆሮስ፡	- - -	*Korus.*
		አርዌ፡	- - -	*Arvva* fæm.
		- - -	دماديوس الشهيد	*Demadius* Martyr. (o)
		- - -	سمعون الصغير	*Simeon* parvus.

JUNIUS DECIMUS ÆTHIOPUM MENSIS;

ሰኔ፡ SENE. COPTITIS بوونة ባውኔ፡ BAUNE.

Calendarium Æthiop. Junius.	Julian. Majus.	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
I	26	ዮሴፍ፡	- - -	*Iosephus.*
		አስኔት፡	- - -	*Asneta.*
		ቀዝማን፡		*Kazman* seu *Cosmas.*
		ቢፋሞን፡	الشهيد ابو بيفامون	*Bifamon* Martyr. (p)
		ለውንትዮስ፡	لاونديوس الشهيد في الايام المسلمين	*Leontius* Martyr *in diebus Musulmannorum.*
		- - -		
II	27	አስተርአዮቶሙ፡ ለሥጋ፡ዮሐንስ፡መጥምቅ፡	وجود اعظام يوحنا المعمد لله (q)	Apparitio corporis *Iohannis Baptista*, &

(l) Est iste felix Sanctus, *qui ægrotans columbas assatas ad se advolare fecit*, Comment. nostro Lib. 3. c. 3. N. 23. §. 7. (m) Vide *Annotat.* N. *XXVIII.* (n) Sancti *Lazari mors secunda* Coptitæ habent; quia primâ Christus eum resuscitavit. (o) *Demadius* supra reperitur d. 17. *Januarii.*

(p) Hic supra reperitur d. 27. Januarii. (q) *Inventio ossium Iohannis Baptistæ* habent Coptitæ; quod differt ab Æthiopum traditione.

Calendarium Æthiop. Junius	Julian. Majus	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
		ወሥጋ ፡ ኤልሳዕ ።	- - -	*corporis Elisai.*
III	28	ማርታ ፤	- - -	*Martha.*
		ኢላርዮስ ፤	- - -	*Hilarius.*
IV	29	ዮሐንስ ፤	- - -	*Iohannes* Heracleæ decus.
		ሳኑሲ ፡ ወማርያም ፤	- - -	*Sanusius & Maria.*
		አሞን ፤ ወሶፍያ ፤	امون الشهيد	*Ammon & Sophia.*
		አቅርንዮስ ፤ ወ	- - -	*Acronius &*
		ዲሞናሲያ ፤	- - -	*Demonasia.*
		አሞኒ ፡ ወሚናስ ።	- - -	*Amonius & Menas.*
V	30	አባ ፡ እብሶይ ፤	ابو نح وغيره من شهداء	Abba *Ebsojus.*
		ያዕቆብ ፤	Abu-Noh & reliqui Mart.	*Iacobus* Orientalis.
		ማርቆስ ፤	- - -	*Marcus* submersus.
VI	31	ቴዎድሮስ ፡ መነኮስ ፤	Martyr. تادرس الشهيد	*Theodorus* Monachus.
		፬ መኳንንት ፡ ዘእስና ፤	- - -	*IV. Principes Asna.* (r)
	Junius.			
VII	1	አስኪሮን ፤ ወ ፭ ፡	اشخرون الشهيد	*Aschiron* martyr & V. mi-
		ሐራ ፤ (ት ፤	- - -	lites.
		ቤተ ፡ ማርያም ፡ ተርኅወ		Ædes *Maria* aperta fuit.
VIII	2	ቅዳሴ ፡ ቤተ ፡ ማርያም ፤	- - -	Dedicatio ædis *Mariæ.*
		ትእማዴ ፡ ወውሉዳ ፤	تامده واولادها	*Teemada* & Filii ejus.
		አርማንዮስ ፡ ወእሙ ።	Martyres. الشهداء	*Armenius* & mater ejus.
IX	3	ሳሙኤል ፡ ነቢይ ፤	- - -	*Samuel* Propheta,
		ሉክያኖስ ፤	- - -	*Lucianus.* (s)
X	4	ሶፍያ ፡ ወአዋልዲሃ ፡	- - -	*Sophia* & filiæ ejus.
		ዲባሞን ፡ ወ	- - -	*Dibamona* , &
		ብስጣሞን ፡ ወ		*Bistamona* , &
		ወርሰኖፋ ፤	- - -	*Warsenopha.*
XI	5	ገላውዴዎስ ፡ ሰማዕት ፤	اكلوديوس الشهيد	*Claudius* Martyr. (t)
		ቅዳሴ ፡ ቤተ ፡ ኢየሱስ ፡	- - -	Dedicatio templi *Iesu* in
		በእለስክንድርያ ፤		Alexandria.
XII	6	ሚካኤል ፡ ሊቀ ፡ መላእ.	Princeps مكايل ريس	*Michael* Archangelus.
		አፌምያ ፤	Angelorum. الملايكة	*Euphemia.*
		ዮስጦስ ፤		*Iustus* à Marco *baptizatus.*
		ቄርሎስ ፡ ሊቀ ፡ ጳጳስ ፤	- - -	*Cyrillus* Patriarcha. (u)
		በጸሎተ ፡ ሚካኤል ፤	- - -	*Bazalota-Michael.*
		ላሊባላ ፡ ንጉሥ ፤	- - -	*Lalibala* Rex Æthiop. (x)
XIII	7	ገብርኤል ፡ ሊቀ ፡ መላእ.	ثاني عيد ميكايل	*Gabriel* Archangelus.
		ዮሐንስ ፡ ኤጲስቆ	Secundum Festum Michae-	*Iohannes* Episcopus Hie-
		ጶስ ፡ ዘኢየሩሳሌም ፤	lis.	rosolymitanus.
XIV	8	አብጥልማ ፡ ወፊልጶስ ፡	ثالث عيد ميكايل	*Ptolemaus & Philippus.*
		ዮሐንስ ፡ ወአክሬ ።	Tertium Festum Michaelis.	*Iohannes & Acra.*
XV	9	ቅዳሴ ፡ ቤተ ፡ ሚናስ ፡	تكريز كنيسة	*Encania* ædis *Mena* in
		በመርዩጥ ፤	الشهيد ابو مينا	Marjût.

Abuna

(r) Id est *Latonopolis*, ut supra indicavimus d. 19. Januar. lit. u. (s) *Lucillianum* habent Græci in Synaxariis suis. Reperitur etiam in *Martyrologio Romano.* (t) Cum sociis *LXXXVIII.* (u) *Cyrillus Magnus* Patriarcha Alexandrinus vigesimus quartus ob insignem doctrinam, cumprimis contra *Nestorium*, ሊቅ ፡ i.e. *Doctor* vocatur. Ejus memoria eodem die à Græcis celebratur. (x) De Rege isto *admiranda templorum structurâ* magnifico, egimus in Hist. nostra. 2. 5. 8.

Calendarium Æthiopum. Coptitarum. Versio Latina.

Æthiop. Junius.	Julian.	Æthiopum	Coptitarum	Versio Latina
XVI	10	አቡናፍር፡ ወዕረፍቱ፡	مكرير كنيسة ابو	*Abunafer* & obitus ejus (y)
		ዘኢየሱስ፡ ምስለ፡	نفر بمصر ونياحته (z)	*Zajesus* cum
		ይኩኖ፡ አምላክ፡	- - -	*Iecuno-Amlaco.*
XVII	11	አባ፡ በተጹን፡	البا بطسان	Abba *Batatzun.* (a)
		አባ፡ ጳላሞን፡	- - -	Abba *Palamon.*
		አባ፡ ገሪማ፡	- - -	Abba GARIMA (b)
		- - -	برتلموس الرسول	*Bartholomaeus* Apostolus.
XVIII	12	ሰንትዩ፡ሊቀ፡ ጳጳስ፡	- - -	*Santtius* Patr. Alex. (c)
XIX	13	አኑብ፡ ብሶይ፡	- - -	*Anub Bissojus.* (d)
		ተስፋ፡ሚካኤል፡	- - -	*Tesfa-Michael.*
		ጊዮርጊስ፡ ወብእሲቱ፡ በስጼላ፡	ابو جرجس من لعم Laamensis.	*Georgius* & uxor ejus *Basjela.*
		አርኖፌስ፡ ወጴጥሮስ፡	- - -	*Arnobius* & *Petrus.*
		አስኪርዮን፡ወአርጌንስ፡	- - -	*Aschirion* & *Argenis.*
		ወቤለፍዮስ ፡ ሰማዕ	- - -	& *Belsijus* Martyres.
XX	14	ኤልሳዕ፡ [ታት]፡	اليسع النبي	*Elisaeus* Propheta. (e)
XXI	15	ቅ፡ ማርያም፡ ድንግል፡	مكرير كنيسة السيدة	S. MARIA Virgo.
		ቅዳሴ፡ ቤታ፡	(f) in Atribi. باتريب	*Encania* ædis ejus.
		ጢሞቴዎስ፡ሰማዕት፡	- - -	*Timotheus* Martyr.
		ቶማስ፡	- - -	*Thomas.* (g)
		ኪድርያኖስ፡	- - -	*Cedrianus* vel *Cedrenus.*
XXII	16	ውሉደ፡ ተውዳደ፡	- - -	Filii *Teudada,*
		እለ፡ ቆስሞስ፡፡	قزمان (h) واخوته & fratres ejus.	Socii *Cosmus* Martyris.
		ጳውሎስ፡		*Paulus* Eremita.
XXIII	17	ሰሎሞን፡ ንጉሥ፡	- - -	*Salomo* Rex.
		ኖብ፡	القديس انبا نوب	S. Abba *Nobus.*
XXIV	18	ሙሴ፡ ጸሊም፡	انبا موسي الاسود	Abba *Moyses* niger. (i)
		አኃው፡ ሰባዕቱ፡	- - -	*VII. Fratres Moysis nigri.*
XXV	19	ጴጥሮስ፡ ወጳውሎስ፡	بطرس البطريرك Patriarcha.	*Petrus* & *Paulus.*
		ይሁዳ፡		*Iudas* Martyr.
		ጴጥሮስ፡ሊቀ፡	- - -	*Petrus* Doctor.
		ጥንቱ፡ ለክረምት፡	- - -	Hyemis Initium. (k)
		ጲላጦስ፡ ወብእሲቱ፡	- - -	*Pilatus* & Uxor ejus
		አብሮቅላ፡፡ (ጴል፡	- - -	*Procla.* (l)
		ቅዳሴ፡ ቤተ፡ ዘገብር	Statio solis وقوف الشمس	Encænia ædis *Gabrielis.*
		ኢያሱ፡	ايوسع بن نون	*Josua* Ben Nun.
XXVI	20	ቶማስ፡	- - -	*Thomas* Martyr. cum soc.
		ቅዳሴ፡ቤተ፡ዘጢሞቴ ዎስ፡	- - -	Dedicatio ædis *Timothei* Benhorensis. (m)

(y) *Onuphrius* intelligitur *Ægyptius*, de quo Græci & Latini in Menologiis suis d.12. Jun. (z) Hoc est: *Renovatio seu Encania ædis Abunafri in Ægypto & obitus ejus.* (a) De incredibili istius abstinentia diximus in *Commentario nostro* 3.3.N22.§.5. Sed ibi corrige *Batatzunus.* (b) Idem supra habetur d.17. Mart. de eo plura dicemus in *annotationibus* nostris *N. XIV.* (c) Et hic aliquoties adfuit d.2. Nov. & alibi. (d) Vid. *Annotat. N. XXIX.* (e) Hoc die apud Græcos & Latinos celebratur. Reperitur aliquoties in hoc Calendario, ut supra 19. *Octobr.* 11. *Novemb.* & apud Coptitas 1. Sept. Plura de eo habet Baronius in *martyrologio Romano* ad hunc diem. (f) *Atribus* aliàs *Jatreb* vel *Jatrippa.* Urbs est Ægypti. Copticis ⲑⲉⲃⲓ *Threbi.* Composita vox est ex antiquo Ægyptiaco ϨⲐ vel ϨⲎⲦ *Cor* & ⲡⲓⲃ *Pyrum.* q. d. Cor pyri. Habetur apud *Kircherum* in Ling. Ægypt restituta pag. 209. (g) Fœminam in hydromelipolio occisam vivificavit. (h) ቆዝማን፡ *Kazmán* Æthiopicè d. 1. Junii, quod idem est ac *Cosmas.* adeo peregrina nomina secundum terminationes casuum Græcorum variant. (i) *Moyses Æthiops* in menologiis Græcorum & Latinorum die *XXVIII.* Augusti appellatur; ex insigni latrone insignis anachoreta factus. (k) De *temporibus anni* in Æthiopia consule Historiam nostram 1.5.26. & seqq. (l) Vid. *Annot. N. XXX.* (m) Urbis nomen est ብንሖር፡ seu ብንሁር፡ *Benhur.* Cujus munimentum fuisse dicitur iste *Timotheus* d.27. Novemb. 5.1.

Ananias

Calendarium Æthiop.	Julian.	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
	Junius.			
XXVIII	22	ሐናንያ፡ሰማዕት፡	Discipul. انانيا التلميذ	*Ananias* Martyr.
		አብርሃም፡ ይስሐቅ ወያዕቆብ፡	وعبره من القديسين & socii ejus sancti.	ABRAHAM, ISAAC & JACOB.
XXIX	23	ቴዎዶስዮስ፡	تاودوسيوس بطريرك الاسكندرية	*Theodosius* Patr. Alex(n)
		ልደተ፡ ክርስቶስ፡		NATIVITAS CHRISTI
		ማርቆስ፡	- - -	*Marcus.*
		ቴዎድሮስ፡ ወልደ፡ አንበሳ፡ ንጉሥ፡	- - -	*Theodorus* Fil. *Leonis*, *Rex* Æthiopiæ. (o)
		ብላዲ፡ ወኮቶላስ፡ ወ	- - -	*Palladius*, & *Cotylas*, &
		አድራማ፡	- - -	*Adramas* & socii.
		ብሶይ፡ ሐራ፡	- - -	*Besoi* miles
		ምስለ፡ እኁሁ፡ ኖር፡	- - -	cum fratre ejus *Nôr*,
		ወእመ፡ ዲዳራ፡	- - -	& matre ejus *Didarâ*.
XXX	24	ልደተ፡ ዮሐንስ፡	ميلاد يوحنا	Nativitas *Iohan. Baptistæ*
		አባ፡ ገሬን፡	Sic lege. المعمداني	Abba *Geranus*.
		- - -	الشهيدة مرتا ☩	*Martha*, Martyr.

JULIUS UNDECIMUS ÆTHIOPUM MENSIS,
ሐምሌ፡ HAMLE. COPTITIS ابيب አቢብ፡ ABIB.

Calendarium Æthiop.	Julian.	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
Julius.	Junius.			
I	25	ቀፍሮንያ፡ ሰማዕት፡	القديسة افرنية العذراء	*Cefronia* Martyr. (p)
		ብንያሚን፡ ወ	- - -	*Benjaminus* &
		ብዮኅ፡	- - -	*Bejocus*.
II	26	ታዴዎስ፡	تذكار تداوس	*Thaddæus.* (q)
III	27	ማርያም፡	Recordatio Thaddæi.	*Maria* ascetria.
		ሱራፌል፡ ወኪሩቤል፡	- - -	*Seraphim* & *Cherubim*.
		ቄርሎስ፡ ሊቀ፡ ማኅበረ፡ ለዐለ፡ ንስጥሮስ	القديس الحكيم كريلس (r) رييس	*Cyrillus* Præses *Concilii Ephesini* cōtra Nestoriū.
		ክርስቲያንስ፡	- - -	*Christianus*.
IV	28	ሶፎንያስ፡	- - -	*Sophonias* Propheta.
		ዮሐንስ፡ ወ	وجود عظام ابوقير	*Iohannes* &
		አቡቂር፡	(s) ويوحنا	*Abukir*.
V	29	ጴጥሮስ፡ ወጳውሎስ፡	شهادة بطرس وبولس	*Petrus* & *Paulus* Apostoli.
		ቀውስጦስ፡ ወ	Martyrium.	*Caustus*. (t)
		አክሮስያ፡	- - -	*Acrosia*.
		አንስትያ፡ ለአቅርጳስ፡	- - -	Uxores *Agrippa*.
		ዴውርስ፡	- - -	*Deuris* &c.

Sakuel.

(n) Vide *Annotat. N. XXXI.* (o) Istius in Historia nostra mentionem fecimus 2. 6. 4.

(p) Variè appellatur hæc virgo martyr; *Afrania* Coptitis ut hic: Φιβρώνια, vel ut in Synaxariis vulgaribus legitur: Φεβρώνια Græcis. *Febronia* Latinis. (q) Strangulatus fuit, quòd divitem ob fastum suum reprehendisset. (r) *Cyrillus* legendum in Calendario Coptico non *Kirlesius*. Arabica hæc sunt mendosissima; *Sanctus & sapiens*. Cyrillus *Princeps* seu *Præses* [Concilii contra Nestorium &] *Patriarcha*. (s) Coptitæ ajunt hoc die: *Inventio ossium Abukiri & Johannis.* (t) Hujus quoque mentio fit d. 21. Januarii.

Calendarium		Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
Æthiop. Julius.	Julian. Junius.			
		ሳቍኤል፡	- - -	*Sakuel.*
		ማርቄሉስ፡	- - -	*Marcellus.*
		አርድእት፡ሰብዓ፡	- - -	*LXX. Discipuli.*
		አበው፡ደብረ፡ አሣ፡	- - -	*Patres Monasterii Assa.*
		መስቀል፡ክብራ፡	- - -	*Meskel-Kebra* Fœm.
VI	30	ሱቱኤል፡	- - -	*Sutuel.* i. e. Ezra. (*u*)
		አልሜናስ፡	- - -	*Almenas* cognom. *Paulus.*
		ቴዎዶስያ፡ሰማዕት፡	- - -	*Theodosia* Martyr.
		ስትርኒና፡	- - -	*Saturnina Ascetria.*
		- - -	برتلموس الشهيد في راشد	*Bartholomaus* Martyr in Rashid. i. e. Rosetto.
	Julius.			
VII	1	አባ፡ ሲኖዳ፡	ابوسنوده الاب الكبير(x)	Abba *Synoda.*
		አግናጥዮስ፡	- - -	*Ignatius.* (*y*)
		ጊዮርጊስ፡ ካህን፡	- - -	*Georgius* Sacerdos.
VIII	2	አባ፡ ብሶይ፡	ابو بساي بوادي	Abba *Bessoi* Eremita. (*z*)
		ኪሮስ፡	In deserto Hanib. هنيب	*Cyrus.*
		አቡሮም፡ወእኁሁ፡	- - -	*Aburom* & Frater ejus.
		አቶም፡ወአንያኖስ፡	- - -	*Atom & Antanus.*
		ሚሳኤል፡	- - -	*Misael.*
		ብላና፡ ቀሲስ፡	- - -	*Belana* Presbyter.
		ቢዬማ፡	- - -	*Besmas.*
		ፋውሊ፡ዘጣሚ፡	- - -	*Phaulius* Tamensis.
IX	3	ክላዲያኖስ፡ሊቀ፡ጳጳስ፡	- - -	*Claudianus* Patr. Alex. (*a*)
		- - -	هرون الشهيد	*Aron* Martyr.
X	4	ናትናኤል፡ ዘቃና፡	- - -	*Nathanael* Cananæus.
		ቴአድሮስ፡ ወ	عيد تاسرس	*Theoaras* &
		ቴዎድሮስ፡	- - -	*Theodorus.*
		ጎልያን፡	- - -	*Golianus.*
XI	5	ዮሐንስ፡ ወ	- - -	*Iohannes, &*
		ስምዖን፡ ሰማዕታት፡	- - -	*Simeon* Martyres.
		ገብርኤል፡ሊቀ፡ ጳጳስ፡	- - -	*Gabriel* Patr. Alex. (*b*)
		ኢሳይያስ፡ ቀሲስ፡	- - -	*Esaias* Presbyter.
XII	6	ሚካኤል፡ ሊቀ፡መላእ	- - -	MICHAEL Archangelus.
		ሆር፡	انبا هور الشهيد	Abba *Hor* Martyr. (*c*)
XIII	7	በስንዳ፡	ابو بسنده اسقف	Abu *Basenda* Episcopus.
		አሞን፡	امونيوس الشهيد	*Ammon* Martyr.
		ቅዳሴ፡ቤተ፡ብሶይ፡	- - -	Dedicatio ædis *Bessoi.*
		- - -	ابو مقار الكبير	Abu *Macarius* Abbas.
XIV	8	አብሮኮሮስ፡	- - -	*Prochorus.*
		ይስሐቅ፡	- - -	*Isaacus.*
		ጴጥሮስ፡ ወጳውሎስ፡	- - -	*Petrus & Paulus.*

(*u*) *Sutuel* alibi ሱታኤል፡ *Sutael*, unde hoc cognomen *Esdra* (quem *ultimum Prophetarum* vocant Æthiopes) venerit, ignoro. Alibi ዑዝሬ፡ alibi እስድሮስ፡ vocatur. (*x*) عيد ابي سنوده *Festum Patris Synoda* habet Calcasendius. Coptitæ vocant *Patrem & Abbatem*, nisi pro كبير malis scribere كبير *Magnus*; quia magna de eo prædicantur miracula. (*y*) Vide annotat. *N.* XXXII. (*z*) Hoc nomine diversi occurrunt, veluti d. 5. *Februarii*, d. 3. *Maji*. & alibi. *Dedicatio ædis* ejus inf. d. 13. hujus notatur. (*a*) Æthiopes legunt *Celadianus.* Coptitarum alii pronunciant *Celadion*, alii *Celadian.* Nonus fuit Patriarcha Alexandrinus hoc mense mortuus. (*b*) Plures dantur hujus nominis Patriarchæ Alexandrini. Quotus hic intelligatur. non constat; ut *Asceta* laudatur ab Encomiaste. Nomen istud habuimus supra d. 21. *Februar.* (*c*) Hic vel alius adfuit d. 2. *Decembr.*

Calendarium Æthiop. Julius.	Julian.	Æthiopum.	Coptitarum	Versio Latina.
XVI	10	ኤፍሬም፡	نبا افرام السرياني	Abba *Ephrem* Syrus. (d)
		ዮሐንስ፡	يوحنا صاحب الانجيل الذهبي (e)	*Johannes* Possessor Evangelii aurei.
		ሠርጸ፡ ሐዋርያት፡	- - -	*Sertza-Havvarjât.*
		- - -	يسيدرس الشهيد بعين الشمس	*Isidorus* Martyr (in) Heliopoli. (f)
XVII	11	ኤፌምያ፡	اوفيمية الشهيدة	*Euphemia.* (g)
		እንድርያስ፡ መነኮስ፡ ዘደብረ፡ ሊባኖስ፡ ወ	- - -	*Andreas* monachus monasterii *Libanus*, (h) &
		ባኮስ፡	- - -	*Bacus.*
XVIII	12	ያዕቆብ፡	Disc. عيد يعقوب التلميذ	*Iacob* frater Domin (i)
		አትናቴዎስ፡ ዘቍለዝም፡	ابا اطنا تيوس الاسقف	*Athanatheus* Clysmæ Episcopus. (k)
XIX	13	በጠላን፡ ሰማዕት፡	عيد بطلان	*Batalanus* Martyr.
		ቂርቆስ፡	- - -	*Cyriacus* Martyr.
		ሰማዕታት፡እስና፡	- - -	Martyres Latonopolis. (l)
		አቤል፡ ወልደ፡ ተክለ፡ ሃይማኖት፡	انطونيوس الاسقف	*Abel* è sodalitate *Teclahaimanoti.* (m)
		- - -	- - -	*Antonius* Episcopus.
XX	14	በአተ፡ መቅደስ፡ ዘሐና፡	- - -	*Introitus seu Purificatio Hanna* (n)
		ቴዎድሮስ፡ ሊቀ፡ ሰራዊት፡	Martyr. تادرس الشهيد Dux. القايد	*Theodorus* Dux exercitus. (o)
		ገብረ፡ ኢየሱስ፡	- - -	*Gabra-Iesus.*
XXI	15	ቴክላ፡	- - -	*Tecala.*
		ቅ፡ ማርያም፡ ድንግል፡	السيدة العذراء	S. MARIA VIRGO.
		ኡርኤል፡ሊቀ፡መላእክት፡	- - -	*Uriel* Archangelus.
			- - -	*Eustathius* Antistes. (p)
		ሱስንዮስ፡	- - -	*Susneus.*
		በጸሎተ፡ሚካኤል፡	- - -	*Batzalota Michael.* (q)
		አው፡ ክርስቶስ፡	- - -	*Au-Christos.*
XXII	16	መቃርዮስ፡	- - -	*Macarius.*
		ጠራብዮን፡	- - -	*Therapio.*
XXIII	17	ሎንጊኖስ፡	- - -	*Longinus.*
		ማሪና፡	- - -	*Marina.*
		- - -	سنوده الشهيد	*Sinoda* Martyr.
XXIV	18	ኖብ፡	- - -	*Nobus.*
		ስምዖን፡	سمعان البطريرك	*Simeon* Patr. Alex (r)
		ተክለ፡ አዶናይ፡	- - -	*Tecla-Adonai.* (s)
XXV	19	ማርያም፡ክብራ፡	- - -	*Mariam-Kebra.*

Za-

(d) Idem extat d. 7. *Januar.* عيد *Festum* habet Calcasendius, ubi Arabica corrige secundum nostram lectionem. (e) Vide *Annotat. N. XXXIII.* (f) De hac urbe dicemus infra in *Annotat.* nostris *N. XXIX.* (g) Hæc supra adfuit d. 11. *Maji.* & 12. *Junii.* (h) Vide *Annotat. N. XXXIV.* (i) Idem supra commemoratur à Coptitis d. 26. *Octobris.* (k) Vide *Annotat. N. XXXV.* (l) De hac urbe Ægypti supra dictum d. 19. *Januarii* lit. u. (m) Et hunc quoque memoravimus d. 24. *Decembr.* & 12. *Maji.* Infra d. 14. *Aug.* plura de eo dicturi. (n) Vide *Annotat. N. XXXVI.* (o) Vide *Annotat. N. XXXVII.* (p) Vide *Annotat. N. XXXVIII.* (q) Idem extat supra d. 12. *Junii.* (r) Quadragesimus secundus Patriarcha Alexandrinus fuit cognomento *Syrus*; veneno sublatus fertur hoc die. (s) Vide *Annotat. N. XXXIX.*

Calendarium Æthiop.	Julian.	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
Julius.				
		ዘኢየሱስ፡	- - -	*Za Iesus.*
		አባ፡ ካሪዙን፡	- - -	Abba *Carazun.*
		አጥሮብዮስ፡	- - -	*Eutropius.*
		- - -	عروج الخنوخ الي السماء	Ascensio Henochi in cœlum.
		፪ እእላፍ፡ ወ፶፻፡ ሰማዕታት፡ በሀገረ፡ አትሪብ፡	(s) الخمس والعشرون الذين استشهدوا باتريب	Duæ myriades & V. mille martyres in Urbe Atribi.
		ተክላ፡	تقلا	*Thecla* Apostolica.
		ቅዳሴ፡ ቤተ፡ መርቆሬዎስ፡ በምስር፡	تكريز كنيسة ابو مرقوريوس بمصر	Encænia ædis Mercurii in Ægypto. (u)
		አንቶኒኖስ፡	- - -	*Antoninus.*
		ቢማኮስ፡	- - -	*Epimachus.*
		ይስሐቅ፡	- - -	*Isaacus.*
		ኢላርያ፡	- - -	*Hilaria.*
		ተክላ፡ ወአሞጊ፡	- - -	*Tecla* & *Amogia* Martyres.
		ዲማድዮስ፡	- - -	*Dimadius.* (x)
XXVI	20	ዮሴፍ፡	يوسف النجار Faber lignarius.	*Ioseph* Sponsus Mariæ.
		ጢሞቴዎስ፡		*Timotheus* Frater Petri.
		ሰላማ፡ Salāma.	- - -	*Frumentius* Æth. Apost. (y)
		ሳሙኤል፡	- - -	*Samuel.* (*)
		- - -	يوسف الصديق	*Ioseph* justus. (z)
XXVII	21	አሞኒ፡ ወ	القديس امون	*Ammonius* &
		ቴዎፍላ፡	- - -	*Theophila.*
		ፒፋሞን፡	- - -	*Pisamon.* (a)
		ስምዖን፡ ሊቀ፡ ጳጳስ	- - -	*Simeon* Patr. Alexand. (b)
		ሕዝቅኤል፡ ነቢይ፡	حزقيال النبي	*Ezechiel* Propheta.
XXVIII	22	አብርሃም፡ ይስሐቅ ወይስራኤል፡	- - -	ABRAHAM; ISAAC & ISRAEL.
		መስቀል፡ ክብራ፡	- - -	*Mascal-gebra* fœm.
		አድሮኒቆስ፡ ወ	- - -	*Adronicus* &
		አትናሲያ፡	- - -	*Athanasia.*
		ፊልጶስ፡	- - -	*Philippus.* (c)
		- - -	مريم المجدلية	*Maria Magdalena.*
XXIX	23	ልደት፡ ክርስቶስ፡	- - -	NATIVITAS CHRISTI
		ፍልሰተ፡ ሥጋ፡ ዘታዴዎስ፡ ሐዋርያ፡	تداوس التلميذ الرسول Discip.& Apostol.	*Translatio corporis Thaddæi* Apostoli.
		ወርስኖፋ፡	- - -	*Wersanofa.* (d)
XXX	24	መርቆሬ፡ ወ	- - -	*Mercurius* &
		ኤፍሬም፡ አኃው፡	- - -	*Ephrem* Fratres.

(s) Vide *Annotat.* N.XL.

(u) *Martyr sagittis confixus* in urbe *Bana*, quæ in Thebaide seu superiore Ægypto sita, Πανὼπολις Ptolemæo dicta fuit, sede Episcopali clara. *A. Kircher. Ling. Ægyp. restit.* pag.208. & 614. (x) Hic variè scribitur & effertur, *Dimadius* d.8. Sept. ut hîc. Apud Coptitas *Demadius* d.30. Maji *Dumadius* vel *Dumatheus* d.17. Januar. ut peregrina solent. (y) Hic supra occurrit d. 23. Sept. & d.18. Decembr. De eo vide annotationes nostras N.II. & N.XLI. (*) *Equitator Leonis*, de quo egimus supra in Comment. Lib.3. N.21.§.2. (z) *Josephum* hunc Latini habent hoc ipso die unum è septuaginta duobus discipulis, atque illum esse ferunt, qui simul cum *Matthia* in locum Judæ proditoris propositus fuerit Apostolis. Actor.1.23. (a) Vide Annotat. N.XLII. (b) Supra die 24. hujus *Simonem* Patriarcham Alexandrinum habuimus; hic de *translatione ossium* ejus agitur, aliàs hoc nomine quinquagesimus primus inter Patriarchas reperitur. (c) *Tecla-Hamanoti* sodalis, ut *asceta insignis* laudatur. (d) Hæc supra occurrit d. 10. Junii.

Calendarium Æthiop.	Julian.	Æthiopum,	Copticarum,	Versio Latina.
	Julius.			
		ቅዳሴ፡ቤተ፡ዘሱርያል፡	- - -	Dedicatio ædis *Surielis.*
		ጳውሎስ፡	- - -	*Paulus.*
		እንድርያስ፡ ወማትያስ፡	- - -	*Andreas* & *Matthias.*
		- - -	طيماثاوس البطريرك	*Timotheus* Patriarcha. (e)

AUGUSTUS DUODECIMUS ÆTHIOPUM MENSIS

ነሐሴ፡ NAHASSE. COPTIT. مسري መስሬ፡ MASSARI.

Calendarium Æthiop.	Julian.	Æthiopum.	Copticarum.	Versio Latina.
August.	Julius.			
I	25	ዮሴፍ፡	- - -	*Iosephus* Arimathæus.
		ኒቆዲሞስ፡	- - -	*Nicodemus.*
		አቦሊ፡	ابالي الشهيد	*Obolius* Martyr. (f)
		ጴስጢስ፡ ኤልጲስ፡ ወአጋጲስ፡	- - -	Πίστ. Ἐλπὶς καὶ ἀγάπη tres Virgines. (g)
II	26	አትናስያ፡	- - -	*Athanasia.*
		አውጵራቅስያ፡	- - -	*Eupraxia.*
		- - -	مينا الشهيد	*Menas* Martyr.
III	27	ሶፍያ፡ንግሥት፡	- - -	*Sophia* Regina.
		ስምዖን፡	سمعان العمودي	*Simeon* Stylites. (h)
IV	28	መርቆርዮስ፡	- - -	*Mercurius* Asceta.
		ሕዝቅያስ፡	- - -	*Hizkias.*
		ማቴዎስ፡	- - -	*Matthæus* Eremita.
V	29	ዳዊት፡ ወአኃዊሁ፡ በምድረ፡ ስንጋር፡	انبا داود السنجاري Singariensis.	*David* & fratres ejus in terra Singar. (i)
		አብርሃም፡	- - -	*Abraham* Asceta.
		ተክለ፡ሚካኤል፡	- - -	*Tecla-Michael* cantor.
		ፊልጶስ፡	- - -	*Philippus.*
		ዮሐንስ፡ ሐራዊ፡	- - -	*Iohannes* præf. militum.
		ኢዮልያ፡	- - -	*Iulia* Eupraxiæ socia.
		ተክለ፡ኢየሱስ፡	- - -	*Tecla-Iesus.*
VI	30	አባ፡ ዊፃ፡ ረድአ፡ ሲኖዳ፡	انبا ويصا تلميذ انبا شنوده	Abba *Witza* discipulus Shinodæ.
		ኢዩስጣ፡	- - -	*Iusta.*
		ማርያም፡መግደላዊት፡	- - -	*Maria Magdalena.* (k)
		ቅዳሴ፡ቤተ፡ዘሄርድ፡	- - -	Dedicatio ædis *Heroda.* (l)
VII	31	ፅንሰት፡ ማርያም፡	- - -	*Conceptio Maria.* (m)
		አሮን፡ እኁሁ፡ ሙሴ፡	- - -	*Aaron* Frater *Moysis.*
		ጴጥሮስ፡ ሐዋርያ፡	- - -	*Petrus* Apostolus.

Timo-

(e) *Timotheum* Patriarcham Copticæ hoc die habent, quo nomine plures dantur, ut in Annotat. N. XI. dicemus.

(f) Istud nomen reperitur die 24. Decembr. & 11. Maji. Martyr cum CCLX. sociis. (g) Vid. *Annotat. N. XLIII.* (h) De hoc supra egimus d. 4. Sept. quo die à Græcis celebratur. Ibi vide lit. k. (i) سنجار *Singar*. Copticè *Shingeri* urbs est Ægypti, quam habet A. Kircherus in *lingua Ægypt. restitut.* Porta 6. c. 21. p. 209. (k) Hanc Copticæ paulo ante habent die 28. Julii, qui Romanis & Græcis est XXII. ejusd. (l) *Herodes* iste supra memoratus fuit die 25. Maji. (m) Vide Annotat. N. XLIV.

Calendarium Æthiop. Augustus.	Julian. Julius.	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
		ጢሞቴዎስ : ቢጸ : ዲዮስቆሮስ፡	طيماثاوس البطريرك	*Timotheus* Socius Dioscori. (*n*)
		ናኦድ፡	- - -	*Naodus* i.e. Aod. (*o*)
	August.			
VIII	1	አልዓዛር፡ ወመክብያ፡ ወ ደቂቆሙ፡ ሰብዐቱ፡	السبعة الفتية بانطاكية	*Eleazarus* & *Machabaea* & Liberi eorum septem. (*p*)
IX	2	ኦሪ፡ እምስጥኑፍ፡	انبا اري (*q*) بسطنوف	*Ori* è *Setnuf*.
X	3	መጥራ፡	- - -	*Metra*.
		አባ፡ ቢካቦስ፡	Fest. Cabi. عيد الكباس	Abba *Bicabus*. (*r*)
		ክርስጥፎሮስ፡	- - -	*Christophorus*.
XI	4	ሞይሴስ ኤጲስ ቆጶስ፡ አውሲም፡	- - -	*Moisis* Episcopus *Ausimi*.
		አብጥለማዎስ : እምኑፋ፡፡	ابطلماوس الشهيد بمنوف العلية	*Ptolemaeus* martyr è Memphi superiore. (*s*)
XII	5	ሚካኤል፡ ሊቀ፡ መላእክት፡	تذكار ريس الملايكة	MICHAEL Archangelus
		ቈስጠንጢኖስ፡ ነግሠ፡	Memoria Princ. Angelorum.	*Constantinus* regnavit.
XIII	6	ተወልጠ፡ ራእዩ፡ ለእየሱስ፡ በታቦር፡	تجلي (*t*) الرب بطور تابور	*Transfiguratio* aspectus Jesu in monte *Thabor*.
		ብንያሚን፡	- - -	*Benjaminus*.
		አባ፡ ጋልዮን፡	- - -	Abba *Gallio*.
XIV	7	ባስሊቆስ፡	- - -	*Basilicus*.
		ዳምያጥ፡	- - -	*Damiates*.
		ስምዖን፡ ወዮሐንስ፡	- - -	*Simeon* & *Iohannes*.
XV	8	ገንዘተ፡ ድንግል፡	- - -	*Pollinctura Virginis*. (*u*)
		ክርስቲና፡	- - -	*Christina*.
		ለውሬንትዮስ፡	- - -	*Laurentius*. (*x*)
		መሪና፡	- - -	*Marina*.
XVI	9	ዕርገተ፡ ሥጋ፡ ማርያም፡	صعود جسد السيدة	*Ascensio corporis Mariae*. (*y*)
		ጊዮርጊስ፡	Festum Assumtionis Mariae.	*Georgii ossium* translatio.
		ጌጋር፡ መስፍነ፡ ሶርያ፡	- - -	*Gegar* Dux Syriae.
XVII	10	እንጣዎስ፡	- - -	*Entheus*.
		አክራጥስ፡	- - -	*Acrates*.
		ያዕቆብ፡ ምስለ፡ ዮሐንስ፡ ወ አብርሃም፡	يعقوب الشهيد	*Iacob* Martyr, cum *Iohanne* & *Abrahamo* sociis.
		አረጋዊ፡ [ጳጳስ፡	- - -	*Aragavvaus*.
XVIII	11	እለስክንድሮስ : ሊቀ	- - -	*Alexander* Patr. Alex. (*z*)
		ዮስጢኖስ፡	- - -	*Iustinus*.
XIX	12	ፊንሐስ፡	- - -	*Phinehas*.
		ፍልሰተ፡ ሥጋ፡ ለመቃርዮስ፡	حمل جسد ابو مقار الي الدير in Monasterium.	Translatio corporis *Macarii*.

(*n*) Vide *Annotat. N. XLV.* (*o*) Quomodo ex Graeco *Aod Ehud*. Jud. 3.15. ናኦድ፡ *Naod* factum sit, docuimus supra in *Comment*. Lib. I. c. 8. n. 52. 8. (*p*) Hoc ipso die tam Graeci quàm Latini *septem fratrum Machabaeorum* mentionem faciunt, qui sub *Antiocho* Epiphane cum matre sua Antiochiae passi sunt. Vide 2. Machab. 7. 3. (*q*) Vide *Annotat. N. XLVI.* (*r*) Nomen hoc articulum Ægyptiacum *Pi* praefixum habet; quae Syllaba Arabicè abjecta est, ne duplex praefigatur articulus; sine quo simpliciter dicitur *Cabus*. (*s*) *Memphim superiorem* habent Coptitae ad differentiam منوف السفلي *Memphis inferioris*. (*t*) Vide *Annotat. N. XLVII.* (*u*) *Annotat. N. XLVIII.* (*x*) Æthiops meus habet ለውርንዮስ፡ *Laverninus*. Sed procul dubio scribendum *Laurentius*. Etenim circa hoc tempus die videlicet X. *Augusti* memoria ejus apud Latinos & Graecos celebratur. (*y*) Vide *Annotat. N. XLIX.* (*z*) Jam supra mentio ejus facta d. 22. Aprilis lit. d.

Calendarium Æthiop.	Julian.	Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.
Augustus.		ያዕቆብ፡ ኤጲስቆጶስ፡	- - -	*Iacobus* Episcopus.
XX	13	ሰብዐቱ፡ ዐደው፡	السبعة الفتية بافسوس	*Septem dormientes.* (a)
XXI	14	ቅ፡ ማርያም፡ ድንግል፡	Septem pueri in Epheso.	S. MARIA Virgo.
		ኄሬኔ፡	هراني الشهيدة	*Irene* Martyr.
XX I	15	ሚክያስ፡	ميخا النبي	*Michaeas* Propheta.
XXIII	16	ሠላስ ፻፻፡	- - -	*Tres myriades* Martyres (b)
		ድምያኖስ፡ ሰማዕት፡	- - -	*Damianus* Martyr *Antiochenus.*
		ወለተ፡ አብርሃም፡	- - -	*Filia Abrahami.*
		አብርሃም፡	- - -	*Abrahamus.* (c)
XXIV	17	ይስሐቅ፡	- - -	*Isaac* F. Abrahami.
		ቶማስ፡	- - -	*Thomas* Martyr.
		ተክለ፡ ሃይማኖት፡	- - -	*Tecla-Haimanotus.* (d)
XXV	18	ቢሳርዮን፡	- - -	*Bessarion.*
		ያዕቆብ፡	- - -	*Iacob.* (e)
		እንድርያኖስ፡ ወ	- - -	*Adrianus,* &
		አናጦልያ፡	- - -	*Anatolia.*
XXVI	19	ሳራ፡ ወሞይስስ፡	- - -	*Sara* & *Moisis.*
		ተክለ፡ ሰላም፡ ወ	- - -	*Tecla-Salâm* , &
		አጋቦስ፡	- - -	*Agabus.*
		ሳራ፡	- - -	*Sara* Abrahami uxor.
XXVII	20	በአሚን፡ ወእኅቱ፡	- - -	*Baaminus* & soror ejus
		አውዶክስያ፡	- - -	*Endoxia.*
		ሳሙኤል፡	صموئيل النبي	*Samuel* Propheta.
XXVIII	21	አብርሃም፡ ይስሐቅ ወያዕቆብ፡	الابا ابرهيم واسحق ويعقوب	ABRAHAM, ISAAC & JACOB.
		አባ፡ በርስቡ፡	- - -	Abba *Bersabaus.*
XXIX	22	ልደቱ፡ ክርስቶስ፡	تذكار الميلاد المجيد Memoria nativitatis gloriosæ.	NATIVITAS CHRISTI
		አትናቴዎስ፡		*Athanasius.*
		ገርሲሞስ፡ ወ	- - -	*Gersimus,* &
		ቴዎዶጦስ፡፡	- - -	*Theodotus* Ascetæ.
		ሄሬኔዎስ፡ ኤጲስቆጶስ፡	- - -	*Irenæus* Episcopus.
		ፍልሰተ፡ ሥጋ፡ ዘ	- - -	Translatio corporis
		ዮሐንስ፡ ሐጺር፡	- - -	*Iohannis parvi.* (f)
XXX	23	ሰላማ፡	- - -	*Salamas* translator librorum. (g)
		ሙሴ፡ ዘፌርማ፡	(h) موسي اسقف الارمة	*Moyses* Episc. *Fermensis.*
		እንድርያስ፡፡	- - -	*Andreas.*

ΕΠΑΓΟ-

(a) Vide Annotat. N. L. (b) Ab Arianis occisos prædicat Æthiops noster. (c) *Patriarcha populi Israelitici.* Pater credentium commendatur hic ab Encomiaste, quod singulari honore affectus, & *amicus Dei* vocatus fuerit Esa. 41, 8. (d) Vide Annotat. N. LI. (e) *Patriarcha & stirps Israelitarum*; de scala cœlesti in somnio visa, Gen. 28 18. hîc canit Poëta. (f) Hunc *Johannem juniorem* habuimus supra die 20. Octobr. *Majorem* verò seu *Seniorem* die XI. Januarii. (g) *Translator librorum* (scil. sanctorum) vocatur ab Encomiaste, Quis fuerit, & quales libros verterit, de eo differimus latè *in Commentar.* Lib. 3 c. 4. N. 26. (h) Hoc die *Calcasendius* habet عيد موسى الشهيد *Festum Mosis* martyris.

ΕΠΑΓΟΜΕΝΑΙ DIES DVODECIM MENSIBVS SVPERADDITI.

ÆTHIOP. ጳጕሜን፡ PAGUEMEN. COPTITIS نسي ንዕስ፡ NISSI. (i)

Æthiop. pagom	Julian. August.	Calendarium Æthiopum.	Coptitarum.	Versio Latina.	
I	24	ውቱክስ፡	Sancti Coptitarum his die-	Wetukis.	
		አውሳብዮስ፡ወ	bus apud Seldenum non re-	Eusebius,&	
		ጳኵሚስ፡	periuntur.	Pachomius.	
		ሞቅሐ፡ዮሐንስ፡	- - -	Carceratio Iohannis Bapt.	
		አባ፡ብሶይ፡	- - -	Abba Bessoins.	(k)
II	25	ቲቶ፡	- - -	Titus Pauli Discipul.	(l)
III	26	ራፋኤል፡	- - -	Raphael.	(m)
		ሱራጵዮን፡	- - -	Serapio.	(n)
		መልከ፡ጼዴቅ፡	- - -	Melchi-zedek.	(o)
		ዘርአ፡ያዕቆብ፡	- - -	Zer-a-Iacobus.	(p)
IV	27	ዐምደ፡ማርያም	- - -	Amda-Mariam.	
		፯አኃው፡ ኅዱራን፡በ ዐት፡አሐቲ፡	- - -	VII. Fratres habitantes in una spelunca.	(q)
		ሊባርዮስ፡ሊቀ፡ጳጳስ፡	- - -	Liberius Patr. Roman.	(r)
V	28	ያዕቆብ፡ኤጲስቆጶስ፡	- - -	Iacobus Episc. Ægypti.	
		በርሱማ፡	- - -	Barsuma.	(s)
		አሞጽ፡ነቢይ፡	- - -	Amos Propheta.	
		አባ፡መገዶር፡	- - -	Abba Magder.	

ስብሐት፡ለእግዚአብሔር፡ለዓለመ፡ዓለም፡አሜን፡፡

DEO sit gloria in secula seculorum Amen.

(i) Quandoquidem Æthiopes & Coptitæ, secundum priscorum Ægyptiorum usum, duodenis anni mensibus tricenos tantum dies tribuunt, ad supplendum *annum solarem* necessariò quotannis *quini*, quaternis verò *seni* dies superaddendi erant, ut docemus infra *in Comment. nostro* hoc lib. Num. 67. Has *Epagomenas* الشهر الصغير *mensem parvum* à Coptitis vocari docet Seldenus pag. 247. (k) Hoc nomen aliquoties adfuit supra d. 5. *Febr.* 3. *Maji* & 29. *Junii.* (l) Idem occurrit d. 18. *Decembr.* & apud Coptitas die 22. *Martii.* (m) *Sanator morborum* exponitur à Poëta, & procul dubio *Archangelus* intelligitur, qui supra memoratur d. 13. *Decembr.* (n) Supra extat ሱራብዮን፡ d. 27. Jan. Alibi ሱራፍዮን፡ adeò variant in peregrinis vocabulis. De eo scribit hoc loco Encomiastes: *quòd vendiderit semetipsum, & pretium distribuerit pauperibus proselytis.* (o) Reperitur quoque supra d. 17. Aprilis. (p) *Regis Æthiopiæ* hoc nomen fuit, sed hic memoratur *prædicator Fidei Evangelicæ.* (q) *Septem fratres S. Felicitatis* Romæ sub Antonino Imperatore passi memorantur in *Martyrologio Romano* die X. Julii. Num iidem sint dubito. De *Spelunca* enim ibi nihil legitur. (r) Λιβέριος Πάπας Ῥώμης *Liberius Papa Romanus* habetur eodem die in Synaxariis Græcorum. *In martyrologio Romano* non reperiri miror. Trigesimus septimus fuit numero; Vixit circa annum Christi 352. Æthiopes *Patriarcham* vocant, quia nomen Patriarchâ majus in Hierarchia Ecclesiastica non habent. (s) Obiit die 9. Febr.

Hæc sunt, quæ pro instituti nostri ratione de *Sanctis Ecclesiæ Alexandrinæ* dicere voluimus & potuimus. Plura aliquando dicturi, ubi Menologii alicujus Æthiopici copiam nacti fuerimus. Etenim Æthiopica desumsimus ex *Encomio metrico* Anonymi cujusdam, qui laudes omnium Sanctorum secundùm festa, in Æthiopia usitata, paucis versibus persequitur. Coptica verò ex fastis *Joannis Seldeni*, illius tractatui de *Synedriis Veterum Ebræorum* annexis, Lib. III. c. 15. pag. 221. mutuati sumus; idque non exiguo nobis constitit labore. Arabica enim mendosissimè impressa, & pejus adhuc versa erant, ut *Oedipum* priùs quàm *interpretem* agere cogeremur. Immortuus fuit eruditissimus *Seldenus* huic operi, aliàs procul dubio multa emendasset, & melius reddidisset. Depravatissimum fuisse oportet exemplar, ex quo impressio facta fuit. Editor quoque imperitiam suam sæpe in tritissimis ostendit; ex. gr. pag. 222. die XXI. mensis secundi, ubi pro عيد *Festum* legitur سيد *Dominus*, itaque السيد العذري pro *Festo virginis* reddidit *Domini Virginis.* Quæ viro illi summo tribuenda non sunt. Omittimus infinita alia, ubi ر à ب distinguere non potuit, ut cùm p. 243. pro ذهب *Aurum* legit رهب [corr. راهب] *Monachum.* Ut taceamus errores in nominibus propriis. Non enim peregrina tantùm nobisque ignota malè expressit, sed & notiora; ut cum pro مكسيمس *Maximus* legit ملسيمس *Milesimus* & d. 22. Martii pro قرقس *Cyriacus* legit *Cercesius*, quod tamen legendum erat مرقس *Marcus*: pro كريلس *Cyrillus* d. 3. Julii *Kirlesius*, & alia talia innumera, quæ studiosus lector comparatione nostri laboris facilè deprehendet. Hæsimus tamen, fortassis etiam allucinati sumus in non paucis, quæ lectores talium peritos æqui bonique consulere rogamus.

ANNO-

ANNOTATIONES

Ad Dies nonnullos præcedentis Calendarii, qui prolixiorem expositionem requirere videbantur.

Nº. I. Die 3. Decembr. Introitus Mariæ in Templum] Præsentatio beatæ Dei genitricis *Virginis Mariæ* in templo, tertio ætatis anno à parentibus facta, hic intelligitur; quæ *die 21. Novembr.* in menologiis Latinorum & Græcorum celebratur, & in vita ejus, quam Æthiopicè MSSam. possideo, pluribus commemoratur. ΩU.ᎵΩᏁ: In *templum interius, seu ædem ipsam ingressam fuisse Mariam* imperitè tradunt Alexandrini; cùm tamen sciant nemini nisi Sacerdotibus illud intrare licuisse. Addunt: *sollicitè educatam & magnâ virtutum famâ per universam regionem Israelitarum celebratam: denique consilio sacerdotum decimo quinto ætatis anno Josepho desponsatam fuisse.* Sed nullam addunt causam, cur tam clara, tot tantisque virtutibus ornata, & formæ excellentis Virgo non alicui ex filiis præcipuorum Sacerdotum, sed pauperi opifici, fabro scilicet lignario, sine ulla dote desponsata; & postea adeò sine omni cura relicta fuerit, ut quid ageret, quando vel ubi paritura esset, nemo quæreret: nec etiam Hierosolymis in loco quodam commodo,
Luc. 2. 7. sed ut paupercula Bethlehemi pareret, atque *infantem reclinaret in præsepio, quia non erat locus in diversorio*: tandem, *cum dies purgationis ejus impleti essent, ut sisterent Jesulum Domino*, à Sacerdotibus in templo non exciperetur, nec ullo insigni honore afficeretur, sed tanquam ignota non nisi à *Simeone* & *Anna* Prophetissa salutare-
d. c. v. 27. tur. Et ille quidem non famâ adventus ejus permotus, sed in spiritu [h. e. instinctu Spiritus S.] in templum venerat. Plura qui de celebritate hac scire volet, consulat *notas Baronii* ad dictum diem, & allegatos ab eo autores, & videat, quomodo dubiis istis respondeant.

Nº. II. Die 18. Decembr. S. FRUMENTIUS] *Æthiopiæ* verus hic est *Apostolus*, cui soli conversionem suam Habessini debent; qui illum mutato nomine SALAMAM vocaverunt, ut in Historia nostra docuimus L. 1. c. 2. §. 14. Baronius in Martyrologio Romano *S. Frumentium à S. Athanasio apud Indos Episcopum ordinatum* reperiens, in notis ait; *Vixisse iisdem temporibus alium Frumentium Auxumeos in Ægypto Episcopum* &c. Ignorans scilicet *Auxumin* [rectius Axumam] *Metropolin Æthiopum* esse, istosque à veteribus cum Indis sæpissimè confundi; prout luculenter demonstravimus cùm in Historia nostra dict. loc. & Lib. 1. c. 1. §. 9. & seqq. tùm in Commentario Lib. 1. c. 1. n. 23.

Nº. 3. Die 24. Decembr. Tecla-haimanot] De celebertimo hoc Æthiopum Sancto commodius nobis visum fuit infra Num. XXXVIII. tractare.

Nº. III. Die 1. Januar. Stephanus protomartyr] Discrepant hic Alexandrini & ab Ecclesia Latina atque Græca: & à se invicem. Nam Copitæ *inventionem ossium ejus* in hunc diem: *martyrium* verò in XV. Septembris transferunt: Æthiops autem meus dubitat, fatetur tamen discrepantiam hic dari; alios enim *martyrium*: alios *inventionem reliquiarum* in hunc diem collocare.

Nº. IV. Die 5. Januar. Ausgenius martyr] Hoc modo tam in Copitarum quàm Æthiopum fastis legitur. Hi scribunt: *quòd signum stellarum, quas Constantinus M. viderat, interpretatus fuerit, & centesimo decimo ætatis anno martyrium gladio truncatus consummaverit.* Corruptum mihi videtur vocabulum ex Græco Εὐγένιος Eugenius. Nam nisi valdè fallor, ille est, *qui cum Macario à Juliano Apostata tormenta varia passus; & tandem gladio cæsus fuit.* In Arabia eum collocat

Marty-

Martyrologium Romanum die XX. Decembr. Illius ergò notitiam satis habere potuerunt Alexandrini. Et cùm iste martyr *centum & decem* annos vixerit, Constantinum & sequentes Imperatores usque ad impium illum Julianum bene nosse poterat.

No. V. Die 8. Januar. Benjaminus] Patriarcha Alexandrinus XXXVIII. fuit, sectæ Jacobitarum. Hujus tempore *Saraceni Ægyptum occupaverunt*, dedente se illis Præside Heraclii Imperatoris, nomine *Mekaukes* & ipso Jacobitâ. Nam persecutionum pertæsus, quas sectæ suæ homines à Melchitis perpetuò experiebantur, maluit Muhammedanorum, tunc temporis Christianos variis promissis pellicientium, ditionem subire, quàm perpetuas vexationes Græcorum pati. Interim latuit *Benjaminus*, donec jussu Omari, tertii à Muhammede Saracenorum Principis, ab *Amro Ibn-el-Ass* i e. *Filio Assi* occupata Ægyptô, securitas & protectio illi promitteretur. Deplorando exemplo; *Si Christiani ob dissensiones circa sacra alii alios ita exagitent & persequantur, ut tutelam & securitatem apud Christiani nominis hostes quærere cogantur.* Magna tunc mutatio incessit, Græcis expulsis, & Melchitis cum Patriarcha suo Georgio fugientibus, Jacobitæ sub imperio Musulmannorum prævaluerunt. De persecutione ipsa, quam Jacobitæ à Melchitis antea passi erant, sic scribunt Æthiopes in vita Samuelis Manuscriptâ:

ወእምዝ ፡ ኮነ ፡ ዐቢይ ፡ ስደት ፡ እ
ምኀበ ፡ ንጉሠ ፡ ሮም ፡ በእንተ ፡ ሀይ
ማኖት ፡ ርትዕት ፡፡ ወሰደድዎ ፡ ለአ
ባ ፡ ብንያሚን ፡ ሊቀ ፡ ጳጳሳት ፡ ዘእ
ለእስክንድርያ ፤ እስመ ፡ ፈቀደ ፡ ይቅ
ትሎ ፡ ብእሲ ፡ ዘተፈነወ ፡ እምንጉ
ሠ ፡ ሮም ፤ ወአምጽአ ፡ መጽሐፈ ፡
ኬልቄዶን ፡ ወአዘዞ ፡ ይጽሐፉ ፡ ኵሎ
ሙ ፡ አበው ፡ በሃይማኖት ፡ ኬልቄዶን ፡፡
ወተሠይመ ፡ ካልእ ፡ ህየንቴ ፡ አባ ፡ ብን
ያሚን ፡፡ &c.

Postea facta est magna persecutio jussu Imperatoris Romani propter Orthodoxam Fidem. Et expulerunt [sede sua] Abba Benjaminum Patriarcham Alexandrinum. *Quem occidere volebat homo quidam missus ab Imperatore Romano. Et attulerunt librum Chalcedonensem* (a): *& jusserunt ut omnes presbyteri subscriberent* Fidei Chalcedonensi. *Et constitutus fuit alius in locum Abba Benjamini.*

Sequitur deinceps persecutio *Benjamini*, ejusque asseclarum manu militari per sylvas & saltus, per invia & avia usque in desertum. Frater *Mekaukis* odio sectæ in Nilum præceps datus occasionem isti dedit ad Saracenos deficiendi. De qua re *Georg. Elmacinus in Historia Saracenica* Lib. I. c. 3. p. 29.

وكان المغوقس عاملا علي مصر من
جهة هرقل فاجتمع هو واكابر القبط
وصالحوا عمرا بن العاص علي ان
يودوا الجزية &c.

Erat autem *Mekaukes* Præses Ægypti nomine *Heraclii*: Et convenerunt ipse & primores Copticarum, & pacem fecerunt cum *Amro Assi F.* eo pacto ut tributum solverent.

Duas enim conditiones Muhammedis successores victis proponebant; *ut vel Islamismum amplecterentur: vel tributa solverent*, ut ibidem dicitur. De *Patriarcha Benjamino* verò idem sic scribit pag. seq.

في سنة عشرين للهجرة كتب عمرو بن
العاص لبنيامين بطريرك الاسكندرية
لليعاقبة امانا فحضر بفرح عظيم بعد ان
غاب عن كرسيه ثلث عشرة سنة منها
عشر في مملكة هرقل وثلاث في مملكة
المسلمين ✲

Anno vigesimo Hegiræ scripsit *Amrus Alassi F. Benjamino* Patriarchæ Alexandrino Jacobitæ libellum securitatis. Itaque reversus est gaudio magno, cùm à sede sua abfuisset *tredecim annos*. Decem sub imperio Heraclii: & tres sub imperio Muslimorum.

(a) Symbolum *Concilii Chalcedonensis* tunc temporis inter Melchitas & Jacobitas controversum.

Benjaminus quoque occurrit die 13. Augusti, qui à sanctitate & integritate vitæ commendatur; Idemne an alius sit, non liquet.

No. VI. Die 10. Januarii. Jejunium Æthiopibus ገሀድ : dictum] Vigilia *Baptismi Christi* seu *Epiphaniorum* intelligitur. Coptitæ vocant صوم (b) الغطاس *Jejunium immersionis*; (de qua die sequente) idque strictissimè observant الى الغروب *usque ad vesperam*, id est: *usque ad occasum Solis*, ut ne tantillum quidem degustent; imò testibus PP. Societatis mori malint, quàm semipoculum aquæ ebibere in die jejunii, ut supra diximus in Commentar. Lib. 3. c. 6. N. 63. Duas tales vigilias scil. hanc & *Nativitatis* hoc pacto rigidè observant, teste *Wansleb. Histor. Eccl. Alexandrina Lib. 2. c. 18. p. 75.* Aliàs tantùm usque ad horam tertiam pomeridianam jejunant.

No. VII. Die 11. Januarii. Epiphania seu Theophania] Non memoria *Magorum*, vulgò *trium Regum*: sed Baptismi Christi in toto Oriente, & in Alexandrinâ Ecclesia hoc die celebratur, ut amplè docuimus in Commentario nostro Lib. 3. c. 6. n. 54. Coptitæ diem *immersionis sanctæ* vocant, ut die præcedente diximus. Item عيد الحميم *Festum Balneationis* d. cap. 6. n. 64. §. 9. lit. f. quia se aquâ mergunt, quod & Habessini hac die magnâ hilaritate peragunt; quamobrem illis reiteratio baptismi immeritò exprobratur, ut diximus in Historia nostra Lib. 3 c. 6. § 43. Alexandrini triduô illud celebrant. Nobis Septentrionalibus oppidò incommodum foret istos dies in fluminibus gelu rigentibus festos agere, ut, nisi in thermis nostris, nimium tristis ista festivitas nobis futura esset. Quam ob causam in Occidente in desuetudinem venisse censeo.

N°. VIII. Die 21. Januarii. Obdormitio S. Mariæ Virginis] Diximus in notis ad *Epistolam Zara-Iacobi* Regis Æthiopiæ pag. 303. lit. f. diem *obitus S. Mariæ Virginis* non convenire cum traditione Ecclesiæ Romanæ; etenim Latini pariter ac Græci *mortem* ejus non distinguunt ab *assumtione* ejus. At Alexandrini differentiam faciunt inter Κοίμησιν *Obdormitionem* & Μετάστασιν *Translationem*; illam hoc die XXI. *Januarii*, qui nobis 16. est, celebrant; ejusque animam à choro Angelorum solemniter in cœlum sublatam, & corpus ab Apostolis in *Gethsemane* sepultum, die verò XVI. *Augusti* in cœlum asportatum, ac ibi animæ redditum fuisse tradunt.

N°. IX. Die 15 Feb. Hippolytus] አቡሊዮስ: Æthiopibus *Papa Romanus* vocatur; sicuti indicavimus in *Comment.* N. XXX. § 103. ubi etiam Canones ejus recensuimus. A *Græcis* & *Ruthenis* hoc ipso die, qui illis est Januarii trigesimus, cum multis aliis sanctis Sociis commemoratur, nec non Πάπα Ῥώμης *Papa* [urbis] *Romæ* in Synaxariis illorum appellatur. Sub *Claudio* passus dicitur, non illo vitrico & antecessore Neronis, quia tunc temporis persecutio Christianorum nondum cœperat, sed *Gallieni* successore, circa Annum Christi 267. qui strenuus miles, at Christianorum infensissimus hostis fuit. *Episcopum Portus Romani* eum fuisse censet doctissimus *P. Papebrochius* in notis ad Januarium Græcorum metricum dicto die trigesimo, ac pollicetur illustrationem historiæ illius ad diem XXII. Augusti, quô à Latinis colitur. Miraculum de eo refert Encomiastes; *quòd corpus ejus, quamvis saxo pedibus appenso, mari innataverit, nec submergi potuerit*; ut hoc & sequenti die narratur.

No. X. Die 10. Februar. Esdras] እስድሮስ: hoc loco vocatur, alibi rectiùs secundum Hebraicam enunciationem עזרא. ዕዝራ : *Ezra.* Quin & ሱቱኤል : *Sutuel* apud nostrum Poetam appellatur die 6. Julii. Ibi vide lit. u. Hunc *restauratorem Bibliorum* vocat Encomiastes. In qua re traditionem multorum Patrum sequuntur Æthiopes: *quasi libros sacros Vet. Testamenti in captivitate Babylonica omnino deperditos reparaverit, & inspirante Spiritu Sancto rursus è memoria sua quasi de novo descripserit.*

Sic

(b) Sic etiam lege in Calcasendiani die X. hujus mensis.

Sic enim de eo autor Organi :

ዕዝራ፡ ፵ ጽባሐ፡ ኢይትጋኀእ፡ እስከ፡ ይፌጽም፡ አጽሕፈ፡ ቃለ፡ ኦሪት፡ ወነቢያት፡ ዘአውዓየ፡ ናቡክድነጸር፡ ንጉሠ፡ ባቢሎን።	*Ezra quadraginta dies non requievit, donec absolveret descriptionem Librorum Legis & Prophetarum, quos comburi jusserat* Nebucadnezar *Rex Babylonis.*

Quæ desumta sunt ex IV. Lib. Ezræ apocrypho cap. 14. 21. & seqq. speciatim v. 40.

No. XI. Die 13. Februar. Timotheus] Plures dantur hujus nominis Patriarchæ Alexandrini, quos non distinguunt autores quibus ego utor, nisi quod Encomiastes Jacobita hunc *Timotheum* laudet, quod *Eutychem* cum sequacibus suis igne verbi sui quasi cremaverit; sic enim loquitur :

ውዕየ፡ በነደ፡ ቃሉ፡ እለ፡ ተአምኑ፡ በትምህርቱ፡ ለዐላዊ፡ አውጣኪ።	*Arserunt flammâ prædicationis ejus, qui crediderunt doctrina haeretici Eutychis.*

Ex quo simul constat Jacobitas Eutychianos non esse. Nam, *Timotheus* qui hoc mense mortuus est, trigesimus secundus Patriarcha Jacobita sine dubio fuit, *Asterio* Melchitarum Patriarchâ tunc existente.

N. XII. Die 12. Martii. Melagius Martyr] Arabicum ملاجي *Melagi.* Æthiopes scribunt መላዚ፡ *Melazi.* Inde apparet, quòd Æthiopes à Coptitis: non verò hi ab illis Synaxaria sua acceperint. Quippe ዘ፡ *Æthiopicum* Arabicè per ز benè exprimi potest; at viceversa ج *Arabicum* exprimere non possunt Æthiopes nisi per ዘ፡ *z* vel rectius per suum ዠ፡ Amharicum.

No. XIII. Die 16. Martii. Michael Patriarcha Alexandrinus] De hoc scribit Encomiastes, quòd pax in terra fuerit, & cœlum pluviam dederit illius tempore. Χαηλ خاييل *Chael* per Aphæresin scribunt Coptitæ. Obiit hac die. *Quadragesimus sextus* Patriarcha Alexandrinus fuit; alius sequitur die 20. hujus.

No. XIV. Die 17. Martii. Abba Garima] Unus è novem Sanctis Fidei propagatoribus in Æthiopia fuit; de quibus in *Histor.* nostra, 3. 3. 4. & in *Commentar.* 3. 3. N. 18. §. 4. & 5. De æde & monasterio ejus in Tigra scribunt Patres Societ. quod ibi fuerit sepultus; *In addit. ad relat. Æthiop.* alibi sæpe allegatis Lib. V. c. 2. pag. 279.

No. XV. Die 22 Mart. Festum Palmarum] seu احد الشعانين *Dominicam Palmarum* Philip. 4. tit. vocant Coptitæ. *Calcasendius* die 24. hujus illud habet. Æthiopes ሆሣዕና፡ *Hosanna* appellant: Arabicum vocabulum (quod in Golio non reperitur) corruptum videtur ex Syriaco ܐܘܫܥܢܐ Græcè ὡσαννὰ *Hosanna.*

No. XVI. Die 29. vel *secundum Calendar. Vulgatum* die 25. Martii. Festum Conceptus Christi] Vulgò *Festum Annunciationis.* Eodem die ac in Ecclesia Latina & Græca celebratur. Coptitis dicitur : *Annunciatio Angeli Gabrielis Domina facta.* Calcasendius hoc die habet جمعة الصلبوت *Feriam sextam crucifixionis.* Ital. *Venerdi santo.* Nobis Charfreytag.

No. XVII. Die 10. Aprilis. Gabriel Patriarcha Alexandrinus] Septuagesimus fuit numero. ወልደ፡ ቱራይክ፡ Filius *Toraik.* Laudatur ab Encomiaste, quòd precibus & adhortationibus suis Æthiopiæ motus sedaverit. Literatus fuit : Canones & alios nonnullos rituales libros composuit. Alius adfuit die 21. *Febr.* & XI. Julii.

No. XVIII. Die 30. Aprilis. Marcus Evangelista] Mariæ filium eum vocat Encomiastes, ejusque martyrium hoc loco describit, *quòd funibus tractus fuerit tanquam taurus in bovile : cùm tandem comburere voluerint eum, pluvia superveniens ignem extinxerit.*

No. XIX. Die I. Maji. Nativitas Mariæ.] Æthiopes cum Coptitis diem nativitatis beatissimæ Virginis *Calendas Maji* esse firmiter persuasum sibi habent.

Sic enim notatum in Calendariis eorum reperitur. Idem tradit Rex Æthiopiæ *Zera-Jacobus* in epistola sua; supra Lib 3.c.3.n.30.§.10. Idem bis extat *in vita S.Maria*, quam Æthiopicè manuscriptam possideo. Ne tamen traditionem Ecclesiæ Latinæ & Græcæ negligerent, etiam *X. die Septembr.* secundum computum suum, eam commemoraverunt; & ne S. Virgo bis nata videretur, encomiastes meus ad illum diem addit: *prout Macarius scripsit.* Id est, *secundùm Macarii traditionem.*

No. XX. Die 2. Maji. Theodorus] *Filium Pachomii* habent Coptitæ, scilicet *spiritualem*, id est, discipulum & sectatorem. Fuit enim ejus in præsulatu Successor, seu *Antistes Ordinis monastici.* A Græcis die post Pachomium, decima sexta hujus, colitur: à Latinis verò die XVIII. Decembr. Seldenus in Calcasendianis ait: *Græcos Theodoræ virginis martyrium huic diei tribuere*; quod ego in Synaxariis eorum non reperio, nisi d. 2. Aprilis, ubi τῆς Παρθενομάρτυρος Θεοδώρας *Virginis martyris Theodoræ* mentio fit, quæ huc non spectat.

No. XXI. Die 4. Maji. Johannes Patriarcha Alexandrinus] Istius mentio fit supra d. 1. *Decembr.* & ibi not. c. Laudatur ab *ædificatione Ecclesiarum*, quâ in re annonâ adjutus dicitur ab Imperatore *Zenone.* عيد يحنس *Festum Iohannis* in Calcasendianis legendum opinor.

No. XXII. Die 5. Maji. Jeremias] Hæc genuina sedes est istius Prophetæ. Etenim *Calendis Maji*, die scil. proximâ in menologiis non tantùm Græcorum, sed & Latinorum omnium reperitur, teste *Baronio* in notis ad h. locum. Coptitæ memoriam ejus bis celebrant, hîc & VIII. d. *Septembris.* Æthiopes verò die 21. Januarii.

No. XXIII. Die 7. Maji. Athanasius] *Magnus* intelligitur, Orthodoxæ Fidei ὑπέρμαχος. Vigesimus Patriarcha Alexandrinus. *Apostolum* vocant Coptitæ: rectiùs رسولي ሐዋርያዊ: *Apostolicum virum* Æthiopes. In Calcasendianis lege اثناسيوس *Athanasius.* Fuerunt etiam alii hoc nomine Patriarchæ. Secundum habuimus supra d. 9. & 19. Septembris. Coptitæ unum habent die 20. Novembr.

No. XXIV. Die 9. Maji; qui nobis vulgò quartus est. Inventio Crucis] Latini die proximè antecedente, die videlicet 3. hujus mensis, eandem commemorationem in Martyrologio Romano habent. Græci hoc quidem loco de ea silent. Eandem tamen narrant die 14. *Septembris*, quo die *Exaltatio Crucis* in Ecclesia Latina celebratur. Encomiastes noster dicto die *Crucem inventam & indiciô mortui resuscitati cognitam* tradit. *Funus enim*, ut Sulpitius Severus loquitur, (c) *attactu patibuli Christi redivivum inter spectatores suos adstitit.* Quæ hodie communis Ecclesiarum Orientis atque Occidentis est traditio; at olim alii autores plurimi (d) tradunt: *Fœminam tantùm quandam illustrem, gravi morbo laborantem, admotâ verâ Christi cruce convaluisse.* Sunt tamen qui de te gesta planè dubitent, non tantùm ob variantes circumstantias, sed maximè ob *Eusebii* silentium, qui Helenæ tunc temporis Hierosolymis acta accuratissimè perscribens, imò aream templo ædificando repurgatam narrans, nihil prorsus neq; de cruce inventâ, neque de miraculis editis refert: præsertim quòd & *Gelasius Papa* cum LXX. Episcopis in Concilio Romano congregatis (e) generatim loquendo, *Scripta de inventione S. Crucis Dominicæ, si ad Catholicorum manus pervenerint*, cum cautela legere jubeat. Quam sententiam &
1. Thes. 5. 20. nos secundum verba Apostoli ab ipso allegata: *Omnia probate, quod bonum est tenete*, amplectimur. Aliàs memoria S. Crucis apud Alexandrinos sæpius recurrit, videlicet d. 16. 17. & 18. Septembr. *Cyriacus*, cujus d. 5. Octobr. mentio fit, *locum S. Crucis Helenæ ostendisse* fertur. *Apparitionem ejus in Golgotha* die 12. Maji; denique d. 10. Martii *Inventionem* illius rursus narrant; eo ipso fatentes, quòd tempus hujus facti incertissimum sit.

No. XXV. Die 12. Maji. Johannes Chrysostomus] Coptitæ & Æthiopes

(c) Histor. Eccles. Lib. II. c. 48. 13. (d) Theodoretus, Socrates & Sozomenus. (e) Dist. XV. cap. Sancta Rom. Eccles., 6. *Item Scripta.*

thiopes Græcum χρυσόστομος suâ linguâ reddiderunt *Os aureum*. Homilias ejus Æthiopicè versas habent Æthiopes, sed qualis autor esset iste *Os aureum* diu hæserunt Patres Societ. in Æthiopia, donec Patriarcha eorum *Alphonsus Mendez* Græce doctus, illis significaret *Chrysostomum* intelligi.

N°. XXVI. Die 14. Maji. Pachomius pater Sodalitatis] Copticarum vocabulum الشركة *Communionem* seu *Consociationem* denotat. Nam Pachomius quia regulas vitæ solitariæ conscripsit, quasi alter Pater seu Institutor Sodalitatis monasticæ haberi potest; hinc Κοινόβια *Cœnobia* Græcis à communi vivendi ratione appellata. De discipulo & successore ejus Theodoro supra die 2. hujus dictum. Sed vereor, ne proprium σύμμαχος *Symmachus* Copticæ pro appellativo *Commilito* acceperint; ita ut ابو الشركة dicatur quasi *consors militiæ, Contubernalis*; quod ex Commentariis eorum aliquando pleniùs cognoscemus.

N°. XXVII. Die 20. Maji. Elesbaas] Aliàs *Caleb* Æthiopibus dictus, Rex fuit Æthiopiæ nostræ, *S. Areta* ejusque sociorum martyrum *Negranensium*, quos impius *Dunavvas* (*f*) Rex Homeritarum sectâ Judæus crudelissimè occiderat, acerrimus ultor & vindex, ac ob id tam à Græcis quàm à Latinis in Sanctorum numerum relatus die 27. Octobris. Laudatur ab Encomiaste meo quòd *coronam suam Hierosolymam miserit, ut ibi insignum depositæ potentiæ suæ suspenderetur* (*g*). Prout diximus in Historia nostra Lib. 2. c. 4. §. 22. & in Commentar. d. lib. n. XXI.

Plura de eo reperiuntur apud *Nicephorum* Lib. 17. c. 6. apud *Metaphrasten* de S. Areta d. 24. Octobris, & apud *Cedrenum* anno quinto Imperatoris Justini. *Martyrum* autem *Negranensium* CCCXL. mentio fit apud Æthiopes die 26. *Novembr*. In Martyrologio verò Romano die 24. *Octobris*.

N°. XXVIII. Die 25. Maji. Salome Mariæ socia] Hoc die in Calcasendianis legendum conjicio عيد سالومى *Festum Salomes*. Describitur in homilia Theophili manuscripta tanquam *obstetrix, & individua S. Mariæ comes, & socia itineris in Ægyptum*. Inter Apocryphos à *Gelasio* refertur (*h*) *Liber de nativitate & obstetrice Salvatoris*. An adhuc reperiatur, & an ibi de Salome agatur, me latet.

N°. XXIX. Die 19. Junii. Anub-Bissojus] Hoc nomen Ægypriacum ⲚⲞⲨⲂ: ⲠⲤⲞⲒ: *Aurum purum* exponit Poeta meus; ⲛⲟⲩⲃ enim Copticè *aurum* est. Martyrium perfecit in urbe ሀገረ: ፀሐይ: Arab. عين الشمس *Oculus* sive *fons Solis*. *Heliopolis* Græcis Hebraicum כהן און Gen. 41. 45. 50. Vulgata reddit: *Sacerdotem Heliopoleos*. *Regia Pharaonis* olim, secundum Abulfedam, nunc destructa. Plura de hac urbe habet Seldenus in annotat. ad d. XVII. Junii. pag. 244. ብሶይ: & ኖብ: die V. Febr. tanquam diversi Sancti ponuntur; Verùm ኖብ: & አኑብ: non differunt. Ille paulò inferiùs d. 23. Junii reperitur.

N°. XXX. Die 25. Junii. Pilatus & Procla conjuges] Et Pilatum salutat Poeta noster & Uxorem ejus. Illum, quòd lauerit manus in signum innocentiæ Christi: hanc, quòd dehortata fuerit maritum. Græci in Synaxariis suis istam habent die XXVII. Octobris, his verbis τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ [μνήμη] τῆ ἁγίας Πρόκλης Συζύγου τοῦ Πιλάτου. *Hoc ipso die memoria S. Proclæ conjugis Pilati*. At Latini eam ignorant.

N°. XXXI. Die 28. Junii. Theodosius Patriarcha Alexandrinus] Duo hujus nominis in Catalogo Patriarcharum apud Ath. Kircherum reperiuntur; trigesimus tertius, & septuagesimus nonus. Primus laudatur à Poeta meo Jacobitâ ob fidem Orthodoxam, ob quam multas ærumnas & exilium perpessus fuerit. Vereor ergo ne idem ille sit, quem Kircherus Archihæreticum vocat, à quo Theodosiani acephali dicti.

N°. XXXII. Die 7. Julii. S. Ignatius] Iste *Sedem Petri* obtinuisse dicitur ab Encomiaste, non quidem Romanam, sed *Antiochenam*. Quia *tertius post beatum Apostolum Petrum Antiochenam rexisse* dicitur *Ecclesiam* in Martyrologio Romano d. 1.

Iii 3

(*f*) Dunaas aliis, aliis malè Damianus. (*g*) Hic genuinus sensus est carminis in Histor. nostra dict. loc. §. 39. allegati. (*h*) Dist. XV. c. *Sancta Rom. Eccles.* supra allegato.

d. 1. Februarii. At Græci in Synaxariis suis illum *secundum* dicunt *Antiochiæ Episcopum* τ͂ ἀποστόλων διάδοχον *Apostolorum successorem*. De qua re videsis *Baronium* in notis ad dictum Martyrologium illo die.

N°. XXXIII. Die 16. Julii. Iohannes possessor Evangelii aurei] Arabica Coptitarum verba sic legenda & exponenda censemus. Encomiastes meus dicit, quòd Pater istius Johannis, vir magnificus, sibi fieri curaverit *Codicem Evangeliorum aureum*. Res notatu digna, exemplô in Europa carens. *Argenteum* quidem *Codicem* habemus Evangeliorum ab *Vlphila* Gothorum in Mœsia Episcopo circa annum Christi 360. Gothicè translatorum; quæ cum Islandica, Suecica & Latina lingua *Stokholmiæ* Anno 1671. impressa sunt. Monumentum antiquitatis haud spernendum, à *tegumento argenteo* ita dicitur, & nunc in Bibliotheca Upsaliensi asservatur. Quomodo comparatus fuerit aureus ille Codex ex Synaxariis Australium Ecclesiarum, scilicet Æthiopum & Coptitarum, aliquando discemus, fortassis etiam quonam evaserit. Cæteroquin iste Dominus Johannes ab abstinentia & emaciatione corporis sui nimiâ à Poeta impensè laudatur.

N°. XXXIV. Die 17. Julii. Dabra-Libanus] Nomen est Monasterii totius Æthiopiæ præcipui in Shewa siti; de quo egimus *in Histor.* nostra 3. 3. 17. & in *Commentario* hoc libro Num. XXV. *Corruptè* in veteribus tabulis Geographicis *Bilsbranos*, & pejùs adhuc in addit. PP. Societ. ad Relat. Æthiop. pag. 285. *Plurimanos*.

N°. XXXV. Die 18. Julii. Clysma.] قلزم *Kulzum* scribunt & pronunciant Arabes, quos sequuntur Æthiopes. Est autem *Clysma* urbs Episcopalis Ægypti non ad montem Sinai, ut Golius in Lexico habet, sed ad occidentale maris rubri littus sita, unde totū mare nomen suum ab Arabibus accepit, qui id بحر قلزم *Mare Kulzum* vocant. Episcopus hujus urbis inter alios Episcopos Ægyptiacos subscripsit Epistolæ ad Leonem Imperatorem, occasione Concilii Chalcedonensis.

N°. XXXVI. Die 20. Julii. Introitus Hannæ] nimirum in templum Hierosolymitanum cum infante Maria intelligitur; Ergo dicendum nobis esset *Festum purificationis Hannæ*, prout supra d. 8. nobis d. 2. *Februarii* de S. Maria loquimur. Sicuti autem festum illud ab Æthiopibus በዐለ: አርብዓ: *Festum quadra-*
Lev. 12. *ginta dierum* vocatur, quia quadragesimo demum die post partum masculi mulieribus templum ingredi licebat; ita hoc festum Hannæ dicendum esset *Festum sexaginta dierum*, quibus expletis puerperæ fœmellarum oblationem à Deo injunctam offerebant. Posita igitur Calendis Maji *S. Mariæ Nativitate* sexaginta dies pridie 20. diei Julii absolvuntur. Igitur in hunc diem commemoratio ista ab Alexandrinis constituta fuit.

N°. XXXVII. Die eodem. Theodorus Dux] እለስፌጥስር: *Elesphechser* à patria, ut puto, cognominatur. De eo scribit Encomiastes, quòd auxilio divino exercitum Barbarorum fuderit. In Synaxariis Græcorum d. 8. *Iunii* sub Licinio Imperatore reperio ducem hujus nominis apud Euchaitas natum. Num idem sit, è menologiis Æthiopum aliquando cognoscemus.

N°. XXXVIII. Die 21. Julii. Eustathius Antistes] Hoc die celebris iste sodalitatis monasticæ in Æthiopia fundator natus dicitur, matre *Sena-Hivvata*. Tunica ejus miraculosa, quâ mare tanquam rate aliqua trajecit, passim commendatur. Diximus de eo in *Historia* nostra 3. 3. 30. & in *Comment.* d. cap. n. XIX. §. 2. Ille ipse est, qui XVIII. *Septembr.* & XV. *Decembr.* à miraculis prædicatur.

N°. XXXIX. Die 24. Julii. Tecla-Adonai] Hic (ni fallor) Sodalitatis monasticæ præsul fuit, & antistes summus, cum Barbari Gallæi sedem illius præcipuam *Dabra-Libanos* (de quo paulo ante *Num. XXXIV.*) destruerent, illô prius interfectô.

N°. XL. Die 25. Julii. Ascensio Henochi in cœlum.] رفعة ادريس
Exal-

Exaltationem Idrisii habet Calcasendius. *Henochum* enim sic vocant Muhammedani. Sequentia per versissimè descripta, divulsa & reddita sunt in Calendario Coptico Seldeni. Arabismi peritus lector nostram emendationem cum Seldenianis conferet, & judicabit, num disturbatam hanc periodum bene restituerimus. De *Atribi* urbe Ægypti diximus supra d. 21. Junii lit. f.

N°. XLI. Die 26. Julii. S. Frumentius] De hoc sancto, *primo Fidei Christianæ in Æthiopia prædicatore*, cùm in *Historia* nostra supra N. II. allegata: tùm in *Commentario* Lib. 3. cap. 2. Num. XVI. satis diximus. Hic tantùm cum *Balth. Tellezio* Hist. Æth. Lib. I. c. 29. pag. 74. rursus inculcamus, ne quis ob variantes circumstantias historiæ substantiam in dubium vocet. Nam Scriptores nostri tradunt, quòd Frumentius *sua sponte* ad S. Athanasium profectus fuerit. At Alexandrini ajunt, id factum fuisse *sponte Regis*. Meminit Tellezius *Vita Tecla haimanoti*, in qua reperiatur: *S. Athanasium fuisse Patriarcham illum Alexandrinum, qui ordinaverit S. Frumentium Æthiopia Episcopum.* Codex extat Arabicus in Bibliotheca regia Parisiensi Num. 796. qui vitam illam continet. In illo leguntur sequentia; Post cætera:

واعطاه الملك دهبا وفضة فمضي
المذكور الي الاب البطريرك انبا
اطناسيوس الرسولي واخبره الجميع
احوال الحبشة وسكانها ولما سمع الاب
البطريرك فرح فرحا عظيما هو وجميع
الشعب المسيحي وكرزه اسقفا علي
الحبشة واسماه سلامه الذي تفسيره
المسالم بين الله والناس ✻ فوصل
انبا سلامه الي الحبشة في مايتي
خمسة واربعين من ميلاد ربنا يسوع
المسيح ✻

Et dedit Rex [Habessinorum Frumentio] aurum & argentum, & profectus est supradictus [Frumentius] ad Patrem Patriarcham *Abba Athanasium Apostolicum*, & nunciavit ei universum statum *Habassia* & incolarum ejus. Cum [ea] audivisset Pater Patriarcha, gavisus est gaudium magnum, ipse & universus populus Christianorum, & ordinavit eum Episcopum Habassiæ: & appellavit eum *Salamam*, cujus interpretatio est: *Pacificator inter Deum & homines.* Et sic pervenit Abba Salama in Habassiam *ducentesimo quadragesimo quinto* [anno] *à nativitate Domini nostri* ʒ E S V *CHRISTI.*

Sed fallitur autor iste, quòd putet Athanasium imposuisse *Salamæ* nomen *Frumentio*, cùm tamen ille neque Æthiopicè neque Arabicè calluerit. Deinde falsissimum est, quod anno Christi ducentesimo quadragesimo quinto contigerit. *Trecentesimo* &c. veritati convenientius fuisset. De quo disseruimus in Comment. Lib. 3. c. 2. N. XVII.

N°. XLII. Die 27. Julii. Pisamon] Et hoc quoque nomen diversimodè scribitur & enunciatur, ut videre est die 27. Januarii, & 1. Junii, ubi pro *Pisamon* legitur *Bisamon*. ⲡⲓ *Pi.* enim articulus Ægyptiacus effertur lingua Æthiopica & Arabica (quæ litera ⲡ. *P.* carent) per *Bi.* Itaque pro ⲡⲓⲥⲧⲁⲩⲣⲟⲥ *Pistaurus* dicunt ቢስጣውሮስ: *Bistaurus*, pro ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ بولس *Baulus* & ita porrò; donec novæ literæ ጰ: & ፐ: P. apud Æthiopes reperirentur. Recentior erga scriptura est, quæ per ፐ: scribitur, ut hîc fit.

N°. XLIII. Die 1. Aug. πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη. Tres virgines] *Fides, Spes, Charitas* τὰ τρία ταῦτα 1. Cor. 13. 13. Pius quidam Christianus filiabus suis ista nomina imposuit, quæ martyrii coronam sub Imperatore *Hadriano* Romæ adeptæ sunt, ut in Martyrologio Romano narratur. Græci matris earum nomen *Sophiæ* memoriæ prodiderunt die 17. *Septembr.* Æthiopes rhythmi causâ scribunt & legunt, *Pistis, Elpis & Agapis.*

1 No. LXVII. De Epagomenis, nec non de Epactis] Anni Æthiopici, L. III. c. 6
& sacrorum temporum rationem in antecedentibus tradidimus, ab *Ecclesia* N. LXVII
Alexandrina in Æthiopicam derivatam; nam Religio computationem solennium
secum affert. Sola *mensium nomina* antiqua manserunt, à priscis Æthiopibus pro-
priè dictis, ut videtur, desumta; quia nec Ægyptiaca sunt, nec formã Habessinicorum
2 vocabulorum habent, nec quidquam significant (*a*). Graviter enim falluntur qui
Septembrem መስከረም: à መ ስቀል: *Cruce* dictum putant, quòd festum *Exaltationis*
Crucis in eo celebretur. Alexandrini autem sive Coptitæ patriæ suæ antiquissimam
3 anni solaris rationem retinuerunt. *Ægyptii* enim (teste *Diodoro Siculo* Lib. 1.
p. m. 46. al. 32.)

Τὰς ἡμέρας ἐκ ἄγεσι κατὰ σελήνην, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἥλιον, τριακονθημέρους μὲν τιθέμενοι τὲς μῆνας: πέντε δὲ ἡμέρας καὶ τέταρτον τοῖς δώδεκα μησὶν ἐπάγουσι, καὶ τέτῳ τῷ τρόπῳ τὸ ἐνιαύσιον κύκλον ἀναπληρῶσιν

Dies non putant secundùm Lunam, sed secundùm Solem; *triginta dierum* constituentes menses: *quinque* verò *dies*, & quartam [scil. partem diei] duodecim mensibus superaddunt, & hoc modo annuum circulum complent.

4 Quandoquidem annus solaris *trecentis & sexaginta quinque* diebus & ferè *sex*
horis absolvitur, duodecim mensibus τριακονθημέρων necessariò dies illi superaddendi
erant, qui *Epagomena* ἀπὸ τῦ ἐπάγεσθαι *superinducti* vel *adjectitii* dicuntur: Ægyptiis NICI
Nisi; ut *Scaliger* rectè observavit (*b*).
5 *Kircherus in supplem. Lexici* Copti ex *autore scalæ magnæ Arabe de anno Ægyptiaco* c. 4. p. 337.
hæc affert:

الشهور القبطية اثنا عشر، سنتهم ثلثماية
وخمسة وستين يوما، خمس النسي ويوم
الكبيس في كل اربع سنين ✡

Menses Coptitarum [sunt] *duodecim. Annus eorum* [constat] *trecentis sexaginta quinque diebus,: & quinque* [diebus] *Nisi* [i. e. Epagomenis] *& die* ἐμβολιμαίῳ [intercalari] *in omni quarto anno* [quaternis annis.]

6 Quæ negligenter admodum impressit & vertit *Ath. Kircherus.* (*c*) *Quinque* igitur
Epagomena Nisi dicti fuerunt veteribus Ægyptiis. In Coptico textu valdè imperfecto,
quem *Kircherus dicto loco habet, hoc vocabulum* non invenio; sic enim ibi legendum est:

ⲚⲒⲀⲂⲞⲦ ⲘⲘⲈⲦ ⲢⲈⲘⲚⲬⲎⲘⲒ ⲒⲂ̅ ⲚⲒ Ⲉ̅ Ⲛ̀ ⲦⲈⲚⲒⲀⲈⲞⲨⲈⲢⲞⲚ
ⲚⲒ Ⲉ̅ ϨⲞⲞⲨ Ⲛ̀ ⲦⲈⲚⲒⲐⲈⲤⲒⲤ ⲔⲀ Ⲇ̅ Ⲛ̀ⲢⲞⲘⲠⲒ ჻

Id est. *Menses Ægyptiorum* [sunt] *XII. & V. sunt epagomena* [quæ est] *quinque die-*
rum ἐπίθεσις [additio] *singulis quatuor annis.* Non intelligo Coptica, video tamen
verba ista pessimè corrupta & distracta reperiri in ejusdem *Kircheri Lexico Copto-* c. IV. p. 63.
Arab. & rursus aliter scripta & exposita in *Primitiis Ling. Copta*, ut talia legens & exa- Pag. 329.
minans de peritia vel diligentia *Kircheri* in linguis peregrinis tradendis dubitare
cogatur.
7 Cæterum de *Epactarum inventore* & tempore, cùm autores nostri ambigant,
paucis disserere operæ pretium putamus. *Scaliger* in supra laudato opere *de cyclo*
Paschali Alexandrinorum meritò scribit: *Primi omnium Alexandrini, & cyclum decemno-* p. 155.
vennalem instituerunt, & Epactas *docuerunt, quæ in primo aut secundo mense* h. e. in
8 Thot & Paophi novilunium *indicarent.* Ipse *Leo Magnus Papa* fatetur peritiam
sacrorum temporum Alexandrino Episcopo deberi. Sic enim ad Martianum
Imperatorem scribit e. 64. *Studuerunt itaque Sancti Patres occasionem hujus erroris au-*
ferre, omnem hanc curam Alexandrino Episcopo *delegantes, quoniam apud* Ægyptios
hujus supputationis antiquitus tradita esse videbatur peritia, per quam, quando singuli dies
prædictæ solemnitatis evenirent, Sedi Apostolicæ *indicaretur, ut hujus scriptis ad longin-*
9 *quiores Ecclesias judicium generaliter percurreret.* Quis autem & quando invenerit,
Scaliger dicere non potuit, tantùm *originem Epactarum temporibus Diocletiani antiquio-*
rem non esse censet. In quo fallitur, nam centum ferè annis citiùs tempore Impe-
tatoris Severi cyclus ille à *Demetrio Alexandrino* repertus fuit, communicato cum a-

(a) Ut supra diximus Lib. 1. c. 1. Num. XIX. §. 20. (b) *De anno Ægypt. p. m. 238. & 239. & de anno Veterum Persarum p. 294.* (c) *Prodr. Copt. cap. 5. p. 141.*

L.III.c.6. liis primæ dignitatis Episcopis consilio. Arabes enim & nostri Æthiopes, qui hi-
N.LXVII. storiam Patriarcharum Alexandrinorum posteris tradiderunt, peculiariter Abulba- 10
racatus rem nobis claram faciunt. *Eutychius Alexandrinus* (*d*) de eo tradit sequentia:

وفي ذلك العصر كتب ديمتريوس بطريرك الاسكندرية الي غبيوس اسقف بيت المقدس والي مقسيموس بطريرك انطاكية والي بقطر بطريرك رومية في سبب حساب فصح النصاري وصومهم وكيف يستخرج من فصح اليهود ووضعوا في هذا كتبا كثيرة ورسايل حتي ثبتوا ما عليه اليوم من حساب فصح النصاري ❋

In illo *tempore scripsit Demetrius Patriarcha Alexandrinus ad Gabium Episcopum Hierosolymitanum, ad* Maximum *Patriarcham Antiochenum, & ad* Victorem *Patriarcham Romanum de ratione* computi Paschalis, & jejunii Christianorum, *& quomodo à Paschate Iudaeorum deducatur; de qua re multos exararunt libellos & epistolas, donec eò qui jam observatur modò* Christianorum Pascha constituerent.

Scio *Pearsonium* (*e*) Eutychio, *Demetrium* laudanti, fidem derogare, eò quòd 11
non illi Patriarchæ, quos nominat, sed alii *Hierosolymis & Antiochiæ* sederint: quòd etiam Episcopi Palæstinæ in Epistola sua ad Victorem Episcopum Romanum nullam *Demetrii* mentionem fecerint. Quibus accedit, quòd Eusebius (*f*) Episcopos recensens, qui tempore certaminis Paschalis sederunt, alios quàm Eutychius nominat. Verùm inprimis hic tenendum, *Eutychium non loqui de controversiâ Paschali*, an Dominicâ vel Decima quartâ lunæ festum hoc, in Ecclesia Christiana maximum, celebrari debeat, in qua causa nullæ Demetrii partes fuerunt, sed *de Cyclo & computo Paschali* pro die Dominica per Epactas investigando, cujus inventionem, cùm ipse Papa Leo *Episcopo Alexandrino* tribuat, id etiam Scaliger agnoscat, autoribus Alexandrinis tam Coptitis quàm Æthiopibus, *Demetrium* nominatim & consensu tradentibus, fidem derogare minimè decet, quamvis fortè Eutychius in narrandis Patriarchis coævis, ad quos Demetrius inventionem epactarum scripsit, erraverit: Vel jejunandi ratio quam Demetrius præscripsit, in remotioribus regionibus tardiùs introducta fuerit.

Fuit *Demetrius duodecimus Patriarcha Alexandrinus*, qui circa annum Christi 12
centesimum nonagesimum Episcopus Alexandriæ electus fuit, atque Ecclesiam suam quadraginta tres annos (uno mense minus) rexit, (ut *Abulbaracatus* scribit) ætate & autoritate tunc temporis in Ecclesia clarissimus. Huic igitur *Demetrio* ea, quæ Eutychius tàm de computo Paschali, quàm de tempore jejunii quadragesimalis narrat, *Poëta* noster attribuit, admiratus valdè, unde illi tanta sapientia Epactas constituendi venisset; *Encom. 12. Octobr. Od. 3.*

ሰ፡ ለዲሜጥሮስ፡ ሐጋጌ፡ አጽዋም፡ እምስቴ፡ 13
ወሠራዒ፡ መብልዕ፡ በጰንጠቆስጤ፡
ሶበ፡ ኢኮነ፡ ለሊሁ፡ በመንፈስ፡ ቅዱስ፡ ከሣቴ፡
እፎ፡ እምተከሥተ፡ ወእምተረክበ፡ በአይቴ፡
ሐሳበ፡ አዝማን፡ ዘስሙ፡ አባቅቴ።

Salutem! Demetrio *institutori jejuniorum à potu,*
Et constitutori ciborum in Pentecoste.
Nisi extitisset ille ipse per Spiritum S. revelator;
Quomodo quæso revelatus fuisset, & ubi repertus fuisset
Computus temporum, cujus nomen Epactæ?

Veri-

(d) *Tom. I. Annal. Alexandr. p. m. 363.*
(e) Part. I. *Vindic. Ignat.* Cap. X pag. 173.
(f) Histor. Eccles. Lib. V. cap. 22.

14 Verisimile autem est istam constitutionem sine conventu & concilio reliquo- L.III. c. 6.
rum Episcoporum factam non fuisse. De qua re *Poëta* rursus sic canit *Encom. 10.* N. LXVIII.
Nov. 2. & LXIX.

ሰ፡ ለክሙ፡ ካህናት፡ ስቡሓ፡ ወዘምር፡
ዘአፋጠንክሙ፡ ረዊጸ፡ እንበለ፡ ተዶኅር፡፡
ውስተ፡ አሐዱ፡ መካን፡ ለተጋብኦ፡ ወለአስተኃብር፡፡
ሐሳበ፡ አባቅቴ፡ ዘመንፈስ፡ ቅዱስ፡ መሀር፡
እምነ፡ ድሜጥሮስ፡ አብ፡ ትንሥኡ፡ ለእምር፡፡

Salutem! *Vobis* Sacerdotibus *laude & encomio dignis*,
Qui citò cucurristis sine cunctatione
In unum locum ad congregationem & conventum.
Computi Epactarum, *quem Spiritus S. docuerat*,
A Demetrio *patre*, (ut) *acciperetis notitiam.*

1 N°. LXVIII. De diebus Evangelistarum, quos Æthiopes in annorum designatione addere solent] *Quaternos annos*, quibus supplendis *Epagomenas* suas adhibent, à quatuor Evangelistis denominare solent Æthiopes, ut in Historia nostra docuimus. *In Novo Testamento Romæ Anno 1548. impresso* legitur:

ዘንቱ፡ መጽሐፍ፡ ተተክመ፡ በሀገረ፡ ሮማ፡ በመዋዕለ፡ ዮሐንስ፡ ወንጌላዊ፡ በ፪፻ዓመት፡ ምሕረት፡፡	*Hic liber impressus est in urbe Roma, in diebus Iohannis Evangelistæ, anno gratiæ ducentesimo.*

2 Plinthion Evangelistarum *Scaliger* tradit in *Computo* sæpius allegato *in notis ad dictum Computum*, cui nos nihil addere possumus. pag. 687. & 689.

1 N°. LXIX. De ritibus Nuptialibus Habessinorum] *Alvarezius* (g) refert, se vidisse *Dobarua* copulationem novorum sponsorum modo sequente peractam. *Collocatus fuit lectus in vestibulo ædium, in quo sederunt sponsus & sponsa: tres Sacerdotes, magnâ voce* Hallelujah *concinentes, lectum circumiverunt, mox cincinnos è capillis tam sponsi quàm sponsæ absciderunt, & inter se in capitibus sponsorum permutaverunt, inspersâ aquâ benedictâ, inde ad festivitatem nuptialem discessum fuit.* Ita hic copulatio peracta fuit in vestibulo privatæ domus, sed frequentior est ante fores templi, de quo ritu, ut & precibus & benedictione sacerdotali num. 71. Addit *Alvarezius*, novam nuptam, si honoratior fuerit, quinque vel sex men-
2 sibus domo non egredi, nisi gravidam se factam sentiat. *Gregorius meus* de permutatione cincinnorum interrogatus respondit:

በእንተ፡ መቲረ፡ ወወለጠ፡ ቈናዝኢ፡ ዘመርዓዊ፡ ወዘመርዓት፡ አኮ፡ ልማደ፡ በኢትዮጵያ፡፡ እንደኢ፡ በ፩ሀገረት፡ ዘኢያአምር፡፡ ምሳሕ፡ ሀሉ፡ ወዝፋኒት፡፡ መርዓት፡ ወመርዓዊ፡ ኢይወፅኡ፡ እምቤት፡ እስከ፡ ፲ ዕለት፡ እንዘ፡ ይትፌሥሑ፡ ምስለ፡ አዝማዲሆሙ፡፡	Abscissio & permutatio cincinnorum *sponsi atque sponsæ in Æthiopia in usu non est; specialis fortassis alicujus provinciæ mos esse poterit, quod ego non novi. Epulæ verò nuptiales habentur, ut & saltationes. Sponsus & sponsa intra decem dies domo non egrediuntur, lætantes cum propinquis suis.*

De *benedictione sacerdotali* à Judæis profecta supra disseruimus. N°. 49. §. 28.

1 N°. LXX. De Polygamia Habessinorum] Retulimus in Historia nostrâ, (h) magistratum secularem, legesque civiles *Polygamiam* non prohibere, nec impedire. At ab *Ecclesia* damnatur, atque Polygami à S. cœna arcentur.
2 Hæc confirmavit Gregorius de hac re interrogatus, his verbis:

አውስቦ፡ ክልኤተ፡ ነቡረ፡ ሐረም፡ ውእቱ፡ በኢትዮጵያ፡ ወለእለሰ፡ ይገብሩ፡ ዛተ፡ ኃጢአተ፡ ይከልእዎሙ፡ እምነ፡ ቍርባን፡፡	*Polygamia simultanea illicita est in Æthiopia* [scilicet legibus Ecclesiasticis] *si quis autem hoc peccatum commiserit, arcetur à S. Synaxi.*

(g) Itinerar. Æthiop. c. 20, al. 21. (h) Hoc lib. & cap. §. 100. ex Alvarezio cap. 20, al. 23.

L.III.c.6. N.LXXI. N°. LXXI. De copulatione conjugum ante fores templi] 1
Alvarezius Itin: c. 21. al. 22. refert, *vidiſſe ſeſe* Metropolitam Marcum *copulationem novorum ſponſorum* ante portam templi principalem hoc pacto peragentem. Lectus poſitus fuit, in quo ſponſus cum ſponſa ſedit, illum circumivit Patriarcha cum Clericis ſuis thuribula & cruces geſtantibus, poſtea manu capitibus eorum impoſita, dixit: *Curate, ut diligenter obſervetis quæ Deus præcepit in S. Evangelio, & cogitate quòd ſitis caro una, quare etiam animo & corde conjuncti maneatis.* Sic ſubſtiterunt usque ad finem Euchariſtiæ, quâ finitâ dedit illis benedictionem.

Mos iſte *ante fores Eccleſiæ* benedictionem ſacerdotalem impertiendi, vetuſtiſ- 2
ſimus eſt, & à Judæis derivatus, ut ſupra n.49.§.28. monuimus. *Seldenus* (i) id etiam olim in Britannia inter Chriſtianos in uſu fuiſſe docet, producto veteri rhythmo *Galfredi Chauceri*, qui ſub *Eduardo tertio* floruit, de uxore ſua Bathonienſi ante fores templi quinquies maritata, Anglicè ſic cecinit:

She was a worthy woman all her live
Husbands at the Church dore had ſhe five.

Id eſt:

Sie war ein würdig Weib in allem ihrem Leben/
Der Männer fünff bekam ſie für der Kirch-Thür eben.

[Id ſi hodiè adhuc in uſu eſſet, multò pauciores Eccleſiam accipiendæ benedictioni ſacerdotali publicè frequentaturi eſſent, pluviam & alia incommoda cauſaturi.]

At Diaconi tanquam Eccleſiaſtici viri apud Æthiopes intra parietes ædis ſa- 3
cræ connubio junguntur, quòd his verbis teſtabatur Gregorius:

ለመርዓዊ፡ ወለመርዓት፡ ኢያስተፀምርዎሙ፡ በቤተ፡ ክርስቲያን፡ ዘእንበለ፡ ለዲያቆናት፡ ባሕቲቶሙ፡ እንዘ፡ ይዜምሩ፡ ሀሌሉያ፡፡

Sponſum & ſponſam non copulant in Eccleſia, niſi Diaconos *tantùm, quibus* Halleluja *concinitur.*

N°. LXXII. De divortiis inter Habeſſinos creberrimis] Nul- 1
lam partem morum acrius reprehendit *Tellezius*, quàm facilitatem divortiorum apud
L.5.c.39. Habeſſinos, idque refert inter cauſas diſſidii & *exilii PP. Societatis*, ſcribens: *Coarctationem cauſarum matrimonialium ſecundum doctrinam Eccleſiæ Catholicæ nunquam intrare voluiſſe in pectora Habeſſinorum. Etenim fidem Alexandrinam licentiam dediſſe omnibus uxores ducendi & repudiandi, quot & quando, ſive benè ſive malè illis viſum fuerit.* Excipiendi tamen hic veniunt *Clerici*, quibus prohibita ſunt Jure ſacro divortia: & *Ruſtici*, quibus talis ſeparatio & mutatio uxorum multùm detrimenti allatura eſſet, teſte Alvarezio c. 21. al. 22.

Gregorius hac de re interrogatus ita reſpondit: 2

እመቦ፡ ብእሲ፡ ዘይፈቅድ፡ ንደጊ፡ ብእሲቶ፤ መቅድመ፡ ኵሉ፡ ይመዕድዎ፡ ይነበር፡ ምስሌሃ፡ በፋቅር፤ ወለእመሰ፡ ተስእኖሙ፤ ይትፈለጡ፡፡ አኮ፡ በእደ፡ ቀዋስት፡ ዘእንበለ፡ በእደ፡ ፈታሕተ፡ ንጉሥ፡፡ ቀዋስትሰ፡ ይፈትሑ፡ ነገረ፡ ቤተ፡ ክርስቲያን፡፡ ለቀሳውስትሰ፡ ኢያበውሕዎሙ፡ ንደጊ፡ አንስቲያሆሙ፡፡ ዘበእንተ፡ ንዋዮሙ፡ ለእለ፡ ይትኃደጉ፤ ዘገፍዐ፡ ለካልኡ፡ ይሁብ፡ ንዋዮ፡፡ ለእመሰ፡ ሠምረ፡ ክልኤሆሙ፡ ተኃደጉ፤ ይትካፈሉ፡ ንዋዮሙ፡ በበኖቲሆሙ፡ በዕሬይ፡፡

Si maritus aliquis voluerit repudiare uxorem ſuam, ante omnia admonetur ut maneat cum ea concors. Id ſi fieri non poſſit, ſeparantur à ſe invicem; non per Iudices Eccleſiaſticos, ſed per Iudices Regios; quia Iudices Eccleſiaſtici tantùm judicant res eccleſiaſticas. Presbyteris *verò non permittunt dimittere uxores ſuas. Quod bona eorum ſpectat, qui divortium inter ſe faciunt, pars lædens alteri dat bona ſua. Si verò mutuo conſenſu à ſe invicem ſeparentur, tunc æqualiter bona ſua dividunt.*

Quam-

(i) In Uxore Hebraicâ L.2,c.27,p.m.202.

Quamvis autem jura divortiorum inter gentes ſatis ſint familiaria, ut apud *Sel-denum in Vxore Hebr.* videre eſt: & etiam apud Chriſtianos diu in uſu fuerint; veriſi-mile tamen eſt, Habeſſinos è moribus Hebræorum hac in parte multa traxiſſe. L.III.c.7. N.LXXIII. N.LXXIV.

N°. LXXIII. De ſepulturâ Æthiopum] Quæ de ritibus ſepulturæ
1 in Hiſtoria noſtra tradidimus, ea ex Alvarezio deſumta fuerunt, qui quidem dicit, cap. 22. al. 23. quòd integrum *S. Johannis Evangelium* legant, dum mortuos ſepeliunt: alii de initio tantùm loquuntur. Addit in fine: d.c. *Nullum Officium, nullamque Miſſam pro defunctis celebrari, neque etiam quenquam iſtud petere.*

2 Gregorius ea de re interrogatus, reſpondit:

ለዘሞቱ፡ይቀብርዎሙ፡ ውስተ፡ ቤተ፡ ክርስቲያን፡ አው፡ በአውደ፡በዜማ፡ ወበጸሎት፡፡ ኢያንብቡ፡ባሕቲቱ፡ቀንቱ፡ለወንጌል፡ዮሐንስ፡ዘእንበለ፡ ካልኣተ፡ መንባባተ፡ ከማሁ፡፡ ወሶበ፡ ይጸውርዎ፡ ለምውት፡ መስቀል፡ ይቀድም፡ አላ፡ ኢይተክልዎ፡ በላዕለ፡ መቃብር፡፡ ዓዲ፡ ምጽዋተ፡ ይሁቡ፡በእንተ፡እለ፡ሞቱ፡፡

Mortuos vel in æde ſacra: vel in ambitu illius ſepeliunt cum hymnis & orationibus. Neque ſolum initium Evangelii Iohannis, ſed & alias lectiones legunt. Et cum effertur mortuus, crux præcedit, ſed nullam ſupra ſepulchrum collocare ſolent. Adhæc eleemoſynas dant propter eos qui defuncti ſunt.

Quomodo hoc accipiendum ſit ex P. Balth. Tellezio ſupra N°. 42. §. 1. retulimus.

COMMENTARIUS

AD LIB. III. CAP. VII.

1 N° LXXIV. Quod nullam fori immunitatem habeant Clerici Æthiopum] *Tellezius de Clericis* Æthiopiæ agens, illos non ritè ordinatos fuiſſe ſcribit, inde factum, ut omnes Clerici à Patribus Societatis denuò fuerint ordinandi, ut *Lib. III. Hiſtoriæ noſtræ* diximus. Ille ergo *lib. I. c. 39.* c.11. §.25. notat, illos nullo privilegio fori frui, neque defendi capite. *Si quis* &c. quod *Innocentius Papa ſecundus in Concilio Lateranenſi* c. 15 ſanxit, quô *gravi anathematis vinculo ſubjiciuntur, qui Clericum vel Monachum pulſaverint.* p. 96. b. Propterea clericos Æthiopum à Judicibus merè Laicis judicari atque puniri. Facetè ſuo more ſubjungit *Tellezius: E certo que tays Ordens bem merecem tais desordens.* Quod Gallicè reddi po- d. loc.
2 teſt; *tels ordres meritent bien tels deſordres.* Gregorius ſuper hac re interrogatus, dicebat: *Iurisdictionalia, ſive quæcunque eſſent jurisdictionis contentioſa, præſertim cognitionem ſeu jus criminum & pœnarum, ſemper ad* Judices ſeculares *ſpectaviſſe, neque unquam Regem, quamvis Patribus Societatis addictiſſimum, vel latum unguem de hoc jure cedere voluiſſe. Atque iſtud inter præcipuas diſcordiæ cauſas fuiſſe; Habeſſinos enim pro ſe allegare dictum Pauli Rom. 13. 1.* Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit &c. Cùm igitur nulla *Clericorum* exceptio hîc fiat, ideò nullo jure eos excipi poſſe cenſent Habeſſini.

1 N°. LXXV. De electione Metropolitæ Habeſſinorum] Metropolitam Habeſſinorum *Abuna* i. e. *Pater noſter*, ab Æthiopibus vocari diximus. *Scaliger in notis ad Comp. Æth.* eum vocat ርእሰ፡ አህጉር፡ *caput urbium,* quod valdè mirabile videbatur Gregorio; hanc enim appellationem Æthiopes ignorant. p. 684.
2 Falſiſſima ſunt, quæ *de electione ejus à Monachis Habeſſinis Hieroſolymæ degentibus* Tzaga-Zaabus ſcribit, ut in proœmio diximus, quod plerique viri docti transſcripſerunt: ipſe etiam nugator *Vrreta* id fecit: quem *Nicolaus Godignus* (k) pro- N.I.§.21.

 pterea

(k) De rebus Abaſſinor. Lib. I. c. 12. p. 159.

L.III.c.7. præterea prolixè refutavit. Certiora tradit *Tellezius, qui S. Frumentium à S. Athanasio* 3
N. LXXVI. *omnium primò illuc missum fuisse* scribit, *& quamdiu Patriarchæ Alexandrini fuerint Ca-*
L.I.c.38. *tholici, Habessinos accepisse Metropolitas Catholicos: postquam schismatici facti essent, illos misisse Abunas hæreticos.* Atque ista quidem ex sententia Tellezii, quæ recidunt ad 4
notas cum Ecclesia Romana controversias, dum alteri alteros ab Ecclesia Catholicâ secessionem fecisse dicunt. Habessini id faciunt in libro dicto *Adulterium Francorum*, per quos Latinos, sive Romanos intelligunt ab Ecclesia Catholica tanquam divortio aliquo spiritna'ia vulsos. Quod *P. Soc. Nic. Godignus* ex literis *Gonzali Rodri-*
An.1688. *guesii* refert (l). Hoc ipso tempore quô hæc scribo, literas ab amico Parisiensi accipio, qui memorat: *Superiorem missionis Ægypti ad se scripsisse, quòd novus* Abuna *Cairo in Æthiopiam missus fuerit.*

N°. LXXVI. Quid de Metropolitâ Æthiopum in priscis Canonibus reperiatur] Equidem nos in Historia nostra è *Canonibus Nicænis A-* 1
c.2,41. *rabicis & hoc ipso capite* §. *6.* memoravimus, *Canone 36. al. 37. al. 42.* Æthiopibus interdictum esse; *ne ipsi creent vel eligant Patriarcham* &c. sed nunc cum viris nostri ævi clarissimis agnoscimus, nullam esse istorum Canonum fidem, ut supra cap. 2. N°. XVII. & cap. 4. N°. XXIX. hujus libri demonstravimus.

Ipsa *Baronii* verba, cujus auroritate innixi fuimus, hîc referre operæ pretium pu- 2
tamus, *qui ad ann. 325.* §. *62. de actis Synodi Nicænæ ita* scribit: *Ea deperdita esse noscuntur.* Et mox: *Integra quidem extiterunt, verùm injuriâ temporis, & Arrianorum conatibus passa esse naufragia certum est.* Postea nominat aliquos veterum, qui *ea se in Græcia vidisse* scribant, addit: Franciscum Turrianum asseverare: *eadem hodie reperiri Alexandriæ in Ægypto*; & alios affirmasse: *eadem acta apud Arabes adhuc asservari.* At concludit his verbis: *Sed ut liberè dicam, SOMNIA puto hæc omnia* &c. idque rationibus confirmat.

Rebus ita comparatis, si pro *SOMNIIS* habenda, quæ de illis Canonibus di- 3
cuntur, quod quæso argumentum idoneum pro *Primatu Pontificis Romani* aut *constitutione Metropolitæ in Æthiopia* inde extrui poterit? Interim negari nequit, apud Æthiopes extare eadem illa *acta Nicæna*, quæ *Coptitæ Arabicè* possident, à quibus ex Ægypto in Europam translata, & ab *Abrahamo Ecchellensi* Latinè versa edita fuerunt.

Abulbaracatus Arabs describit nobis tria volumina talium actorum Nicænorum, 4
quorum *primum* continet XX. Canones, eos videlicet quos etiam in Europa adhuc habemus: *secundum* LXXXIV. Canones, inter quos est ille supra citatus de *Primatu Papæ.* Ista ergo cum sequenti volumine *tertio*, quod continet *Constitutiones Imperatorum*, *Baronius*, ut audivimus, pro authenticis minimè agnoscit. Operæ pretium tamen foret ea habere, & cum impressis exemplaribus antiquitatis causâ conferre. Apud Æthiopes certè in autoritate adhuc esse ex eo colligo, quòd 5
tam pertinaciter illis inhæreant, nec, quamvis summa necessitas postulet, aliquem è suis popularibus Patriarcham eligant, quem *Primatem Regni* esse, & sub illo *Archiepiscopos*, & *Episcopos* constituere velint. Ita illi, nullâ temporum personarumque in tanta omnium rerum conversione & mutatione ratione habitâ, antiqua omnia mordicùs servant, & nullum Metropolitam arcessunt, nisi rudem & inertem aliquem Monachum Coptitam; ut rectissime Scaliger dicat (m): *Omnino imperitia eorum fecit, ut & nihil in ritibus innovarent, & ut multa perperam interpretarentur.*

N°. LXXVII. De antiqua Æpyptiaca lingua] De hac lingua 1
ita disserit *Ath. Kircherus* in Prodromo Copto: *Sicuti Copta ad antiquam Ægyptiacam, ita utraque ad nullam majorem deprehenditur affinitatem habere, quàm ad Græcam.* Hic manifestè distinguit *Coptam hodiernam* ab *antiqua Ægyptiaca*, & tamen *cap. 7.* utramque tanquam eandem rursus conjungit, *Coptam, sive antiquam Ægyptiacam, proprietatem ad linguam Græcam* obtinere, inquiens. In qua re ab eruditis multùm reprehen- 2
ditur, nec immeritò. Si enim linguam alteri affinem dicere velimus, necesse est,

non

(l) d. tract. Lib.II.c.18.p.316. (m) de Emendat. temp. in notis ad Comp. Æth.p. 684.

non tantùm, ut ea contineat nonnulla alterius cujusdam linguæ vocabula, sed etiam ut L. III. c. 7.
Grammaticæ ratio maxima sui parte eadẽ sit, qualis convenientia cernitur in Orientali- N. LXXVII.
bus, Ebræa, Syriaca, Arabica, & Æthiopica: nec non *in Italica, Hispanica & Gallica*
Occidentalibus linguis, quæ rectè affines inter se dicuntur. At ego Latinam Linguã
Italicæ affinem non dixerim, sed *Italicam ex Latina* corruptam. Atque ita se ha-
bet hodiè lingua *Copta* erga *veterem Ægyptiacam, ut Gallica & Hispanica* erga *veterem
Latinam Linguam.*

3 Deinde si linguas aliquas inter se affines asserere velimus, *vocabulorum rebus
naturalibus competentium convenientia* quædam docenda est, ut cœli, terræ, partium
humani corporis, animalium domesticorum, &c. ista enim vocabula facillimè re-
tinentur; propterea ex illis communis quædam origo & antiqua cognatio & deri-
vatio deprehenditur: artificialia seu technica verò, ut & scientiarum, sacrorum, &
actionum humanarum nomina non linguæ, sed professionis vel artis, vel nationis
alicujus derivationem arguunt. Ita hîc in Coptica & Græca lingua naturalium
rerum & vocabulorum exiguam: artificialium vero & sacrorum maximam conve-
nientiam reperies, ut satis appareat, vocabula Græca primò cùm Græcis Regibus,
4 deinde cum ritibus Ecclesiæ Græcæ invecta fuisse. Rationes quas *Kircherus* af-
fert, exigui sunt ponderis. Id verò prorsus vanum est, *Ægyptiacam linguam unà cum
cæteris à Cadmo in Græciam primò transportatam, & Græcos rationem per literas numeran-
di ab Ægyptiis accepisse: Idque ostendere literam Coptam* ϛ. Quasi verò iste character
Coptus, & non Græcorum ἐπίσημον sit, loco ו *Vau* Hebraici, ut numerorum ratio sibi
constaret, insertum. Literam ipsam ו *Vau* Græci in suo Alphabeto omiserunt, quia
illa opus non habebant. Talia virum doctum sine autoribus probatis temerè as-
5 serere non decet. Porro errat Kircherus, quandò *Alphabetum Græcum* contra
omnium veterum testimonia *Copticum* esse dicit. Si enim Ægyptii Alphabetum su-
um ipsi primum excogitarunt, qui fit, quòd servato Græcorum ordine in fine de-
mum adjunxerint novos characteres exprimendis valoribus in Alphabeto Græco
non repertis. Affines potius valores unicuique literæ statim addidissent, ex. gr. C.
Cima ϭ. Scima *s.* & ϣ Scei vel Sch. Item Phi ϕ cum ϥ F. conjunxissent:
non verò in fine Alphabeti peregrini post Omega locassent. Id enim facere solent
illi, qui Alphabeta sua ab aliis mutuantur; ut apud Russos factum videmus.

6 Deinde nomina literarum indicant, non ab Ægyptiis sed ab Hebræis proflu-
xisse Græcum Alphabetum, idque veteres autores omnes uno ore testantur, qui
Cadmum Phœnicias, non Ægyptiacas literas in Græciam invexisse scribunt; de quo Lib.
IV. c. 1. n. 2. pluribus agetur.

7 In sententiam Kircheri graviter & quidem meritò invehitur *Bochartus* (n). *In
Ægypto nulla Græci sermonis vestigia ad Regem Psammetichum usque extitisse* docens;
deinceps sub Ptolemæis [scil. Græcis Regibus] *Græcum sermonem in Ægypto profundas ra-
dices egisse, atque inde Coptorum dialectum multò plura habere Græca vocabula quàm Ægy-
ptiaca.* Quæ veritati congruunt. Addo ego. *Ecclesiam Græcam*, ex qua vocabula
Ecclesiastica plurima promanarunt.

8 Nunc *Lingua Copta* in usu loquendi planè esse desiit. Veteres libri qui adhuc
in Ægypto supersunt, legi quidem, sed intelligi ampliùs non possunt. Attamen in cul-
tu sacro Liturgiæ à Sacerdotibus Copticè leguntur sine intellectu ex mera consuetu-
dine. Prævalente enim linguâ Arabicâ, cùm Coptica sensim in desuetudinem ve-
niret, nec à plebe amplius intelligeretur, ista quidem in cultu sacro retenta, sed no-
va communior adjuncta fuit; ita ut textus Sacræ Scripturæ plerumque in duabus
9 legatur linguis. Si *Wanslebio* fides (o), vidit ille An. 1673. in Ægypto superiore
quendam *Muallim* [Doctorem] *Athanasium* LXXX. annos natum, qui solus adhuc
sciverit Linguam Coptam, cum quo illam prorsus intermorituram scribit. En fa-
tum tantæ nationis tantique regni, quod olim cum opulentissimis Orbis imperiis cer-
tavit, nunc oppressum dejectumque jacet, solis Pyramidibus antiquæ potentiæ indi-
cibus remanentibus. N. LXXVIII.

(n) In suo Phaleg. Lib. 1. c. 15. (o) In Relation. Ægypt. Gall. p. 363.

L. III. c. 7. N. LXXIIX. & LXXIX.

N°. LXXVIII. Nullum dari Archiepiſcopum in Æthiopia
præter Metropolitam, & nullos planè Epiſcopos.] Etſi Habeſſini *Hie-* 1
rarchiam Eccleſiaſticam admittant, & ordines ſacros in Eccleſia Alexandrina agno-
ſcant, & venerentur, quales ſunt:

ሊቀ፡ ጳጳስ፤ *Patriarcha* ſc. Alexandrinus Eccleſiæ Æthiopicæ caput.
ጳጳስ፤ *Metropolita* ſive *Archiepiſcopus*; qualis eſt Æthiopum Abbuna.
ኤጲስ፡ ቆጶስ፤ *Epiſcopus.*
ቀሲስ፡ vel ካህን፤ *Presbyter* vel *Sacerdos.*
ንፍቀ፡ ቀሲስ፤ *Subpresbyter.*
ዲያቆን፤ *Diaconus.*
ንፍቀ፡ ዲያቆን፤ *Subdiaconus.*
አናጕንስጢስ፤ *Anagnoſtes* ſeu *Lector.*

Tamen certum eſt illos præter አቡነ፡ *Abbunam* ſeu *Metropolitam ſuum* nullos 2
Epiſcopos neque Archiepiſcopos in regno ſuo habere. Et tamen id aſſeruit *Mat-
thæus Armenius*, quem alibi (p) perſtrinximus. Manavit ex eo error iſte non tantum
in Urretam, aliosque ei ſimiles, ſed etiam in graviſſimos Hiſtoricos noſtros, qui de re-
bus Habeſſinorum ſcripſerunt.

[Idem habet apud Luſitanos *Gonçalus de Ilbeſcas in Hiſt. Pontificali P. II. c. 6. p. 173.* 3
Quos omnes rectè refellit *Godignus de reb. Abaſs. Lib. I. c. 32.* & *PP. Societatis in ad-
dit. ad relat. annuam Æthiopiæ cap. 1.* ubi allegant *P. Johannem de Santos.* Nec non
Tellezius Lib. I. cap. 38 & *Patriarcha Luſitanicus Alphonſus Mendez* in epiſtola ſua *Ca-
lendis Junii* 1626. data.]

N°. LXXIX. De quatuor Patriarchis Oecumenicis.] Habeſ- 1
ſini *quatuor* tantùm *Patriarchas Oecumenicos* agnoſcunt. Claudius Rex Gonzalo
Roderico P. Societatis, qui illi Eccleſiæ Romanæ ſubjectionem ſuadebat, die 17. Ma-
ji An. 1555. reſpondit: *In quatuor ſedes Eccleſia Chriſti ſecta eſt. Nos uni ex his* [ſcil. Ale-
xandrinæ] *ſumus ab initio ſubditi, ab ea nunc ſeparari fas & jura vetant.* (q) Reſpicit 2
Canonē 6. Concil. Nicani, quô cautum eſt, ut eadem poteſtas ſit Metropolitanis, *Alexan-
drino & Antiocheno* [nondum enim tunc vocabantur Patriarchæ] *in ſuis Diœceſibus, ac Epi-
ſcopo Romano in ſua Diœceſi.* De quo Canone cum varia variorum extent ſcripta, uno-
quoque ſenſum illius in ſuas partes trahente, ideo Lectores eò remittimus.

[Videatur *Baronius ad ann. 325. num. 124. Henric. Valeſius latè in Obſervat. Eccleſiaſt.* 3
in Socratem & Sozomenum Lib. III. ubi rectè refellit *Johan. Launojum de recta inter-
pret. ſexti Canonis Niceni*, indoctè admodum ſcribentem: *Canonem illum de ſummis
Eccleſiarum Præſulibus, Patriarchis poſtea dictis, non agere.* Confer. annotation. *Gulielmi
Beveregii ſanè doctiſſimas ad h. l.*]

Quòd autem Habeſſini *quintum Patriarcham* nempe *Hieroſolymitanum* non agno- 4
ſcant, ideò factum, quòd iſte ante ſchiſma Chalcedonenſe pro tali non fuit habitus.
Nam olim urbs *Cæſarea metropolis erat Palæſtinæ*, adeoque Hieroſolymitanus
Epiſcopus neque Patriarcha, neque etiam Metropolitanus eſſe poterat. Poſtea ſub
Imperatoribus Chriſtianis cùm dignitas ejus ob dignitatem S. Sepulchri, & loci fre-
quentiam magis magisque creſceret, *Cæſareenſi* Metropolitæ amplius ſubeſſe noluit,
quin potiùs *Iuvenalis Epiſcopus Hieroſolymitanus in Concilio Epheſino*, primatum Palæ-
ſtinæ ſibi palàm arrogavit. Tandem etiam cum ipſo Antiocheno Patriarchâ de prin- 5
cipatu contendit, quæ controverſia transactione compoſita fuit, *Antiocheno duæ Phæ-
nicia & Arabia; Hieroſolymitano verò tres Palæſtinæ ceſſerunt.* Idque in Concilio *Chal-
cedonenſi* Actione 7. confirmatum, his verbis: ὑπὸ τὴν ἰδίαν ἐξουσίαν ἔχειν. Ut plane 6
erret *Eutychius* (r) ſcribens: *quòd in Concilio Conſtantinopolitano primo Patriarchæ titu-
lum Epiſcopo Hieroſolymitano tribuerint*; quòd actis ſequentium temporum prorſus re-
pugnat, & *Seldenus* rectè refellit (s). Poſſet etiam argumentum à noſtris Æthiopibus 7
deduci, qui certiſſimè quinque Patriarchas Oecumenicos habituri eſſent, ſi id tunc
temporis factum fuiſſet. Tandem *Can. 36. Concilii Conſtantinopolitani ſecundi*, ubi
ſedi

(p) Proœm. I. §. 9. & 3, 1. N. 1. §. 1. (q) Godign. Lib. II. c. 18. p. 320. (r) *In Annal. Alexand. Tom. I. p. 313.* (s) *In Comment. ad Eutychii Orig. Alexand. Num. 8.*

sedi Constantinopolitanæ eorundem privilegiorum jus ac sedi Romanæ tribuitur, Hierosolymitano quintus & ultimus locus assignatur. L. III. c. 7. N. LXXX.

8 De voce *Oecumenicus* nota, quòd hic non universalem totius Mundi Episcopum denotet, prout inter *Romanum & Constantinopolitanum Patriarcham* olim disputatum fuit; sed quòd Orbis Christianus & universa Christi Ecclesia olim inter quatuor primùm, dein quinque Patriarchas fuerit divisa, qui omnes *Oecumenici* dicti fuerunt.

1 Nº. LXXX. De nomine Patriarcharum, & unde nomen Papæ ortum habuerit?] Diximus in *Historia nostra*, Æthiopes pro summo & universali Pontifice, nullum nomen majus aut excellentius quàm *Patriarcha* habere, quamobrem Romanum æquè ac Alexandrinum vocant ሊቀ፡ ጳጳሳት፡ *Principem Metropolitarum*, h. e. *Metropolitam summum*. Vox autem πάππας *Pappas*, *Papa*, Græca est, quæ apud Homerum & alios antiquos reperitur, & *Patrem* significat. Igitur Episcopus, qui in Orientalibus linguis vocabatur אבא *Abba* Pater, à Græcis πάππας dicebatur.

2 Verùm enim verò ut est inter miseros mortales frequens de titulis certamen, quibus alii alios antecellere volunt: ita etiam in Ecclesia contigit, ut qui initio *Episcopi*, i. e. *Inspectoris* & *Papæ* seu Patris nomine contenti erant, postea quatuor ex iis, & tandem quinque Patriarcharum nomen sibi solis vendicaverint, ut numero præcedente diximus.

3 Hoc autem Patriarchæ nomen, (ut *Beveregius* (t) eruditè differit) primævis patribus, tanquam familiarum suarum Principibus olim competens, Judæi post excidium Hierosolymæ Præfectis Synagogarum suarum tribuerunt. At *circa annum Christi* quadringentesimum id nominis ad summos Christianorum Metropolitas
4 translatum fuit. Socrates *in Histor. Ecclesiast. Lib. V. c. 8.* scribit: *Imperatorem Theodosium Synodum Episcoporum convocavisse ad ordinandum* [non Patriarcham, sed] *Episcopum Constantinopoleos.* Eodem modo de Romano loquitur; *decretum* enim *ibi fuisse, ut* Constantinopolitanus Episcopus *eò quòd esset junior, in dignitatis prærogativâ sequeretur* Episcopum Romanum. Subjungit πατριάρχας κατέστησαν διανειμάμενοι τὰς ἐπαρχίας. *Patriarchas constituerunt distribuentes inter eos provincias.* Pergit Socrates: Ὀτρήϊος, ὁ τῆς ἐν Ἀρμενίᾳ Μελιτηνῆς τὴν πατριαρχίαν ἐκληρώσατο. Otreius, *qui Melitina in Armenia* Patriarchatum *quasi sorte accepit*; cùm tamen *Archiepiscopus* tantum esset. adeo primis illis seculis Patriarchæ & Archiepiscopi nomina non distinguebantur.

5 Eutychius cum *in Originibus Ecclesiæ Alexandrinæ* narraret: *S. Marcum Hannaniam Patriarcham Alexandriæ creavisse, atque hunc primum ibi fuisse Patriarcham.* Seldenus in notis ad hunc locum num. 8. ait: *Non dubitavit igitur Eutychius, quin sub ipsos Ecclesiæ Christianæ natales Patriarchæ nomen & dignitas Christianis esset in usu.* At ego non putaverim ex errore & ignorantia Eutychium ita loqui, sed *per prolepsin* quandam nomen dignitatis antecessoribus tribuere, quod successores longo tempore pòst adepti sunt. Ita alibi: *Linum Petri successorem vocat Patriarcham Romanum:* Ipse Seldenus in *Chronologia Eutychiana Synopsi* successionem habet *Patriarchar͞u Alexandriæ*, quem titulum tamen primorum quatuor seculorum Episcopi Alexandrini non gesserunt: & nos passim antiquos illos Præsules *Alexandrinos Patriarchas* vocamus, quamvis sciamus, eos, cùm viverent, ita non vocatos fuisse. pag. 29.

6 Sed tenendum est Pontificem Romanum Patriarchæ nomen nunquam agnoscere voluisse, eò quòd superior illis haberi vellet, qui eos creare posset. At apud *Orientales Arabes* nec non *Coptitas & Æthiopes*, & in Eutychii Annalibus Alexandrinis passim بطريرك علي رومية *Patriarcha super Romam* vel بطريرك رومية ሊቀ፡ ጳጳስ፡ ዘሮም፡ *Patriarcha Romanus* vocitatur.

(t) *In annot. ad Can. 6. Concilii Nicæni primi. num. 1. §. 1.*

L.III.c.7. N.LXXXI. Cæterum cum veritate non congruunt, quæ Eutychius in Annalibus Alexandrin. scribit. Tom. I. p. 334. 7

فسمعت العامة الاساقفة وهم يسمون
البطريرک ابا فقالوا في انفسهم اذا كان
نحن نسمي الاسقف ابا والاسقف يسمي
البطريرک ابا، فيجب علينا نحن ان
نسمي البطريرک بابا اي جدا ، اذ
كان اب الاباء ، فسمي بطريرک
الاسكندرية من ايام هرقل بابا اي
جد ✡

Cùm autem homines audirent, quòd Episcopi compellarent Patriarcham Abba seu Patrem, *dixerunt inter se, si nos solemus Episcopum appellare* Abba seu Patrem, *Episcopi verò & ipsi* Patriarcham Abba *appellant, utique decet nos, ut vocemus Patriarcham* Papam, i. e. Avum, *cum sit Pater Patrum. Itaque appellatus fuit* Patriarcha Alexandrinus *à tempore Heraclii* PAPA i. e. AVUS.

Sed hæc ratiocinatio nobis vana videtur. Quippe Arabicum بابا nihil a- 8
liud est, quàm Græcum Πάππας *Pater*, quod Arabes ob defectum lit. *P.* aliter pro-
nunciare non possunt, ac *Baba*, quam vocem Eutychius exponit جد *Avum*, Πάππος
& Πάππας idem fortassis esse putans. Apud Habessinos vox ጳጳስ፡ primo ni- 9
hil aliud, quàm Episcopum denotavit, ut Act. 20. 28. 1. Tim. 3. 2. & ፪፻ ጳጳሳት፡
ducenti Episcopi Ephesi congregati fuisse dicuntur; postea usu obtinuit, ut cum di-
gnitate rei etiam dignitas vocabuli cresceret, & ጳጳስ፡ *Pappas*, Habessinis *Archi-
episcopum* seu *Metropolitam* denotaret.

[Porro si quis ordinem & nomina *Patriarcharum Alexandriæ* scire volet, consulat
Synopsin *Seldeni* supra allegatam: nec non *Kircheri Supplementum Lexici Copti* 10
Cap. II. pag. 518. & cumprimis *Wanslebii Historiam Ecclesiæ Alexandrinæ* P. VI. pag. 301.
Sed hi duo posteriores Jacobitas tantùm tradunt, omissis Melchitis, quos simul narrat
Georg. Elmacinus in sua Historia Saracenica]

N° LXXXI. De Diaconissis] ዲያቆናዊት፡ & ንፍቀ፡ ዲያቆ- 1
ናዊት፡ *Diaconissa* & *Subdiaconissa* Æthiopicè vocantur. Earum in *Canonibus Æthiopũ*
mentio fit, & quidem in Statutis Apostolicis Can. 53. cujus summam habes supra c.
4. N. XXX. pag. 308. Gregorius tamen eas in Æthiopia dari negabat. Antiquissimis
autem Ecclesiæ temporibus in usu fuerunt, non quidem in Occidentali, attamen in
Orientali Ecclesia, ut mirũ sit, earũ usũ in Ecclesia Æthiopica in desuetudinẽ venisse. 2
Etenim piæ mulieres in primitiva Ecclesia, ministeria mulieribus convenientia obi-
bant. Nec salvator noster Christus officia earum aspernatus est, *aliquot enim Iesum à*
Matth 27. 55. *Galilæa usque secutæ fuerunt,* διακονοῦσαι αὐτῷ *ministrantes ei*, quæ tempore passionis cruci-
fixionem ejus è longinquo spectaverunt. Originem igitur suam *Diaconissæ* habent 3
ab ipsis Apostolorum temporibus. *Paulus ad Rom. 16. 1. Phœben sororem* οὖσαν διάκονον τῆς
ἐκκλησίας τῆς ἐν Κεγχρεαῖς *diaconissam Ecclesiæ, quæ est in Cenchris*, commendat. Idem de his
agens *1. Tim. V. 9.* scripsit: *Vidua eligatur non minor sexaginta annorum, quæ fuerit unius viri*
uxor, in operibus bonis testimonium habens, si filios educavit, si hospitio recepit, si sancto-
rum pedes lavit, si tribulationem patientibus subministravit, si omne opus bonum subse-
cuta est.

§. 6. At sequentibus temporibus quadraginta anni sufficere visi, ut mox dicetur.
Quin & innuptæ seu cælibes ætate provectiores assumebantur. *Præcipuum* earum 4
officium olim erat *suscipere mulieres è sacro lavacro, quæ tunc temporis prorsus nudæ ba-*
ptizabantur, De quo vetus *Canon extat* (u) τὸ μὲν ἄνδρα ὑποδεχέσθω ὁ Διάκονος: τὴν δὲ γυναῖκα
ἡ διάκονος. *Virum suscipiat Diaconus: fœminam verò Diaconissa.* Et *Epiphanius Hæres.*
79. dicit: *cum illuminantur* [i. e. baptizantur] *mulieres, Episcopus ungit frontes illarum*
oleo sacro, quod Diaconissa abstergit. *Ianitrices* etiam erant apud portas per quas
mulieres in templa intrabant. Separatum enim à viris locum olim obtinebant, ut 5

(u) In Constitut. Clementis lib. 3. c. 15. & 16.

supra

supra n. 49. §. 12. monuimus; Et si quæ alia officia fœminilia tunc temporis occurrerent, apud ægrotas, vel alibi per tales ministras peragenda, de quibus videatur L. III. c. 7. N. LXXXII.
6 *Baronius ad An. Christi 34. §. 288.* Imò instar Diaconorum ordinabantur, *Concil. Chalced. Can. XV.* Διάκονον μὴ χειροτονεῖσθαι γυναῖκα πρὸ ἐτῶν τεσσαράκοντα. *Diaconissa ne ordinetur ante XL. annos.*

[Confer. *Beveregium in annot. ad hunc Canonem*; ut & *Can. 19. Concil. Nicæni. Canon. 6. & 47. Concil. Carthag. & alibi alios.*]

1 N°. LXXXII. De Conjugio Clericorum] *Episcopos & Sacerdotes* in primordio Religionis Christianæ *uxores ducere* potuisse certius est quàm quòd certissimum. Verba Apostoli Δεῖ τὸν Ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα. *decet Episcopum irreprehensibilem esse, unius mulieris virum.* Ecclesia Catholica 1. Tim. 3. 2. Tit. 1. 6.
semper de uxore propriè dicta accepit, nullatenus *de uxore aliqua spirituali*, veluti Ec-
2 clesia. Observantia, quæ optima est legum interpres, ita, ut diximus, hunc locum in se sat clarum, accipiendum docet. Nam plerosque Episcopos aliosque sacri ordinis viros olim uxoratos fuisse, clarissimis autorum testimoniis non tantùm in
3 *Ecclesia Catholica* in genere, sed & in *Latina in specie* demonstrari potest. De qua re si quis dubitari velit, is consulat veteres Canones, vulgo Apostolorum dictos, certissimos antiqui moris testes. Talis est *Canon. 6. al. 5.*

Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα μὴ ἐκβαλλέτω προφάσει εὐλαβείας, ἐὰν δὲ ἐκβάλῃ, ἀφοριζέσθω.	*Episcopus aut Presbyter aut Diaconus uxorem suam ne repudiet, vel ejiciat sanctitatis* [al. religionis] *prætextu. Si verò eam repudiaverit, segregetur.*

Datusne fuit unquam aliquis Episcopus, qui sanctitatis aut religionis prætextu Ecclesiam mulierem suam mysticam repudiaverit? possumusne verbum ἐκβάλλειν
4 *ejicere, domo pellere*, accipere de Ecclesia? Deinde *Can. 17. & 18.* dicitur: *quòd is qui post baptismum ad secunda vota transierit: item qui viduam aut repudiatam aut meretricem duxerit, non possit esse Episcopus nec Presbyter*: ergo argumento à contrario sensu ducto, qui non talem sed aliam uxorem habuerit, *Episcopus & Presbyter* fieri potuit. Sed cum multi passim hac de re scripserint, actum agere nolumus.

[*Vide Comment. ad illos Canones Balsam. Zonar. & novissimè Beveregium. Calixtum de Conjug. Clericorum* latè & alios plurimos.]

5 Tantum de voce Μιᾶς UNIUS *uxoris* quæstio in Ecclesia orta est. Eam enim Orientales restrinxerunt *ad unum matrimonium*, ita ut *Polygamia* non tantùm *Simultanea*, sed etiam *successiva*, ut loquuntur, Clericis interdiceretur. Habessini nostri prisci moris tenacissimi, teste Gregorio meo, Presbytero ordinando suadent, *ut uxorem prius ducat*; Apostolicum effatum, intuitu Polygamiæ Judaicæ prolatum, si non pro præcepto, saltem pro consilio habentes: si verò semel cælebs constitutus sit, aut uxorem morte amiserit, cælebs vel viduus manere tenetur, (x) quò non nisi Lectoribus & Cantoribus id privilegii conceditur, ut ad officium promoti uxores ducere possint.

6 Eutychii Alexandrini locum, alibi haud facilè obvium exscribere libet: p 449.

الاساقفة منذ وقت الحواريين الي مجمع الثلثماية والثمانية عشر كان لهم نساء لانه كان اذا صير احد اسقفا وكانت له زوجة بقيت معه ولم تتنحا عنه ما خلا البطاركة ، فانه لم يكن لهم نساء ولا كانوا ايضا يصيرون بطريركا من له زوجة ✡	*Episcopi à tempore Apostolorum usque ad Concilium CCCXVIII.* [i. e. Nicænum] *habebant uxores. Solebat enim, cum fieret aliquis Episcopus, & esset illi uxor, manere cum eo, & non divellebatur ab eo, exceptis* Patriarchis. *Non enim erant illis uxores, neque etiam solebant aliquem facere* Patriarcham, *qui haberet uxorem.*

(x) Secundum Canon, Apost, 26. Abtelis, 25.

L. III. c. 7. N. LXXXII. Sed duo ad hunc locum sunt monenda: *Primò* Patriarchas illo tempore solum- 7
modò Episcopos dictos fuisse, ergo & illis (secundum Eutychium) usque ab Apo-
stolis uxores habere licuit, uti reapse S. Petrus habuit: Deinde non absolute rejecti
fuerunt à summa illa dignitate Ecclesiasticâ uxorati, quamvis cœlibes tempore perse-
cutionum prælatos fuisse agnoscamus. Exemplum insigne habemus in *Demetrio
XII. Metropolitâ Alexandriæ Catholico*, seu *Patriarchâ*, (ut postea dicti fuerunt) qui uxo-
ratus electus fuit. *Abulbaracatus*, vitam ejus describens, *Angeli prædictione Iuliano suc-
cessorem designatum, & à populo* [more scilicet prisco] *Episcopum constitutum* refert:
*mox populum murmuravisse, quòd conjugatus esset, ideòque monitu angeli permotum, suam
uxorisque virginitatem miraculo demonstrare* (y). Idem de eo tradunt Æthiopes no- 8
stri. Sic enim canit Poëta Encom. 12. Mart. Od. 2.

ሰላም፡ ለድሜጥሮስ፡ እንተ፡ በእዴሁ፡ ተጽሕፈ፡
ሐሳበ፡ አዝማን፡ ዘድኅር፡ ወእለ፡ ኀለፈ፡
አርአየ፡ ዮም፡ ኀይለ፡ ድንግልናሁ፡ በሀ ም/ቱ፡ አለፈ፡
ዐቊር፡ እሳተ፡ በጕፋሬ፡ ወለብእሲቱ፡ በአጽፈ፡
ተናፍቁ፡ ሰብእ፡ ኀበ፡ ይኩን፡ ተሰፈ።

Salutem Demetrio! *qui manu sua descripsit*
Computum annorum & præteritorum & futurorum.
Hodie virginitatis suæ virtutem per gratiam Christi ostendit,
Ignem in sinu suo & in uxoris suæ tunicâ involvens.
De ea enim homines dubitaverant.

Nimirum prunas candentes in succinctorium uxoris publicè posuerat, illoque 9
illæso, suffitum injecto thure in Ecclesia fecerat. In quo boni illi viri *Historicus* æquè
ac *Poëta* parum sibi constant. Si enim Angelus, decessori ejus apparens, illum virum
uxoratum successorem certô indiciô demonstravit, quomodo Deo & Ecclesiæ di-
splicere poterat? & si ipsi Alexandrini virum cum uxore copulatum Patriarcham
elegerunt, & stabiliverunt, quô animo vel jure postea potuerunt murmurare?

Baronius aliique Romanæ Ecclesiæ Scriptores, qui matrimonia clericorum im- 10
pugnant, atque Sacerdotibus ordinatis cohabitationem conjugalem interdicunt,
Apostolicam traditionem prætexunt, quam, si certa fuisset, Papa Innocentius I. prisci
moris corrector, utique non tacuisset. Verùm ille (z) tali argumento usus non est,
sed potius ex lege Mosaica argumentum ducit, *quòd sacerdotes anno vicis suæ de templo
non discesserint*, sicut de Zacharia legimus; exinde concludit: *Sacerdotes Romanos à
conjugibus planè abstinere debere, quia nec dies prætereat, quâ vel à sacrificiis divinis*, vel *à
baptismatis officio vacent*; sed hoc est sapere ultra Apostolicam doctrinam, de
qua supra.

Præterea argumentum desumit Pontifex à sanctitate populi Israelitici, ut cum 11
Lev. XI. &c illis dicitur: *Sancti estote quoniam ego sum sanctus Dominus Deus vester.*
Sed nuspiam in tota lege sanctitas in cœlibatu ponitur, multò minus conjugium san-
ctitati opponitur. Certô tantùm tempore conjuges à se invicem abstinere jubeban-
tur, non quòd cohabitatio conjugalis Deo creatori, institutori conjugii & naturæ au-
tori videatur parum sancta & impura, sed quòd animum hominis nimiùm occu-
pet, quò minùs animo plenè devoto sacris vacare possit. Hæc ipsa causa est, quòd 12
1. Cor. 7. 5. *S. Paulus* suadeat: *Nolite fraudare invicem*, nisi forte ex consensu ad tempus,
ut vacetis orationi; *& iterum revertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas pro-
pter incontinentiam vestram. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum im-
perium.* Quæ cuncta ipsius conjugii sanctitatem, actuumque conjugalium pu-
ritatem non tollunt, sicuti nec alia naturæ opera necessaria, præsertim cùm matrimo-
nium sit Romanæ Ecclesiæ sacramentum: monachatus verò & cœlibatus non æque.

Illud

(y) Wansleb, Histor. Eccl. Alex. P. VI. n. 12; (z) In Epist. ad Victricium Rothom. Episc.
Dist. 31. cap. 4.

13 Illud Deum, iste hominem autorem habet. Nec obstitit conjugium multis sanctitate conspicuis conjugibus, quò minus in Fastos Sanctorum fuerint recepti. Cur autem primis Ecclesiæ temporibus cœlibatus tantoperè fuerit commendatus, num. 84. fusiùs dicemus; nunc Orientalium mores in hac causa exponemus. L.III.c.7. N.LXXXIII.

N°. LXXXIII. Copticæ, Armenii, Græci, Russi, sive Moscovitæ Clericis matrimonium permittunt] Clericorum conjugia, ab omnibus retrò seculis in Ecclesiis Orientalibus retenta, certissimum sunt Apostolic & Catholici moris indicium. De Habessinis diximus, (a) quòd sacerdotes uxoratos non solum admittant, sed etiam illis, priusquam ordinentur, conjugium suadeant.

2 De *Coptis* idem testatur Wansleb. in *sua relatione Italica de statu Ægypti, & in histor. Ecclesiæ Alexandr. Lib. I. c. 14.* solummodò dicit: *quòd sacerdos moveatur officio, si divortium ab uxore faciat per Can. Apost. 6. al. 5. supra allegatum.* Quod nec apud Habessinos licet, ut *capite præcedente num. 72.* docuimus. p.31. p.36.

3 De *Armeniis*, ejusdem Ecclesiæ & sectæ Coptitarum consortibus, scribit Petrus Bellonius *Lib. 3. Observat. c. 12. Illorum sacerdotes conjugati sunt perinde atque Græci.*

4 De *Græcis* notior res est, quàm ut longâ probatione egeat.

[Videatur *Christoph. Angeli status Ecclesiæ Græca cap. 47. Thomas Smith Anglus de Ecclesia Græca p. m. 91.*]

5 De *Ruthenorum* Sacerdotibus Ecclesiæ Græcæ subjectis, *Augustinus Baro de Mayerberg Cæsareus Legatus* (b) sic loquitur: *Archipresbyteri, Presbyteri & Diaconi, antequam consecrentur, uxorem virginem duxisse, & consecrati cum ea maritorum lege convivere necessariò debent, modò illâ qua concubitus sui noctem subsequitur die, Sacerdotes sacris obeundis abstineant. Quod ut præstare possint, plures* (sacerdotes) *in singulis templis, ubi unicum tantùm erectum altare: unicumque singulis diebus sacrum peragitur, constituuntur. Mortuâ autem primâ uxore, aliam Clericis ducere non licet, nisi seculares fieri velint.* Quæ etiam confirmantur ab *Oleario in Itiner. Moscovit. L. 3. c. 28. p. 303.*

6 *Baro de Herberstein* (c) epistolam *Iohannis Russorum Metropolitæ* refert *ad Pontificê Romanum* his verbis: *Maximus est error & peccatum de conjugio Sacerdotum, quòd ab illis qui uxores habent, sumere corpus Christi renuitis. Cùm sancta Synodus, quæ fuit in Gangra, scribat in 4. Canone:* Qui spernit Sacerdotem secundum legem uxorem habentem, & dicit: quod non liceat è manibus illius accipere Sacramentum, sit anathema. *Canon iste Græcè sic habet:*

Εἴ τις διακρίνοιτο παρὰ πρεσβυτέρου γεγαμηκότος, ὡς μὴ χρῆναι λειτουργήσαντος αὐτοῦ προσφορᾶς μεταλαβεῖν; ἀνάθεμα ἔστω.	*Si quis contendat de Presbytero conjugato, non oportere, eo sacra celebrante, de oblatione participare, anathema sit.*

7 Imperitè prorsus, ne pejus dicam, *Dionysius exiguus* verbum γεγαμηκότος accipit & vertit: (de Presbytero) *qui uxorem habuit*, id enim non tantùm contra usum vocabuli, ipsamque Grammaticam, sed & contra historiam & acta Concilii pugnat. Cui enim unquam tale dubium venit in mentem, quis quæso controversiam hanc movit, *quòd de Presbytero viduo Eucharistia sumi non possit?* de quo nec hodie in Ecclesia Romana dubitatur. Nam ut *Socrates* scripsit (d): *Synodus Gangrensis in Paphlagonia contra Eustathium Sebastiæ in Armenia Episcopum convocata erat; is enim inter alia heterodoxa & absurda:*

Ἐν οἴκοις τε γεγαμηκότων εὐχὰς ἐκώλυε γίνεσθαι: καὶ πρεσβυτέρου γυναῖκα ἔχοντος, ἣν νόμῳ, λαϊκὸς ὤν, ἠγάγετο, τὴν εὐλογίαν καὶ τὴν κοινωνίαν ὡς μύσος ἐκκλίνειν, ἐκέλευε.	In ædibus conjugatorum precationes fieri vetuit, & Presbyteri uxorem habentis, quam legitimo matrimonio, dum esset laicus, sibi copulaverat, benedictionem & communionem instar piaculi declinandam docebat.

(a) Num. præced. 65. (b) In itinerar. suo Anni 1661. (c) In Comment. rerum Moscovit. p. 22. & 21. (d) In Hist. Eccles. L. 2. c. 43.

L.III.c.7. LXXXIV. Quid quæso pro expositione *Canonis Gangrensis* clarius? de Viduo ne γὲ quidem. Sensus igitur antiquorum interpretum, totiusque Orientalis Ecclesiæ praxis docet, non de viduis, sed de clericis conjugatis in canone illo tractari. 8

N°: LXXXIV. De secundis nuptiis Orientalibus invisis]

In Orientali Ecclesiâ *Laici post secundas nuptias* quamvis legitimas, ad S. Commu- 1
nionem non admittebantur, nisi aliqualem pœnitentiam egissent (e). Clerici autem Sacerdotio planè privabantur, nullo habito respectu ad subitam uxoris mortem, liberos parvos, rem familiarem, juvenilem ætatem, corporis constitutionem, & similes circumstantias. Rationem minimè solidam, qua utuntur, supra indicavimus. n. 82. §. 5.

Vera autem causa quòd in primitiva Ecclesia matrimonia Clericorum adeò fu- 2
erint restricta, nequaquam purioris & sanctioris vitæ studium, sed *tempora illa erant afflictissima, & persecutiones atrocissimæ, quæ Episcopos & Presbyteros maximè feriebant,* tyranni enim cogitabant illud: *Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis*; ideò minimè consultum erat uxorem ducere. Quippe in tantis periculis magis animabus quàm liberis operam dare decebat. Quî enim posset Episcopus aut Pres- 3
byter in cryptis, in exilio, in continuo mortis vel fugæ metu, *in laboribus plurimis, in carceribus abundantiùs, in plagis supra modum, in mortibus frequenter,* (ut Paulus loquitur) Ecclesiasticis muneribus vacare, afflictos consolari, exules sequi, si uxorem & liberos haberet? quorum amore ob fragilitatem humanam facilè retrotrahi, atque tardior ad pericula fieri potuisset. Milites uxoratos strenui Duces certè non amant, ne amore conjugali à fortibus factis absterreantur. Quomodò milites Christi, Pastores Ecclesiarum, contra lupos rapaces pugnaturi, vitam suam intrepidè exponere potuissent, si carissimorum pignorum memoria illos à fortitudine Christiana retraxisset?

Matth. 26. 31. — 1. Cor. XI. 23.

Igitur cælibatus, Ecclesiâ pressâ, necessarius, quamvis nullibi præceptus, pa- 4
catâ mansit, sed ex aliâ causâ, nimirum ut bona Ecclesiarum salva manerent, quæ periclitari videbantur, si Episcopis & Sacerdotibus uxores ducere liceret. Quæ ratio plus valitura videtur, si etiam nepotes habere interdictum esset. Hinc veteres Canones *Episcopos bona sua separatim à bonis Ecclesiæ habere* jubent (f). Ita cœlibatus hodiè utilis habetur, non tantùm conservandis Ecclesiarum, sed etiam illustrium familiarum opibus, vano plerumque sanctioris vitæ prætextu.

N°. LXXXV. De sententia Patrum Græcorum & Latinorum contra secundas nuptias]

Græci Patres plerique ex Ecclesiæ suæ usu, (de 1
quo modò diximus) secunda vota, etiam in Laicis, iniquiùs traduxerunt. *Gregorius Nazianzenus* à similitudine conjugii ad desponsationẽ Christi & Ecclesiæ, quam
Ephes. V. *Paulus* proponit, iniquam & incongruam conclusionem facit, quasi secundæ nuptiæ ideò sint improbandæ. *Τὸ πρῶτον νόμος, τὸ δεύτερον συγχώρησις, τὸ τρίτον παρανομία. Primæ sunt Lex,* inquit, *Secunda venia, tertia transgressio.* Tam immemor fuit man-
1. Cor. V. 14. dati Apostolici: Volo juniores [viduas] nubere: & libertatis nubendi post
1. Cor. VII. 39. mortem mariti indefinitè datæ. *Quod si dormiverit vir ejus, liberata est,* cui vult nubat, *tantùm in Domino.* Similia habent & alii Patres Græci. 2

[*Basilius M. in epistola ad Amphilochium Can. IV. Clemens Alexandrinus,* (quem Canones Apostol. & Clementinos compilasse tradidimus) *Stromatum l. 3.*]

Chrysostomus in Matth. Homil. 32. agnoscit præceptum Apostoli. Sic enim loquitur: *Secundam quidem accipere secundum præceptum Apostoli est, secundum veritatis autem rationem fornicatio est.* Quæ sine admiratione nemo facilè legerit; pugnatne præceptum Apostoli cum veritatis ratione! Itane præcepit Apostolus fornicationem? nubere jubens juniores viduas, cum volunt, non secundâ sed tertia imò quarta vice, si voluerint. Illata est Pericopa hæc in Corpus Juris Canonici *C. 31. qu. 1.*

(e) *Concil. Laod. Can. I. Concil. Neo Cæs. Can. 3.* (f) Can. Apost. 40. Abtel. Æth. 39.
(g) *Orat. XXXII. p. m. 501.*

qu. 1. c. Hac ratione. 9. additâ glossâ necessariâ: *Longè cautiùs loquitur Iohannes Chry-* L.III.c.7.
sostomus, cùm alibi, tùm potissimum in Epistola ad viduam Iuniorem, de non iterando conju- LXXXVI
gio, negatq; secundum matrimonium fornicationem esse. Hæc glossa. Multo æquius LXXXVII,
sentiunt *Origenes* (h). Et *Epiphanius hæres. XLVIII.*

3 Inter Patres Latinos *S. Hieronymus* secundis nuptiis minus æquus, injuriosis vocabulis eas immeritò infamavit; allegavimus loca *in Hist. nostra* (i). Sed omnium iniquissimè & in conjugii institutionẽ injuriosè loquitur *Tertullianus* (k) perversâ Montani doctrinâ deceptus, quasi interrogatus: *Ergo* inquis, *jam & primas*, i. e. *unas nuptias destruis?* planè immeritò respondet: *Nec immeritò, quoniam & ipsa ex eo constant, ex quo & stuprum:* & paulo ante: *nec per aliud fit marita, nisi per quod & adultera.* Quo nihil unquam absurdius aut falsius à tali viro dici potuisset. Damnanturne divinis humanisque legibus stupra & adulteria ob solam concubitus impuritatem? Meminisse debebat quæ dixerat epistolâ ad Uxorem: *Non abnuimus*
4 *conjunctionem viri ac fœminæ benedictam à Domino* &c. Quapropter jure meritò reprehenditur à S. Augustino *Libro de hæresibus: Ideo factus est hæreticus Tertullianus, quia transiens ad Cataphrygas, quos antea destruxerat, cœpit etiam secundas nuptias* contra Apostolicam doctrinam *tanquam stupra damnare.* Quæ verba in Chrysostomum quoque sunt notanda. S. Ambrosius (l) *de Clericis agens*, ratione utitur, certè Apostolicæ doctrinæ, Augustino, & ipsi rationi adversa, dum scribit: *In ipso conjugio Lex est, non iterare conjugium.* Quæ quæso sequela? Itane Apostolus hujus non meminerat, cùm iterationem conjugii non permitteret tantùm, sed & juberet, locis supra citatis.

N°. LXXXVI. De fœmina quæ virum vigesimo secundo
1 matrimonio vicit] Hoc Romæ contigisse in Historia nostra retulimus ex S. Hieronymi epistola ad Gerontium. *Rem, inquit, dicturus sum incredibilem, sed multorum testimoniis approbatam. Ante annos plurimos cum in chartis Ecclesiasticis juvarem Damasum Romanū Episcopū, & Orientis atq; Occidentis Synodicis consultationibus respondere,*
2 *vidi duo inter se paria vilissimorum è plebe hominum comparata. Vnum, qui uxores viginti sepelisset, alteram, quæ maritum vigesimum secundum habuisset, extremo sibi, ut putabant, matrimonio copulatos. Summa omnium expectatio, virorum pariter ac fœminarum, post tantas vicissitudines* (m) *quis quem primus efferret. Vicit maritus, & totius urbis populo confluente coronatus, & palmam tenens, & adoream, per singulos sibi acclamantes uxoris multinubæ feretrum præcedebant.*

3 Simile quid testatur *Augustinus* (n) quòd *mulier in urbe Roma maritos undecim, & vir alius duodecim uxores habuerit*; adeò Episcopi Romani tunc temporis vota non numeraverunt, neque etiam dubitaverunt de licentiâ Christianâ ex verô Apostolicæ doctrinæ sensu.

N°. LXXXVII. Bis mariti sacris ordinibus apud Orientales indigni censentur] Hac de re in præcedentibus numeris satis actum, nititur ista consuetudo *Canone* vulgò *Apostolico* 17. Æth. 16. *ὁ δυσὶ γάμοις συμπλακεὶς μετὰ τὸ βάπτισμα, duabus nuptiis copulatus post baptismum, Episcopus aut Presbyter, aut omnino Clericus esse non potest.* De Æthiopibus nostris *Alvarezius* eadem habet c. 26. al. 27. eaque plane veritati & antiquitati convenientia sunt.

COMMENTARIUS
AD LIB. III. CAP. VIII.

N°. LXXXVIII. De schismate concilii Chalcedonensis] Notabilia sunt, quæ in Historia nostra hoc capite ex ore Gregorii Æthiopis de *Concilio*

(h) *In Epist. ad Rom. lib. VII.* (i) *Contra Iovian. lib. I. c. 4. & 5.* (k) *Lib. de exhort. ad cast. c. 9.*
(l) *Lib. I. de Officiis cap. ult.* (m) In textu *rudes* sine sensu. (n) Quæst. ex V. & N. Test. c. 115.

L. III. c. 8. LXXXVIII. *cilio Chalcedonensi* diximus. Deplorabile dissidium, tunc temporis in Ecclesia Christiana ortum, non tantùm magna sanguinis effusio in Ægypto consecuta est, sed & Muhammedicæ religionis incrementum, cum amissione tot provinciarum, quæ olim sedi Alexandrinæ patebant; idque Melchitæ *Iacobitis*: hi *Melchitis* imputant (o). Nec aliàs facilè quæstio inter tot magnos & doctos Viros, ipsosque Ecclesiæ 2
Patriarchas, contrariis inter se argumentis tam acriter fuit disceptata. Nam *Flavianus Patriarcha* Constantinopolitanus, regnante *Theodosio Iuniore*, Synodo Constantinopolim convocatâ, *Eutychetem*, ab *Eusebio* Dorilæi Episcopo hæresis accusatum, impugnavit, & anathemate percussit. Nihilominus *Theodosius Imperator* idem *cum Eutychete* sensit, & mox aliud Concilium Ephesi habuit, in quo Eu- 3
tychetis sententia à *Dioscoro Patriarcha Alexandrino* ejusque asseclis, centum & viginti octo Episcopis (inter quos etiam *Iuvenalis* Hierosolymitanus & *Stephanus Ephesinus*) confirmata fuit; vicissim excommunicato Flaviano Eutychetis condemnatore (p). tàm faciles tunc temporis erant excommunicationes. Sed paulò post 4
habitum fuit Concilium contrarium, nempe *Chalcedonense*, Oecumenicum quartum, in quo antecedentia omnia fuerunt retractata. *Dioscorus*, qui ter canonicè citatus non compatuerat, *per contumaciam* (ut ICti. loquuntur) *damnatus* (q), & ab Imperatore *Marciano* ejusque uxore *Pulcheria* malè habitus fuit; ut Num. 92. dicetur.

Quandoquidem verò Æthiopes nostri Eutychianismi vulgò suspecti haben- 5
tur, quia *unam naturam in Christo asserunt, & concilium Chalcedonense spernunt, & damnant*, operæ pretium nobis videtur, Eutychetis dicta hoc loco proponere, & expendere: & cum Jacobitarum dictis conferre, ut lectores cognoscant, an meritò tales hæretici censeantur. Extant quidem *Synodi Constantinopolitanæ, & concilii Oecumenici Chalcedonensis* acta, sed eo in loco, unde sententia, quæ vulgò de Eutychete circumfertur, petenda erat, non satis cohærent, ut infra dicemus: nec Flavianus in prima sua epistola ad Leonem meminit, quod Eutyches dixerit: *Confiteor ex* duabus *naturis fuisse Dominum nostrum* ante *adunationem: post verò adunationem* unam *naturam confiteor.* Istud nihilominus simpliciter & sine ulla epi- 6
crisi transscripserunt Historiæ Ecclesiasticæ scriptores unus ex alio, tam Orientales quàm Occidentales omnes. Evagrius Lib. I. cap. 9.

Ὁμολογῶ ἐκ δύο φύσεων γεγενῆσθαι τὸν κύριον ἡμῶν πρὸ τῆς ἑνώσεως· μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν μίαν φύσιν ὁμολογῶ.

Confiteor ex duabus naturis genitum fuisse Dominum nostrum ante *unitionem: post unitionem verò unam naturam confiteor.*

Nicephorus Lib. 18. cap. 52. 7

Ὁ Εὐτυχὴς δύο μὲν καὶ αὐτὸς πρὸ τῆς ἑνώσεως ἔλεγε φύσεις, τὰς ὕστερον ἑνωθείσας· μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν εἰς μίαν κραθείσας ταύτας φύσιν, καὶ συγχυθείσας καὶ φυρμὸν παθεῖν ἐδογμάτιζεν. ὥς τε καὶ τὴν θεότητα τὰ τῆς ἀνθρωπότητος πάσχειν, καὶ τὸ ἀνάπαλιν. διὸ καὶ τοὺς ταῦτα δογματίζοντας καὶ Μονοφυσίτας καὶ Θεοπασχίτας οἱ θεῖοι πατέρες ἡμῶν κατωνόμασαν.

Eutyches duas quidem & ipse ante *unitionem naturas dixit, postremò unitas: post unitionem autem in* unam *eas naturam coaluisse; confusasque esse, & mixtionem subiisse docuit; adeò ut & divinitas ea, quæ humanitatis fuere, passa sit, & viceversa. Proinde hæc ita prædicantes Monophysitas & Theopaschitas divi Patres nostri cognominaverunt.*

Eutychius in Annal. Alexand. Tomo II. Annal. p. 85. 8

ان جسد المسيح ليس مع اجسادنا في الطبيعة وان المسيح قبل التجسد من طبيعتين وبعد التجسد طبيعة واحدة ✠

Quòd corpus Christi non ejusdem sit cum corporibus nostris naturæ: & quòd Christus ante *incarnationem* [constiterit] *ex duabus naturis, post incarnationem verò ex natura unica.* Idem repetit pag. 87.

Et

(o) Confer. infra Num. XCV. Agnoscit etiam Baronius, occasione hujus discordiæ *Orientale Imperium* penitus collapsum, atque funditùs dirutum fuisse. *Ad Ann. Christi* 448. *n.* 47. *in fin.* (p) Eutychius in Annal. Alex. P. II. p. 88. (q) Edmund. Richerius Historia Concil. General. Col. 1683.

Et Josephus Ægyptius præfatione ad Conc. Chalcedonense allegante Guil. Beveregio Annot. in Can. dicti Concilii. L. III. c. 8. LXXXVIII.

كان يقول من طبيعتين قبل التجسد ثم صار طبيعة واحدة بعد التجسد	Dicebat: [Eutyches] *E duabus naturis* ante *incarnationem, deinde facta est una natura post incarnationem.*

9 Atque hanc ipsissimam fuisse Eutychetis opinionem putat *Guil. Beveregius* dicto loco pag. 108. Et sic alii autores, quotquot de Concilio Chalcedonensi & Eutychetis hæresi agunt, ad unum omnes. Adducit nonnulli: *illum naturam utramque confudisse atque commiscuisse sicut miscetur vinum & aqua:* Alii, *quod humana natura a divina quasi absorpta fuerit, veluti si guttulam vini in immensum mare destillares.*

10 Equidem reperio hæreticum illum asseruisse, *unam tantum post incarnationem Salvatoris nostri naturam: humanam autem, quam ex S. Virgine assumserit, nostra consubstantialem non fuisse.* An autem disertis verbis dixerit: *Christum* ante *incarnationem ex duabus naturis extitisse*, vel, *Eas post incarnationem confusas fuisse*, de eo gravia mihi subotta sunt dubia, postquam ipsa acta, & Jacobitarum libros legi; ea igitur

11 cordatis lectoribus dijudicanda proponam. Amissæ quidem vel abolitæ sunt Eutychetis epistolæ, quas magnâ copiâ ad clariores tunc temporis Episcopos scripsit: neque amplius extant Synodi Ephesinæ acta, ut sciremus, quid ibi pro Eutychete à tot Episcopis actum fuerit: & quibus ex causis Flavianus & Eusebius Dorilæi Episcopus, primi Eutychetis adversarii, condemnati fuerint. Sed sumemus verba prout jacent, & à Baronio in Annalibus Ecclesiasticis Anno 448. N. XXXI. narrantur.

12 Joannes Presbyter à Synodo Constantinopoli hujus controversiæ causâ congregatâ, cui Flavianus præerat, ad Eutychetem missus, refert illum dixisse: Post *incarnationem DEI verbi*, hoc est: *Nativitatem Domini nostri IESV CHRISTI se unam naturam adorare, & hanc DEI incarnati & hominis facti.* Et paulò post: Ex duabus naturis *unitis secundum subsistentiam factum esse Dominum nostrum IESVM CHRISTVM.* Item: *Et hoc dicens, confitebatur perfectum DEVM esse & perfectum hominem, qui natus est de Maria virgine, non habentem consubstantialem nobis carnem.*

13 Rursus N. XLI. die 22. *Novembris.* Theophilus, ex disputatione cum Eutychete habita, illum dixisse refert: *In qua scriptura jacent duæ naturæ? Quis sanctorum Patrum exposuit Deum verbum duas habere naturas?* Paulo post Eutyches interrogatus: *perfectus est Deus Verbum, An non?* dixit: *perfectus. Perfectus est homo incarnatus, an non?* dixit: *perfectus.* Mox concludit: *Absit a me dicere, ex duabus natura esse Christum aut de natura loqui seu disputare Dei mei.*

14 N°. XLVIII. Mox ipse in Synodum introductus, & à Flaviano præfide monitus: *Edicito nunc; Si ex duabus naturis unitionem confiteris.* Eutyches dixit: *Etiam ex duabus naturis.* Porrò ab Eusebio interrogatus: *Confiterisne duas naturas post incarnationem, & consubstantialem nobis esse Christum secundum carnem, an non?* Respondit: *Ego non veni disputare, sed veni satisfacere Sanctitati V. quomodo sapiam. Scriptum est autem* in hac chartula quomodo sentio, *& jubete eam legi.* Non sequitur an lecta fuerit, nec extat tenor hujus chartulæ, sed reperitur tantùm ista nota: &c.

15 Non puto fore quenquam, qui non desideret scire contenta istius chartulæ; nam in illâ situm est ipsum κρινόμενον, totiusque causæ momentum. Subjungit quidem Baronius N°. XLIX. *Cogitur tandem prodere, quid sentiret, cùm dixit:* Confiteor ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum ante adunationem, post verò adunationem unam naturam confiteor. Quomodo verò coactus fuerit prodere quid sentiret, cùm paulo ante dixerit: *Scriptum est in hac chartula, quomodo sentio,* assequi non possum. Si enim idem fuit, quod modò

Mmm illi

L. III. c. 8. LXXXVIII. illi imputatur, cur coactus fuit prodere id quod ipſe jam ſcripſerat: Sin aliud, quomodo ſententiam ſuam tam ſubitò mutavit? Cur id reticetur? & quomodo, quibusve mediis coactus fuit illam prodere? Si denique iſta fuit finalis ejus declaratio, prout hodiè ab omnibus Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ ſcriptoribus pro tali habetur; quare interrogando pergit *Florentius Patricius*, referente eodem Baronio: *Confiterisne duas naturas poſt adunationem?* ad poſtremum Eutychetem dixiſſe: *Qui non dicit ex duabus naturis, & duas naturas, non credit rectè.* Hic eſt locus iſte, quem ſupra innui, ubi Protocollum (ut vocant) lectori non ſatisfacit. Pergit Baronius:

N°. L. Decretum à Flaviano factum: *Eutychetem Valentini & Apol-* 15
linaris perverſitate ægrotare, & eorum blaſphemias immobiliter ſequi. Eadem mox
ſcripſit ad Leonem Papam, addito: (N°. LII.) Illum in Synodo dixiſſe: *Dominum* 16
noſtrum Jeſum Chriſtum non oportere confiteri de duabus naturis poſt humanam ſuſceptionem, cum à nobis unius ſubſtantia & unius perſona cognoſcatur, neque carnem Domini conſubſtantialem nobis ſubſiſtere, tanquam ex nobis ſuſceptam, & coadunatam Dei verbo ſecundum ſubſtantiam &c. Et paulo poſt: *Ipſum verò Dominum non ſuſcepiſſe ex ea* [S. Maria Virgine] *carnem conſubſtantialem nobis, & corpus Domini non eſſe quidem corpus hominis* &c. Nullam hic mentionem facit Flavianus illius ſententiæ, quam tandem prodere coactus fuit Eutyches, ut paulo ſuperius ex Baronio retulimus. Aſt 17
in ſecunda epiſtola ad dictum Papam, cujus initium: *Pietate & rectâ prædicatione verbi* &c. (r) Flavianus Eutychetem dixiſſe ſcribit: Ante inhumanationem quidem Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti duas naturas eſſe divinitatis & humanitatis, *poſt unitionem verò unam naturam factam* &c. Mox: *Corpus Domini, quod ex Maria factum eſt, non eſſe noſtræ ſubſtantiæ, humanum quidem eſſe, non tamen nobis conſubſtantiale, neque genitrici ejus ſecundum carnem.*

Leo, accepta hac epiſtola cum actis quæ petierat, cùm priùs in epiſtola, octa- 18
vo Calendas Jun. ad Imperatorem Theodoſium datâ, impietatem eorum damnaſſet, *qui veritatem carnis noſtræ à Chriſto ſuſceptam negarent*, Epiſtolam circularem edidit valdè piam & eruditam, cujus exordium eſt: *Lectis dilectionis tuæ literis* &c. In qua id unicè agit, ut ſolidis S. Scripturæ teſtimoniis & argumentis demonſtret: *Chriſtum habuiſſe verum & nobis conſubſtantiale corpus humanum.* Nam inter alia multa Veteris Novique Teſtamenti dicta illi potiſſimum objecit dictum Johannis Evangeliſtæ: *Verbum caro factum eſt* &c. *quæ non fruſtratoriè ita prolaturus fuiſſet,* inquit, *ſi Chriſtus ex Virgine natus habuiſſet tantùm formam hominis, & non etiam materni corporis veritatem.* Et paulo poſt: *Nec ideò, quia nativitas ejus eſt mirabilis, natura nobis eſt diſſimilis* &c. *Sicut enim Deus non mutatur miſeratione, ita homo non conſumitur dignitate* &c. *operatur enim utraque forma cum alterius communione.* Circa 19
finem iſtius epiſtolæ graviter addit hæc verba: *Cùm autem ad interlocutionem examinis veſtri Eutyches reſponderit dicens:* Confiteor ex duabus naturis fuiſſe Dominum noſtrum ante adunationem, poſt adunationem verò unam naturam confiteor. *Miror tam abſurdam, tamque perverſam ejus profeſſionem, nulla judicantium increpatione reprehenſam, & ſermonem nimis inſipientem, nimiſque blaſphemum, ita omiſſum; quaſi nihil, quod offenderet, eſſet auditum: cùm tam impiè duarum naturarum ante incarnationem unigenitus Dei filius fuiſſe dicatur, quàm nefariè, poſtquam verbum caro factum eſt, natura in eo ſingularis adſeritur.*

Fateor & me quoque cum ſancto hoc Pontifice ſummoperè miratum fuiſſe, 20
cùm in colloquio ſupra relato ad Eutychetis confeſſionem, quam ſine cohærentia utrimque dictorum prodere coactum fuiſſe narrat Baronius; *Ex duabus naturis fuiſſe Dominum noſtrum* ante *adunationem* &c. nihil prorſus reſponſum deprehenderem; nec etiam in Eutychii Annalibus Alexandrinis, qui diſputationem Flaviani cum Eytychete pluribus refert, ullam reſponſionem reperirem. Tom. 2. p. 87. Cùm factu facillimum

(r) Quæ reperitur ante *nonam Leonis Epiſtolam*, ſed eam non integram inſeruit Baronius An. 449. N. VIII. quod tamen neceſſarium erat, Epiſtolæ hæ aliàs paſſim extant apud Binium & alibi.

mum fuisset non impietatem tantùm istius hæresiarchæ refellere: sed & absurdita- L.III.c.8.
21 Item & contradictionem manifestam talis dicti ad oculum demonstrare. Nam si LXXXVIII.
ante incarnationem ex duabus naturis (nescio quibus, quia humana nondum ad-erat) fuit Dominus noster, accedente humanâ naturâ, factæ fuissent tres, ex quibus ille tandem fecerit unam. Quæ nimium impia & absurdè dicta sunt. Vel si Eutyches *duas* ANTE *incarnationem naturas, divinam videlicet & humanam intellexit*, & confessus est; unde tunc habuit Christus corpus suû? imò nondùm erat Christus priusquàm carnem nostram assumeret, quia Christus seu Unctus dicitur respectu humanæ naturæ: Idem est, ac si quis diceret: *Christum fuisse Christum, antequam Christus fieret: habuisse duas naturas, antequam illas haberet: humanitatem extitisse, antequam extiterit.* Quæ tam stulta tamque futilia sunt, ut in hominem sanæ
22 mentis cadere non possint. Miratus sum, inquam, cum primùm id legerem, quòd talem confessionem non statim omnes exsibilaverint atque exploserint; sed putabam Historicos per incuriam id omisisse. At postquam ex epistola egregii Pontificis Leonis, ad quem documenta & Acta Synodi omnia transmissa fuerant, cognovi, primam hanc confessionis Eutychianæ partem à collocutoribus reverâ silentiô transmissam fuisse, dubitare cœpi: Num Eutyches totidem verbis elocutus esset? *Christum* ANTE *incarnationem ex duabus naturis fuisse*: an quasi per bonam consequentiam id illi fuerit imputatum? tanquam is, qui *post* adunationem unam naturam confiteretur, necessariò *ante* adunationem duas assereret, *post* enim & *ante* sibi immediatè opposita esse.

23 Rationes dubitandi ex antecedentibus collectæ sunt sequentes:

1. Quòd Johannes atque Theophilus, omnium primò à Synodo Constantinopolitana ad Eutychetem missi, *de adunatione* ANTE *incarnationem*, vel etiam *de confusione post adunationem* nihil quicquam retulerunt.

24 2. Quòd contradictio ejuscemodi manifesta, qualem supra retulimus, in hominem sanæ mentis, ut modò diximus, cadere non possit; quamvis enim pleraque hæreticorum dogmata sint absurda, nullus tamen sibimet manifestè contradicere voluerit. §. 21.

25 3. Nullius viri plebeji, nedum Imperatoris Theodosii, aliorumque clarorum virorum, nempe Dioscori Alexandrini, Juvenalis, atque Stephani, summorum in Ecclesia virorum, & cæterorum in Pseudosynodo Ephesina congregatorum assensum talis propositio contradictoria merita fuisset.

26 4. Cum Florentius Patricius Eutychetem post modò dictam confessionem editam urgeret; *Confiteris-ne duas naturas post adunationem? Dic, si non dixeris, damnaberis*; (ut habet Baronius dicto anno n. 49.) Non tantùm omisit primum confessionis membrum *de duabus naturis ante incarnationem*: sed plane ἀντεχώρησε eum rursus interrogarde eo, quod modò apertè confessus fuerat.

27 5. In sententia condemnatoria Flaviani tunc statim secuta, nihil de duabus naturis ANTE adunationem dicitur, sed tantùm, *quod Valentini & Apollinaris hæresi laboraverit.* At hæretici isti humanitatem Christi prorsus impugnabant, dum *alter Dominum nostrum nudum hominem: alter non verum neque perfectum* diceret, nullâ duarum ANTE incarnationem naturarû mentione factâ. Cum illis igitur consentire visus fuit Eutyches, dum unam tantùm naturam confiteretur, eamque vel humanam, si Christus non esset verus Deus: vel divinam, si non verus homo. Quanquam, si dicta Eutychetis cuncta rectè perpendantur, aliâ, quàm insani illi, hæresi laborasse videatur; illi enim *duas veras naturas* negaverunt; hic verò *Christum perfectum Deum & perfectum hominem* agnovit, ut supra retulimus; tantùm *conjunctione utriusque unam naturam factam* affirmavit. Quam qualemve, non indicavit, nec interrogatus fuisse reperitur. §. 12.

28 6. Ipse Flavianus in prima sua epistola ad Leonem data, omittit primum

L. III. c. 8. LXXXVIII. illud confeſſionis Eutychianæ membrum *de duabus* ANTE *incarnationem naturis*, & genuinè refert ejus hæreſin verbis ſupra allatis: *Non oportere Chriſtum confiteri de duabus naturis poſt humanitatem ſuſceptam, neque illum carnem conſubſtantialem nobis aſſumſiſſe* Quæ vera Eutychetis hæreſis fuit, ut otioſis illis & nugatoriis verbis, de *duabus naturis* ANTE *incarnationem* planè non opus habuerit.

7. Leo Papa in celebri ſuâ Epiſtola circulari, quæ à nonnullis *Columna fidei* vocatur, totus eſt in refellenda iſta hæreſi, validis è Vet. & Novo Teſtamento petitis argumentis *veritatem naturæ humanæ in Chriſto adſtruens*, cumque de divinitate ejus nullum dubium fuerit, concludit, *non unam ſed duas in Chriſto naturas durare*. Unde ſatis apparet, de veritate humanæ Chriſti naturæ præcipuam tunc temporis fuiſſe quæſtionem. 29

8. At cùm in ſecundâ demùm epiſtolâ Flavianus verba illa de *duabus naturis* ANTE *incarnationem* tanquam confeſſionem Eutychetis retuliſſet Papæ, regeſſit 30
§. 19. quæ ſupra retulimus, quòd ad ea planè nihil reſponſum fuiſſet.

9. Quòd *hodierni Iacobitæ* nempe *Æthiopes*, *Armenii*, *& Coptitæ*, qui Eutychetis ſectatores cenſentur, & *Dioſcori* doctrinam approbant, nullo modo ſic loquantur: nec quidquam de duabus naturis ANTE incarnationem prædicent: nec eas poſt adunationem commixtas aut confuſas ſtatuant; quamvis unam naturam mordicus defendant, ut mox dicetur; unde nec veriſimile fit, Hæreſiarcham illa verba hoc modò diſertè protuliſſe. 31

Igitur, ut dixi, ex ſequelâ magis, quàm ex ipſis Eutychetis verbis propoſitionem illam *de duabus* ANTE *incarnationem naturis* promanaſſe putaverim: ſicut & id, quòd *utramque naturam in ipſa incarnatione commixtam atque confuſam fuiſſe* aſſeruerit; quia id inter Eutychetis dicta non reperitur, neque ullus Jacobitarum id hodie dicit. Sed quoniam ex duabus naturis unam factâ aſſeruit, neceſſario conſectaneum fuiſſe crediderunt Patres: *ambas commixtas fuiſſe*; etenim è duobus, niſi permiſceantur & confundantur, unùm fieri non poſſe. 32

Hoc ipſum tanquam ſequelam neceſſariam oppoſitum fuiſſe deprehendo *Iacobitis* in omnibus colloquiis, quæ *Melchitæ* cum illis habuerunt. Colloquium *Theoriani* Legati Imperatoris Manuelis Comneni cum *Armeniorum Catholico*, ſive Patriarchâ Jacobitâ habitum (s); nec non Æthiopum noſtrorum diſputationes cum Patribus Societatis nunc referemus, ut lectores intelligant, eandem hujus controverſiæ rationem & olim fuiſſe, & adhuc hodie eſſe. Dixerat Catholicus ſeu Patriarcha Armenius: pag. 78. 33

Ἐγὼ μίαν φύσιν κατὰ τὴν ἀδιάσπαστον λέγω ἕνωσιν ἵνα μὴ εἰς δύο μερισθῇ χριστοὺς ὁ χριστός.	*Ego unam naturam dico ſecundum indiviſibilem unitionem, ne in* duos Chriſtos *dividatur Chriſtus.*

Ad hæc Theorianus rectiſſimè illum interrogat, quod ſupra in colloquio cum Eutychete deſiderabatur: 34

Ποτέραν οὖν φύσιν τίνος λέγεις; Θείαν ἢ ἀνθρωπίνην; ἢ ἑτέραν παρὰ ταύτας; μήτε θείαν, μήτε ἀνθρωπίνην;	*Utràm ergò naturam intelligis, divinam an humanam, aut* aliam quandam *præter has? quæ nec divina ſit nec humana.*

Patriarcha Armenius: 35

Μίαν φύσιν συνθετὸν λέγω ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος.	Unam *naturam compoſitam dico ex* divinitate ac humanitate.

Theorianus: 36

Εἰ μίαν φύσιν σύνθετον λέγεις, τροπὴν καὶ σύγχυσιν εἰσάγεις τῶν φύσεων, ἐξ ὧν ἡ μία σύνθετος ἐγένετο φύσις.	*Si* unam naturam compoſitam *dicis, converſionem & confuſionem naturarum inducis, ex quibus* una illa compoſita natura *facta eſt.*

Tranſit

(s) Impreſſus extat Libellus Baſileæ Ao. 1578. Tit. *Legatio Imp. Cæſaris Manuelis Comneni ad Armenios* cum verſione Latina *Leunclavii.*

37 Transit dehinc ad simile de ligno è quatuor elementis composito, cujus quidem *una* esset *natura*, sed conversione & alteratione è diversis naturis facta. Christo verò nullam talem conversionem nec alterationem factam, ideoque utramque naturam impermixtam subsistere. Catholicus contrà urget simile à patribus usurpatum de *anima* & *corpore*, quod paulo ante attulerat, ut ostenderet nihil absurdi in eo contineri, quod divinitatem & humanitatem in uno individuo unitas *unam naturam* diceret; verba ejus sunt ex *S. Cyrillo*. p. 71. L. III. c. 8. In Lxxxviii:

38 Ὁποῖόν τι χρῆμά ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, ἐπειδὴ μὲν γὰρ τὰ τοιαῦτα καὶ ἀλλήλοις οὐχ ὁμοούσια ἑνωθέντα γε μὴν, μίαν ἀνθρώπου φύσιν ἀπετέλεσε. Ἰδοὺ δύο φύσεις καὶ ἐνταῦθα; ψυχὴ καὶ σῶμα, καὶ οὔτε ἡ ψυχὴ εἰς σώματος μετετράπη φύσιν: οὔτε τὸ σῶμα εἰς φύσιν ψυχῆς μετεχωρήσεν· ἀλλ' ἑκατέρων ἐν τοῖς ἰδίοις μενόντων ὅροις; μία ἐκ τούτων φύσις ἀπετελέσθη: οὐκ ἔστιν οὖν τῶν ἀνεφίκτων ἐκ δύο φύσεων μίαν φύσιν γενέσθαι.

Quale quiddam est homo ex anima & corpore constans. *Nam & ista sunt diversi generis, nec ejusdem inter se essentiæ; cum verò uniuntur,* unam *hominis* naturam *efficiunt. Ecce & hic quoque duæ sunt naturæ*, anima *nimirum* & corpus, *& tamen neque anima in corporis naturam transmutatur, neque corpus in naturam animæ transit. Sed ambobus intra proprios fines manentibus* una ex *iis* natura *conficitur. Non igitur est è genere impossibilium è* duabus naturis unam naturam *fieri.*

39 Similem protsus disputationem reperio cum docto quodam monacho Æthiope, præsente Prorege habitam, de qua scribunt Patres Societatis (t) his verbis: Quòd *quidam contumax, pestifer, & obstinatus hæreticus, asseruerit* unam tantùm *in Christo* naturam, *& tamen tàm separationem quàm confusionem duarum naturarum* negaverit. Inseram ipsa verba Italica ex eorum Epistolis.

Interrogante Patre Societatis:

40 Prima che il verbo s'incarnasse, haveva una natura; e dopo prese carne da Maria Vergine; hora dove gittate voi questa seconda natura?

Rispose il Frate: che di due se ne fece una; senza divisione, ne mescolanza.

E come (*disse il Padre*) puo farsi di due una senza mescolamento; se non vi fu mestuta, dunque ambe se ne stanno senza meschiarsi.

No (*disse il Frate*) che non stanno, ma se ne fece una.

Mescolate dunque le nature (*soggiunse il Vice-Re,*) come dice Eutychio; il quale se bene disse, che non si meschiavano, non dimeno ognuno intendea, *che non era possibile; di due farsene una senza mescuglio.*

Priusquam verbum incarnatum fuisset, habebat unam naturam; postea assumsit carnem ex Mariâ Virgine. Jam quonam reponis istam secundam naturam.

Respondit Monachus: *ex duabus facta est una;* (u) sine divisione & confusione.

P. Quomodo verò fieri potest una ex duabus sine confusione? si non fuit confusio; utique ambæ naturæ subsistunt, & non commixtæ fuerunt.

M. Non subsistunt, sed ex iis facta est una.

Misceте igitur naturas (interlocutus est Prorex) *sicut dixit Eutyches: qui quamvis dixerit,* (x) *quòd non commixtæ essent, nihilominus quilibet intelligebat* (y) quod non esset possibile, ex duabus unam facere sine confusione.

41 Consideret hic quæso Philosophus Christianus, an alter alterum intellexerit, & num vocabulum naturæ ab omni homonymia priùs liberaverint; quod tamen ante omnia faciendum, si utiliter disputare velimus. Prorex Habessinus à parte Patrum Societatis stans, confusionem naturarum coactè obtrudere voluit Monacho isti Jacobitæ, quam ille constanter negabat, ex consequentiis (*ut loquuntur*) illum ceu contumacem hæreticum damnans, *quòd non possibile esset, ex duabus naturis unam facere sine mixtura.* Id quòd hodiè in disputationibus Theologicis frequentissimè usu venire solet, ut alii alios ob sequelas damnent, quas tamen alteri non faciunt, nec admittunt.

42 Audiamus ipsa Æthiopum verba Æthiopica, quæ reperiuntur in Authentica illorum liturgia eucharistica Romæ impressa post Nov. Testamentum Æthiopicum. p. 166. col. 4.

(t) *In literis de Aō. 1624. & 1625. impressionis Romana p. 25.* (u) Vide quæ mox notabimus § 44. (x) Nota hìc *Proregis Æthiopis* Testimonium *de Eutychete* sed contradictorium in uno commate, quòd *dixerit, & non dixerit.* (y) Ecce hic sequelam, de qua supra locuti sumus. §. 33.

L. III. c. 8. እስመ: ዝንቱ: ውእቱ: ሥጋሁ: ወደ
LXXXVIII. ሙ: ለእግዚእነ: ወመድኃኒነ: ኢየሱ
ስ: ክርስቶስ: ዘነሥአ: እምእግዚ
እተ: ኵልነ: ቅድስት: ወንጽሕት:
ማርያም: ድንግል:: ወረሰዮ: አሐደ:
ምስለ: መለኮቱ: ዘእንበለ: ቱስሕ:
ወኢትድምርት: ዘእንበለ: ፍልጠ
ት: ወኢውላጤ: መለኮት::

Quia hoc eſt corpus & ſanguis Domini & ſalvatoris noſtri Ieſu Chriſti, quod ſumſit ex Domina omnium noſtrum ſancta & pura Maria Virgine; & fecit illud unum *cum divinitate ſuâ* ſine mixtura, neque permiſtione, ſine ſeparatione, neque diſtinctione divinitatis.

Eodem modo loquuntur Æthiopes in ſcriptis ſuis. Autor Organi Jacobita S. Mariam Virginem ſic alloquitur (z). 43

ኀበ: ተለዐለ: ዋሕድኪ: ወነበረ:
በየማነ: ዘወለዶ ፤ ህየ: ሀሎ: ትስ
ብእት: ፍጹም: ዘተነሥአ: እም
ኔኪ: ከዊኖ: አሐደ: ምስለ: መ
ለኮት::

[In cœlo] *quo exaltatus eſt unicus tuus, & ſedet ad dextram ejus qui genuit eum, ibi eſt* humanitas perfecta, *quæ deſumta fuit ex te, & facta eſt* UNUM [quid] *cum divinitate.*

Non dicit mixta, vel confuſa eum divinitate, ſed quæ facta eſt unum eum ea, & diſtinctè nominat utrumque abſtractum.

Quod autem Habeſſini *duas re ipſa naturas* in Chriſto Domino noſtro agnoſcant, etiam ex ſequenti loco Organi apparet: 44

አመንኩ: ብከ: እግዚኦ: ከመ: አን
ተ: ውእቱ: በኵረ: አምላክ: በህ
ላዌከ ፤ ወበኵረ: ድንግል: በሥጋ
ዌከ ፡፡ አመንኩ: ብከ: እግዚኦ:
ከመ: አንተ: ውእቱ: ወልደ: አብ:
በመለኮትከ ፤ ወወልደ: እጓለ: እመ
ሕያው: በትስብእትከ ፡፡

Credo in te Domine, quòd tu es primogenitus Dei quoad eſſentiam tuam: & primogenitus Virginis quoad incarnationem tuam. Credo in te Domine, quòd tu es filius Patris ſecundùm divinitatem *tuam: & filius hominis ſecundùm* humanitatem *tuam.*

Videmus, Æthiopes ubique vocabulum naturæ evitare, dum ſimpliciter dicunt ከዊና: አሐደ: *cum factus eſſet* unus *vel* unum [quid]. Italus optimè redderet: *Eſſendo* uno *con la divinità, non ſe ne fece una, facta eſt una*; ut in diſputa- 45
§. 40. tione præcedente cum monacho habita redditur. At eodem modo loquitur *Gregorius Nazianzenus, Orthodoxus* utique ſcriptor:

Οὐ δύο γενόμενος, ἀλλ' ἓν ἐκ τῶν δύο γενέσθαι ἀνασχόμενος.

Non duo factus, inquit, *ſed* [NB.] unum ex duobus *fieri ſuſtinens.*

Si ergo unum hoc ὑφιστάμενον de *uno individuo,* ſive unâ perſonâ (ut nos loquimur) accipias, nihil abſurdi talis oratio continebit.

Gregorius meus referebat, populares ſuos, intellectâ ex creberrimis diſputa- 46
tionibus orthodoxâ Patrū Societatis de duabus naturis in Chriſto ſententiâ, ceſſiſſe: & cùm perciperent, ſummam diſſidii in acceptione vocabuli ጠባይዕ: *natura* conſiſtere, neque illud per aliud minus æquivocum facilè reddi poſſe; (etenim ህላዌ:
§. 6. *Eſſentia*, & ባሕርይ: *ſubſtantia* alium ſenſum admittere videbantur) tandem vocabulum አካል: quod pro *hypoſtaſi* in Pſal. 138. 14. ponitur, pro perſona uſurpaſſe, atque hanc confeſſionem edidiſſe:

ኢየሱስ: ክርስቶስ: እምድኅረ: ሥ
ጋዌሁ: በአሐዱ: አካል: ፍጹም: እ
ግዚአብሔር: ወፍጹም: ሰብእ: ሀ
ሎ: ወይሄሉ: ለዓለመ: ዓለም ፤ ወዝ
ስ: ዘእንበለ: ፍልጠት: ዘእንበለ:
ውላጤ: ወዘእንበለ: ቱስሕት ፡፡

IESUS CHRISTUS poſt incarnationem ſuam in una perſona *perfectus DEUS & perfectus homo eſt, & erit in ſecula ſeculorum; idque ſine ſeparatione, ſine alteratione, & ſine confuſione.*

Pruden-

(z) Lect. 1. in med. col. m. 113.

47 Prudentiùs, ut mihi videtur, fecissent Patres Societatis, si, agnitâ ab Ha- L. III. c. 8.
bessinis ምለኮት: *divinitate* ወትስብእት: *humanitate*, omissis personæ & natu- LXXXVIII.
ræ vocabulis, interrogassent: *An non divinitas & humanitas post incarnationem in uno
Christo sine divisione & confusione realiter distinctæ manserint, & in æternum mansuræ
sint?* Id procul dubio libenter confessuri fuissent Æthiopes; ut planè persuasum mihi
habeam, si decretum Concilii Chalcedonensis, vitatis φύσεως καὶ προσώπου vocabulis,
Æthiopicè concipias, idque Chalcedonense esse reticeas, Æthiopes illud sine ulla
48 dubitatione subscripturos esse. Illud autem sic se habet: (a)

Ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ μονογενής, Θεὸς τέλειος καὶ ἄνθρωπος τέλειος ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος. Πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς ἀνάρχως γεννηθεὶς κατὰ τὴν θεότητα, ἐπὶ τέλει δὲ καὶ ἐν ὑστέροις καιροῖς ὁ αὐτὸς δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου γεννηθεὶς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Καὶ γὰρ ἐκ δύο φύσεων ὁμολογοῦμεν τὸν Χριστὸν εἶναι μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ἐν μιᾷ ὑποστάσει καὶ ἑνὶ προσώπῳ: ἕνα Χριστόν, ἕνα υἱὸν ἕνα κύριον ὁμολογοῦμεν.

*Dominus noster Jesus Christus, Filius Dei unigenitus, Deus perfectus, & homo perfectus ex anima rationali, & corpore. Ante secula quidem ex Patre sine principio genitus secundum Deitatem: in fine verò, & in ultimis temporibus ille ipse propter nos, & propter nostram salutem ex Maria Virgine natus secundùm humanitatem. Nam ex dua*bus naturis *confitemur Christum esse post incarnationem in una substantia, &* una persona; *Unum Christum, unum filium, unum Dominum confitemur.*

49 Itaque si pro duabus naturis dixeris: *nam ex Deitate & humanitate confitemur
Christum esse post incarnationem:* deinde *substantiam* reddas ባሕርይ: جوهر vel
አካል: & omisso vocabulo *persona* simpliciter dicas *unum Christum* &c. Æthiopes
consentientes habebis.
50 Hæc pro defensione Æthiopum nostrorum sufficiant, ut lectores certi possint
esse, illos neque de duabus naturis ante incarnationem, neque de confusione earum
post incarnationem loqui: neque Valentini aut Apollinaris erroribus laborare,
adeoque, quamvis Jacobitæ sint, ab Eutychetis hæresi immunes esse, idque No. 89. &
51 94. mox pluribus stabiliemus. Audivimus jam *Armenios*; audivimus *Æthiopes*, de una
Christi naturâ, tam divinitate quàm humanitate salvâ, differentes. Audiamus &
52 *Coptitas*, nam & hi Monophysitæ sunt, & unâ Ecclesiâ cum illis nationibus constituunt.
De his testatur *Wanslebius* in Historia Ecclesiæ Alexandrinæ Lib. III. c. 2. his verbis:

Ils croyent, que dans le verbe divin, apres qu' il a pris la nature humaine, il n'y a plus qu' une seule nature, une substance, une operation, & une volonté; reconnoissans pourtant cette union *sans aucune confusion, sans aucune commixtion, & sans aucune alteration.*

Credunt, quòd in verbo divino, postquam assumsit naturam humanam, non detur nisi una natura, una substantia, una operatio, & una voluntas, agnoscentes nihilominus adunationem istam sine ulla confusione, commixtione, aut alteratione.

53 Quæ ipsissima Armeniorum & Æthiopum est sententia. Producit Wans-
lebius *Dissertationem Abulbaracati, natione Coptitæ*, at sectâ Jacobitæ, Arabicè conscri- dict. loc.
ptam, sed ineditam, cum testimoniis Patrum, quibus ille nititur. Verùm bonus ille
vir, dum contra Melchitas disputat, miserè confundit naturarum proprietates, & ve-
rum Theopaschitam se nobis sistit; ignarus vel immemor, diversum respectum tol-
lere omnem contradictionem. Plura de Coptitarum Ægypti sententia habes infra
54 in epistolâ *Petri Heylingi* N. 95. E contrario Melchitarum sententiam prolixè recen-
set Eutychius in Annalibus Alexandrinis; (b) ubi optima *Saidi Patricidis* argumenta
profert contra Jacobitas, quibus istos ad absurdum redigere conatur; *quòd dicere non
possint unam istam naturam, quam Christo tribuant, esse vel solam divinam, vel solam hu-
manam vel neutrã: nec etiam esse humanã & divinam simul*, &c. Responsiones Jacobi-
tarum non addit, sed certum est, illos nihil tale concessuros, sed isti sententiæ ad-
hæsuros, *ex divina & humana natura factum esse compositum quoddam, quod unam na-
turam vocent, sine confusione tamen, & commixtione, æquè ac animæ & corporis in ho-
mine.* Quâ assertione tamen ipsi fatebuntur, aliter ab ipsis accipi vocabulum na-
turæ

(a) Integrum in *Actis Concilii Chalcedon.* reperitur, nec non apud *Nicephorum* Lib. XV. cap. 6. Nos summam ejus hic damus. (b) Tom. II, pag. 29. & pag. 147. & 331. & seqq.

L. III. c. 8. turæ in *abstracto*: aliter in *concreto*. Nam si divinitatem & humanitatem in abstra-
LXXXVIII. cto naturas dici posse fateantur, easque per conjunctionem in uno Christo nec confusas, nec commixtas fuisse affeverent, sed divinitatem atque humanitatem distinctè perstare concedant, utique etiam duas naturas in uno subjecto nempe Christo in perpetuum agnoscere tenebuntur. Quin & cessisse tandem videntur 56
Æthiopes, auditis nostris rationibus, ut ex Gregorii narratione supra allegata liquet: & ex epistola Basilidis Æthiopiæ Regis Jacobitæ (*c*) amplius demonstrabitur. Monotheletas tamen & Monergitas Æthiopes esse suspicor. De qua secta Photius in Bibliotheca sua Cod. XIX. ait: Ἓν θέλημα καὶ μίαν ἐνέργειαν ἐπὶ Χριστοῦ εἰπεῖν τολμῶντες. *Unam voluntatem, & unam operationem in Christo dicere audentes.* Sed an sectarii isti nostratium mentem rectè assequantur, vel quomodo suam exponant, non compertum habeo. Ipsi fortassis Æthiopes ex hoc mysterio se parum extricant, uti colligo ex Epistola Æthiopica (*d*) Anonymi, qui parum explicatè de una voluntate & una operatione differit.

Quæ dum scribo, atque veterum scripta mecum perpendo, video illos in 57
summo incarnationis duarumque naturarum mysterio quoad communicationem idiomatum non usquequaque cautè satis locutos esse. Non dubitaverunt Patres beatissimam Mariam Virginem Θεοτόκον i. e. Deiparam appellare, quòd Christus Deus ex ea natus esset: & propterea Nestorium condemnaverunt, quòd *Deum natum, crucifixum, & mortuum esse negasset.* Dixerat enim: *Ne glorieris Judæe, Deum non crucifixisti*; perinde ac si *Dominus gloriæ* crucifixus non esset (*e*). Rursus *Theopaschitas* vocaverunt, & tanquam hæreticos traduxerunt eos, qui 58
Deum passum & mortuum dixerant. Quamvis & nos in hymno vernaculo intrepidè canamus GOtt selbst ist todt ꝛc. *Deus ipse mortuus est.* Sed videndum, quo animo, quove respectu talia dicantur; quia Deus qua talis neque pati neque nasci potest: & Christus secundum divinam naturam neque nasci neque pati potuit. Aliàs si veterum mentem de Virgine Deipara sinistre accipere vellemus, uti Ne- 59
storius fecit, possemus eos eodem sensu Theodocitas, ac illos alteros Theopaschitas appellare. Etenim & nativitas & passio Christi pari passu ambulant, & à sanctis Patribus tanquam humanæ naturæ propria plerumque conjunguntur. Hilarius Lib IX. de Trinitate: *Tametsi IESUS CHRISTUS in partu ac passione & morte naturæ nostræ rem perageret.* &c. Nam si distinguere vellemus conditionem na- 60
scendi à conditione patiendi & moriendi, Nestorius quoad primum fuisset hæreticus, quòd noluisset dicere *Deum natum esse*; quoad secundum verò fuisset Orthodoxus, quòd noluerit cum Theopaschitis hæreticis dicere *Deum passum esse.* Igitur, (ut modò dixi) non quibus verbis, sed quo sensu unum quidque dicatur, num ἁπλῶς vel κατά τι (ut Philosophi loquuntur) accipiatur, spectandum est, verbis autem secundum usum Ecclesiæ Catholicæ utendum. Patres Societatis exprobraverunt Ha- 61
bessinis, quod nullam differentiam fecerint inter abstractum & concretum, & aversati fuerint negantes: *Beatam Virginem divinitatem peperisse; quandoquidem humanitatem solummodò enixa fuerit.* De qua causa sic loquuntur: (*f*) *Proprius error est Habessinorum, quòd dicant* B. Mariam *virginem matrem fuisse divinitatis: cùm contrarium illis demonstraretur, Monachi modò asseruerunt, modò negaverunt, planè extra oleas. Sunt enim Philosophiæ ignari, nullam differentiam facientes inter abstractum & concretum* &c. Quid quæso clarius pro excusandis miseris Habessinis dici posset? 62
Scribunt *eos nullam facere differentiam inter abstractum & concretum*; nimirum indoles linguæ illorum hoc ita fert, nec ulla frequentior apud illos figura, quàm *abstracti pro concreto* ex. gr. በኵሬ፡ ፈርዖን፡ *Exod. XI. 5. Primogenitura* i. e. *primogenitus Pharaonis.* Protoplastus Adamus Liturg. Mss. 37. col. 3. vocatur: በኵሬ፡ አበው፡ ቀደምት፡ *Primogenitura patrum primorum*, i. e. *primogenitus patriarcharum.* ምስኪነትየ፡ አነ፡ ገብርከ፡ ንዋእ፡ ወአግብርቲ፡ *Paupertas mea ego*, (i. e. pauper ego)

Servus

(c) Quam integram habes infra num. 133. Pericopam verò num. 94. (d) Et quidem Part. IV. ipsam epistolam habes infra cap. X. N. 211. (e) Ait Niceph. ex Socrate L. XIV. c. 32. (f) In epist. supra citata pag. 56.

Servus tuus, peccator & delinquens dicit Sacerdos Lit. 160. col. 4. Cujusmodi exempla L.III. c. 8.
63 etiã in aliis linguis utut rariuſculè dantur. Sed redeamus ad verba Patrum Societatis, Lxxxix.
quæ etiam ſupra retulimus, ea Orthodoxum hunc ſenſum habent: *S. Mariam Virginem peperiſſe Chriſtum* ἐνανθρώπως *reſpectu humanitatis, & non reſpectu divinitatis.* n. 45. §. 3.
Attamen hæc theſis tanquam heterodoxa Neſtorio imputatur ab Eutychio Patriarcha Alexandrino in Annalibus ſuis Tom. II. ان مريم ولدت المسيح من جهة ناسوته لا من جهة الاهوته ✡ p. 15.
Quod Maria pepererit Chriſtum reſpectu humanitatis ſuæ, & non reſpectu divinitatis ſuæ: Et mox ان كان الامر علي ما تقولون فالمسيح مسيحان وابنان ✡
Si ita ſe res habet, prout vos [Neſtoriani] *dicitis, utique* Chriſtus [erit] *duo Chriſti, & duo Filii.* Hæc proponit Eutychius tanquam ſequelam antecedentium; cùm tamen Neſtorium diſertis verbis iſta dixiſſe prædicet, (ſtatim initio dicti To- pag. 5.
64 mi II.) in quo illi facit injuriam. Extant enim adhuc *Neſtorii epiſtolæ ad Cyrillum* ante Concilium Epheſinum ſcriptæ, in quibus fatetur ἓν πρόσωπον *unam perſonam* & τῆς ἀνθρωπότητος, καὶ θεότητος ὡς ἑνὸς προσώπου συνάφειαν, *& humanitatis & divinitatis in una perſona conjunctionem.* Adeò veteres ſæpè confundunt theſin cum eo, quod illi conſe-
65 quens eſſe putant. Verùm enim verò quidquid autores ſcribant, quomodóve hæreticorum dicta nobis proponant, decretis Conciliorum Oecumenicorum ſtandum eſt, quibus homines illi naſuti doctrinâ ſuâ perplexâ, atque perverſis loquendi modis occaſionem dedere.

No. LXXXIX. De Jacobo Syro, unde Jacobitæ dicti fu-
1 erunt] Hunc *Syrum genere* fuiſſe ſcribit Nicephorus, (g) *Tzanzalum* cognominatum. البرادعي Baradæum vel *Baradienſem* dictum memorat Eutychius Alexandrinus (h). *Omnium ferè hæreſium illum reum facit* Nicephorus; quippe non tantùm *Eutychetis* & *Dioſcori*, ſed & *Cnaphæ Petri* atque *Severi* dogma recepiſſe, & apud Syros maximè divulgaſſe ſcribit. Eutychius, per *Meſopotamiam, Tacritum, Hara-*
2 *num* & *Armeniam* illud latè diſſeminaſſe, memorat. Cum igitur Severi Patriarchæ Antiocheni diſcipulus fuerit, qui tempore Anaſtaſii Imperatoris ſub finem ſeculi quinti vixit, operæ pretium videtur illius doctrinam ex *Abulpharagio* referre, qui de eo ſic ſcribit: (i)

ساوارس(k) بطرك انطاكية وضع كتبا كثيرة في تصحيح القول بالطبيعة الواحدة من طبيعتي الالاهوت والناسوت بغير امتزاج ولا اختلاط وفساد بل مع بقايهما علي ما كانتا عليه ؛ ككون طبيعة الانسان من طبيعتي النفس والبدن وطبيعة الجسم من طبيعتي الهيولي والصورة من غير انقلاب النفس بدنا ولا الهيولي صورة وبالعكس ✡	*Severus Patriarcha Antiochenus libros multos compoſuit ad adſtruendam ſcientiam de natura una è naturis duabus divinâ & humanâ, ſine mixtione, confuſione, aut corruptione; verùm ita ut eo modo, quô fuerunt, manerent; ſicut natura hominis duabus naturis animæ & corporis conſtat, & corpus duabus naturis materiæ & formæ; ita ut nec anima in corpus mutetur, nec materia in formam, vel ècontra.*

3 Quæ ipſiſſima hodiernorum Jacobitarum eſt ſententia, quam alibi apud ſcriptores noſtros tam dilucidè non memini me legiſſe, cùm tamen fundamentum ſit ſectæ Jacobitarum, quæ ceu eadem cum Eutychianiſmo a veteribus & recentioribus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptoribus proponitur; quod ſtare nequit, ſi Eutyches naturas in Chriſto confudit & commiſcuit.

Nnn Hoc

(g) Lib. XVIII. c. 52. (h) In Annalibus ſuis Tom II. p. 147. (i) Sub Dynaſt. VII. pag. 148. in verſione Lat. Pocokii pag 93. (k) Rectiùs سويرس apud Eutych. Alexandrinum.

L.III.c.8. Hoc enim supposito, sequitur *Severum* Eutychetis hæresin ex parte correxisse, 4
N. XC. & uná naturâ concessa, confusionem tamen & commixtionem divinitatis atque humanitatis negavisse, quod mihi verisimillimum videtur; quia, ut ante hac monuimus, *Æthiopes Eutychetem propter confusionem naturarum damnant*, quod non fieret, si idem cum illo sentirent.

Agnoscunt Jacobitarum nomen qui Alexandrinam Religionem profitentur, 5
ipsique Æthiopes nostri semet ያዕቆባውያን፡ *Iacobitas* vocitant, ut ex epistola Regis *Af-Seguedi* ad Gubernatorem Generalem Hollandorum Indiæ (l), nec non ex epistola anonymi ad Regem *Susneum* (quam num. præcedente allegavimus) aliisque eorum scriptis constat. *Negus Æthiopiæ* in historiis Arabum sæpissimè *Rex* 6
pag. 179. *Iacobitarum* appellatur, ut Eduardus Brerevvod benè observavit in scrutinio Religionum. Quem immeritò sugillat clarissimus Hottingerus, (m) incautè nimis scribens: *Regem Æthiopum Iacobitarum Regem appellari, non tam ratione dogmatum Iacobiticorum, quàm familiæ seu sanguinis Israelitici seu Iacobæi, à quo ortum ex linea fœmineâ ipsi deducant.* Quæ vanissima sunt. In hoc tamen fallitur Brere 7
dict. loc. wood, memorans *Iacobitas, & nominatim Habessinos sententiam suam mutavisse.* Rectius dixisset, *eos* (ut ego quidem puto) *sententiam, quæ Iacobitis vulgò imputatur, nunquam habuisse.* Deinde sectas cum nationibus confundit ibidem cap 6.

Incongruè sæpe loquuntur scriptores Arabes, cùm per prolepsin *Dioscorum* 8
Iacobitam vocant (n); cùm tamen illius tempore Jacobitarum nomen in Ecclesia ignotum esset.

N°. XC. De statu Coptitarum in Ægypto] Qui hodie *Copti* vel *Coptitæ* vocantur, religione *Iacobitæ* sunt. Olim etiam vocati fuerunt *Christiani della Cintura* h. e. *Christiani cinguli.* Josephus Abudacni Ægyptius (o), qui compendium historiæ eorum descripsit, eos sic dici ait: *quod Sacerdos eum, qui sacramenta recipit, cingere soleat, atque hoc illos voca-* 1
cap. 10. *re* cingulum castitatis. Idem dicit: *Sacerdos infantem baptizatum cingulo cingit, quod à nemine post triduum, nisi à Sacerdote solvi potest.* De quibus valdè dubito, cùm nullam talis ritus rationem videam, nec in recentioribus Ægypti descriptionibus quicquam tale reperiam. Cæterum status horum Christianorum sub tyrannide 2
Turcarum miserrimus est, ut parum à ruina absit, sicuti ex novissimis relationibus & itinerariis Ægypti constat; ex quibus *Lib. III.cap.VII. historiæ nostræ* nonnulla retulimus.

N°. XCI. De calamitatibus ob reprobationem decreti Chalcedonensis in Ægypto ortis] *Dioscoro* deposito & in exilium acto, sedem Alexandrinam vacavisse Jacobitæ scribunt. Scilicet agnoscere noluerunt *Proterium* ab Imperatore Romano in locum ejus suffectum. Quieverunt quidem, quamdiu *Marcianus* Imperator vixit, at post mortem ejus Proterium detestabili sævitia in æde S. Quirini necaverunt, corpusque ejus in Hippodromo magno Ptolemæi Lagi cremaverunt. (p) 1

Ex illo tempore maximis calamitatibus conflictata fuit Ægyptus, speciatim Alexandrina sedes. Patriarchæ modò instituti, modò destituti: modò exules, modò restituti: & Christiani veluti oves sine pastore dispersi, lupis Muhammedicis, prædæ huic inhiantibus, in rostrum quasi acti fuerunt. Dehinc *bini Patriarchæ* creati *Melchitarum* alii, alii *Iacobitarum*, qui adversæ factioni addictos acerbissimè ulti sunt, nullâ Christiana charitate, nec animi lenitate; prout quisque potentior erat, alterum vi persequebatur. Mel- 2
chitæ autem, dum Imperatores Constantinopolitani rerum potirentur, tantâ crudelitate persequebantur Jacobitas, ut hi tandem Saracenis Ægyptum invadentibus sese dederent; sicuti memoravimus supra de *Benjamino Patriarcha Alexandrino Iacobita* 3

(l) Quam dedimus supra Lib. II. N. 36. (m) In Topographia Eccles. Cap. V. §. 2. p. 127. (n) Eutych. in Annal. Alexandr. Tom. II. p. 85. (o) Oxonii 1675. editus cap. 1. in fine. (p) Eutych. Annal. Tom. II. p. 103.

bita in annotationibus ad Calendarium Æthiop. N. V. In MSf. ibi allegato de Maxiriano Imperatoris præfecto sequentia leguntur: L. III. c. 8. N. XCI.

4 ወፈነወ፡ ክልኤተ፡ ምእተ፡ ሐራ፡
ከመ፡ ይኅሥሥዎሙ፡ ለኵሎሙ፡
አበው፡ወጐየ፡አባ፡ ጳውሊ፡ ገዳመ፡
ወረከብዎ፡ ሐቃል፡ ወቀቅልዎ፡ወ
ወሰድዎ፡ ብሔሮሙ፤ ኦሙንቱሰ፡
ክልኤቱ፡ምእት፡ሐራ፡አስተጋብኡ፡
ኵሎ፡ ህበይተ፡ ወመነኮሳተ፡ ኀበ፡
መክስርያኖስ፡ ወአዘዞሙ፡ ወይቤ
ሎሙ፤ አምኑ፡በዘ፡ተጽሕፈ፡ ውስ
ተ፡ ዝንቱ፡ መጽሐፍ፡፡ከመ፡ ያስ
ሕቶሙ፡ በመጽሐፍ፡ዘምሉእ፡ጽር
ፈተ፤ ወአርመሙ፡ኵሎሙ፡ወከለሐ፡
5 ካዕበ፡ወሠለሰ፡ወአልቦ፡ዘአውሥኦ፡
ቃለ ፡፡ ወተምዐ፡ ወአዘዘ፡ ይቅሥ
ፍዎሙ፡ ወይቤ፡አመነኮሳት፡ ዐሎያ
ን፡ ኢይምሰልክሙ፡ ዘእምሕክክ
ሙ፡ ወኢይክዑ፡ ደመክሙ፡ ለም
ንት፡ ኢትትናገሩኒ፤ ወሶቤሃ፡ ተን
ሥአ፡ አባ፡ ሳሙኤል፡ ወአጥብዐ፡ ይ
መጡ፡ ነፍሶ፡ ለሞት፤ ወይቤሎ፡
ለመክስርያኖስ፤ ንሕነሰ፡ ኢንትወ
ከፍ፡ ለውእቱ፡ ክርታስ፡ ርኩስ፡፡
ወኢንሰምዖ፡ ማኅበረ፡ ከልቄዶን፡ ወ
አልብነ፡ሊቀ፡ ጳጳሳት፡ዘእንበለ፡አ
ባ፡ብንያሚን፡መምህርነ፡ወኖላዊነ፡፡

Atisit autem ducentos milites, ut investigarent omnes Episcopos [Jacobitas] *& fugit* Abba Pauli *in desertum, & repererunt eum agrestes, & vinxerunt eum, & duxerunt eum in regionem suam. Illi autē ducenti milites congregaverunt omnes proceres* [regionis] *& monachos ad* Maxirianum. *Qui præcepit eis & dixit:* Credite in id quod scriptum est in hoc codice; *ut* [scilicet] *seduceret eos per codicem illum, qui plenus erat blasphemiis. Sed siluerunt omnes. Clamavit ergo iterum & tertiâ vice, sed nemo erat qui responderet illi verbulum. Sic irâ accensus jussit, ut flagellarentur.* O Monachi rebelles *inquiens*, Ne videatur vobis, quod parcere velim vobis, nec effundere sanguinem vestrum. Quare mecum non loquimini? *Illicò surrexit* Abba Samuel, *& paratus exponere vitam suam morti, dixit Maxiriano:* Nos utique non recipimus chartam impuram: Neque obtemperamus conventui Chalcedonensi: Neque admittimus alium Patriarcham quàm Abba Benjaminum, Doctorem & Pastorem nostrum.

Et paulo post:

6 ወይቤ፡ ውጉዝ፡ መጽሐፍ፡ ለንጉሠ፡
ሮሜ፡ ዐላው፡፡ ወውጉዝ፡ ከልቄዶ
ን፡ ወኵሉ፡ዘየአምን፡ ቦቱ፡ ወሰ
ጠጦ፡ ለይእቲ፡መጽሐፍ፡ ወገደፋ፡
ኀበ፡ አንቀጸ፡ ቤተ ክርስቲያን ፡፡

Et dixit [Abba Samuel] *:* Anathema sit liber Imperatoris Romani hæretici: Et anathema sit Chalcedonica fides, & omnes qui credunt in eam! *& sic dilaceravit illum librum, & projecit eum ante januam Ecclesiæ* &c.

7 Igitur certô certius est, Æthiopes & Jacobitas omnes concilium Chalcedonense aspernari. Testantur id unanimiter Pp. Societatis in suis relationibus. Nic. Godignus (q): *Reprobant Chalcedonense concilium, quod Dioscorum condemnavit.* Porro (r) ex P. Joh. dos Santos (s) *referunt: Quòd Æthiopes maledictum Dioscorum Patriarcham Alexandriæ venerentur tanquam Sanctum, & sequantur illius errores:* Et vicissim
8 S. Leonem Papam damnent. *Antonius Fernandez* (t) scribit: *Inprimis in Leonem Magnum, sanctissimum Pontificem, quòd Dioscorum, quem Sanctum prædicant, cum Concilio* [*scil:* Ephesino II.] *damnaverit, multa conferunt maledicta, graviaque ei circa Christi naturas & operationes imponunt mendacia.* Mox c. 29. *At quo pacto in Chalcedonense fuerunt affecti? Quo illud hodie loco habent, cùm & errasse sentiant, & multa decrevisse veræ fidei contraria, ac Leonem M. quem sanctissimum Romana prædicat Ecclesia, inter nequissimos homines reponant.* pag. 177.

9 Propter deplorandum hoc dissidium amissa Ægyptus in Christianorum potestatem nunquam reversa est.

(q) De Abassin. reb. Lib. I. c. 28. p. 171.
(r) In sæpe allegatis *additionibus ad relat. Æthiop.*
(s) *In sua Æthiopia Orientali part.* 1. *l.* 4. *c.* 8.
(t) In epistola quam Nic. Godignus habet Lib. I. c. 28 p. 174.

L. III. c. 8. N. XCII. **N°. XCII. De contentione cum Dioſcoro tempore Conci-
lii Chalcedonenſis habita]** Orientales Hiſtorici, nominatim *Abulbaracatus*, 1
ſcribunt: *Dioſcorum cùm decretis concilii Chalcedonenſis acquieſcere nollet*, ad *Impera-
torem* Marcianum, *aſſidente uxore* Pulcheria, *vocatum fuiſſe. Cum verò perſuaſio-
nibus Cæſaris cedere noluiſſet*, Pulcheriam *dixiſſe*: Dioſcore! noſti quod tempore
matris meæ etiam extitit talis vir obſtinatus, ut tu, ſed fuit excommunicatus, & de
ſede ſua depulſus; S. Chryſoſtomum intelligens, *Dioſcorum illi reſpondiſſe*: Nonne 2
& tu bene noſti, quid acciderit matri tuæ, quæ gravi morbo percuſſa, ſanata non fuit
niſi poſtquam iviſſet ad ſepulchrum S. Johannis ejuſque veniam petiiſſet. *Imperatri-
cem, hoc reſponſo graviter irritatam, tam fortem alapam illi dediſſe, ut duo dentes excide-
rint, atque ſic ex cœnaculo raptatum, omnes barbæ pilos ei evulſos fuiſſe.* Relata refero.
Quòd illi dentes excuſſi, & pili barbæ evulſi fuerint, Habeſſini quoque credunt,
§. 8. 20. atque ea de re *Odam ex Poeta in Hiſtoria noſtra* allegavimus.

Cæterum Dioſcorus in Concilio Chalcedonenſi damnatus, ut N. 88. dixi- 3
mus, depoſitus & gravi anathemate notatus, in exilium miſſus fuit; in quo mor-
tuus eſt die VII. Septembris, anno Patriarchatus ſui decimo quarto. Reperitur
dicto die in faſtis Jacobitarum, tanquam inſignis aliquis ſanctus, ut ibi notavimus.

N°. XCIII. De Timotheo Patriarcha Alexandrino] Plures 1
hujus nominis dantur inter Patriarchas Alexandrinos. Iſte vigeſimus ſextus fuit,
Proterii ſucceſſor, Anatolii Frater, cognomento *Ælurus*. Eutychio [male ut puto]
pag. 103. *Ianuarius* audit circa annum Chriſti 500. Idem *Iacobitam* eum vocat. Sed poſt
tres annos pulſus, & alius *Timotheus*, cognomento *Surus* in locum ejus creatus, mox
rurſus dejectus, & prior reſtitutus fuit. Quamobrem iſte *Surus* in numero Patriar-
charum non computatur.

Rurſus alius hoc nomine III. Circa annum Chriſti 540. Sedem Alexandri- 2
nam tenuit, qui omnes *Iacobitæ* ab Hiſtoricis vocantur, & tamen *Poeta* meus de
Timotheo Alexandrino, quod Eutychetem condemnaverit, ſic canit Enc. 13.
Februar. 2.

ሰላም፡ እብል፡ ጢሞቴዎስሃ፡ ሰባኪ፡
ወሊቀ፡ ጳጳሳት፡ ዝኪ፡
በመዋዕሊሁ፡ ተውህበ፡ ለመሃይምናን፡ ቡራኬ፡
ወውዕየ፡ በነደ፡ ቃሉ፡ ከመ፡ ዕብረት፡ ሐመል፡ መሉኬ፡
እለ፡ ተአምኑ፡ በትምህርቱ፡ ለዐለው፡ አውጣኪ፡፡

Salutem *Dico Timotheo concionatori,*
Et Patriarchæ quoque!
In diebus ejus data fuit fidelibus benedictio
Et exuſti fuerunt flammâ verbi ejus ſicut ariditas plantæ Meloke
Qui crediderunt doctrinæ hæretici Eutychetis.

Iſta confirmant, quæ ſupra ſtatuimus, *Iacobitas Eutychianos non eſſe.* Quam ob 3
rem conciliare non poſſum quæ Patriarcha *Alphonſus Mendezius (u) in hiſtoria* Calebi
ſcribit, quòd Imperator *Iuſtinus junior* ſcripſerit ad *Aſterium Patriarcham Alexandriæ*,
ut incitaret Regem Æthiopiæ *Elesbaan* ſive *Calebum* ad vindictam de *Dunaa* Home-
ritarum Rege ſumendam. Siquidem hiſtoria Habeſſinorum nominat *Timothe-* 4
um. Id eò pertinere putat Alphonſus Mendez, quòd alter fuerit Melchita & Or-
thodoxus: alter vero Jacobita & Hæreticus. Verùm *Aſterium* illum, quem
Simeon Metaphraſtes habet, neque apud Eutychium; neque in Catalogo Patriar-
charum Alexandriæ apud Athanaſium Kircherum reperio, ut neſciam quem Aſte-
rium Metaphraſtes hic intelligat. tam incerta eſt Patriarcharum Alexandriæ hi-
ſtoria.

(u) *Apud Tellezium lib. I. c. 32. p. 81.*

No. XCIV.

1 N°. XCIV. Quid Habeſſini de utraque Chriſti natura ſen- L. III. c. 8. N. XCIV.
tiant] Hac de re ſupra N: 88. & 89. prolixè egimus. Summa huc redit, quòd Æthiopes divinitatem & humanitatem in Chriſto realiter diſtinctam quidem agnoſcant, unam tamen naturam aſſerant, quam illi ſibi imaginantur unum quod-
2 dam e divinitate & humanitate compoſitum, haut aliter ac homo ex animâ & corpore, realiter diſtinctis, compoſitus eſt. Nos cum Græcis ἄτομον vel ὑφιστάμενον *Individuum*, denique *perſonam* vulgò vocamus, illi oppidò incongruè *naturam*.

Denique totum negotium abſolvit epiſtola Baſilidis de hoc articulo, quæ ut à Rege Æthiopiæ Jacobitâ prolata, & à Patribus Societatis relata plenam fidem meretur.

3 Operæ pretium nobis videtur pericopâ illius epiſtolæ, quam intra N. CXXXIII. integram lectoribus dabimus, Tellezii (x) verbis Luſitanicis referre, quæ ſic habent:

Se os de Roma dizem, em Chriſto ha duas naturezas, convem a ſaber Divindade; & Humanidade; tambem jà nos ſabiamos iſſo deſdo principio de noſſo entendimento, atè hoje. Cremos, que o meſmo Chriſto ſenhor noſſo he perfeyto Deos, & perfeyto homem; perfeyto homem na Humanidade; & perfeyto Deos em ſua Divindade. 4 Mas por eſtas ſuas naturezas nam eſtarem por ſy, & apartadas (porque ſua divindade eſta unida com a carne & nam por ſy: & ſua carne eſta junto a Divindade, & nam por ſy ſem Divindade;) nam diſſemos que ſâm dous; porque he hum, que ſe fez huma couſa de duas, nam ſe confundindo, nem miſturando ſuas naturezas em ſeu ſer: & por ſerem a meſma couſa, as chamamos com nome da uniâm; Et a contenda, que ha ſobre eſto nâm he couſa de muyta importancia. &c.	*Cùm Romani dicunt, in Chriſto dari duas naturas, nimirum divinitatem & humanitatem; id ipſum etiam nos ſciebamus, ſtatim ab initio uſque in hodiernum diem. Credimus enim, quòd idem Chriſtus Dominus noſter ſit perfectus Deus, & perfectus homo; perfectus homo in humanitate, & perfectus Deus in ſua divinitate. Quandoquidem verò ha illius natura non ſeparatim neque diſcreta a ſe invicem extant; (divinitas enim ejus cum carne unita eſt, neque ſeparatim conſiſtit: Et caro ejus conjuncta eſt cum divinitate, neque per ſe ſubſiſtit ſine divinitate) propterea non dicimus, quòd ſint duo, eſt enim unum, quia facta eſt una res ex duabus, ita tamen, ut non confunderentur, neque miſcerentur natura in ſuo eſſe, & quoniam eadem res eſt, nos utimur nomine unitatis. Diſceptatio autem ſuper hoc articulo non eſt res magni momenti.* &c.

5 Ex hac epiſtola liquet, veritate niti, quæ PP. Societatis hic illic de hac cauſa ſcribunt: *utramque naturam reperiri in Habeſſinorum libris*, ſic enim *B. Tellezius* (y) ſcribit:

E eſſes poucos livros que tem os ſeus Monges, nam querem que venham as maos dos Catholicos, em rezam dos fortes & efficaciſſimos argumentos, que d'elles tiramos pera confundir os erros de Dioſcoro & Eutyches.	*Et iſtos paucos libros, quos habent monachi illorum, nolunt venire in manus Catholicorum, ob fortia & efficaciſſima argumenta, qua ex illis deſumimus, ad confundendos errores Dioſcori & Eutychetis.*

6 Iidem in *literis annuis* (z) *referunt: Susneum Regem in manibus habuiſſe librum* ሃይማኖተ፡ አበው፡ *Haimanota Abavv* [quem librum Habeſſinorum ſymbolicum eſſe diximus.] *ac præſente fratre* ſuo Afaxo & P. Petro Pays, *legiſſe locum de duabus naturis Ieſu Chriſti, ac rogaſſe Patrem, ut diceret, quid Eccleſia Romana de hoc articulo ſentiret; id cum pater expoſuiſſet, dixiſſe:* Eandem doctrinam expreſſè habemus in libris noſtris, *ac juſſiſſe eundem locum legi, quo intellecto* Afaxum *dixiſſe: Si Eccleſia Romana non diſcrepat à libris noſtris, Deum teſtor, me vitam & ſanguinem pro illâ expoſiturum.* 3. 5. r.

7 Sic in colloquio Theoriani cum Catholico Armeniorum (de quo ſupra) Epiſcopus quidam Armenius, auditâ orthodoxorum ſententiâ, exclamavit: N. 88. §. 33.

Ἐγὼ Ῥωμαῖός εἰμι, ἀνάθεμα τῷ μὴ λέγοντι δύο φύσεις ἐν τῷ Χριστῷ.	*Ego cum Romanis facio, Anathema* [*dicatur*] *illi qui non confitetur* duas *in Chriſto* naturas.

8 Cùm igitur alii alios olim non rectè intellexiſſe: vel non intelligere voluiſſe videantur; dixeritne aliquis cum Tellezio: *Habeſſinos ex mera contumaciâ hæreticâ*

 negare

(x) Reperitur Lib. 6. c. 2. pag. 519. a. (y) Lib. I. c. 25. confer pag. 306. & 330. (z) De anno 1621. E provincia Goana, Tit. Miſſio Æthiopiæ pag. 220.

L. III. c. 8. N. XCV. *negare duas naturas, & propterea libros ſuos Catholicis concedere nolle*, imò hanc ob cauſam bella, cædes & perſecutiones libenter paſſos fuiſſe?

Profectò in colloquiis ſacris plerumque uſu venire ſolet, niſi charitate Chriſtiana dirigantur, ſed gloriæ (ne hucuſque erraviſſe videamur) aut invidiæ magis quàm veritati aut concordiæ vel ſaltem tolerantiæ velificemur, ut nec benedictio divina, nec ullus unquam fructus ex iis ſequatur. 9 Nam ſi ignominioſum putamus, opinionem conceptam deſerere, & ſententiam alterius partis, licet veram, amplecti: Si ſequelas, quas adverſarius manifeſtò improbat & negat, illi affricare, & nolenti etiam impingere velimus: Si autoritatis Eccleſiaſticæ intereſſe credatur, ne à ſententia recepta, quamvis melior demonſtretur, recedamus, & alterius partis dicta vel facta ſemper in pejus interpretemur, errores quoslibet mendacia vocemus: Et tandem loco concluſionis rationabilis vim adhibeamus, ſchiſmata & diſſenſiones in Eccleſia nunquam ceſſabunt, & de amicabili controverſiarum compoſitione omnis ſpes erit deponenda. 10

N°. XCV. De diſſidio Melchitarum & Jacobitarum in Ægypto adhuc hodie durante] Ferale iſtud *diſſidium inter Iacobitas & Melchitas* jam ultra mille & ducentos annos durat. 1 Hinc *gemini Patriarchæ Alexandrini* in Hiſtoriis illorum reperiuntur, Melchitæ & Jacobitæ. Utroſque recenſet Georgius Elmacinus in Hiſtoria ſua Saracenica per totum.

Petrus Heyling *Germanus*, cujus alibi mentionem fecimus, *Memphi*, (quam 2 nunc Alcairum vocant) *die 29. Auguſti 1634.* ſequentia ad Hugonem Grotium ſcripſit: *Inveterata diſcordia inter* Patriarcham Alexandrinum Græcorum: & Patriarcham Alexandrinum Ægyptiorum *ſive Coptitarum adhuc conſtans perſeverat; quòd neuter ſedem S. Marci, juriſdictionemque diviſam, ſed uterque integram ſibi ſuiſque reſervare velit. Populi Græci atque Ægyptii neuter alterius templa, per magnam Memphim antiquitus constructa ingreditur. Articulorum, quibus differunt, præcipuus eſt ille,* 3 *qui ab Ægyptiis tam Clericis quam laicis, Arabicis hiſce vulgò profertur verbis:* مشية واحدة طبيعة واحدة *Mashiah vvahid, tabiah vvahid.* Voluntas una, natura una; *quibus à Melchitis reſpondetur* مشيتان طبيعتان Voluntates duæ, naturæ duæ. *Memini me aliquando cum Archiepiſcopo Græcorum ſupra nominato* 4 *locutum fuiſſe, an pacis ac unionis ſpes nulla eſſet reliqua; me fateri equidem, quòd in bibliothecarum Arabicarum (quas in Ægyptiorum monaſteriis, per deſertum martyrum ædificatis, à priſcis temporibus conſervari noſſet) nonnullis codicibus talis habeatur doctrina, quæ humanitatem Chriſti in quibusdam idiomatibus imminuere videatur, in cæteris tamen S. Patrum, aliorumque Eccleſiaſticorum codicibus, præſertim verò in Confeſſionum libris, apertè ſæpe dici:* Chriſtum non ſolùm eſſe verum & perfectum Deum, ſed & verum & perfectum hominem, *modernos quoque Epiſcopos, Abbates ac cæteros Eccleſiaſticos Ægyptios, cum quibus converſatus eſſem, idem profiteri. Addebam: Græcorum pariter ac Ægyptiorum finem, quatenus mihi perſpicere liceret, bonum eſſe, Græcos* 5 *dicere* voluntates duas, naturas duas, *eum in finem, ut varias hæreticas opiniones, quæ Chriſti Deitatem aut humanitatem imminuerent, hac ratione tollant. Eum finem Ægyptiis vel Coptitis non contrarium eſſe, neque meritò eſſe debere. Ægyptios credere* naturam unam, voluntatem unam; *non ut Deitatem ac humanitatem imminuant, vel confundant, ſed ut ſeparent ſe ab iis, qui incomprehenſibili* Deitatis ac Humanitatis unioni, tanquam ſalutis humanæ fundamento, *reſiſtere cupiant. Si forſan verbis ad finem iſtum conſequendum minus commodis uſi fuiſſent, finem tamen per ſe à Græcis probari, nec jure improbari poſſe. Tum Archiepiſcopus:* Sane, *inquiebat*, ſi ea eſſet Coptitarum 6 ratio, haud in numero ſchiſmaticorum à nobis habendi eſſent. *Pergebam ergo:* odium ſpirituale tam longo tempore exercitatum forſan ex politica vel civili, ut plerumque fieri ſolet, cauſâ ortum, vel auctum fuiſſe. *Me etenim inter codices ſupra dictos reperiſſe Hiſtoricum, qui affirmaret*, ab initio inter Græcos & Ægyptios æmulationem fuiſ- 7

ſe, &

se, & (*quod pace illius dictum esse vellem*) Græcos ad capiendam Ægyptum Saracenis L. III. c. 9. N. XCVI. §. n. 91.
consilium olim dedisse, ut hac ratione Ægyptii, adversarii Græcorum, unà preme-
rentur. *Quibus nil respondebat Archiepiscopus, nisi* : Græcorum scriptis Ægyptio
populo imputari, quod ego de Græcis scriptum esse retulissem. *Hac Heylingus.*

COMMENTARIUS

Ad Lib. III. Cap. IX.

N°. XCVI. De epistola Alexandri III. Pontificis Romani
1 ad Regem Indorum sui temporis] Diximus in Historia nostra, *Baronium* hoc. cap.
ex Rogerii Annalibus Anglicanis epistolam Alexandri III. ad *Magnificum Indorum*
Regem Sacerdotum sanctissimum, (sic habet titulus) protulisse, atque falsò putavisse,
eam ad *Pretejannum* Æthiopiæ Regem directam fuisse. Eadem transscripsit *Bri-*
anus Waltonus (a) epistolâ procul dubio non inspectâ; nam planè nihil de Æthio-
pibus habet, & nomen *Pretejani* â Lusitanis post trecentos annos Africano Ha-
bessinorum Regi primùm impositum fuit, ut omnes eruditi jam agnoscunt. *Ath.*
Kircherus etiam in Prodromo suo Copto scribit: *Id nominis nullo modo Africano Regi, sed* c. 4. p. 103.
2 *Asiatico olim competiisse.* Reperitur epistola illa apud *Rogerium de Hoveden in*
præfatis annalibus (b). Autor nihil aliud habet quam: *Eodem anno* [1177] *Alexander*
Papa in hac forma scripsit Iohanni Indorum Regi. Epistola Alexandri Papæ ad
Joannem Regem Indorum missa. *Alexander Episcopus* &c. Prout in Ba-
3 ronio extat. Legat eam qui volet, nihil de Æthiopibus neque Habessinis
nostris reperiet, nec etiam quicquam de Ecclesia *S. Stephani post Basilicam S. Petri*
in Vaticano, ubi Habessinos ipse visitavi. Dicit quidem Papa: Magister Philippus
[qui erat professione Medicus] *se à tuis asserit audivisse, quòd ferventi desiderio cuperes*
in Vrbe habere Ecclesiam, & Hierosolymitanum altare aliquod, ubi viri prudentes de re-
gno tuo manere possint. Ex quibus verbis valdè generalibus Baronius conjicit, Eccle-
siam illam Habessinis concessam fuisse. Hoc tempore alii Clerici eam possident,
ex quo nulli Habessini ampliùs Romam venerunt.

N°. XCVII. De Legationibus Æthiopum ad Pontificem
1 Romanum] Doctores Ecclesiæ Romanæ communiter scribunt; *Legatos Regis*
Æthiopiæ Avenionem in Galliam ad Clementem V. & *Florentiam ad Eugenium IV. finito*
jam concilio venisse. Nicol. Godignus (c) *id certum esse dicit*: Barthol. Cassanæus
(d) *de Legatis ad Clement. V.* Idem affirmat *Aubertus Miræus de statu religionis Chri-*
stiana, ibique addit: ad CLEMENTEM VII. *Bononiam in Italia: ad* PAU- l. 3. c. 5.
LUM III. PIUM V. GREGORIUM XIII. PAULUM V. *aliosque*
2 *Pontifices, Romam ex Æthiopia Abassinos venisse, ex Historiis certo constare.* Quod
ad Legationem Zeta-Jacobi ad Eugenium IV. attinet, *Ludovicus Vrreta* (e) *Confes-*
sionem fidei [quæ nulla alia est, quam Tzaga-zabi Æthiopiæ Legati, quam ille nonaginta quinque
annis post in *Lusitania* composuit] *à Legatis Æthiopia Eugenio IV. expositam fuisse* stultè
scribit. Habuit *Damianum Goezium* de moribus Æthiopum, eumque in margine
p. 398. allegat, atque inde exscripsit primam Confessionis partem, cujus *Tzaga-za-*
bus autor est, ille verò *Zera-Iacobo* attribuit, & Catholicam, sanctam, atque
devotam vocat, sed ne mentiri videatur, eam corrumpit & adulterat. Etenim
dictâ paginâ 398 in fine, cùm Tzaga-Zabus dicit, *Christum descendisse ad inferos, ubi*
erat anima Ada & filiorum ejus, omittit sequentia verba: *atque anima ipsius Christi,*
qua est ab Adam, quam animam Adæ ipse Christus accepit ex Sancta Maria Virgine. De-
inde

(a) *In Proleg. Bibl. Polygl. N. XV. §. 4.* (b) *Part. II. sub Henrico II. Angliæ Rege p. 581. edit. Francof.* 1601. cui titulus: *Rerum Anglicarum scriptores.* (c) De Abassin. reb. *L. I. c. 29. p. 177.* (d) *Catalog. Gloria mundi p. 12.* (e) *In Historia sua fabulosa l. 2. c. 2. p. 397.*

L. III. c. 8. inde in fine : Ubi Tzaga-Zaabus dicit: *Hæc eſt fides populi Æthiopiæ, qui eſt ſub ditione*
N. XCVIII. *Pretioſi Iohannis*, ille ut mendacio ſuo fidem faciat, ponit, *qui eſt ſub ditione mea.* tam impudens falſarius eſt. Quæ ſupra in prooemio §. 13. de Tzaga-Zaabo, nec non de hoc Urreta §. 34. diximus, hîc repetere nolumus. Nihil autem tale in Conci- 3
lio Florentino actum, ſed potius Zera-Jacobum ab Eccleſia Romana alienum fuiſſe, teſtantur ipſi Patres Societatis, qui ſic introducunt ipſum Regem Suſneum, Romanis faventiſſimum, loquentem: (f)

O mal aya el Rey Zera-Jacob, que elle nos fez estarmos hoje fora da Fè dos Portugueſes, elle o pagarà muy bem là no inferno onde eſta.	*O male vertat Regi Zera-Jacobo, qui fecit, ut hodie conſtituti ſimus extra religionem Luſitanorum, quod ille ſatis luet in inferno, ubi nunc exiſtit.*

Ita Suſneus Zera-Jacobum manifeſtè ſchiſmatis autorem facit.

Poſt illa tempora nulla Æthiopica legatio Romam venit, nam ut diximus 4
2. 16. 13. *in hiſt. noſtra*, *Tzaga-zabus* Regis Æthiopiæ ad Regem Luſitaniæ Legatus, Romam non venit, ſed Ulyſſipone ſubſtitit. Epiſtolas quidem ad Pontificem habuit, ſed illas Alvarezio dedit, qui eas demum Pontifici, tanquam ſolennis Luſitanicæ Legationis Adjunctus obtulit. Cauſas fuiſſe ſuſpicor, ſive quod non ſufficientibus mandatis fuerit inſtructus: vel quòd ſplendore Principi tanto (qualis Presbyter Johannes tunc temporis credebatur) convenienti deſtitueretur: Vel denique quòd aulæ Romanæ cerimonias veluti oſcula pedum & ſimilia ſine mandato exhibere nollet. Neque etiã ad *Paulum III.* ulla ſolennis legatio venit; *Johannes Bermudez* 5
literas tantùm inſtar alicujus curſoris attulit, nullo charactere Legati prædiuus. Tempore *Pii V. Gregorii XIII. & Pauli V.* Habeſſinos Romam veniſſe, ut Miræus ſcribit, certum quidem eſt, ſed minimè fuerunt Legati, ſed tantùm Monachi, qui Romam diverſis ex cauſis privati venerunt.

N°. XCVIII. Unde ſpes iſta magna Habeſſinos ad religionem Romanam reducendi primùm orta fuerit?] *Franciſcus Alvarezius* Luſitanus, ſacerdos Legationis quæ in Æthiopia fuerat, ipſique Æthiopes, qui 1
Romam venerunt, cumprimis *Ioh. Bermudez* tantam propenſionem Æthiopum erga ſedem Romanam jactaverunt, ut *Summus Pontifex*, *Cardinales*, ipſeque *Societatis Ieſu fundator Ignatius Loyola* planè ſibi perſuaſum habuerint, nihil ſibi factu facilius eſſe, quàm Habeſſinos Sedi Romanæ ſubjicere. Igitur ſine ulla dubita- 2
tione, aut Habeſſinorum petitione dictum *Iohannem Bermudezium Patriarcham & Epiſcopum* creaverunt, quaſi Habeſſinos ad recipiendum illum promtiſſimos fore, bene ſcirent.

Damianus à Goez, in epiſtola ad Paulum III. Lovanii Anno 1544. data, nimis inconſideratè, & falsò planè ſcripſit ſequentia: *Is Æthiopiæ Imperator* 3
cum omnibus ſuis regnis, ut ex noſtra narratione apparebit, ſub tua diſciplina vivere cupit, nec quicquam magis optat. Nec etiam ignorat ex Apoſtolorum doctrina, quam in octo libris (g) digeſtam habet, Epiſcopo Romano omnium Epiſcoporum totius orbis principatum deberi, cui planè ſanctèque parere vult, ab eoque in Chriſti Eccleſia inſtitutis benè & ſanctè inſtrui, & ad id inſuper viros doctos ſibi dari orat, atque exorare avidè affectat. adeò alia adulandi materia illi deerat. Dein Autor præfationis Latinæ Novo 4
Teſt. Æthiop. præmiſſæ, inter alia ait: *Sed nos dum quatuor obſtinatos & inſanos hæreticos, qui ſe à nobis ob petulantiam ſegregarunt, blanditiis, præmiis, minis reducere ſtudemus, numeroſam nationem brachia ad nos tollentem, noſtramque opem implorantem negligimus.*

Teſfa-Zion ob bella Adelenſia regno profugus, editor Novi Teſtamenti Æthi- 5
opici *in Epilogo, Epiſtolis Paulinis annexo*, ſic loquitur:

Non

(f) *In annuis Relat. de anno 1607. & 1608. l. 1. c. 10. p. 35.* (g) De his vide ſententiam noſtram ſupra N. XXX. hujus libri §. 12.

ኢረከብኩ፡ምዕራፈ፡ሥጋ፡ወነፍ
ስ፡ዘእንበለ፡በሮምያ፡ምዕራፈ፡
ነፍስ፡ሃይማኖት፡ጴጥሮስ፡ርትዕት።
ወዘሥጋ፡ካልኡ፡ለጴጥሮስ፡ጳውሎ
ስ፡ሣልሳይ፡ምሉአ፡ርኅራኄ፡ወጥ
በብ፡ምስለ፡ኵሎሙ፡ደቂቁ፡ወወ
ለቱ፡ዜሮኒሞ፡ኮስተረት፡ቤተ፡ክር
ስቲያን፡ወመስመረት፡ቅዱሳን። ዝ
ክርዎሙ፡በጸሎትክሙ። እግዚአ
ብሔር፡ይዘክርክሙ፡አሜን።

Non inveni requiem neque corporis neque animæ niſi *Roma*. Requies autem animæ eſt fides Petri orthodoxa; corporis verò eſt ſucceſſor *Petri Paulus III.* plenus manſuetudine & ſapientia; cum omnibus filiis [i.e. ſubjectis] ſuis. Et filia ejus Hieronyma everrens ædem ſacram [q.d. ancilla Eccleſiæ] deliciæ ſanctorum. Recordamini eorum in oratione veſtra Deus recordetur veſtrum. Amen. L. III. c. 9. XCVIII.

6 Et PP. Societatis (h) ſic ſcribunt:

Perſevera ainda agora nelles huã tam pia affeiçaõ a Chriſto noſſo Senhor, & a ſua ſacratiſſima May & a os Principes dos Apoſtolos S. Pedro & S. Paulo, que entre todos os hereges & ſciſmaticos do mundo, nam parece que pode aver gente de que milhores esperanças de ſua reduçam ſe poſſam conceber, que deſta nacam, como no diſcurſo deſta relaçaõ ſe verá.

Durat adhuc hodie in illis tam pius affectus erga Chriſtum *Dominum noſtrum*, *& ſacratiſſimam* Matrem *ejus*, *& erga Principes Apoſtolorum* Petrum & Paulum, *ut inter omnes hæreticos & ſchiſmaticos totius mundi non videatur dari gens aliqua, de qua meliorem ſpem reductionis concipere poſſimus, quàm de hac ipſa natione, ſicut ex contextu hujus relationis apparebit.*

7 Quàm vera iſta omnia fuerint, eventus docuit. At Romani his atque aliis talibus narrationibus plenè & plane perſuaſi, ſummâque ſpe pleni Patriarcham cum duodecim ſociis miſerunt, ut apud Joh. Petr. Maffejum Hiſtor. Indicarum (i) latè deſcribitur.

8 Operæ pretium nobis videtur, *de Epiſtola Pii V. Ao. 1571*: poſt victoriam apud Echinadas à Turcis reportatam ad *Menam*, cognomento *Adamas Saghedum* Æthiopiæ Regem datâ, pauliſper differere. Patres enim Societatis (k) (ut mox dicetur) eam prorſus in dubium vocaverunt, *quod Rex ille Catholicis Romanis non modò*
9 *valde adverſus, ſed etiam ſeptem annos ante epiſtolam illam mortuus fuiſſet.* Emanuel Fernandez & ſocii de hoc *Mena ad generalem ſuum Laynes Romam epiſtolam (l) dederant,* referentes, *quòd Epiſcopus Andreas Oviedus cum ſociis ſuis in Æthiopia peſſimè haberetur.* 1. Febr. An.
Quâ re permotus Pius V. *ad inſtantiam Regis Luſitaniæ Breve Apoſtolicum ad illum* 1566.
10 *ſcripſit; eumque ex Æthiopia avocavit.* Hac ratione inducti PP. Societatis, pro figmentis habent ea omnia, quæ *Lud. Vrreta* de rebus geſtis inter *Menam & Pium* p.616.
V. refert: Sic enim ſcribunt: (m)

A contradição, que iſto tem he, que o Papa Pio V. foy eleito no mes de Janeiro do anno de 1566. El Rey Menas ou Adamas era morto avia tres annos, no mes de Fevreiro de 63. Por onde fica tambem encontrando a verdade da carta, que diz que o meſmo Pio V. escreveo a eſte Rey Mena, dandolhe conta da victoria naval, que foy no anno de 70. em que avia ſete annos, que era morto el Rey Mena.

Contradictio, quæ hic datur, in eo conſiſtit, quòd Papa Pius V. electus fuerit menſe Jannario An. 1566 Rex Menas autem ſive Adamas *jam ante tres annos mortuus erat* menſe Februario A. 1566. *Hinc colligitur, quam vera ſit epiſtola* [ſic ironicè loquuntur] *quam ille* à Pio V. *ad Regem* Menam *de victoria navali Ao.* 1570. [ſac 71] *datam fuiſſe ſcribit, cùm jam ante ſeptem annos Rex* Menas *mortuus fuiſſet.*

11 Fateor rationes iſtas dubitandi eſſe graviſſimas, & veriſſimas; epiſtola tamen illa minime fuit conficta; habent enim eam non tantùm *Hieron. Catena in vita Pii V.* & *Franciſcus Goubau* inter alias *Pii V.* epiſtolas ſed etiam ſtylus & convenientia cum aliis epiſtolis eodem tempore ad Mahumedanos Principes, Turcarum vicinos, datis, veram eſſe indicant. Forte tunc temporis Romæ de morte Menæ non conſtabat: vel incuria ſcribarum, qui ejuſdem tenoris plures epiſtolas mutatis mutandis expedire jubentur (ut in Conſiſtoriis Principum moris) non habitâ diligenti inquiſitione, *vivusne an mortuus eſſet ille Menas: Amicus an inimicus ſedis Romanæ*, epiſtolam illam expediverunt certè prorſus inutilem.

(h) *In ſæpe alleg. relat. de Ann.* 1607. *&* 8. *c.* 9. *p.* 28. (i) Lib. XVI. p. m 739. (k) *In addit. ad relat. annuas p.* 301. *b.* (l) Quæ extat apud *Tellezium l.* 1. *c.* 30. die 23. Julii An. 1562. data. (m) *Dict. Add. Cap.* 6. *in fin. p.* 301.

L.III. c. 9. N.XCIX. & C. N°. XCIX. Num Habessini olim fuerint optimæ notæ Ca- 1
tholici?] Habessinos semper fuisse bonos Catholicos Romanos, nunquam Hæreticos neque schismaticos, ut qui nunquam negaverint obedientiam Pontifici Romano, *vesanus ille Ludovicus Vrreta* Lib. 2. per diversa capita asserere satagit. Sed 2
merito exploditur & deridetur *à PP. Societatis* (n) *& à Nicolao Godigno*, per totum librum *de rebus Habessinorum*; peculiariter à Tellezio cujus verba supra allegavimus in Prooemio I. §. 41.

N°. C. De epistola P. Ignatii Loyolæ ad Claudium Habes-
N.98.§.7. sinorum Regem] Diximus paulo ante ob bonam reductionis spem de Habes- 1
sinis conceptam, Patriarchã cum duodecim sociis à Pontifice in Æthiopiam missum fuisse, qua de re sic loquitur *Vrreta*: (†) *Maximè verò indignabatur Claudius, quòd Rex Lusitaniæ sine significatione præcedente, sine petitione licentiæ, neque etiam antè monito Rege Æthiopiæ, Patriarcham & Episcopum in regnum suum mitteret, quasi hoc fieret in partibus infidelium, aut ipse esset schismaticus, cùm tamen collegium suum haberet Romæ.* Quibus verbis suggillat Lusitaniæ Regis consilium, & P. Ignatii Loyolæ conatus, adeòque ipsius Pontificis decretum. Non quidem de nihilo sunt rationes sanæ, hominis 2
alioquin insani. Claudius tamen indignationem suam tali modo nunquam exposuit, ignarus præsentationis & denominationis apud Christianos Europæ Reges usitatæ.

At *Ignatius* summo studio missionem hanc ursit, & epistolam dedit ad *Clau-* 3
dium Æthiopiæ Imperatorem, quæ Nonio Barreto deferenda dabatur. Hispanicè scri-
L.II. c.22. pta fuisse videtur, hac enim lingua eam habet Tellez. Latinè eam expressit, non ad literam, sed ad sensum *Ioh. Petr. Maffejus Histor. Ind. lib. XVI.* cujus exemplum verbotenus hic exscribemus, ut lectores videant, quô fundamento missio ista Æthiopica instituta fuerit.

Domine mi in Domino nostro Iesu Christo! Gratia Tuæ Celsitudini, & salus & 4
affluentia donorum spiritualium à Domino nostro Jesu Christo. Serenissimus Lusitaniæ Rex, *pro ea solicitudine ac zelo, quem illi Deus creator noster ac Dominus dedit ad sancti sui nominis gloriam, & salutem animarum, quæ pretioso unigeniti ejus Filii sanguine & morte redemptæ sunt, non semel ostendit mihi per literas*: pergratum sibi fore, si è religiosis nostræ minimæ Societatis, quam vocant Jesu, duodecim viros designarem, è quibus ille Patriarchã unum, duos coadjutores pariter & successores eligeret, iisdemq; à summo Christi Domini nostri Vicario supplicìter peteret auctoritatem & jus, quo jure ad suas quisque partes ritè obeundas ipsi cum Sacerdotibus aliis in tuæ Celsitudinis regna transmitti possent. *Ego pro eximiis inter cæteros Christianos principes,* 5
ejusdem Serenissimi Regis Lusitaniæ meritis erga Societatem nostram universam, nostraque vicissim omnium in illum observantiâ & pietate, feci quod jusserat: consultoque secutus numerum, qui Christi Domini nostri, Apostolorumque ejus collegium referret: præter ipsum Patriarcham Sacerdotes duodecim *supplementi, ac velut seminarii causâ, è corpore nostro cunctos excerpsi: qui ad sublevandas juvandasque animas,* tuæ Celsitudinis *imperio atque ditioni subjectas, sese vitamque suam in omnem laborem atque discrimen offerrent. Atque hôc libentiùs parui, quòd præcipuâ quadam alacritate sentio me sociosque* 6
meos omnes ferri ad obsequium & cultum Celsitudinis tuæ, *haud immeritò, quippe quæ inter tot circumfusas undique nationes infidelium & hostium nominis Christiani, vestigiis majorum suorum insistens, ad conservandam ac promovendam Christi Domini ac Dei nostri religionem & gloriam diligenter incumbit. Quam ipsam ob causam optandum* 7
fuerat, ut ad hæc tam recta tuæ Celsitudinis *studia conatusque, subsidium accederet spiritualium patrum, quibus & legitima potestas ab hoc sanctæ sedis Apostolicæ fastigio derivata; & fidei Christianæ pura & sincera doctrina suppeteret. Quæ nimirum duæ sunt claves illæ regni cœlorum, quas Christus Dominus noster* S. Petro, *&* omnibus qui deinceps in ejus erant solio sessuri, *promisit prius, dein ipsâ re tradidit. Promisit tantum-* 8
modo

(n) *In additionibus ad relat. Æth. sæpius allegatis.* (†) In sua fabulosa historia Lib. I. c. 21. p. 207.

modo cum ad eum dixit: (ut legimus apud Divum Matthæum Evangeliſtam) Ego dico L. III. c. 9.
tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo Num. C.
claves regni cœlorum, & quicquid ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: cap. 16. 18.
9 & quicquid ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Tradidit ac promiſſa
patravit; cùm poſt reſurrectionem, antequam in cœlũ aſcenderet, ſciſcitatus ex eo ter: (quem-
admodum affirmat Divus Iohannes Evangeliſta) Simon Joannis diligis me plus his? cap. 21. 15.
Subjunxit in ſingula reſponſa: Paſce oves meas: committens illi non partem aliquam
ovium ſuarum, ſed totum prorſus gregem, univerſâ cum plenitudine poteſtatis, ad alendos
vitali Chriſtianæ religionis pabulo cunctos ubique fideles, eoſdemque ad cœleſtia ſempiter-
10 næ beatitudinis paſcua perducendi. Ac cæteris quidem Apoſtolis autoritatem Chriſtus
Dominus noſter impertiit delegatam, ac veluti extra ordinem; at S. Petro ejuſque ſucceſſo-
ribus ordinariam dedit ac plenam, ut ab hoc ſummo Paſtore, tanquam à fonte reliqui anima-
rum paſtores peterent, eidemque acceptum ferrent, quicquid omnino juris ad ſuum quiſque
munus ac regimen obtinerent.
11 Quod olim adumbraſſe per Eſaiam Dominus videtur, cùm de Eliachim Pontifice
Maximo loquens: Et dabo, inquit, clavem domus David ſuper humerum ejus, & cap. 22. 22.
aperiet & non erit qui claudat; & claudet, & non erit qui aperiat. Quo videlicet
typo figuratus eſt Petrus, ejuſque ſucceſſores, quibus datam integram poteſtatem decla-
rant claves, conſuetum uſique Symbolum, & inſigne pleni atque abſoluti dominii.
12 Quæ cum ita ſint; Celſitudo tua gratias debet ingentes Domino Deo noſtro, quòd
ipſa regnante potiſſimum, dignatus fuerit iſtis nationibus mittere veros animarum pa-
ſtores, qui à ſummo pendeant paſtore ac Vicario, quẽ reliquit in terris Ieſus Chriſtus Dominus
noſter, & quantamcunq; habent poteſtatem, quæ ſane perampla eſt, hanc ab eodem illo Vicario
13 totam acceperint. Nec ſine cauſa, patri avoque Tuæ Celſitudinis diſplicebat, ſumi ab
urbe Alexandria Patriarcham. Quippe ſicuti divulſum à corpore membrum, neque motum
neque ſenſum, neque omnino vitam à corpore accipit ſuo: ita Ægyptius Patriarcha, ſive
ille Alexandriæ ſive Memphi degat, cùm ſchiſmaticus ſit, ac disjunctus ab hac ſacroſan-
cta ſede Apoſtolica, & ab Eccleſia totius capite Pontifice ſummo; videlicet vitam gra-
tiæ, & paſtoralem autoritatem, nec ſibi recipit ipſe, nec alteri cuipiam valet legitimam
14 impertire. Eccleſia namque Catholica una tantùm eſt in Orbe terrarum; neque fieri
poteſt, ut alia Romano Pontifici, alia pareat Alexandrino. Uti ſponſus ejus Chriſtus unus
eſt, ſic ſponſa illius unica, de qua Salomon ait in Canticis ex perſona Chriſti Domini noſtri:
Una eſt columba mea. Et Oſeas Propheta: Congregabuntur filii Iſraël, & filii
Juda pariter, & ponent ſibi caput unum. Et in eandem ſententiam multò deinde
poſt S. Iohannes: Fiet inquit, unum ovile, & unus paſtor. Una erat (quemadmodum
in Geneſi legimus) arca Noë; extra quam nulla omnino ſalus. Unum tabernaculum,
quod fabricatus eſt Moyſes. Unum Hieroſolymæ templum à Salomone conditum, quo in
15 templo ſacrificare & adorare oportebat. Una, cujus ſtaretur judicio, Synagoga. Hæc
nimirum omnia Eccleſiam denotabant, quæ Una eſt. Item; extra quam nihil boni. Ete-
nim, qui cum ejus corpore conjunctus non fuerit, nempe nullum à Chriſto capite recipiet
influxum gratiæ vivificantis animam, ac præparantis ad felicitatem æternam. Hujuſce
unitatis declarandæ cauſa, contra quoſdam hæreticos in ſymbolo canitur: Credo unam ſan-
ctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam: damnatuſque à ſacris conciliis error eſt,
privatas Eccleſias, ſeu Alexandrinam, Conſtantinopolitanam aut ſimiles dari; quæ
16 communi omnium capiti ſubjunctæ non ſint Pontifici Romano. Ex quo perpetua ſe-
rie ab Sancto uſque Petro (qui Chriſti Domini juſſu, uti à D. Marcello martyre tradi-
tum eſt; Romanam elegit ſedem, eamque ſuo cruore ſancivit) perducti Romani
Pontifices; Vicarii Chriſti citra controverſiam à tot ac tanta ſanctitate Doctoribus Lati-
nis, Græcis omniumque nationum habiti; ab ſanctis Anachoretis, Epiſcopis & aliis con-
feſſoribus adorati, tot ſignis atque miraculis, tot denique martyrum, qui in hac fide &
17 unione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ vitam profudêre, teſtimonio comprobati ſunt. Meritò
igitur, conſentiente Epiſcoporum omnium voce, qui ad Chalcedonenſem convenerant Sy-
nodum, Papæ Leoni pariter acclamatum, Sanctiſſimus, Apoſtolicus, Univerſalis. Et

L. III. c. 9. in Constantiensi damnata est hæresis negantium, super omnes & singulas omnium terra- 18
Num. C. rum Ecclesias Primatum Romani Pontificis eminere. Ad quas tam disertas fir-
masque Patrum sanctiones atque decreta, concilii quoque Florentini, quod sub Eu-
genio IV. præter alias nationes à Græcis etiam, Armeniis & Jacobitis tanto studio
celebratum est, in hæc verba accessit auctoritas: Definimus, Sanctam Apostolicam
sedem, & Pontificem Romanum, in universum orbem tenere primatum, ac suc-
cessorem esse Petri, & verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiæ caput, &
omnium Christianorum Patrem & Doctorem existere: & ipsi in B. Petro pascen-
di, regendi, gubernandi universalem Ecclesiam, à Domino Jesu Christo pote-
statem plenam esse traditam. Iure igitur Serenissimus Rex David, tuæ Celsitudinis 19
genitor, misso ad obsequium Romano Pontifici deferendum Legato, Sanctam hanc se-
dem omnium matrem ac principem agnovit. Cumque alia multa & præclara ipsius pari-
ter & Celsitudinis Tuæ acta numerentur, tum duo hæc ejusmodi sunt, ut eorum præ-
stantiam nulla unquam obscuratura videatur oblivio: Ac proinde ab omnibus, qui 20
sub isto vivunt imperio, immortales auctori bonorum omnium Deo debentur gratiæ pro
tam singulari in eos beneficio, vestra duorum operâ, industriâ, virtute collato: cum al-
ter omnium primus se in illius potestate, qui Christi vices gerit in terris, perpetuò fore
professus sit: alter item primus dictum ab eodem Christi Vicario Patriarcham, verum
ac legitimum Sacrosanctæ Sedis hujusce Filium in sua regna perduxerit. Etenim si in ma- 21
gni cujusdam beneficii loco habendum est, (ut profectò est) insitos esse corpori mystico
Ecclesiæ Catholicæ, quod à Spiritu S. vivificatur ac regitur, quam (teste Evangelista)
idem spiritus docet omnem veritatem; si eximium est munus, lucem sanæ doctrinæ in-
tueri, & Ecclesiæ fundamentis insistere, quam Apostolus Paulus ad Timotheum scri-
bens, domum Dei, columnam & firmamentum veritatis appellat; cui se promisit
in æternum affore Christus Dominus, Ecce, inquiens: ego vobiscum sum usque ad consu-
mationem seculi, ut legimus apud Matthæum Evangelistam; Est sanè, cur sine fine 22
gratulentur istæ nationes Deo Domino & Conditori nostro, cujus providentiâ, per tuam,
parentisque tui Celsitudinem tanto illos bono dignata est. Præsertim cùm jure speran-
dum sit, ex hac ipsa conciliatione consensuque fore, Christo Domino moderante, ut cum
spiritualibus temporalia quoque incrementa, non sine amplificatione imperii tui & ho-
stium abjectione proveniant.

Sacerdotes qui mittuntur isthuc, omnes quidem, sed præcipuè Patriarcha, coadju- 23
toresque & successores ejus duo, spectatâ admodum virtute sunt, & nostrâ in societa-
te probati per omnia: ac propter illustrem charitatem, & exquisitam rectamque doctri-
nam ad hoc tanti momenti opus adsciti. Neque vero illis animus in id ipsum, aut 24
alacritas deest, haud levi conceptâ fiduciâ, labores suos, ad Christi Domini gloriam, tuæ
Celsitudinis rem, animarum auxilium, pari cum operæ pretio collocandi. Humana quip-
pe salutis amor illos, & Christi Domini aliquâ saltem ex parte imitandi, exstimulat stu-
dium; qui cruciatus ac necem subiit volens ac libens, ut mortales ab æterna calamitate re-
Joh. 10. 11. dimeret, atque sic dicit per Evangelistam: Ego sum pastor bonus: bonus pastor ani-
mam suam dat pro ovibus suis. Hoc exemplo incitati Patriarcha & cæteri parati 25
veniunt, non verbo duntaxat, consilioque & spiritualibus adjumentis; sed ipsa morte si
res ferat, periclitantibus animis opitulari. Tua Celsitudo quo interiorem illos ad
consuetudinem ac familiaritatem admiserit, eò majorem ut spero, capiet in Domino vo-
luptatem. Iam verò, quod pertinet ad fidem ac pondus eorum, quæ ab ipsis vel pu- 26
blicè vel privatim exponentur, non ignorat Celsitudo tua, omnium (quatenus ritè legati
sunt) sed Patriarchæ præcipuè dictis Apostolicæ fidei pondus & auctoritatem inesse: ac perin-
de illis æque ac Ecclesiæ credi oportere; cujus ab ipsis interpretanda sunt verba & sen-
tentia. Et quoniam Christi fideles cunctos Ecclesiæ firmiter assentiri, ejusque decre- 27
tis obtemperare, & si quid existat ambiguum aut obscurum, eandem consulere necesse
est; non dubito quin tua excellens pietas probitasque publico edicto curatura sit in suis
regnis, ut omnes omniũ ordinum homines tum Patriarchæ ipsius, tùm eorum quos ille sibi sub-
stituet; dicta, præcepta, responsa, citra ullam dubitationem sequantur. Constat ex Deute- 28
rono-

ronomio de controversiis omnibus ac nodis od Synagogam Ecclesia praenunciam referri so- L. III. c. 9.
litum: hinc illa quoque Christi Domini verbo: super cathedram Moysis sede- Num. CI.
runt Scribæ & Pharisæi. *Id ipsum in* Proverbiis *docet Sapientia Salomonis, tum ait:* Matt. 23, 2.
Ne dimittas præcepta matris tuæ *(ea est Ecclesia) & alibi:* Ne transgrediaris termi- c. 1, 8.
29 nos, quos posuerunt Patres tui. *Ii sunt ejusdem antistites. Denique tantum Ecclesia* Prov. 22, 28.
sua tribui ac deferri vult Christus Dominus; ut per Sanctum Evangelistam Lucam *aperte* c. 10, 16.
denuntiet: Qui vos audit, me audit, qui vos spernit me spernit: *& per S. Matthaeum:* c. 18, 17.
Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. *Ex quo apparet, ne aures quidem prabendas iis qui alienum quippiam à sensu & interpretatione Catholica Ecclesia attulerint. Sancto quoque* Paulo *in epistola ad* Galatas *id ipsum pramonen-* c. 1, 9.
te, cum ait: Si aliud vobis angelus de cœlo evangelizaverit: præter id quod evan-
30 gelizavimus vobis, anathema sit. *Ad summam, hoc idem Sancti Doctores, conciliorum Canones, fidelium omnium consensus, & consuetudo planè demonstrant. Ac vicissim Patriarcha ac sociis pariter omnibus certum est, fixumque,* tuam Celsitudinem *assiduo cultu, submissione, atque etiam, quoad fas piumque ferat, indulgentiâ prosequi: nos verò quotquot in hisce terris è minima nostra Societate retinemur,* tua Celsitudo *ad omne obsequium in Domino paratissimos habeat.*

31 *Nostris quidem certe precibus & sacrificiis; ut jam instituimus, Deo supplicare pergemus, ut* regiam Celsitudinem tuam, regnumque istud amplissimum *in Sancto Christi famulatu conservet; detque illi ita transire per bona temporalia, ut non amittat aeterna. Ipse idem Deus ac Dominus noster, omnibus ad sanctissimam ipsius voluntatem, & clarè cernendam & ritè exsequendam, perpetuum lumen ac vires pro sua infinita bonitate suppeditet.* Romæ VII. Kalend. Martias, M. D. LV.

N°. CI. De Johanne Bermude, quem Pontifex Patriarcham

1 Alexandriæ, & simul Æthiopiæ creaverat] De relatione *Iohannis Ber-* N. 1. §. 31.
mudis & PP. Societatis judicio de hoc viro in prooemio disseruimus. Historia hujus viri dubiis sat gravibus laborat. Nam ut *Tellezius scribit*: (o) primò in Æthiopiam venit cum *Roderico Limao Lusitanico Legato* Anno 1520. ibique remansit, *Magister*
2 *Johannes* dictus; Imperatori gratus & familiaris. Gliscente igitur Adelensi bello Rex *David* omnibus fere provinciis exutus, rogaverat senem Æthiopiæ Metropolitam *Abbunam Marcum* [Joh. Bermudes id de seipso refert] *ut vivus adhuc illum successorem suum* [scil. Metropolitam Æthiopiæ] *constitueret, idque Marcum fecisse, illumque omnibus sacris ordinibus sacravisse, quod ille acceptaverit hac conditione, ut à summo Pontifice confirmaretur. Itaque se,* Romam *profectum,* à Paulo III. *omni clementiâ & favore receptum fuisse, qui omnia Marci acta confirmaverit atque ratihabuerit.* Hæc Bermudes.

3 Verùm hîc intelligi non potest, quare Rex Æthiopiæ contra morem priscum peregrinum hominē in Metropolitam elegerit? aut quî Abbuna Marcus, qui se Alexandriâ accitum noverat, illum sacris ordinibus initiare, & successorem constituere ausus fuerit? cùm facilè prævidere potuerint, nulla atque irrita apud gentem suam futura ista omnia. Nisi dicere velimus, summam desperationem, in qua res Habessinorum tunc versabantur, hæc illis suasisse, ut auxilium aliquod à Romanæ Religionis Regibus obtinerent.

4 Aliud adhuc dubium hîc suboritur, cùm uno ore scribant PP. Societatis ordines Æthiopiæ nullos esse, adeoque omnes eorum sacerdotes reordinandos fuisse, prout *Tecla-Mariamo*, (de quo alibi) Romæ accidit; Quî Pontifex potuerit ordines schismatici præsulis, ipso jure nullos, confirmare & ratihabere? Tertiò, quare vivente adhuc *Iohanne Bermude XIV.* annis pòst, alius Patriarcha Æthiopiæ, *Iohannes Nonius Barretus* à Pontifice ordinatus, & à Rege Lusitaniæ in Abassiam missus fuerit? cùm ille adhuc in Æthiopia esset, planè quasi hoc ipso indicare voluerit Ponti-

(o) Lib. 2. c. 6. p. 114 b.

L. III. c. 9. Pontifex, primam constitutionem Johannis Bermudis sub & obreptitiam, ac proin-
N. CII. de irritam fuisse. Quæ omnia nos aliis examinanda & dijudicanda relinquimus.

N°. CII. Gonçali Roderici Patris Societatis epistola d. 13. Sept.
1556. scripta] Diximus in Historia nostra, quòd *Iacobus Dias* cum *P. Gonçalo Ro-* 1
driguesio in Æthiopiam præmissus fuerit, ad explorandum *Claudii Regis* animum su-
per receptione Patriarchæ Lusitanici *Nonii Barreti*, qui in Lusitania remanserat usque
in annum sequentem. Illi *7. Febr. 1555.* Goâ solverunt, atque 17. *Maji* in aulam 2
Regis venerunt, dosterodie ad Regis præsentiam admissi sunt. Habito collo-
quio post triduum [h. e. 21 die Maij] ille ad visitandam aviam suam profectus fuit,
ibique per mensem substitit. Interea temporis, nimirum *die XXIII. Iunii Ao.
M. D. LV.* Confessio illa fidei, quam supra (p) exposuimus, in gratiam Lusi-
tanorum conscripta fuit.

Gonçalo [Rodriguez] *Roderici epistola* de actis hujus temporis ad socios in Lusita- 3
niam scripta hîc rursus imprimi meretur; eam habet *Nicolaus Godignus Lib. II. cap.
XVIII. p. 316.* & *B. Tellezius l. 2. c. 23. p. 161.* ex quo Godigni versionem nonnul-
lis in locis supplevimus & emendavimus. Illius tenor sequens est:

Decimo sexto Calendas Junias ad Æthiopiæ Regem pervenimus. Is in ca- 4
stris erat, plurimis undequaque circumdatus papilionibus. De nostro factus certi-
or adventu, præparari jussit hospitium, quò reciperemur. Altero statim die il-
lum adimus. Intra tentorium, nobili stratum tapete & serico peristromate elegan-
ter exornatum, thoro sedebat cortinâ aperto. Eò Jacobus accedens, quas porta-
bat regias literas sedenti porrexit. Jussit ut coram omnibus Lusitanis, qui in ca-
stris erant, alta voce legerentur. Ita factum. In iis præter alia scribebat *Rex* 5
*Iohannes: Anno insequente missurum se ad illum ex domesticis suis unum, & aliquot insu-
per viros religiosos, qui multis animi & naturæ dotibus essent praditi, vitaque & doctrinâ
probatos.* Ut ista Claudius audivit, animo perturbatus, & multum hæsitans, ni-
hil respondit, quod ad rem faceret. Hoc modo ab eo dimissi, ad assignatum redii-
mus hospitium. Biduo vel triduo post ad invisendam aviam suam, quæ octo 6
vel decem propè dierum itinere aberat, profectus est. Nos patente in campo reli-
cti, ne hominem quidem unum habuimus, qui Imperatoris nomine quidquam egen-
tibus offerret. Sed in hac necessitate Lusitani generis homo curam nostri suscepit.
Ille nos ad loca quædam duxit, quorum ipse Dominus erat, tres circiter leucas dissi-
ta, domique suæ exceptos, ac suorum curæ commendatos cum reliquisset, Impera-
torem insecutus est. Mensem verò unum hoc in loco traduximus. Quo tem- 7
pore de Abassinorum erroribus, & Romanæ fidei veritate libellum composui, quem
redeunti Claudio offerrem. Is enim, ut à Lusitano quodam, valdè ipsi accepto, co-
gnovi, apertè dicebat: *Neque indigere se doctrinâ nostrâ, neque in animo habere Ro-
manæ Ecclesiæ obedire.* Vulgò etiam affirmabatur: *Optimates quosdam palàm dixisse,
faciliùs se jugo Saracenorum suppositùros colla, quàm mores proprios cùm nostris commuta-
turos.* Qua etiam ex parte in ea magis firmabar sententia, ut, quæ vellem, à no- 8
bis Imperator agnosceret, ea scripto potius quàm ore traderem. Sic enim fore, ut ex
ejus responsione elicerem, quid in animo haberet, & consilium detegerem tanto no-
bis tempore callidè opertum.

Cum primùm igitur ad hæc loca rediit, ad castra nos contulimus. Ibi à Lu- 9
sitanis militibus fuimus excepti. Imperator enim memoriam nostri penitùs depo-
suerat, nec quo essemus loco, aut quid ageremus, scire amplius curavit. Quo-
niam verò libellum composueram idiomate Lusitano, vertique in *Chaldæum* (q)
oportebat, ab ipso per literas petii: *ut assignari mihi juberet monachos duos peritio-
res, ut possent aliqua fidei nostra dogmata in Chaldaicum sermonem aptè vertere: velle enim
me scripto ostendere, quàm immerito Abassini Romana doctrina sectatores hareticos voca-
rent,*

(p) Lib. 2. c. 0. N. 29. Confer quæ de ingenuitate ejus diximus hôc lib. c. 1. N XII.
(q) Æthiopicam *linguam literalem* intelligit, quæ, nescio quo fato, superiore seculo *Chaldaica* di-
cta fuit. De qua re egimus Lib. I. c. 15. N. CIV.

vent, imò pejores asserant Muhammedanis. Hoc enim ipsos palam dicere & prædicare. L.III. c. 9.
10 Quoniã verò sciebã, esse apud eos librũ, quem Francorum vocant adulterium N. CII.
ab Alexandrinis schismaticis & hæreticis compositum, (suos enim Abbunas Ale-
xandriâ accipiunt, & propterea Turcæ tributum (r) pendunt) in quo Chalcedonen-
se reprobatur Concilium, quasi in eo quatuor personæ in SS. Trinitate assertæ fu-
erint, cum multis aliis erroribus, quos falsò nobis affingunt. Ab Imperatore etiam
petii, *ut juberet illius mihi copiam fieri.* Librum negavit, valdè indignatus quòd nos
jam sciremus quid in illo contineretur; Monachos tamen concessit, qui autem,
cùm vertere opusculum cœpissent, sive quòd ita secretò haberent in mandatis:
sive quòd aliquid timerent: sive quâ aliâ occultâ causâ, manum operi admovere
11 omninò recusabant. Igitur necesse fuit ut Lusitanorum militum Præfectus semel
& iterum ea de re cum *Pretejanne* ageret, cujus tandem jussu effectum, ut à Mona-
chis opus absolueretur. Versionem juvante Lusitano quodam honesto viro &
Chaldaicæ linguæ non mediocriter gnaro. Cum rursus operâ indigerem alicu-
jus qui traducta in mundum transcriberet, & elegantibus characteribus exararet,
is ab eodem Imperatore & petitus & concessus fuit. Mox tamen aliud mandatum
dedit valde severum, *ut Monachum suum sibi statim remitteremus, utque compositum li-
bellum, utcunque scriptum, sibi ex templo mitteremus: vel talibus negotiis prorsus super-*
12 *sederemus.* Quare necessarium fuit, ne Imperator ullam postea excusationem
haberet, libellum, sicuti erat malè exaratus, & lituris infectus, illi ostendere. Ita-
que ad id assignavit nobis diem, qui fuit *Augusti vigesimus.* Ubi dies hic advenit,
cum Lusitanorum præfecto, & septem aliis octóve Lusitanis adfuimus. Salute
Regi dictâ *brevi quodam sermone adventus mei causam incipio exponere.* Ille me inter-
rupit, & aliò sermonem transferens, instar armati cujusdam, ictus omnes quibus
se impeti sentiebat, callide declinavit. Ego libellum meum offero linguâ Chal-
daicâ, quem legere incipiens, tantum paulatim concepit furorem, ut occultatum ani-
mo virus ulterius continere nequiret.

13 *Facultatem*, inquit, *à me petiisti, ut libellum conficeres, in quo fidei tuæ declarares
veritatem, & monachos etiam, qui illum in Chaldaicam Linguam transferrent. Sed aliud
actum à te, neque enim Fidei explicas veritatem, sed errores illis impingis, qui longè absunt
ab erroribus. Præterea, quod tu aggressus es opus, à conditione tua, qui simplex sacerdos es,
alienum est. Nescis ista spectare ad Episcopos & magnos Antistites?* (& ad Papam) (s).
Quid ausus es in alienam messem immittere falcem?

14 Fassus sum *hominem me quidem esse exigui momenti, sed quòd scripserim esse verita-
tem Evangelicam, sacris conciliis firmatam. Par esse, ut* Celsitudo ejus *illis crederet, &
non mihi.*

15 *Multos*, inquit, *nobis errores objicis, quibus nullo modo implicamur.*

16 Respondi: *Quid de tua fide sentiendum sit*, Imperator! *non decerno; tuos cer-
tè Abassinos à vera Religione aberrare dubium mihi non est. Nihil enim illis falsò impo-
no. Si placeret, rem experiri,* inquam, *literatos suos juberet coram se venire, me illis de-
monstraturum, eos erroribus iis, quos in opusculo notaverim, irretitos esse.*

17 Ille ad hæc: *disputationes se nolle, eas cum Ethnicis instituendas esse. Annos jam
transiisse plùs quam mille, ex quo illam profiterentur fidem, si quid in ea inesset à vero ab-
horrens, quam ob causam nemo tot per annos fuerit, qui tales ipsis exprobraret errores, & id
faceret, quod ego modò auderem facere?*

18 Ad hoc ego: *Deum propter peccata hominum sæpe permittere talia fieri. Ageret
propterea & haberet eidem Deo immensas gratias, quòd illius tempore in Æthiopiam mitte-
rentur, qui veritatem Evangelicam docerent.*

19 Tunc ille: *In quatuor*, inquit, *Christi Ecclesia partita sedes est. Nos uni ex his
ab initio subditi fuimus; ab ea nunc separari, fas & jura vetant.*

20 Respondi: *Verum hoc esse, sed omnes antiquitùs obedire Romano Pontifici, qui su-
perior*

(r) Verba hæc *Godignus* non habet. Num *Tellezius* in Protographo hujus epistolæ repererit dubito, crassus enim est error. (s) Hæc verba *Tellezius* habet p. 162. b. in fine; sed ea apud *P. Godignum* non reperio, nec Rex ea dixisse videtur.

L.III.c.9. Num.CII. *perior omnibus esset, ut* Celsitudo ejus *in suo regno. At cum defecerint illa tres à sede Romana, quicunque illis obedirent, esse schismaticos. Aspiceret modo* Celsitudo ejus *opusculum meum, in eo dubiorum omnium, qua proposuerit, solutionem reperturum. Caveret interim, ne incideret in Propheticum illud:* Noluit intelligere, ut bene ageret.

Denique verbis multis ultrò citroque prolatis, Lusitanis præsentibus, & Præfecto interprete, ad extremum addidi: *me eo consilio libellum illum composuisse, ut scirem, velletne erroribus depositis obedientiam Romanæ sedi præstare, & religiosos illos doctosque viros recipere, quos ad ipsum missurus esset Rex Lusitanus; si enim eos admittere nollet, haud ullam esse causam, cur adire Æthiopiam deberent.* 21

Respondit: *suis se in regnis viros habere religiosos ac literatos, non indigere proinde Lusitanis, neque se unquam Romano Pontifici obedientiam præstiturum. Quam enim* Gaspar Magalanius *Regi Lusitaniæ nomine suo detulisset, se non jussisse, sed Monachum quendam Arabem, qui literas suas ad* Regem Lusitaniæ *verterit, erravisse: neque eas recte intellexisse.* Tandem conclusit: *se nemini prorsus in sacris obtemperaturum nisi Alexandrino Patriarchæ, cui semper obedierit.* 22

Quapropter cum pertinaciam atq; obstinationem ejus viderem, acceptâ veniâ, discessi. Ille solus cum Lusitano tum præfecto manens, *me ut virum summè eruditum* laudavit, *valdè miratus, quomodo possem tam juvenis tantâ pollere scientiâ.* Cognovi postea illum libellum meum Chaldaicè versum integrum perlegisse, semperque illum in manibus habuisse, & sæpe matri, sæpe fratribus, aliisque imperii principibus ostendisse. 23

Et quia Abbuna, cum satis intellexisset, quid illo libello contineretur, ejus lectionem gravi anathemate prohibuerat; dictum mihi fuit postridie, missum ad eum nuncium, *qui legendi facultatem nomine Regis postularet.* Cum Abbuna negasset, multa in illum probra congessit, *hæreticum & Mohammedanum* vocans, *qui legeret Alcoranum Mohammedis, & tam sanctum libellum à tam excellentibus Christianis compositum legi vetaret.* Adhæc ei nunciari jussit: *quandoquidem in hasce venisset Abassiæ terras* ut Abbunæ & Antistitis supremi *munere fungeretur, quàm primum responderet ad ea, quæ simplex sacerdos, & nulla præditus dignitate opposuisset.* Negavit Abbuna, *ullam se suscepturum adversum me disputationem; cùm non ad disputandum sed ad conferendos ordines in Abassiam venisset.* 24 25

Interim cum tota in aula de re nullâ magis quàm de hac homines vulgò loquerentur, atque ex aulicis nonnulli nobis: nonnulli adversæ parti faverent, inprimis domestici Reginæ, decrevit Imperator cum suis, *convocare quosdam monachos eruditos, & sanctâ vitâ* (ut illi rebantur) *præditos, ut super hoc negotio religionis consultarent.* Itaque præcepit, *ut libellum meum rursus transcriberent.* 26

Sed timui, ne omitterent aliqua loca, quæ sciebam ab Imperatore ægrè admitti: ex. gr. *quæ de Leone Romano Pontifice, & de Dioscoro Alexandrino Patriarchâ inserueram. Hunc* enim pro *sancto, illum* verò *pro maledicto & excommunicato* habent, tantoque prosequuntur odio, ut nequidem de illo absque horrore loqui sustineant. Etenim *Chalcedonense concilium* reprobant, dicentes, *quod à verâ fide aberraverit, atque injustè S. Dioscorum* (ut illi vocant) *condemnaverit.* Ab hujus ergo concilij tempore, cujus sanctiones decretaque omnia rejiciunt, jam à mille sexaginta & septem annis à Romanæ Ecclesiæ obedientia separati fuerunt. Sequuntur etiam *Sergii Pauli* & *Pyrrhi* hæresin, à sexta synodo Constantinopolitana improbatam: nec non *Eutychetis* sententiam, (*t*) qui *unam tantùm voluntatem & naturam* in Christo docuit & permultos alios errores. Ubi tempus advenit, quô Imperator mihi promiserat responsum, cum illi libellum meum offerrem, misique ad illum qui illud peterent. Ad hoc ille: *Patris*, inquit, *mei Legatus decem in Lusitania annos hæsit, nec potuit tam longo tempore negotium suum conficere, æquum igitur est, ut Lusitaniæ Regis Legatus* 27 28 29

(t) Vide quæ de hac causa diximus supra hoc libro N.88.§.19.& N.94.

30 *gatus reſponſum meum patienter expectet.* Intellexi quo iſta tenderent, & quòd ægre L. III. c. 9.
ferret, me ad noſtros reverti, quibus vites illius manifeſtare poſſem; Ubi tempus Num. CII.
veniſſet proficiſcendi Dobaroam, facultatem petii diſcedendi, ſed juſſit mihi renun-
ciari: *non me decere, ut qui tantus eſſem vir, tantâ abirem celeritate; præſertim cùm illuc
veniſſem de ſummis rebus acturus: neque interim poſſe me fructuoſiùs, quam audiendis il-
lic Luſitanorum confeſſionibus operam impendere: Si tamen omnino diſcedere ſtatuerem,
menſis adhuc unius ſpatium ipſi concederem ad reſpondendum; eo finito, quamvis nihil
reſponderet, datam putarem reſponſionem, &, quo luberet, abirem.*

31 Poſt hæc quarto Nonas Octobris miſit ad me *Imperatoris mater* famulum quen-
dam, qui diceret: *optare ſe mecum loqui, & calicem videre, quem Goâ portaveram. Val-
de enim extolli inter ſuos, ut rem præclaram & dignam viſu.* Accepto nuncio, profe-
ctus illicò ſum cum aliquot Luſitanis, quos ipſa voluit unà mecum ingredi ad ſe
omnes. Paucis præmiſſis, ubi ad Religionis negotium ventum eſt, ita dixit: *Cùm
veſtra noſtraque fides nihil prorſus differant, ſed una atque eadem ſit, quid quæſo oportuit,
hac de re quidquam ſcribere, & quietos animos ſine cauſa ſolicitare?*

32 Ad hoc ſic ego breviter: *Num Abaſſini tui rectam teneant veritatis viam, ex iis
quæ ſcripſi, poteris agnoſcere. Hoc tibi* Auguſta, *veriſſimè affirmo, quamvis errore alio
non teneremini, unus ille,* quòd à Romano Pontifice Chriſti in terris Vicario ſeparati
eſtis, *ſatis vobis ſuperque eſſet ad ſempiternum interitum.*

33 Reſpondit mihi: *ſeque & gentem ſuam non inobedientem eſſe, ipſique* Petro ac
Paulo *Apoſtolis: ipſique inprimis* Chriſtò *in cælo exiſtenti obtemperare.* Negavi *Chri-
ſto ſubjici, qui ejus Vicario ſcilicet* Pontifici Romano *non ſubjiceretur, cum idem Chriſtus
dicat:* Qui vos audit, me audit, qui vos ſpernit, me ſpernit. *Quod ſi verum eſt, quòd ex* Luc. 10. 16.
ore Domini Evangeliſta Iohannes refert: unum fore ovile, & unum paſtorem, *quemnam
crederet eum paſtorem?*

34 Reſpondit: *S. Petrum: Si hic,* inquam, *unus ille paſtor eſt, oportet ut tale munus
iis quoque competat, qui eidem Petro ordine ſuccedunt.* Iterum illa; *Neque ego,* inquit,
*neque mei populares ſancto Petro obedientiam negamus. In eadem nunc ſumus fide, in qua
fuimus ab initio; ea ſi recta non erat, cur per tot ætates ac ſecula nemo repertus eſt, qui nos
errantes commoneret?*

35 Hîc ego: *non potuiſſe* Romanum Pontificem, *qui totius Eccleſiæ Chriſti paſtor eſt,
præteritis retrò annis Doctores in Abaſſiam mittere, eò quòd Mahommedani omnia circum-
darent, nec ullum ad illos aditum relinquerent. Nunc verò apertâ jam maritima ad Æ-
thiopiam viâ, id præſtare quod nequiverit prius. Sciret, Chriſti Rempublicam ubi-
cumque terrarum ſit, unicum eſſe myſticum corpus, quod in cælo habeat* Chriſtum *pro ca-
pite, in terra verò* Chriſti Vicarium, *qui Chriſtianorum omnium caput ſit. Dubita-
ri non poſſe, quin membra capiti debeant ſubjici, atque ab eo dirigi, & gubernari. A
condita Chriſti Eccleſia uſque ad annum* quadringenteſimum octogeſimum octavum
*apud Habeſſinas, & in toto Alexandriæ Patriarchatu rectè rem habuiſſe, exinde cœpiſ-
ſe in interitum ruere. Si aſſequi ſalutem vellent, iterum ſe cum ſuo legitimo capite con-
jungerent, & unum cum eo corpus efficerent: ipſum enim Chriſtum voce ſua aſ-
36 ſeruiſſe,* unum tantùm in Eccleſia eſſe ovile, & unum tantùm paſtorem. *At cor-
pus multa habens capita monſtroſum eſſe, id verò minimè convenire corpori Chriſti, quod
ſit perfectiſſimum.*

37 Tunc illa: *Tantum,* inquit, *opus in concilio quodam perficiendum eſſe, nimirum ut
quatuor Patriarchæ Oecumenici convenirent cum Pontifice Romano, atque de tanta re de-
liberarent, & quid faciendum ſit, autoritate ſua decernerent. Veteres enim mores ac ri-
tus privata conſilio deſerere, novoſque ſuſcipere, rem eſſe periculi atque offenſionis plenam,
quantum enim ſcandalum hoc daturum eſſet populo?* Ego contra: *Veritates Fidei non eſſe
res novas ſed valdè antiquas, neque res Fidei ſcandalum dare poſſe cum reciperentur, ſed
potius iſtud tollere:*

L. III. c. 9. N. CII.

[Hæc partim ex Godigno partim ex Tellezio commodo ſenſu exponere voluimus. At quæ ſequuntur Godignus plane omiſit. Igitur ex Tellezio ſupplenda fuerunt. Pergit ergo Gonçalus Rodericus:]

Porrò dixit mihi: *Vt ad ſcapum arboris ipſum nos conferremus, & ramos intactos ſineremus; tractaremusque negotium hoc cum Patriarcha* Alexandrino *ſecundum conſtitutionem* concilii Nicæni, *ſeque relinqueremus in eo, quo eſſent, ſtatu.* 38

Reſpondi: *ægrotos decere Medicum cum remediis & medicamentis quærere, & non benevalentes: Quandoquidem verò illi malè valerent, ideoque oportere infirmitatis ſuæ remedia quærere, atque à ſummo Pontifice Romano petere, vel potiùs acceptare medicamenta atque medicos, quos ille mitteret.* 39

Reſpondebat: *Se minimè infirmos eſſe, propterea nec talibus medicinis opus habere. Se enim unitos eſſe cum Chriſto in cœlis.* 40

Reſpondi: *non eſſe unitos cum Chriſto in cœlis, qui non uniti ſint charitate, obedientia, & fide cum illius Vicario in terra.* 41

Interrogabat me: *Quo pacto id fieri oporteret?* 42

Reſpondi: *Vt ſcriberet Regina cum filio ſuo ad Patriarcham Alexandrinum, num vellet obedire ſummo Pontifici Romano? prout illi olim obedıverit: & perſiſtere cum eo in eadem fide, qua unitus fuerit cum illo usque ad annum Chriſti 488. Id ſi nollet facere miſſum facerent eum tanquam hæreticum., & ſic acceptarent Patriarcham atque doctrinam quam Pontifex Romanus illis miſſurus eſſet.*

Ad ea dixit mihi: *Ne plus loqueremur de hac re, id enim ſibi prohibitum eſſe ob excommunicationem ſui Patriarchæ.* 43

Reſpondi: *Talem excommunicationem injuſtam eſſe, neque ligare. Excommunicationem Romani Pontificis potius metueret, qui feria quintâ hebdomadis ſanctæ ſingulis annis* excommunicaret *maledictione Dei & S. Petri & S. Pauli*, omnes eos, qui ſeparati eſſent à ſua obedientia. *Vt bene ſibi caveret Regina, ne* S. Petrus *illi clauderet portas cœli, cujus claves in ſua manu haberet, propter inobedientiam erga ſe.* Atque ſic illi valedixi. 44

[Pergit jam rurſus Godignus:]

Paucos poſt dies caſtra movit Imperator, ad locum bidui itinere diſtantem. Secuti ſumus eundem. Sabbatum cum Dominica feriantes in campo quodam ubi tres ad me monachi venere, ex iis unus literatus habebatur, mei videndi & alloquendi deſiderio, ut de religione mecum ageret; *In ipſo* ſermonis exordio faſſus eſt: *Omnia noſtra ſibi mirificè placere, probare tamen non poſſe quòd neque ſabbatum ſervaremus, neque à porcina carne & leporina abſtineremus.* Cùmque ad hæc adderet alia, magnam evomuit errorum copiam. 45

Aſſeruit enim: *Iuſtorum hominum ex hac vita decedentium animas, etſi nihil purgandum habeant, beata Dei viſione non ſtatim frui, ſed in terreſtrem abire paradiſum, Mundi finem exſpectaturas* (u): 46

Spiritum Sanctum à ſolo Patre, non à Filio *procedere* (x):

Filium etiam quoad humanitatem *æqualem eſſe Patri.*

Mohammedanos *tantùm* & Ethnicos *poſt mortem in inferno æternùm manſuros.*

Animas vero improborum Chriſtianorum ibi non diutius ſubſtituras, quàm donec omnia peccata ſua purgaverint.

Et quod tandem omnes baptizati ſalvi fierent (y). Id quod probari putabat verbis Chriſti Domini noſtri, *qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit.* Verùm hos ego errores tum argumentis, tum S. Scripturæ teſtimoniis ita redargui, ut, propius accedens, in aurem mihi dixerit, *factum ſibi ſatis: ne ſocii idiotæ hoc audirent: eſſe vera, quæ dixiſſem, ſeque in corde ſuo ſervaturum.* 47

Venit poſtea tempus, quod Imperator ad parandam reſponſionem petierat. Igitur eum adii, ſimulque facultatem abeundi petii. *Felix id ſibi ſit*, inquit, *& quod attinet* 48

(u) De qua causâ egimus ſupra N. XL. & XLI. hujus libri. (x) Vide ſupra N. 39. (y) Iſti particulares hujus Monachi fuerunt errores, de quibus nihil in probatis Æthiopum libris reperi.

attinet ad religiosos, quos Johannes Rex *tuus ad me missurus est*, *cum* Matzuam *pervenerint, præsto ibi erit, qui venientes excipiat, & ad me conducat*, *illos enim auditurus sum.* L. III. c. 9. N. CII.

49 Tum ab eo discessi, & in itinere aliqua invisi Lusitanorum loca, quorum excepi confessiones. Quosdam etiam à concubinatu ad legitima traduxi conjugia, mulieribus primùm, quæ genere & sectâ Abassinæ erant, Romana doctrinâ instructis, inter quas una erat Regi genere valde propinqua.

50 Quoniam hujus regionis fana Schismaticorum sacris dicata sunt, neque aras habent nostris usibus accommodatas, altare nobiscum portabamus ad rem divinam faciendam. Cùm in uno essem ex his oppidis, quidam illuc me salutatum venit. Missus hic erat ab insigni quodam Archimandritâ, qui ad sex circiter milliaria duobus magnis præerat cœnobiis, quorum in uno monachi, in alteró moniales moraban-

51 tur. Illi *Belibanos* seu *Plurimanos* (z) nomen, per ea loca satis celebre. Ab eo enim exit quidquid est in tota Abassia credendum. Quoniam ibi putatur esse *Regula fidei*, & ob hanc causam Cœnobiarcha ipse summo apud omnes in honore est. Congruum judicavi, hæc invisere cœnobia. Profectus ad ea sum simul cum Lusi-

52 tanis itineris sociis. Aberat *Archimandrita*. Cœnobia breviter lustravi. Tam ipsa quàm monachi longe à nostris differunt. Suam quisque habet ædiculam ab aliis sejunctam. Suam habet agri partem quam sibi colit. Sic omnes & habitatione & occupatione divisi sunt, ut non cœnobium unum, sed pagum exiguum te videre credas, tuguriis stramineis constantem. Quanquam verò ex parte una *Monachi*, ex alia habitent *Moniales*, non adeò tamen separati sunt, quin *multi inter eos*

53 *filii dicantur gigni*. Horum familia nec *Franciscana* est, nec *Dominicana*. *Teclaaymanos* (a) vocatur. Hoc *institutoris* nomen fuit, quod apud eam gentem *Fidei columnam* sonat. Magnam hic habet inter Abassinos sanctitatis opinionem. Multa dicitur patrasse miracula. Illud præ cæteris celebratur, quòd occiderit serpentem ab *Ethnicis habitum pro Deo: atque ipsos deinde Ethnicos ad Christi primùm fidem, ad hanc deinde vivendi formam multos eorum converterit.* Hæc omnia in suis literis Gonçalus,

54 Ista habet Nicolaus Godignus; sed nos partim ex Tellezio, partim ex Additionibus ad relationem Patrum Soc. de Æthiopia, (b) supplevimus. Nam epistola hæc, prout in his *Additionibus Lusitanicè extat*, pro authentica, ex protographo descripta, habenda est.

N°. CIII. Epistola Andreæ Oviedi Episcopi Lusitanici ad Clau-

1 dium Regem Æthiopiæ] Hæc quoque digna nobis visa fuit, ut tota insereretur. Audiverat Episcopus Regem de causa sacrorum cum matre, aliisque propinquis à religione Romana alienissimis, sermones sociare; eam ob rem commonefecit eum, ne hoc faceret; exemplo Salvatoris nostri, *qui ne quidem cum sanctissima matre*, *Maria virgine*, *de rebus divinis consultaverit*, *cum sine illius præscitu in templo ma-*

2 *neret*. Appositè etiam afferre potuisset exemplum *de nuptiis Canæ in Galilæa habitis*, ubi Christus in causâ divinæ suæ omnipotentiæ miraculo demonstrandæ, matri suæ respondit: *Quid mihi & tibi est mulier.* Adeò ut *ne matris quidem nomine* eam dignaretur. tantum abest, ut consilium, de rebus ad officium suum spectantibus, cum Luc. 2. Joh. 2.

3 illa habere voluerit. Desumta & versa est sequens epistola *ex Tellezio Lib. II. c. 27.*

Celsissime & Potentissime Imperator. (c) *Qui in muneribus & officiis publicis constituti sunt, dupliciter loqui possunt*: Primò *de rebus suis privatis*: secundò *de rebus ad officium suum spectantibus*. *In suis quidem privatis negotiis humiles, & in rebus adversis patientes esse decet, sicuti Dominus noster in vita & morte sua: in iis verò quæ muneris & officii eorum sunt, veritas, nullo personarum respectu habito, liberè profitenda est: sicuti*

Ppp 2 Chri-

(z) Sic nomen præcipui in Æthiopia monasterii ደብረ፡ ሊባኖስ፡ *Dabra Libanos* corrumpitur, Ibi summus monachorum antistes *Itegue* degit, de quo in Hist. Æ. 3. 3. 26. in Comment. hoc libro N. 25. & in Annotat. ad Calendar. N. 34. (a) ተክለ፡ ሃይማኖት፡ non *columnam* sed *plantam Fidei* significat. Cum igitur tam trita & vulgaria malè exponantur; quid de aliis expectandum? De hoc Sancto egimus in Hist. nostra 3, 3, 15. & Annotat. ad Calendar. N. LI. (b) reperitur *in fin. lit. ann.* 1607. & 1608. (c) Hisp. *Muy alto y poderoso Emperador* idque est Æthiopicum ንጉሥ፡ ልዑል፡ ወኃያል፡ ንጉሠ፡ ነገሥት፡፡ *Serenissimi titulum ignorans*.

L.III. c. 9. Christus *pro honore patris sui, qui eum miserat, respondit.* *Impræsentiarum quæ ad* 4
N. CIII. Celsitudinem tuam *de munere meo loqui paro, veritatem de eo quod intelligo, dicturus*
sum. *Licet autem* Celsitudini tuæ *per literas & informationes alias adventus noster sa-*
tis cognitus sit. Videlicet *quòd ego* Româ *veniam, missus* à Summo Pontifice, *ut*
Coadjutor Patriarchæ, qui in India subsistit, cujus vices & autoritatem nunc gero: præter
eam, quam Sanctitas ejus *adjuvandum eum mihi ipsi impertivit, prout* Celsitudo tua
ex Bulla, quam penes me habeo, videre poterit. *Attamen visum mihi fuit, rati-* 5
onem adventus mei, sponte Summi Pontificis *facti, nunc exponere, declarando intentio-*
nem, quæ eum permovit, ad Patriarcham*, duos* Episcopos *coadjutores, & reliquos*
è Societate Jesu *eruditos, ac probatæ vitæ religiosos, mittendum.* *Quando Sancti-* 6
tas ejus Patriarcham vel Legatum *in regna quædam mittit, non terras nec ditiones ex il-*
lis desiderat, neque etiam tales dignitates vendere potest, ne Simoniam committat; sed tan-
c. 21. 16. *tùm salutem animarum quærit.* *Sicut Christus per S. Iohannem jussit:* Pasce oves meas.
Istud autem nunc factum est, cùm pro cultu Dei Domini nostri: & pro bono spirituali ho- 7
rum regnorum, Summus Pontifex *hocce beneficium sine alio respectu temporali in* Cel-
situdinem tuam *contulit, præter amorem, quem cum multis Regibus & Principibus Chri-*
stianis illarum partium, Celsitudinem tuam tuumque imperium *magni æstimantibus*
eique faventibus, erga te gerit; etiã ad id impulsus famâ, quòd audiverit idem desiderari
in hoc regno: & cuncta ad id disposita & parata esse. *Itaque probè consideret* Celsitudo 8
tua, *quòd rationes hîc allatæ magni ponderis sint, & inter Principum personas minimè*
negligendæ. *Nam primò* Rex, Pater vester *epistolam (cujus versionem Romæ vidi)*
ad Papam *exaravit, (d) in qua* Papam Romanum *pro* Vicario Christi *agnovit, eru-*
ditosque ab eo petiit. *Præterea* Rex Lusitaniæ, *Princeps indubitatæ veritatis, di-* 9
xit: (sicut ego ex ore ejus intellexi) quod Celsitudo tua ad se scripserit, Patrem tuum ti-
bi in mandatis dedisse, ne Abbunam vel Patriarcham aliunde, quàm Româ accer-
seres (e). *Et præter hoc, ibi vulgatum & in his regnis notorium est, quod* Celsitudo tua 10
publicè sedi Romanæ obedientiam pollicita sit.

[Quam mirabiliter agitatum fuerit hoc negotium, ex relatione *Johannis Bermudis*, ad Regem Lusitaniæ *Sebastianum* Ulyssipone An. 1565. impressâ constat. In primo statim alloquio, cum *Claudium* hortaretur, ut patris sui exemplo agnosceret Papam pro Christi *Vicario Ecclesiæ universalis*, &c. Ille animosè respondit: *Tu non es noster Pater neque Antistes, sed Francorum Patriarcha: & Arianus quatuor Deos credens; propterea te non amplius appellabo patrem.* Hinc ad rixam ventum, quæ à Regina matre multo prudentiore composita fuit. Calamitosissima erant tunc tempora, & *Claudius* octodecim annorum juvenis. Igitur cùm abitum minaretur *Bermudes* cum suis Lusitanis, Claudius, matris lachrymis inductus, rogavit Bermudem, (sicut quidem ipse scribit) *ut sibi ignosceret; de cætero, obedientiam à Patre suo Pontifici Romano præstitam sufficientem esse* dixit. *Non sufficientem esse,* respondit Bermudes, *illum ipsum oportere eam profiteri, id enim in Europa moris esse, ut Rege defuncto successor per Legatos suos obedientiam summo Pontifici, ceu Christi per universum orbem Vicario polliceatur. Igitur necesse esse, ut id publicè fieret.* Annuisse tandem Claudium, idque solenni pompâ & tubarum cantu publicavisse. Illum verò exceptiones suas contra talem actum planè crudum & immaturum posteà habuisse, quilibet prudens lector ex sequentibus facilè colligere poterit.]

Et quanquam hoc tempore belli factum fuerit, Dn. Johannes Bermudes *tamen per*
tres annos post victoriam [ab Adelensibus reportatam] *in Patriarchatu perseveravit, ac-*
ceptis à Celsitudine tua *prædiis ad hanc dignitatem pertinentibus.* *Quamobrem licet* 11
Summus Pontifex *aliquid* à Celsitudine tua *de his rebus peteret, habito respectu ad bo-*
nam intentionem, & multas occupationes, quibus ad missionem hanc, cum tanto labore &
periculo nostro conjunctam inductus est, id ei negandum non esset: quantò magis, cùm ni-
hil de

(d) Habetur inter epistolas à Damiano Goësio editas, & Anno 1524. scriptas, & quidem in secunda ejusdem anni: in qua hæc verba reperiuntur: *Nam procul dubio Sanctitas vestra Dei est Vicarius.* At idem asserunt Æthiopes de suo Patriarcha Alexandrino. (e) Ista cùm *Claudio Regi* a Gonçalo Roderico objicerentur, respondit: *Arabicum Monachum literas suas malè vertisse nec mentem suam intellexisse*: ut supra habes, N. 102. §. 22.

hil de tuis bonis concupiscat, sed sine ulla utilitate sua maximas facultates & gratias spiri- L. III. c. 9.
tuales in regna tua transmittat, quantas quis in toto Christianorum orbe hodiè habere possit: N. CIII.
& in bullis suis, quas dedit, Celsitudinem tuam, filium suum valde dilectum, & Impera-
torem illustrem Æthiopiæ vocat.
12 Iam itaque Celsitudo tua responsum, quod Sumi Pontificis nomine postulo, mihi imper-
tiatur, quò ea quæ mihi facienda sunt, decernere possim. Et si forsan Celsitudo tua in rebus fi-
dei dubitet, eruditos regni sui convocet, & ego nomine Domini nostri ad dubia respondebo.
Cùm enim fides Christi una sola sit, sicut dicit Paulus. Unus Deus, una fides, unum Bapti- Ephes. 4.
sma, ideò minimè decet, ut inter Christianos dissensus de ea reperiatur; sed potiùs ut om
nes de rebus fidei unum idemque inter se sentiant, neque quicquam admittatur contra
13 Evangelium Christi. Et si in aliquo errare videamur, si id nobis demonstretur secun-
dum veritatem Evangelicam, & concilia Ecclesiæ universalia, parati sumus veritatem
sequi: Si verò nos non errare perspexerint, veritatem religionis nobiscum conformiter illos
amplecti oportet, sicut Paulus scribit: Ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis 1. Cor. 1. 10.
schismata; neque imitari ritus veterum, si veritati contrarii fuerint.
14 Cùm Christus Dominus noster doctrinam veritatis suæ prædicaret, Gentiles &
Pagani conversi non aversabantur eam, sub prætextu, quòd contraria esset legibus majo-
rum suorum. Hac enim ratione Christum nunquam accepturi fuissent, id verò in exiti-
15 um eorum cessisset. Porro ob timorem vel pudorem mundanum veritas cognita nun
quam deserenda est, quoniam per Evangelistam Lucam Christus dicit: Qui me erubue- c. 9. 26.
rit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet cùm venerit in majestate sua.
Et David: Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra sicut in ex- Ps. 94. 8.
acerbatione, secundum diem tentationis in deserto, in quibus me tentaverunt Patres
vestri, quibus juravi in ira mea: si introibunt in regnum meum.
16 Consideret itaque Celsitudo tua, quantum referat in re tanti momenti consilium
bonum capere; & quòd à Celsitudine tua omnes populi tui dependeant, quarum anima-
rum Dominus noster rationem exiget; & quantũ detrimenti mala consilia secum ferre sole-
17 ant, cujusmodi exemplum nobis præbet Roboam 3. Reg. 12. Quare dixit Iacob ad Simeo- Gen. 49. 5.
nem & Iudam: [corrige Levi] vasa iniquitatis bellantia in consilium eorum non ve-
niat anima mea. Et David in Psalmo: Super populum tuum malignaverunt consi- 82. 4.
lium. Et Esaias dicit: Sapientes consiliarii Pharaonis dederunt consilium insipiens. c. 19.
Unde Salomo cap. 6. Eccles. suadet: Multi pacifici sint tibi; Consiliarius sit tibi unus
18 ex millibus. Et David: Beatus vir qui non abiit in consilia impiorum. Parentes & Ps. 1.
amici in rebus spiritualibus boni Consiliarii non solent esse, sicut dixit Christus Dominus no-
ster ad Petrum: Caro & sanguis non revelavit tibi. Et Propheta Mich. 7. 6. dicit: Inimici Matth. 16. 17.
hominis domestici ejus. Et Christus: Nolite arbitrari quia venerim pacem mittere, in Matth. 10. 34.
terram, non veni pacem mittere, sed gladium; veni enim separare hominem adversus
patrem suum, & filiam adversus matrem suam, & nurum adversus socerum suam, & ini-
mici hominis domestici ejus. Et apud Lucam: Putatis quòd pacẽ veni dare in terram? c. 12. 51
Non dico vobis, sed separationem; erunt enim ex hoc quinque in domo una divisi:
tres in duos, & duo in tres dividentur: Pater in filium, & filius in patrem suum: ma-
ter in filiam & filia in matrem: socrus in nurum suam, & nurus in socrum suam.
19 Et c. 14. 26. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, &
filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse disci-
pulus; Unde intelligi potest, quantum parentes & amici rebus spiritualibus adversari sole-
ant, quoniam Christus dicit: Inimicos hominis esse domesticos ejus: & se venisse ut
unum ab altero separet: & qui non oderit patrem & matrem suam in talibus casibus,
20 non posse discipulum suum esse. Et hoc, quod ita docuit, etiam ante exemplo declaravit,
dum inconsultâ matre (à qua tamen certissimè malum consilium non expectandum erat)
in templo disputans remansit, benè sciens matrem suam, tribus illis diebus, quibus eum
quærebat, magno dolore affectam. Postquam autem eum invenit, solicitudinemque su-
am exposuit, respondit: Quid est quod me quærebatis? nesciebatis, quia in his quæ Pa-
tris mei sunt, oportet me esse. Hoc exemplo nobis declarans, quod in causa Dei obli-

 gati

L. III. c. 9. *gati non ſimus cum amicis noſtris propinquis vel parentibus conſultare, multò minùs quando*
N. CIII. *bonum noſtrum impediunt, tum enim eos odiſſe nos jubet.*

Dominus noſter in omnibus probum & verum conſilium Celſitudſni tuæ *inſpires,* 22
gratiamque præſtet, ut ſemper voluntatem ſuam ſanctiſſimam faciat, & tandem ſanctâ illius gloriâ fruatur. Amen. Die XXII. Iunii 1557.

Secuta pòſt hæc ſunt colloquia & disputationes ſuper articulis Fidei cum Ec-
3.9.47. cleſia Romana controverſis, ut in hiſtoria noſtra docuimus. Quibus cùm Epiſco-
pus nihil efficeret, ad vim Eccleſiaſticam converſus, cenſuram (ut *Tellezius* loquitur) 23
contra Æthiopes fulminavit, ſimul Luſitanos ſuos ab erroribus illorum dehortatus eſt; ut ſequitur:

Andreas de Oviedo, Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus 24
Hierapolenſis, ac Coadjutor Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini JOANNIS NONII BARRETI Patriarchæ Æthiopiæ.

Sicuti Reipubl. intereſt, bona facta imitationis causâ publicare & laudare: ita & mala vulgare & deteſtari prodeſt, ut evitentur. Igitur cùm hucusque in Æthiopia res Religionis Romanæ & ore & ſcripto profeſſi fuerimus, ita ut in omnium, vel ſaltem plurimorum, qui id modo voluerint, notitiam pervenerint, ad hoc tempus tamen noſtram doctrinam, ſive Religionem Romanam ſuſcipere noluerunt, quin potius anno præterito in regno Ogge (f) *interdictum promulgarunt:* ne quis in Eccleſiam noſtram intraret, ſub pœna mortis. *Et ſic in majorum ſuorum moribus perſeverant: & quidem, ut nobis videtur, non errant per ignorantiam: & multa improbanda contra verum Domini Dei noſtri cultum obſervant. Idcircò* decernimus, & in vim ſententiæ declaramus.

Quòd gens Æthiopum in genere, tam ſummi quàm infimi, eruditi & plebeji 25
obedientiam S. Eccleſiæ Romanæ denegent; cùm tamen eam uti omnes reliqui Chriſtiani ei debeant; quandoquidem Eccleſia Romana caput eſt omnium Eccleſiarum, & Pontifex Romanus Papa, Paſtor & ſuperior omnium Chriſtianorum:

Et quòd multoties & multis de cauſis baptiſmum iterent, (g) quod veritati fidei 26
adverſatur.

Item quòd publicè Sabbata Judæorum celebrent, ſecus ac primitùs in Æthiopia obſervatum fuit: (h)

Et quod ſe circumcidant, ut & ſervos, aliosque quos Chriſtianos faciunt. (i)

Adhæc multi deteſtentur & peccatum reputent, edere carnem ſuillam, lepori- 27
nam & alias res, quod tamen lege tantùm Moſaicâ, morte Chriſti ſublatâ obtinebat. (k)

Dein contra rationem & mandatum Chriſti Evangelium pro lubitu, coram judicibus ſecularibus matrimonia dirimunt. (l)

Et pro peccato habent, ſi mariti cum uxoribus concumbentes poſtridie tem- 28
pla ingrediantur (m); cum tamen hoc neque à Chriſto neque ab Eccleſia ullibi ſit prohibitum.

Porro multi literati pertinaciter defendunt, *unam tantum naturam & unam operationem* in Chriſto dari, (n) humanitatemque divinitati ejus æqualē eſſe, quod tamen eſt contra Fidem & Evangelium & concilia, quæ ſtatuunt, *quòd Chriſtus in una ſola perſona habeat duas naturas, duas operationes & duas voluntates, ac quòd Chriſtus ſecundum divinam naturam patri æqualis: ſecundum humanam verò illi inferior ſit.*

Et quòd communiter Dioſcorum Eutychetis hæretici defenſorem venerentur, 29
cùm

(f) Hoc regnum habes ſupra Comm. Lib. 1. N. 29. §. 7. (g) De hoc more latè egimus in Hiſt. noſtra 3. 6. 43. in Comment. hoc lib. N. LIV. & in Annotat. ad Calend. d. 11. Januar. N. VII. (h) In hoc fallitur bonus Epiſcopus antiquitatis Eccleſiaſticæ ignorantiâ, prout demonſtravimus in Hiſtor. noſtra in Comment. hoc lib. N. IX. & X. (i) Vide Hiſt. noſtram d. lib. & cap. §. 19. & Comment. N. III. (k) d. loc. §. 42. (l) Vide quæ diximus ſupra in Comm. N. 72. §. 2. (m) De hoc more mihi alibi nihil lectum. (n) De hac cauſa ad nauſeam actum in antecedentibus. hoc lib. N. 88. §. 39. & N. 94.

cùm tamen uterque ab Ecclesia sit damnatus, ac ob id Dioscorus inter Sanctos (o) minime sit referendus. L.III.c.10. N. CIV. & CV.

30 Et denique alias res contra fidem Romanam observant, quod tamen minimè facere deberent, siquidem una solùm fides est, Fides autem Romanæ Ec-
31 clesiæ ob promissum Christi non potest errare. *Quam ob rem filios nostros spirituales hortamur & monemus, ut ab his & aliis Æthiopum erroribus sibi caveant, neque incidant in illos : Æthiopes verò ipso judicio Ecclesiæ ejusque Superiorum submittimus,* ut eos vel in personis vel in bonis clam vel palam puniant: *vel etiam misericordiã exerceant, prout illis commodissimum visum fuerit : vel in totum vel pro parte, maximè factâ emendatione, quam Deus pro misericordia sua eis largiri velit. Actum in Docomo Æthiopiæ d. II. Febr. Ao. 1559.*

Andreas, Episcopus Hierapolensis.
Gonçalus Cardozus, *Notarius Apostolicus.*
Publicata eodem die in nostra Ecclesia Docomensi.

(o) Scil. d. VII. Septemb. ut ibi notavimus.

COMMENTARIUS

Ad Lib. III. Cap. X.

N°. CIV. De Johanne Gabriele Tribuno militum Lusitano] Hujus viri relationibus Lusitani Patres, qui ante Tellezium scripserunt, ferè unicè nituntur, de quo cum in Prolegomenis n. 1. §. 64. satis egerimus, prolixiores hîc esse nolumus.

N°. CV. Sequuntur epistolæ Regum Æthiopiæ ad Pontifices Romanos, & Reges Hispaniæ ac Lusitaniæ] Ex epistolis, quas Reges Æthiopiæ in Europam miserunt, cùm casè Lusitanorum Archivis diu frustra expectavissem, una tandem, amici (p) industriâ, in Bibliotheca *Palatii Hispanici Escurialis* reperta, mihique missa fuit; quæ cùm prima regia Æthiopica sit mihi visa, eam eruditorum nostrorum conspectui hic proponam.

2 መጽሐፈ፡መልእክት፡እምኀበ፡ንጉ
ሡ፡ መለክ፡ሰገድ። ትብጻሕ፡ ኀበ፡
ንጉሠ፡ነገሥት፡ ፊልጶስ ።
እግዚእነ፡ ኢየሱስ፡ክርስቶስ፡ዘነ
ሠተ፡ አረፋተ፡ማእከለ፡ ዘጽልእ፡
በመስቀሉ፡ ወሰሐበ፡መንግለ፡መንግ
ሥቱ፡ ኵሎ፡ አማንያነ፡ እስከ፡ ይኩኑ፡
ውሉደ፡ መንግሥት፡በአሚን፡ዘሀሉ
ት፡ ውስተ፡ አልባቢ፡ እለ፡ ያአምር
ዎ፡ ለዘአምረ፡ኵሎ፡ዘመልዕልት፡
ወዘመትሕት። ዘኮነ፡ወዘይከውን።
3 ያስተጋብእ፡ሰላመ፡ ኀበ፡መካነ፡ ወ
ማኅደረ፡ ዘንጉሠ፡ነገሥት፡ ፊልጶስ፡
ወይወስክ፡ ፍቅረ፡ መንገለ ፡ ፍቅር፡
በግብር፡ ዘለኵሉ፡ ለዐለ፡ጠባይዕ፡

Libellus epistolaris à Rege Malac-Saghedo (q). *Perveniat ad* Regem Regum (r) Philippum (s).

Dominus noster IesusChristus, qui destruxit parietem medium inimicitiæ per crucẽ suam: Eph.2.14. & traxit ad regnum suum omnes credentes, ut fierent Filii Regni per Fidem, quæ existit in cordibus eorum, qui noverunt eum, qui novit omnia tam superna quàm inferna: quidquid est & quidquid futurum est,

[Ille] congerat omnem prosperitatem super regiam sedem & habitationem *Imperatoris Philippi*: & addat amorem ad amorem, opere quasi insculpto in naturam

(p) Is est solertissimus Joan Gabr. Spartwenfeld/ cujus in fine Proœmii pag. 48. cum laude meminimus. (q) Hic elucet verè nos dixisse, titulum vulgatum regum Habessinorum ab Europæis confictum fuisse uti notavimus in Hist. nostra Lib II. c. 1. §. 50. in Comm. N. X. (r) Hoc titulo gaudent Reges Æthiopiæ, quamvis eo Malac-Saghedos hoc loco pèr modestiam non fuerit usus. Æquum ergo est, ut eundem & aliis Regibus tribuant, ut diximus sup. Lib. II. N. XII. (s) Philippus II. Hispaniæ & tunc temporis etiam Lusitaniæ Rex, hic intelligitur.

L. III. c. 10. N. CV.

ሰእምርታዊ፡ ዘውእቱ፡ ልቡና፡ እስትጋብእ፡ እምዝርወት፡ ወእምተክፍሎ፡ ኀበ፡ መካነ፡ ህላዌ፡ ዘህልው፡ ወርኩብ፡ አንጻረ፡ መስቀሉ፡ ለእግዚእ፡ ክርስቶስ፡ መሰረተ፡ ጽድቅነ፡ ወአረርነ፡ ተስፋነ፤ ሎቱ፡ ሰጊድ፡ ወዝኀይ፡ እምነ፡ ፍጡራን፡ ለፈጣሪ፡ ክቡር፡ መልዓል፡ አምሕሊና፡ እጓለ፡እመሕያው፡፡ ዝንቱ፡ ሰላም፡ ይብዛኅ፡ ወይፈድፋድ፡ ወይትወሰክ፡ ቡላዕለ፡ ፍቁር፡ ወምእመን፡ ዘዝኩር፡ በርእሱ፡ ዛቲ፡ ክታብ፡፡

ንሕነ፡ ፈነውነ፡ ለከ፡ ስጣዌ፡ መልእክት፡ እመ፡ ሠምረ፡ እግዚአብሔር፡ ለአብጽሖቱ፤ እስመ፡ አምኀቤሁ፡ ክሂል፡ ወእምኔሁ፡ ፈጽሞ፡ ምግባራት፡ ዘኵሉ፡ ጣእምራነ፡ አልባብ፤ እስመ፡ በጽሐ፡ ኀቤነ፡ መልእክትከ፡ ዘቦቱ፡ ትእምርተ፡ ፃገር፡ ዘፍቅር፡ ክርስቶሳዊ፡ በእደሁ፡ ለሉዊስ፡ ድመንደሳ፤ ወአብጽሓ፡ ኀቤነ፡ ወተቀበልናሃ፡ በትፍሥሕት፡ ገጽ፡ ወበብሩህ፡ ሕሊና፤ ወዝንቱሰ፡ ዘአምጽአ፡ ክታበ፡ ዘስሙ፡ ዮሐንስ፡ መጥምቅ፡ ኢበጽሐ፡ ኀቤነ፤ ወሰማዕነ፡ ዚኣሁ፡ ከመ፡ ሞተ፡ በፍኖት፡ ወኀዘነ፡ በእንቲአሁ፡፡

ወዓዲ፡ ሀሎ፡ ምስሌነ፡ በፍቅር፡ ቢዘሬይ፡ (u) ዶን፡ ዱአርቴ፡ ድምኔዝስ፤ እስመ፡ ውእቱ፡ ሀሎ፡ መሠምረ፡ ለፈቃድከ፤ ወነበረ፡ ለገቢረ፡ አሠምርትነ፡ ውእቱ፡፡ ወእመንገለ፡ ዝሰ፡ ጸዋትወ፡ ነገራት፡ ድኅረ፡ በጽሐ፡ ኀቤነ፡ መልእክትከ፡ ዘእስትጋብአ፡ ውስቴቱ፡ ሰላም፡ ወፍቅር፤ ወመልእክተ፡ ዚኣሁ፡ ዘየንዱር፡ ታሕተ፡ ሥልጣንከ፡ አግባእነ፡ ሎቱ፡ ሠጣዌ፡ መልእክት፡ ዘይብል፤

ናኅሥሥ፡ ወንጸሀቅ፡ ፈድፋደ፡ ትፈኑ፡ ለነ፡ ጠቢባነ፡ እለ፡ ያአምሩ፡ ገቢረ ሬስ፡ ቍርዐ፡ ወሰራሐ፡ ነፍጥ፡ ወዘይመስሉ፡ ለንዋየ፡ ጸብእ፡፡ እመሰ፡ በጽሐ፡ ዝንቱ፡ መልእክት፡ ኀቤከ፡ በፈቃደ፡ እግዚአብሔር፡ ክቡር፡ ወልዑል፤ አንተኒ፡ ሠመር፡ ቦቱ፡ ለመልእክትነ፡ ከመ፡ ውእቱ፡ ይገብር፡ ትእዛዘነ፡ ዘንሕነ፡ ንፈቅድ፡፡ ወፈድፋደ፡ አገብርናሁ፡ በፍቅር፡ አምላካዊ፡ ወበተሰናእወ፡ ዘመንፈስ፡ ቅዱስ፡ ፈጻሜ፡ መፍቅዶት፡፡

ram intellectualem, quæ est prudentia collecta ex dispersione & divisione ad locum consistentiæ, quæ existit & reperitur in conspectu crucis *Domini Christi*, [qui est] fundamentum justitiæ nostræ, & arrabo spei nostræ. (t) Ei [debetur] adoratio & humillima submissio à creaturis creatori glorioso, & eminenti supra omnem cogitationem humanam. Salus & prosperitas ista multiplicetur, & augeatur, & incrementum capiat super dilecto & fideli, cujus mentio facta in capite hujus epistolæ.

Nos reddimus tibi responsum episto- 4
læ, si Deo placuerit, ut perveniat in manus tuas. Quia illius est posse, & illius est implere operationes omniū prudentum corde. Pervenit enim ad nos epistola tua, continens signum reale amoris Christiani per manus *Ludovici De Mendoza*; qui attulit eam nobis; & accepimus eam læto vultu & sereno animo. Ille autem qui [primò] tulerat epistolam cui nomen Joannes Baptista non venit ad nos. Audivimus autem de eo, quòd in itinere mortuus sit, & ob id contristati fuimus.

Fuit etiam apud nos amantissimè Pro- 5
rex *Dōn Duarte de Menezes*. Quoniā ille fuit bene affectus erga voluntatem tuam; consensumque suum præbuit ad efficiendum quæ nobis grata sunt. Quod verò attinet ad seriem rerum agendarum, postea accessit epistola tua repleta plurimâ salute, & amicitiâ. Epistolæ autem illius, qui sub ditione tua vivit respondimus per epistolam quæ dicit.

Rogamus & desideramus vehementer, ut 5
mittas nobis peritos artifices, qui norunt fabricare galeas, & bombardas, & parare pulverem pyrium & similia instrumenta bellica. Si igitur hæc epistola pervenerit ad te (volente Deo glorioso & excelso) Tu quoque benevolè accipe epistolam nostram, ut ille [Prorex] efficiat mandata nostra, quæ nos desideramus. Quin & adegimus eum charitate divina, & convenientia Spiritus S. ut impleret desideria [nostra.]

Quod

(t) Omnem ingenii sui subtilitatem exhausit in hoc exordio *Secretarius Æthiopicus*; innuere volens omnem charitatem, omnemque sapientiam, res denique omnes in *Christo* tanquam centro & scopo colligi.
(u) Lusitanicum est *Vizorey*. Literam V. Æthiopicè aliter scribere non possunt, quàm per ቢ ፡፡

7 ከመሰ: ይትገሀ: አፍቅርትከ: ወአ
ፍቅርተ: ዚአነ: ረከብነ: እምክታበ:
ዚአሁ: ለቢዞረይ: ዶን: ዱአርቴ: ዶ
ምኔዝስ: ዘበጽሐ: ኀቤነ: ምስለ:
ክታብከ: ወመልእክትከ : ዘአም
ር: እንተ: በጽሐ: ኀቤነ ፡፡

8 ወጕንድዎት: ዛቲ: መልእክት: አ
ስከ: ይእዜ: በእንተ: ምሕላፈ: ፍ
ኖት: ወኑኀተ: ዘመን: ዘርኅቀተ: ባ
ሕር ፡፡ ወእመሰ: በጽሐት: ዛቲ:
መልእክትነ: ናአምር: ከመ: ይትፌ
ጸም: ፈቃድነ: ወጻህቅነ: በእንተ:
ዘኀሠሥነ: ወዘፈቀድነ: ጠቢባነ: ወ
ማእምራነ: ዘገብረ: እዴ: (x) እን
ተ: ንዋየ: ጸብእ ፧ ዘውእቱ: ሰረ
ሐ: ራስ: ቍርዐ: ወነፍጥ: ወቀቢ
አ: ወርቅ: ላዕለ: ኀጺን ፡፡

9 እምይእዜሰ: ኀተምነ: ለከ: ነገረ
ተ: በሕፁር ፡፡ ወእግዚአብሔር: አ
ምላክ: ኵሉ: ይፈጽም: ፈቃድነ:
ወፈቃደቲከ: ወለሉዊስ: ዶመንዶሳ
ኒ: አክብር: በእንቲአነ: እስመ:
ውእቱ: ይፈቱ: ፍቅረነ: ወፍቅረ:
ዚአከ: ጥቡዐ ፡፡
ተጽሕፈ: በወርኀ: የካቲት: አመ:
፱: በ፲፻፭፻፹ወ፱: እምልደት: ክ
ርስቶስ: ለሐሳበ: ሮም:
ወስብሐት: ለእግዚአብሔር ፡፡

Quod autem invigilet amicitiæ tuæ & amicitiæ nostræ intelleximus ex epistola Proregis *Don Duarte de Meneses*, quæ pervenit ad nos cum literis tuis & epistola tua quæ, uti notum, venit ad nos. L. III. c. 9. N. CIII.

Quòd autem epistola hæc cunctata fuerit hucusque, ob transitus viarum [difficiles] & diuturnitatem temporis per longinquum mare factum est. Si verò salva pervenerit hæc epistola, scimus quòd implebitur voluntas nostra & desiderium nostrum, in eo quod petivimus & rogavimus, nempe artifices & peritos opificiorum, [inprimis] Instrumentorum bellicorum, nimirum elaborandi galeas, bombardas & pulverem pyrium & ferrum auro obducendi.

Nunc quidem designavimus tibi res istas breviter. Dominus Deus omnipotens impleat voluntatem nostram & desideria tua. *Ludovicum* autem *Mendozam* honora nostri gratia, quoniam amicitiam nostram tuamque constanter optat.

Scripta die nono mensis Februarii Anno à nato Christo M. D. LXXXIX, secundum computum Romanum. (y)

DEO SIT LAUS.

10 Rex iste *Malac-Saghedus* ante inaugurationem *Serza-Denghel* dictus *Mena* F. *Davidis* N. à nobis commemoratur & laudatur in historia nostra. Quod autem cum *Philippo II.* Hispaniæ, & tunc temporis etiam Lusitaniæ Rege ullum commercium literarum habuerit, mihi alibi non lectum; nec quisquam istius epistolæ meminit; genuina tamen est, simplicitate Æthiopica scripta, ut ex tenore & stylo ejus liquet. Sequentes epistolæ regiæ adjuvantibus Pp. Societatis compositæ, Majestatis dignationem & nomen habent, nostrumque stylum magis sapiunt. 2. 6. 36.

11 Sequitur nunc epistola *Atznaf-Saghedi*, qui, privatus adhuc, *Zadenghel* dictus fuit, de quo egimus in historia nostra. Tellezius Lusitanicè eam habet Lib. 3. c. 18. quam hîc ad literam Latinè versam lectoribus exhibemus: 2. 6. 60.

Epistola missa ab Imperatore Æthiopiæ Atznaf-Saghedo, perveniat ad honorandum Patrem, Pastorem humilem virtuosum & sanctum, Clementem, (z) Papam inclytæ urbis Romæ. *Pax Sanctitati tuæ. Pax Christi Domini nostri, qui de pauperũ paupertate, & de honoratorum honore participavit, personam & vitam sanctitatis tuæ tanquam pupillam oculorum custodiat; Amen.* Quomodo valet Sanctitas tua? *Percipe Do-*

12 *mine id quod scribimus.* Cùm nos in imperio nostro existeremus, venit Pater quidam *Petrus Pays* nomine è *Societ. Iesu*, qui jugum legis Christi in collo suo gestabat, atque speciatim nobis retulit, quo pacto *Sanctitas tua* laboraret ad tollenda peccata, ad effusionem sanguinis usque. Deus æternus, qui caput est, ad finem illud perducat

Qqq Et

(x) Ad verbum: Manufacturen. (y) Accommodant se Reges Æthiopiæ in literis suis computationi nostræ, sicuti fecit Claudius in Confessione sua Fidei De qua re egimus supra hoc libro N. XII. 5. 5.
(z) Is erat *Clemens VIII.* mortuus priùs quàm epistola in Europam veniret.

L.III.c.10. N. CV. Et cum audiremus ista nova, quòd *Sanctitas tua* semper incederet in via veritatis, lætati nobisque gratulati sumus. *Gloria sit Deo* quòd nobis bonum pastorem dederit, qui gregem in sanctitate custodit, & pauperes in veritate judicat. Similiter nobis exposuit, quòd Christianos in omnibus necessariis adjuvares, vires subministrando & desideria eorum adimplendo, respiciens illud S. Pauli dictum in Epist:
c. 6. 10. ad Galatas: *dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei.* Et ob hoc *Sanctitas tua* præcipuè Reges Christianos in omni re adjuvat. 13
Quare devoluto in nos majorum nostrorum imperio amicitiam cum *Sanctitate tua* & cum *Fratre nostro Philippo*, (a) *Rege Hispaniæ* colere desideramus. Ut autem illa eò firmior sit, perimus *ut filiam suam ad nubendum filio nostro mittat, simulque cum illa milites*, qui nobis opem ferant, quia in regione nostra habemus hostes quosdam gentiles, qui vocantur *Galla* (b). Si contra eos proficiscimur, non reperimus eos, fugiunt enim: & cùm regredimur, ceu latrones, loca à quibus absumus, invadunt; ideoque ad eos profugandos *milites & varios opifices* petimus. Nec non *Patres*, qui nos doceant, quò simus unius cordis & unius corporis: & ut firma sit fides Christiana, quæ in manibus gentilium periit: pax verò & amor inter nos servetur. Hoc desideraverunt Patres mei olim, sed Deo aliter visum fuit, quo- 14
niam *Turcæ* in medium venerunt, qui hoc prohibuerunt. Nunc verò insula, (c) quam illi tenent, facile occupari potest. Quare Sanctitatem tuam rogamus, ut Fratri nostro desideria nostra commendet, quo implete dignetur petitionem nostram, idque quam primum sine mora fiat. Hæc brevibus ad Sanctitatem tuam scribimus, quia eam desideriis nostris favere scimus. De reliquo Patres, qui venturi sunt, virtutibus & doctrinâ polleant, ut in eis quæ animæ necessaria sunt, nos instruere possint. Nil ulterius scribo, *A o bom entendedor poucas palauras.* Bene intelligenti paucis opus est verbis i. e. *Sapienti sat.* Data 26. Junii 1604.

Alia ejusdem

AD

PHILIPPUM III. Hispaniæ Regem.

Epistola scripta ab Imperatore Atznaf-Saghedo reddatur Fratri nostro Dn. Philippo Imperatori Hispaniæ. Pax Majestati tuæ. 15
Pax & amor Christi Domini nostri & signum sanctæ crucis sit semper cum tua Majestate. Quomodo vales? *Cùm è bello reversus & hyberna ingressus essem, venit huc Pater quidam, nomine* Petrus Pays, *cujus virtutem & sanctitatem omnes mihi prædicaverunt. Is nobis specialia nova de regnis & de salute* Majestatis tuæ *attulit, quibus valdè lætati sumus, & Deo gratias egimus, quòd tantam prosperitatem* Majestati tuæ *largitus sit, ut nullus hostis ei se opponere valeat. Deus Dominus noster multos annos vita* Majestati tuæ *addat, & bonum, quod incepit, ad finem perducat.*

Haud ignorat Majestas Tua, *quòd prisci antecessores nostri tempore* Imperatoris 16
Atznaf-Saghedi (d) *amore & juramento obstricti fuerint, cùm* Muhammedanus *quidam* Gragne *dictus Æthiopiam invasisset, omnia templa destrueret, & imperium nostrum in patria nostra usurparet, & quomodo implorato Regis* Dni. Johannis *auxilio, militibusque Lusitanis cum duce* Christophoro Gamæo *ab eo missis, bellum unitis viribus gesserimus, & victoriam Deo omnipotente juvante, qui humiles extollit & superbos deprimit, reportaverimus: & ex eo fractis Muhammedani hujus, Deum non timentis, viribus, pax & quies imperio nostro restituta fuit. Lusitani remanserunt cum multo honore, ita ut nulla re, quam vellent, indigerent ad mortem usque. Eorum verò filii jam nobiscum agunt. Itaque eodem amore & juramento, quo Patres nostri, nos illis ut Christiani adhuc* devin-

(a) *Philippus III.* tunc temporis etiam *Lusitaniæ Rex.* (b) ጋላ፡ *Galla* Æthiopicè. In Historia nostra Lib. I. 16: 10. *Gallanos* vocavimus, nunc *Gallas.* (c) Hæc est *Matzua*, à qua haud procul distat portus *Arkiko.* Vide epistolam sequentem §. 19. (d) Qui primò *Claudius* dictus fuit, de quo nos multa cùm in Historia nostra: tum in hoc Commentario.

17 *devincti sumus. Nunc adhuc hostes quosdam habemus, qui* Galla *vocantur, qui terras no-* L.III.c.10.
stras vastant. Cùm contra eos proficiscimur eos non invenimus, fugiunt enim. Quando N. CVI.
domum redimus, ceu latrones invadunt proximos, citoquè se ad suos recipiunt. Quare
Majestatem tuam *rogamus*, ut militibus nobis subveniat simulque filiam suam mittat
ad matrimonium cum filio nostro ineundum, quo amicitia nostra eò magis firmetur,
& simus unum corpus & una anima, quoniã filium septennẽ habemus, tuam filiam ve-
rò tres annos (e) habere audivimus; ut eos lacte sapientiæ unâ educemus, & S. Scri-
pturam doceamus. Ideoque valdè desidero, ut eam Majestas tua multo milite,
multisque opificibus stipatam ad nos quam primum mittat, *quo pax & amor inter nos,*
ceu unitos in fide Christi, coalescat: neque terra hac, qua B. Mariæ Virginis & Christi Re-
demtoris nostri *propria est, perdatur. Muhammedani zelo sectæ suæ ducuntur, suosque ju-*
vant; itaque Majestas tua *quoque zelum suum erga fidem suam exhibeat, quæ excellit su-*
18 *per omnia. Quòd autem filiam tuam petimus, ne putes, quòd alium ob finem id fiat,*
nisi ut firma sit amicitia nostra, & pignus pacis in futurum: Deus, qui omnia potest,
voluntates nostras impleat, atque desideriis nostris faustum exitum largiatur.
19 *Audi porro* Frater! *quoniam res nostræ in hoc sunt statu, ut firmæ manere possint,*
veniat Prorex, *qui in insula* Matzua *resideat, &* Præfectus meus *manebit in terra con-*
tinenti in Docono [i.e. Arkiko] *ut potius in nostra quam Turcarum potestate sit.* Et
postquam hunc portum ceperimus, multos mercatores cum mercibus innumeris, & alimen-
tis sufficientibus mittemus, & reditus istius portus æquis portionibus inter nos dividemus.
Quoniam ista nostra regio dives est, nec quidquam illi deest. Attamen mercatores non mitti-
mus, Turcarum causâ, neque edulia, neque mel, neque aurum aut servos, quò inedia &
20 *siti perimantur; nullam enim cum illis colimus amicitiam. At si venerint* Lusitani
cum Prorege, *mittemus mercatores qui plurimas merces advehant. Deus Dominus no-*
ster huic bono, quod desideramus, felicem exitum largiatur, & Majestas tua *assensum suum*
præbere dignetur, ut potentiam Turcicam, ceu petram scandali, è medio nostri tollamus
Actum d. XXVI. Junii Ao 1604.

N°. CVI. Epistolæ Regis Susnei cognomento Malac-Sa-
1 ghedi ad Pontificem Romanum & Regem Hispaniæ] Notandum hîc
est, clandestinas fuisse has epistolas, de quibus PP. Societatis (f) sic scribunt: *Por si*
so sem o communicar com outrẽ o fez: h.e.: *Per se solũ sine communicatione cum aliis id fecit,*
& Patribus epistolas cõmisit, *com tanto segredo, por não alterar os humores dos seus*, i. e.
2 *cum tanto secreto ne offenderet suorũ animos.* Postea dicunt: *Re in consiliũ deducta, discre-*
pantes sententias fuisse, quibus Rex aliquo modo perturbatus fuerit. A partibus verò illius
stetisse *tres fratres, sobrinam, Ras-Athanasium*, præcipuum è proceribus regni, Patrum
amicum; qui Regem animô ambiguum confirmavit, his verbis: *Ne consensum sen-*
tentiarum expectaret in eo, quod ipse factu opus putaverit, faceret modo quod sibi con-
sultum videretur. Si venerint Lusitanorum auxilia desiderata, Æthiopiam intra anni
spatium Romanam religionem amplexuram; & sic epistolas istas decretas fuisse.

Sequentem habet Tellezius Lusitanicè Lib. III. c. 33. p. 289.

3 Epistola ab Imperatore Æthiopiæ Malac-Saghedo (g) mis-
sa, perveniat ad manus Papæ Romani cum pace Christi Domi-
ni nostri, *qui dilexit nos & lavit nos à peccatis nostris sanguine suo, & fecit nos*
regnum & sacerdotes Deo & Patri. Hæc pax semper sit cum tua Sanctitate *& tota Ecclesia*
Christiana, Amen.

Diu est, ex quo Christianos vestrarum regionum magno amore prosequi-
mur, propter beneficia imperio nostro exhibita, dum primùm Lusitani illud à tyran-
nide Muhammedanorum liberaverunt, atque in pristinum statum & quietem resti-

(e) Hæc est *Anna Austriaca*, quæ Regi Galliæ *Ludovico XIII.* nupsit. (f) In relat: annua de Anno 1607. p. 31. (g) Cognomenta Regum repetuntur. Nam idem gessit *Serza-Denghel*, cujus epistolam dedimus supra N. CV. Sic *Claudius & Zadenghel Atznaf-Saghed* cognominati fuerunt.

L.III.c.10. tuerunt. At maxima eorũ pars cum patre meo fato conceſſit, qui præſtare volebat
N. CVI. id, quod prædeceſſores noſtri juramento promiſerant. Quamobrem ſtatim ac ad 4
imperium per Dei Domini noſtri gratiam pervenimus, amicitiam cum fideli hoc
Chriſti populo renovare conſtituimus. Quoniam ob continua ſuperiorum an-
norum bella, imperii noſtri res tam anguſtas invenimus, ut quanquam ſubactis ho-
ſtibus quibuſdam domeſticis, potentiores tamen alii ſuperſint, *Gentiles* nempe, *Gal-*
la vocati, qui magnam partem imperii noſtri occuparunt, multaque templa com-
buſſerunt, & quod pejus eſt, adhuc quotidie novis incurſionibus noſtrates vexant,
immanem ſævitiam in viduas, infantes & ſenes exercentes. Cui quidem ma- 5
lo nos non poſſumus mederi, niſi auxiliante fratre noſtro, *Rege Luſitaniæ.* Qua
propter illum oramus, ut opituletur nobis ſicuti olim anteceſſores ejus majoribus
noſtris opitulari ſunt.

Sed ne vana ſit ſpes noſtra, *Sanctitatem tuam* ceu Patrem & Paſtorem omnium 6
fidelium Chriſtianorum ſimul rogare decrevimus, ut Fratri noſtro petitum no-
ſtrum ſcripto commendare velit, quò petitioni noſtræ ultrò locum det, antequam
Gallai majores vires capiant. Introitus in regnum noſtrum omni difficultate ca-
ret; nam ii, qui mare nunc obſident, nullis viribus inſtructi ſunt. Et quoniam
nobis certò perſuaſum habemus, *Sanctitatem tuam* nobis non defuturam, prout ne-
ceſſitas id exigit, ideò plura ſcribere ſuperſedemus. At P. *Petro Pays* injunximus, 7
ut *Sanctitati tuæ* ſtatum imperii noſtri plenius referat, ſimulque amorem noſtrum
erga filios Luſitanorum hic viventes teſtetur, & quâ curâ erga Patrum Soc. Eccleſias
affecti ſimus, cui fidem, ceu epiſtolæ huic noſtræ, *Sanctitas tua* adhibebit. Fini-
mus, Chriſtum Dominum noſtrum rogantes, ut *Sanctitatem tuam* multos annos
pro bono regimine Eccleſiæ univerſalis ſervare velit. *Scripta in Æthiopia die XIV.*
Octobris Ao. 1607.

Ejusdem Epiſtola ad Regem Hiſpaniæ (h) 8

Epiſtola miſſa ab Imperatore Æthiopiæ Malac-Saghedo, per-
veniat ad Regem Hiſpaniæ, quæ eſt terra ſancta S. Petri, Principis & capitis
Doctorum, & Eccleſiæ Catholicæ Domini noſtri, de qua S. Paulus Apoſtolus dixit:
2.Cor.11.2. *Deſpondi vos uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto*; cui ſit gloria. Et ad imitatio-
nem puriſſimi nuncii S. Gabrielis, qui ſalutans Virginem Mariam dominam no-
ſtram, dixit: *Deus te ſalvere jubeat*: & Chriſti Domini noſtri, qui veſpere diei Domi-
nicæ poſt reſurrectionem ſuam dixit ad Apoſtolos ſuos congregatos: *Pax ſit vobiſ-*
cum: & ſicuti S. Paulus Apoſtolus in omnibus ſuis epiſtolis ſcripſit. Pax Domini
ſit cum tua Majeſtate, Fratre noſtro in fide, quam prædicavit S. Petrus illo
tempore quo Chriſtus Apoſtolos ſuos ablegavit, dicens: *Ite per univerſum mundum,*
& prædicate Evangelium omnibus gentibus, baptizantes eos in nomine Patris, Filii & Spiri-
tus Sancti. Quomodo valet Majeſtas tua & imperium tuum? Nos 9
per interceſſionem S. Petri, Patroni *Majeſtatis tuæ* & noſtri, bene valemus, bonita-
tem, miſericordiam & benevolentiam, quam Chriſtus Dominus noſter inter nos in-
cepit, etiam impoſterum promoveat, quoniam ille principium & finis eſt omnium
rerum.

Primaria cauſa ad *Majeſtatem tuam* ſcribendi eſt deſiderium amicitiæ, nec non 10
commercii cum ea, tam in temporalibus quàm in ſpiritualibus, quod antiquis tem-
poribus inter prædeceſſores *Majeſtatis tuæ Reges Luſitaniæ, & noſtros* interceſſit. Quæ
amicitia, accedente Spiritus Sancti adoptione nos animavit ad id quod poſtulamus,
nimirum *ut Majeſtas tua nobis fortes & bellicoſos milites mittas, qui hoſtibus noſtris por-*
tum hunc tenentibus prævaleant. Nos ſumus parati, arma, commeatum & reli- 11
qua bello neceſſaria præſtare, in nullo, quod penes nos eſt, defuturi. Siquidem mul-
to juſtius eſt, ut Majeſtas tua ibi fixam ſedem habeat, quàm moleſtiſſimi ſanctæ no-
ſtræ

(h) Apud Tellezium pag. 190.

stræ Fidei hostes. Antecessores *Majestatis tuæ* exercitum strenuorum militum nobis miserunt, cùm Muhammedani interitum religionis & imperii nostri molirentur. L.III. c.10. N. CVII.
21 Possemus quidem eos, qui Evangelium detrectant, facilè nunc cum exercitu nostro profligare, freti virtute potentis Regis, qui animos nostros memoria rerum cœlestium erexit. Quoniam filii cœli sumus, sicut S. Johannes in Evangelio suo testatur, Joh. 3. 6. dicens: *Id quod ex carne nascitur, caro est, & quod ex spiritu nascitur, Spiritus est.*
13 Sed bello, cum aliis hostibus, *Galla* dictis, distinemur, qui propositum hoc nostrum impediunt. Quare celeritate, quantâ fieri poterit maximâ, Majestas tua strenuos milites nobis mittat, quibus Religio nostra Apostolica cordi est. Quantum ad nos attinet, diu est quòd præparati extitimus. Cùm advenerint, non impossibile illis erit id quod desideramus, quoniam nosmet cum illis conjungemus cate-
14 nâ quadam amoris, tanquam una anima & unum corpus. Quoniam *Christus Dominus noster est & Doctor & caput tuæ Majestatis & nostri*, & ita nos ejus membra sumus: & Pater cœlestis in eodem ventre baptismatis nos generavit, & non ex semine quod corrumpitur & interit. Quidquid in his literis non scripsimus *P. Petrus Pays* plenus Spiritu S. in divinis epistolis suis ad *Majestatem tuam* scribet. *Datum in Æthiopia d. X. Decembris Anno 1607.*

N°. CVII. Epistola Papæ Pauli V. ad Susneum Regem Æthiopiæ quæ responsoria est ad epistolam N°. CVI. positam.]

1 Cùm Pp. Societatis, inprimis *P. Petrus Pays*, propensionem *Susnei Æthiopiæ Regis* ad religionem Romanam, & obedientiam Pontifici præstandam iteratis literis nunciassent, *Papa Paulus V.* sequentem ad eum dedit epistolam Latinè procul dubio, sed Lusitanicè eam Tellezius habet, quare à nobis Latinè vertenda fuit. p. 309.

Charissime noster in Christo Fili, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Gratias agimus Deo Patri, Domini nostri Iesu Christi, quòd misericordiam suam tibi exhibuerit, teque in regium thronum reposuerit, sicuti nobis scripsisti. Gratulamur Majestati tuæ *de felici rerum tuarum successu*: & *valde laudamus studium defendendæ Fidei Christianæ, quò impensè teneris, ceu intelleximus ex literis tuis tam primis quàm ultimis,*
2 *quas misisti, & nos rectè accepimus. Prout petiisti, necessitates regni tui præsentes, charissimo in Christo Filio nostro* Philippo Catholico, potentissimo Hispaniarum Regi *sedulò commendavimus, quem pro eximiâ magnanimitate, atque pro zelo suo erga fidem Christianam, tibi efficaciter opitulaturum speramus: & Nuncio nostro Apostolico, qui apud* Catholicam ejus Majestatem *agit, injunximus, ut petita tua solicitè urgeat.*
3 *Quod reliquum est* Fili charissime, *adhortamur te, ut constans & immobilis in timore Dei perseveres, & ut piè & fortiter nomen Christianum propugnes, & semper* Sanctam Romanam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam, *amantissimam matrem tu-*
4 *am devote colas. Nos verò in votis nostris, quæ ad Deum coram sanctissimis corporibus Apostolorum, pro filiis nostris Regibus Christianis & Principibus Catholicis suscipimus, semper tui quoque memores erimus, eum, à quo omnia bona proveniunt, rogantes, ut lumine Spiritus S. animum tuum illuminet, quo voluntatem ejus impleas, & ex intimis charitatis nostri visceribus benedictionem nostram* Majestati tuæ *amanter impertimur.* Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris d. IV. Januarii. Anno 1611. Pontificatus nostri anno sexto.

N°. CVIII. Epistola Susnei Regis ad Papam Paulum V.]

1 Acceptâ præcedente epistolâ *Susneus*, qui cognomentum *Sultan-Saghed* assumserat, deposito priore Malac-Saghedi, respondit, ut sequitur: (i)

Epistola Imperatoris Sultan-Saghedi perveniat cum pace boni pastoris Jesu ad S. Papam Romanum Paulum V. caput & pastorem Ecclesiæ universalis. Accepimus, *Pater sancte & dilecte* epistolam

(i) Apud Tellezium extat pag. 309.

LIII. c. 10. N. CIX. Tuam *mense Ianuario Anno 1611. scriptam, plenam amore, quo accensus benignus ille*
Pater, prodigum filium ad se redeuntem in gratiam recepit, sed statim non potuimus respon-
dere, quia naves Indicæ jam discesserant. Attamen decrevimus id facere aliâ viâ, quàm 2
apertam fore à Deo speramus. Propterea mittimus P. Antonium Fernandez è Societ.
Jesu, *qui jam ab aliquo tempore in aula nostra commoratus est. Et* Legatum nostrum
Fecur-Egzy (k) *optantes, ut Sanctitas tua quàm citissimè rescicat, quo pacto per doctri-*
nam PP. Societatis, *qui in Imperio nostro subsistunt, veritatem Fidei cathedra* B. Pe-
tri *edocti fuerimus; & quòd statuerimus eam recipere, atque* Sanctitati tuæ, ceu totius
Ecclesiæ capiti, *obedientiam præstare, ut nos imposterum per Patriarcham suum guber-*
nare velit. Vt autem hanc obedientiam publice exhibere possimus, Domini Philippi 3
Lusitaniæ Regis *auxilio nobis opus est, quoniam eò destituti nullo modo tali forma* [*scil:* pu-
blicè] *eam præstare poterimus. Quamobrem humiliter* Sanctitatem tuam *rogamus, quan-*
doquidem nobis scripsit, quòd Nuncio suo Apostolico, apud Catholicam Majestatem *sub-*
sistenti in mandatis dederit, petitum nostrum solicitè promovendi, nunc allaboret, ut omni
celeritate effectui detur, quò in diebus nostris, & felicibus regiminis Tui annis, Imperio no-
stro remedium afferatur, neque tam opportuna occasio amittatur. Similiter quia Pater 4
es omnium Regum Catholicorum, *nos quoque eis annumeres, & sicuti pro illis preces co-*
ram sanctissimis Apostolorum corporibus ad Deum fundis, ita etiam pro hoc filio tuo humili
orare ne dedigneris. Scripta in aula nostra in *Dembea* die XXXI. Januarii Anno
M.DC.XIII.

N°. CIX. Sequuntur plures epistolæ reciprocæ, inter Susneum & Pontificem Romanum, & Regem Hispaniæ Philippum
III.] Promisimus in Historia nostra integras epistolas, quæ inter Regem Susne- 1
um & Pontificem Romanum, atque Regem Hispaniæ Philippum III. commea-
pag. 311. verunt. Eas hîc ex Tellezio Latine versas lectoribus damus; cum pars Actorum
præcipua sint, lumenque historiæ afferant.

Nobilissime & Potentissime Imperator Æthiopiæ.

EGO PHILIPPUS (l) Dei gratia Rex Lusitaniæ & Algarbiæ cis & trans mare in Africa, Dominus Guineæ, & acquisitarum regionum, navigationis & commercii Æthiopiæ, Arabiæ, Persiæ & Indiæ &c. *vobis tanquam fratri, quem valde diligo & æstimo multam salutem nuncio.*

Quoniam semper inter Imperatores antecessores vestros, & Reges hujus re- 2
gni amicitia & bona familiaritas intercessit, æquum & justum mihi visum fuit, hanc
ad vos scribere, vobis significans, quòd multum lætatus fuerim ob nova, quæ de
successione vestra in hoc imperium accepi; & quòd prosperos rerum vestrarum
eventus, non alio animo, quàm si ipsimet mihi contigissent, feram; & omni occa-
sione, quæ sese obtulerit, hanc meam voluntatem demonstraturus sim. Secundum
quam pergratum mihi erit, si vobis in omnibus pro re nata satis facere possim,
cùm ex his meis regnis tum ex provinciis Indiæ, cujus Proregi injunxi, ut idem fa-
ciat; in quo mihi rem facturus est gratissimam. Ut autem hæc amicitia no- 3
stra constans sit & durabilis, enixiùs vos rogo, ut semper nova de rebus vestris mihi
perscribatis. Idem ego faciam. Inprimis autem vobis commendo sedulò reli-
giosos viros qui in regno vestro subsistunt, ob quam rem vobis præcipue obligatus
ero, & speciatim religiosum *Petrum Pays*, ut tam ille quam reliqui Lusitani, sicut par
est, clementer habeantur. Potentissime Imperator, quem tanquam fratrem
multùm diligo & æstimo, Dominus noster regiam vestram personam & imperium
vestrum sanctâ suâ custodiâ conservet. *Scripta Madriti d. XV. Martii Anno M. DC. IX.*

Epistola

(k) De hac legatione egimus in Histor. nostra Lib. II. c. 16. §. 21. Sed ea frustra fuit, nec Legatus Æthiopia excessit. (l) *Eu Dom Philippe*, est in Lusitanico textu, *Philippus III.* Hispanis, & *II. hoc nomine* Lusitanis.

Epistola Ras-Sela-Christi Fratris regii, præcipui Patrum fautoris, & religionis Romanæ promotoris, ad Papam Paulum V. l. III. c. 10. N. CIX.

4 Epistola Seela-Christi Proregis Gojamæ perveniat cum pace æterni Pastoris ad S. Patrem Paulum V. Pontificem Maximum, Successorem S. Petri & caput Ecclesiæ.

BEATISSIME PATER!

Sicuti dicit S. Scriptura : qui aliquando erant longè, propè facti sunt; Eph. 2. 13.
*ita & ego, qui valde longè eram, propè factus sum per doctrinam Patrum Soc. Iesu, qui ver-
santur in hoc imperio. Quoniam ex mandato* Imperatoris Sultan-Saguedi Domini &
Fratris mei, *præsens fui in multis colloquiis, quæ* Patres Societatis *eum nostris viris doctis
habuerunt, & intellexi veritatem Fidei* cathedræ S. Petri, *quòd illa sit* caput totius Eccle-
siæ. *Idcirco eam credidi, & feci, ut Imperator Dominus meus eam reciperet, ac obedienti-*
5 *am* Sanctitati tuæ *præstaret. Quandoquidem verò possibile non est, ut Imperator eam
publicè præstet, nisi secum habeat minimùm mille Lusitanos, à potentissimo* Rege Hispaniæ
Domino Philippo *missos. Intellexi autem ex epistola, quam* Sanctitas tua *dignata est
dare ad Dominum meum, quòd* Nuncio suo Apostolico, in aula Regis Catholici resi-
denti *injunxerit, ut omni diligentia negotium hoc effectui dare studeat; ac ob id ausus sum*
à tua Sanctitate *humiliter petere, ut mandare velit, quò negotium hoc concludatur, dum Do-
minus meus vivit, ne omittatur tam insignis occasio reperiendi ovem perditam, eamque re-
stituendi vero suo Pastori. Si venerint milites, ego paratus sum mori in equo meo pro Reli-
gione ista, si necessarium fuerit, & procurabo omnibus viribus meis, ut recipiatur, & obedien-*
6 *tia* Sanctitati tuæ *publicè præstetur. Interim operam dabo, quacunque ratione id fieri
poterit, ut nostrates inducam ad suscipiendam veram hanc Fidem, prout etiam nunc facio,
transferendo in nostram linguam, juvantibus Patribus,* Commentarios P. Joh. Maldo-
nati in quatuor Evangelia. *Spero autem vertere multos adhuc alios. Quapropter,* Beatis-
sime Pater, *Sanctitas tua me pro servo suo suscipiat, defensuro tam armis, quàm doctrinâ
jam perceptâ* sedem tuam Apostolicam, *cui rei multùm inservient orationes, quas* Sancti-
tas tua *fieri curabit pro humili suo servo coram corporibus SS. Apostolorum.* Scripta in *Dem-
bea* d. II. Februarii An. M. DC. XIII.

Epistola Pauli V. ad Regem Æthiopiæ.

7 Paulus Papa V. charissimo in Christo Filio nostro Sultan-Saghedo, illustri Æthiopiæ Regi Salutem & Apostolicam benedictionem.

Charissime in Christo Fili noster.

Multùm gavisi sumus in Domino, cum vidissemus epistolas, quas *Majestas tua*
dedit dilecto Filio, pio & religioso viro *Antonio Fernandezio è Societ. Iesu*, ad nos de-
ferendas. Nam intelleximus id quod valde desiderabamus, omnes res tuas feliciter
succedere, & quòd Dominus Te fecerit superiorem omnibus hostibus tuis, atque in
manus tuas dederit gentiles *Galla* dictos, Imperii tui infensissimos hostes, quos ali-
8 quoties viceris. Gratias agimus omnipotenti Deo, qui clementissime exaudivit
preces nostras pro *tua Majestate*; nam valde optamus, ut quietus & liber ab omni-
bus perturbationibus vivas, ut eò melius allaborare possis ad propagationem cultus
divini, & salutaris doctrinæ *Religionis Catholicæ*. Quam ob causam, pio pastoralis of-
ficii nostri zelo & paternâ charitate, in sinu cordis nostri gerimus *Majestatem tuam*, &
populos Tibi subjectos.
9 Charissime noster in Christo Fili. Valde nos angit, & ægrè fe-
rimus, quòd nondum appulerit dilectus Filius *Antonius Fernandezius*, ut nobis nar-
raret res quas scire desideramus, simulque exponeret mandata, quæ illi dedisti.

Semper

L.III.c.10. N. CIX. Semper parati sumus juvare *Majestatem tuam* ubicunque poterimus, & credimus, quòd
istud re ipsa jam cognoveris, modò receperis literas nostras, quibus in principio anni præteriti Tibi significavimus, quòd procuraverimus diligenter, quæ à nobis petiisti, nimirum ut curaremus negotia tua apud Charissimum nostrum in Christo Filium *Philippum potentissimum Hispaniæ Regem.* Quod nunc hîc repetimus, ut hac 10
nostra promtitudine eò magis stabilias fiduciam, quam volumus ut in nobis repositam habeas: utque scias, quod respondetimus literis tuis, quas nobis non redditas fuisse metuis. Oramus, ut continuo sentias augmentum gratiæ divinæ, & ex imis visceribus cordis nostri apostolicam nostram benedictionem *Majestati tuæ* impertimur. *Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris. d. 1. Febr. Anno M.DC.XIV. Pontificatus nostri anno septimo.*

Epistola Philippi III. ad Imperatorem Æthiopiæ. (m) 11

Nobilissime & potentissime Imperator Æthiopiæ.

Ego PHILIPPUS gratia Dei Rex Lusitaniæ & Algarbiæ cis & trans mare in Africa, Dominus Guineæ & acquisitarum regionum, navigationis & commercii Æthiopiæ, Arabiæ, Persiæ, Indiæ &c.
Nuncio vobis multam salutem, tanquam Fratri quem multùm amo & æstimo. Paucis abhinc diebus terrestri itinere accepi epistolam vestram, ex qua statum Regnorum vestrorum intellexi; simulque cognovi, quòd ab annis aliquot vobis non redditæ fuerint illæ, quibus ego vestris, diversis viis nobis exhibitis, responderam. Quamvis autem 12
credibile sit, quòd interea aliquam receperitis, tamen mihi visum fuit præsentibus his vobis significare, quòd his annis proxime præteritis non defuerim commercio literarum per omnes illas vias, quibus commodissimè potuit continuari. At cùm itinera omnia tam impedita sint, ut ipsi nostis, & ego ex epistola vestra percepi, facilè contingere posset, ut fasciculi literarum cadant in manus hostium, quæ etiam fortassis causa fuit, quòd literæ nostræ non rectè fuerint curatæ. Valde gavisus sum. quòd perceperim bonum imperii atque 13
personæ vestræ statum, & quòd in animo habeatis regna vestra S. Ecclesiæ Catholicæ Romanæ obedientiæ *subjicere, qua in re exactè satisfacitis bonæ memoriæ Imperatorum antecessorum vestrorum, qui id parabant, quod nunc intenditis, & facitis id quod debetis Domino nostro, & etiam vestro.*

Quantum ad auxilium militare *attinet, quod à me petitis, ut vobis mittam, ut eò majore* 14
felicitate ad hunc scopum perveniatis: & adversarios vi eò cogatis. Certi esse potestis meæ voluntatis, ut tam sanctum opus ad finem perducatis. Etenim in omnibus occasionibus Imperatores antecessores vestri experti sunt Dominos Reges istorum Regnorum, meos antecessores, pronos fuisse auxiliis mittendis, quibus imperium suum ad obsequium redegerunt, illudque è potestate Muhammedanorum *liberaverunt. Quos ego quoque nunc imitari decrevi, ob peculiare desiderium quô teneor, ut omnia, quæ vos tangunt, ex voto succedant.*

Nisi India *tot hostibus & internis & externis circumdata esset, cum quibus bellum se-* 15
riò geritur, ita ut nunc temporis copiæ illarum regionum dividi non possint. Attamen Proregi meo mandavi, ut quantum præsens rerum status permiserit, vos juvet quantum possit infallibiliter. Et certi esse potestis, quòd id facturus sit. Interea temporis, (quod Deus brevissimum esse velit) donec id fiat, bonum istud propositum animo firmo conservare vos decet, & quantum fieri potest duos illos Proceres, (n) qui ab eo alieni sunt, meliori modo permovere studebitis; ut de sua sententia desistant. Verùm ad summam rei plurimum refert, omnem 16
favorem & adjumentum præbere religiosis Societatis Jesu, *qui in regnis vestris degunt, ut eo honore & dignitate habeantur, qua decet Dei ministros, cujus officium repræsentant: quamque meretur tantus eorũ animus, quô ad salvationem animæ vestræ, vestrorumque subjectorum sese promtos obtulerunt, ad proficiscendum in illas regiones; non reformidantes in-*

gentia

(m) Apud Tellezium extat. pag. 311. (n) Hi fuerunt *Iamanaxus* Regis frater uterinus: & Ælius Regis gener, quos reconciliari prudentissimè suasit Hisp. Rex, sed consilium post rem venit. Hist. Æth. Lib. 3. c. 10. §. 54.

gentia pericula & longinqua itinera, quæ tam procul à patria ſua ſuſcipiunt, & ſciatis, quòd hac ipſa re maximam gratiam apud me inituri ſitis. Nobiliſſime & Potentiſſime Imperator! *quem ceu Fratrem multum amo & æſtimo. Dominus noſter Vos regnumque veſtrum ſemper ſanctâ cuſtodiâ ſuâ ſervet.* Scripta Ulyſſipone d. X. Martii. Anno M.DC.XVII. L.III.c.10. N CX. & CXI.

1 N°. CX. De oratione dominica & ſalutatione angelica Æthiopicis literis ſatis incongruè ſcripta] Pp. Societatis Habeſſinos orationem dominicam & ſalutationem angelicam Latinè recitare docebant. Sed ægerrimè id faciebant; putabant enim eſſe talia ſuperſtitioſa nomina, qualia ſupra (o) in libris quibusdam ſuperſtitioſis extare diximus. Inimici Patrum ea non aliter vocabant quàm ጸሎት፡ ርቅት፡ *Orationes magicas.*

2 Oratio Dominica.

ፐቴር፡ ኖሥቴር፡ ኵ፡ እሠ፡ ኢን፡ ኬሊስ፡፡ ሠንቲፊኬቱር፡ ኖሜን፡ ቱኡም፡፡ አድዌኒአት፡ ሬግኑም፡ ቱዉም፡፡ ፊአት፡ ወሉንታስ፡ ቱአ፡ ሢቁት፡ ኢን፡ ኬሎ፡ ኤት፡ ኢን፡ ቴርሬ፡፡ ፓኔም፡ ኖሥትሬም፡ ቊኦቲዲአኑም፡ ዳ፡ ኖቢስ፡ ሆዲኤ፡፡ ኤት፡ ዲሚትቴ፡ ኖቢስ፡ ዴቢተ፡ ኖሥትረ፡ ሢቁት፡ ኤት፡ ኖስ፡ ዲሚትቲሙስ፡ ዴቢቶሬቡሠ፡ ኖሥትሬሠ፡፡ ኤት፡ ኔ፡ ኖሠ፡ ኢንዱቀሠ፡ ኢን፡ ቴንተዚኦኔም፡፡ ሢዱ፡ ሊበሬ፡ ኖሠ፡ አመሉ፡፡ አሜን፡፡

Quæ genuinè prolata ſic ſonant: Patēt nôſtēr cui is in kelîs. Sæntifiketûr nomēn tuum &c.

3 Salutatio Angelica.

እዌ፡ መሬአ፡ ግሬዚአ፡ ፕሌና፡ ዶሚኑሠ፡ ቴቁም፡ ቤኔዲቅተ፡ ቱ፡ ኢን፡ ሙሊኤሬቡስ፡ ኤት፡ ቤኔዲቅቱሠ፡ ፉሬቅቱስ፡ ዌንትሬሠ፡ ቱኢ፡ ዬሠሡ፡ ሠንቅተ፡ መሬአ፡ ሜቴር፡ ዴኢ፡ ኦሬ፡ ፕሮ፡ ኖቢስ፡ ፔቀቶሬቡሠ፡ ኑንክ፡ ኤት፡ ኢን፡ ሆሬ፡ ሞርቲስ፡ ኖሥትሬ፡፡ አሜን፡

Quæ ab Æthiope lecta, & genuinè pronunciata, vix Latina videntur. (p)

N°. CXI. De Anonymi cujusdam epiſtola ad Regem Suſneum, pro Sabbati feriatione contra Patres Societatis ſcripta.]

1 Cùm ſub finem anni 1683. Lutetiæ Pariſiorum eſſem, in *Bibliotheca Colbertina* mihi oſtendit atque benevolè commodavit, de Republ. literaria meritiſſimus vir *Stephanus Baluzius*, Manuſcriptum quendam Codicem Æthiopicum, qui impoſtoris *Tzaga-Chriſti* fuerat. In calce illius extabat epiſtola ſine die & conſule, & ſine autore, quem in exordio ſtatim animadvertebam Jacobitam fuiſſe. Illam percurrens *pro feriatione Sabbati* ſcriptam deprehendi contra *Patres Societatis*, qui *conſanguinei Pilati & incircumciſi* vocabantur. Ex quo cognovi epiſtolam eam eſſe, quam *anonymus ad Suſneum Æthiopiæ Regem* ſcripſerat, cùm ſeveriſſimum edictum de abrogando Sabbato promulgaſſet.

2 P. Balth. Tellezius, cùm narraſſet edictum illud magnos motus dediſſe, de illa L. 4. c. 20 p. 349 ſic loquitur:

Entre outras demonſtraçoens de ſentimento fizeram hũa carta ſem nome, que mandaram a o Emperador, dizendo lhe nella, que lha mandavam huns Chriſtãos, chamados os Jacobitas &c. Logo lhe dizem, que nam dé credito a os Padres, a os quays chamavam ignorantes, parvos de coraçam, parentes de Pilatos (por terem per Romanos, os que tem a Fé de Roma: e por cuydarem, que Pilatos era Romano, por

Inter alias exacerbati animi demonſtrationes fecerunt [Alexandrini] *epiſtolam ſine nomine, eamque miſerunt ad Imperatorem, ſignificantes illi, quòd mitteretur à Chriſtianis, qui Jacobitæ dicerentur, &c. Mox illum monent, ne fidem adhibeat Patribus, quos vocant* ignorantes, puſillanimes, & conſanguineos Pilati (*putant enim Romanos eſſe, qui ſequuntur Fidem Romanam: & opinantur* Pilatum *fuiſſe* Romanum, *quòd eſſet Præſes Impera-*

(o) Hoc lib. cap. 4. Comm. N. XXXV. (p) Repetiuntur in *Inſtitutionibus Æthiopicæ linguæ Mariani Victorii* Romæ in typographia Collegii de propaganda Fide. Anno 1612. recuſis, in 8. p. 11.

L.III.c.10. N.CXI. ser Presidente posto pelo Emperador Romano) incircuncisos &c. E logo trazia a carta grande cafila de authoridades da Escritura, pera provar estes seus erros, das quays huãs provam o contrario, outras nenhum proposito ali tem. E á volta d'estes disbarates, o advertiam, que visse nam perdesse o Imperio que tinha, e dignidade dos Papas do Egypto, que vestem Ephod santo e novo, & trazem o bago da cruz, &c.

toris Romani) & incircumcisos &c. *Denique epistola illa vehebat secum turmam ingentem dictorum scripturæ, probandorum errorum suorum, quorum alia contrarium docebant: alia verò nihil ad rhombum faciebant. Postremò post ista deliramenta hortabantur* [Susneum] *videret: ne regnum perderet, quod obtinebat: aut dignitatem* Paparum Ægypti, *vestitorum superhumerali sancto & novo,* (q) *atque baculum crucis gerentium.*

Eandem Epistolam habent Patres Societatis in literis suis annuis Goâ d. 2. De- 3
cembr. scriptis, (r) sed tantùm summatim, & quasi in compendio. Integram eam nos edere voluimus, ut lectores & morem scribendi Æthiopum hodiernum, eorumq; stylum cognoscant: & simul intelligant, quo pacto Æthiopes celebrationem Sabbati defendere conentur, & quomodo de una natura in Christo loquantur; eam αὐτολεξεὶ Lectori hic dabimus cum versione nostra literali. Titulus ejus est:

ፀወነ፡ ነፍስ፡

መልእክት፡ ዘተፈነወት፡ እምነ፡
ብሔር፡ ርሑቅ፡ ትብጻሕ፡ ኀበ፡ እ
ግዚእየ፡ ንጉሠ፡ ኢትዮጵያ፡ እ
መንገለ፡ ለሀይማኖቶሙ፡ ርቱዕ
ት፤ እለ፡ ቀሙ፡ ምስሌነ፡ ወተ
ሰምዩ፡ ያዕቆባውያን፡፡ ወአልቦ
ሙ፡ ካልአ፡ ዘይጼውዕወ፡ ስመ፡ ዘ
እንበሌክሙ፡ በቅዳሴ፡ ወበስባ
ሔ፡፡ ዝኒ፡ አኮ፡ ኪሙ፡ ትርድእወ
ሙ፡ በጊዜ፡ ጸብእ፤ አው፡ ከ
መ፡ ትሚጥወሙ፡ እምፂዋዌ፤ አ
ላ፡ ባሕቱ፡ እስመ፡ ላዕሌሆሙ፡ ት
ኩለ፡ ዓምደ፡ ሥርዓት፡ ወቀኖና፡
ዘወረደ፡ እምሰማየ፡ ሕገሙ፡ ለሐ
ዋርያት፡፡ ወበእንተዝ፡ ኢያንድ
ጉ፡ ብሂለ፡ ኢታፋልስ፡ እግዚኦ፡ መ
ንግሥተ፡ ኢትዮጵያ፡ ወጳጳስና፡ ግ
ብጽ፡ እለ፡ ይለብሱ፡ ኤፉደ፡ (s) ቅድ
ሳት፡ ሐዲስ፡ ወይትመረጎዙ፡ መስቀ
ለ፡፡ ወኢየኃድግዋ፡ ለብሂለ፡ ዛ
ቲ፡ ቃለ፡ ኀበነ፡ ተፄወዉ፡ ወለእመ
ኒ፡ ተሠይጡ፤ እስመ፡ ተደፍነ፡ ው
ስተ፡ ምድረ፡ ልቦሙ፡ ወርቀ፡ ሀይ
ማኖት፡ ፋቁር፡፡ ወፈድፋደሰ፡ በእን
ተ፡ ነገሥታቲሃ፡ ርቱዓነ፡ ሀይማኖት፤ ባ
ሕርያውያት፡ ዘኢይሠየጡ፡ በንዋየ፡
ዓለም፤ ወጸሓያት፡ ዘኢይጸልሙ፡፡
ወእምነ፡ እሉኒ፡ ነገሥታት፡ ሠናያነ፡
ዝክር፡ ወኄረ ያነ፡ ተስፋ፡ ቦ፡ ዘ
መጠወ፡ ክሳዶ፡ ለሰይፍ፡ በእንተ፡
ሀይማኖቱ፡፡ ወቦ፡ ዘኀየየ፡ እንዘ፡ ይ
ገድፋ፡ መንበረ፡ ከመ፡ ይትለወ፡ ለ
ክርስቶስ፡ ምሉአ፡ ምልክና፡ ዘኀየየ፡
Matt. 2.13. እምገጸ፡ ሄሮድስ፡፡ እስመ፡ ሰም

Munimentum animæ.

Epistola missa è regione longinqua, 4
perveniat ad Dominum meum *Regem Æthiopiæ*, à parte Orthodoxorum nobiscum consentientium, qui vocantur *Iacobitæ*. Illi nullum aliud, pro quo orent in Liturgiis & hymnis suis, nomen habent, præterquam vestrum. Idque non eam ob causam, ut juvetis eos tempore belli; aut ut liberetis eos è captivitate. Veruntamen, quoniam firmata est apud eos columna constitutionum & canonum, qui descenderunt de cœlo legum Apostolicarum, ideò indesinenter dicunt: *Noli transferre Domine! Regnum Æthiopiæ*, [in aliam dominationem] *neque dignitatem Patriarcharum Ægypti, qui gerunt Ephod sanctum Novi Testamenti: & innituntur baculo crucis tanquam scipione.* Neque cessant proferre eundem sermonem, quocunque captivi abducti, sive etiam venditi fuerint. Quoniam reconditum est in terra cordis eorum aurum Fidei ejus [Æthiopiæ] dilectum. Cum- 5
primis autem [obtestantur] per Reges ejus Orthodoxos: gemmas nullis opibus mundi comparabiles: Soles sine ulla eclipsi: Et [speciatim] per illos Reges (felicis recordationis, & memoriæ optimæ) quorum alius tradidit collum suum gladio propter fidem [Christianam], alius in exilium ivit relicto throno suo, ut imitaretur *Christum* plenum majestate, *qui fugit à facie Herodis.* Nempe obtemperans

(q) Vide textum ipsum §. 4. & ibi versionem atque notam nostram. (r) Tit. La missione di Etiopia. pag. 222. (s) Ἐφὼδ habetur in Græca versione. Origine Hebraicum est אֵפֹד *Ephod*, quòd redditur Ἐπωμὶς *superhumerale*. Hoc loco pro *signo dignitatis sacerdotalis* accipitur, quia *Aaron summus sacerdos* illud gessit. Exod. 28. 4. 6.

ዎ፡ እንዘ፡ ይብል፤ ዘያፈቅረኒ፡ ይ
ትልወኒ። ለሐዋርያኒ፡ ቀርኑ፡ መንፈ
ስ፡ አጽምአ፡ አመ፡ ገዘ፡ ከለሐ፡ እ
ንዘ፡ ይብል፤ ዘሰ፡ አፍቀሮ፡ ለዓለ
ም፡ ጸላኢሁ፡ ለእግዚአብሔር።
6 ወበእንተዝ፡ ተንሥአ፡ ፩ ንጉሥ፡
አበ፡ ነገሥታት፡ እዴመ፡ ዜና፡ እምይ
ሰነአው፡ ምስለ፡ መሐመድ፡ ነቢይ፡
ሐሰት፡ ወንጉሠ፡ ሕስዋን፤ እንበለ፡
ይንሣእ፡ ስንቀ፤ ወባሕቱ፡ ረሰየ፡ ስን
ቀ፡ ፍብስተ፡ ሥጋሁ፡ ለክርስቶስ፡
ወስቴሁኒ፡ ደሞ፡ እስከ፡ በጽሐ፡ ኀ
በ፡ ብሔረ፡ ባዕድ፡ ወኢረከቦ፡ እን
ከ፡ ፀረ፡ ዘይደገና፤ ወሰወሮ፡ እግ
ዚአብሔር፡ ከመ፡ ኢይርአይ፡ ገጾ፤
ወኢትደንግፅ፡ ልቡ፡ ወይኅጣእ፡ ዐ
ድውኒ፡ ትፍሥሕተ፡ በኀጢአ፡ ዚ
አሁ።
ዝኒ፡ ነገርየ፡ ኢኮነ፡ ሐሰወ፡
7 እስመ፡ ያአምርዎ፡ ኵሎሙ፡ እለ፡
ያአምርዎ፡ ለክርስቶስ፡ በአሐቲ፡
ጠባይዕ፡ እስከ፡ ተኑለዉ፡ ሎቱ፡ ስ
ምዕ፡ ዘኢትንእስ፡ እምስምዐ፡ ወል
ድ፡ በግዐ፡ ፋሲካ፡ ዘሦዐ፡ ርእሶ፡
ከመ፡ ለአምላኩ፤ ባሕቱ፡ በእደ፡
ካልእ። ወኮነ፡ መሥዋዕተ፡ ኅሩየ፡
8 ወዕጣነ፡ ሠምረ። ዝኮነ፡ ዘሞተ፡
በሰላም፡ ወተቀብረ፡ ኀበ፡ አሐቲ፡
ደብር፡ መሰረተ፡ አስኪጶ። ክፍ
ለ፡ ላዕሌሁ፡ እምክፍለ፡ ገፋዕያን፡
...... ወተገፍአ። ወበእንተ
ዝ፡ እምአመ፡ ሰምዐት፡ ወለተ፡ መ
ርዓት፡ ሰቀለት፡ ልባ፡ በአየረ፡ ፋቅር
ሙ፡ ለነገሥታቲነ፡ ርቱዓነ፡ ሃይማኖ
ት፤ እንዘ፡ ትነድድ፡ በፍቅር፡ ትስ
እል፡ ወታስተበቍዕ፡ በእንተ፡ ኢት
ዮጵያ፡ ወንጉሣ፡ ኀበ፡ አርትዑ፡ እግ
ርሙ፡ ቀዊመ፡ በምድረ፡ አሚን፡ ርቱ
ዕ፡ ኢይንስኮሙ፡ አርዌ፡ ጸዋግ፡ አደ
ማዊ፡ ምሉአ፡ ሕምዝ። ዘነሰኮ፡
ለ፩፡ ሕፃን፡ ዘይነብር፡ በዕለተ፡ ሳ
ብዕ፡ ወኢያብጽሖ፡ ዓቅመ፡ ዘሕ
ገ፡ ሳምንት። ርእዩ፡ በግብር፡ ወ
9 አስተሐይጹ፡ በአንክሮ፡ ላዕለ፡ ፋ
ቅረ፡ ዛቲ፡ ወለት፡ ብርህት፡ ከመ፡
ጸሐይ፡ ወጽድልት፡ ከመ፡ ወርኅ፡ ወ
መደንግፅት፡ አምጣነ፡ ሥርዐት፡ ......
በከመ፡ ይቤ፡ ነቢይ፡ ጠቢብ፡ ምክ
ር፡ እንተ፡ ትሔውጽ፡ ከመ፡ ጎሕ፡

perans dicenti: *Qui diligit me sequatur me.* L.III. c.10. (t) Apostolum quoque, cornu [illud] spi- N. CXI. ritus, auscultavit clamantem atque dicentem: *qui diligit mundum inimicus est Domi-* Jac. 4. 4. *ni.* Propterea maluit abire regno (u) Rex 1 Joh. 2. 15. ille, Pater Regũ jucundæ recordationis, quàm assensum præbere *Muhammedi Pseudoprophetæ*, & Regi mendacissimo tum hominũ: ne quidem commeatum ad iter secũ sumens; sed pro commeatu habuit panem corporis Christi, & pro potu sanguinem ejus, donec perveniret in regionem peregrinam. Neque comprehendere potuit eum hostis ejus, qui persequebatur eum. Etenim occultavit eum Dominns, ne videret faciem ejus [sc. hostis] neque conturbaretur cor ejus, sed careret potius adversarius ejus gaudio, catens illius persona [sc. non deprehensâ].

Iste verò sermo meus ementitus non est. Agnoscent eum omnes [pro vero] qui agnoscunt Christum *in una natura*, adeò ut nitatur testimonio non minore testimonio Filii, agni Paschalis, qui sacrificavit seipsum tanquam Deo suo, quanquam per manum alterius; & factus est sacrificium electum, & suffitus suavis. Ille autem [Rex exul] obiit in pace, & sepultus fuit in quodam monasterio, fundamento præsulatus [sede præsulum (x)] Tribue illi [persecutori] sortem violentorum &............ oppressus (y) Igitur cum audivisset [hæc] Filia desponsata (z) extulit cor suum in aerem amoris erga Reges nostros Orthodoxos, ardens quasi amore, rogans & supplex orans pro Æthiopia & Rege ejus, recto pede stantibus (a) in terra fidei orthodoxæ, ne mordeat eos Draco fœdus, rufus, plenus veneno. Apoc. 12. 7. Qui momordit infantem illum in die septimo, neque pervenire sivit eum ad terminum legis diei octavæ (b). Respicite omninò & considerate cum admiratione amorem hujus Filiæ splendentis instar solis, & lucentis instar lunæ, & venerabilis, supra modũ (c)..... Sicut ait Propheta: (d) *sapiens consilio quæ introspicit instar auroræ*

(t) *Qui diligit me diligetur à Patre meo*: Vel *si quis diligit me sermonem meum servabit*, est in textu. Joh. 14. 21. & 23. (u) Historia hujus Regis nobis adhuc est ignota. (x) Monasterium ደብረ፡ ሊባኖስ፡ Montis Libani intelligi crediderim. De eo alibi. (y) Hiatus hîc est in Msto. (z) Ecclesiam Alexandrinam seu Jacobiticam hîc intelligere videtur. Ecclesia enim sponsa Christi habetur in sacris. (a) In plurali hic loquitur de utroque. (b) De circumcisione loquitur, quo verò respiciat incertum. (c) Locus mancus & obscurus. (d) Qualis Propheta sequentia dicat, me latet.

L.III.c.10. ኀበ፡ መስኮትነ፡ እንዘ፡ ተኀድጎሙ፡
N. CXI. ለበዓለ፡ ፩ወለበዓለ፡ ፩ንግሥታት፡አ
ለ፡ ይከይዱ፡ ለወርቅ፡ ከመ፡ እብን፤
ወለደባጋትኒ፡ ወለሐሪራት፡ ይረስዩ
ወ፡ ከመ፡ ቈጽለ፡ ገዳም ፨ ወታዐዶ
ሙ፡ ለእለ፡ ሀለዉ፡ ለፌ፡ ወለፌ፡
ከመ፡ የዐዱ፡ ሐመር፡ በውሣጤ፡ ነፋ
ሳ፡ መልዕልተ፡ ባሕር፡ ወኢየዐገታ፡ ል
ጐት፡ ጸዋልዕ፨ ወኢይመይጣ፡ አረፋ
ት፡ ሀውሎ፡ እስከ፡ ትበጽሕ፡ ኀቤነ፡
በፍቅር፡ ወተፋቅር፨ እስመ፡ ባ
ቲ፡ ሕገ፡ ፍቅር፡ ከመ፡ ብእሲት፡ ታ
ፈቅር፡ ብእሴ፡ ድንግልናሃ፡ እምነ፡ ባ
ዕለ፡ መዓስብ፡ ምሉእ፡ ቍም፡ ወተስ
ናን፨ እስመ፡ ክርስቶስ፡ ርእሰ፡ መ
ለያልያት፡ አስተጻመረነ፡ ምስሌሃ፡
እንዘ፡ ይብል፤ ይኩኑ፡ ክልኤሆሙ፡ አ
Matt.19.5. ሐደ፡ ሥጋ፨ ዛቲሰ፡ ትትረጐም፡ ኀ
በ፡ ነፍስ፡ ምስለ፡ ሃይማኖት፨ በእ
ንተዝ፡ ነየ፡ አፍቀረት፡ ንዴትነ፡ ለእለ፡
አልብነ፡ ብሩረ፡ ጸዐዳ፡ ወልብሰ፡ ቀይ
ሐ፨ እስመ፡ ሰምዐት፡ ለንጉሣ፡ ዘ
ይቤ፡ ብፁዓን፡ ነዳያን፡ በመንፈስ፤ ዓ
Matt.5.3. ዲ፡ ይቤ፡ ኢይኅድግ፡ ብእሲ፡ ብእሲቶ፡
1. Cor. 7. እንበለ፡ ትዝማ፡ ወሐዋርያኒ፡ ይቤ፤
10. ኢትትፈለጥ፡ ብእሲት፡ እምታ፨
ወእመሰ፡ ተፈለጠት፡ ትንበር፡ በከ፤
ወይሰጥቁ፡ ገጻ፡ እስከ፡ ይመጽእ፡
መርዓዊሃ፡ ዘማዊ፡ መልአከ፡ ገሀነ
ም፡ ይሲዳ፡ ዘአፍቀረቶ፡ ለፍቁራ፡
ምሉአ፡ ገማኔ፡ ወርኵስ፨

እሙንቱሰ፡ ነገሥታት፡ ያጌብርዋ፡
ወይብልዋ፤ ኦወለትየ፡ ንዒ፡ ንሢኢ፡ እ
ምኔነ፡ ወርቀ፡ ወብሩረ፡ ወአልባሰ፡
ብዙኀ፤ ንሕነ፡ ንኄይሰኪ፡ እምነ፡ ም
ትኪ፡ ነዳይ፡ እምንዋይ፡ ዓለም። ወ
ይእቲሰ፡ ሠናይተ፡ ስም፡ ወስን፡ ዘ
ተወልደት፡ እማንፀነ፡ ሳራ፡ መናኒተ፡
ክብረ፡ ለአቤሜሌክ፡ ትቤ፤ ይኄይሰ
ኒ፡ ምትየ፡ ወልደ፡ አብርሃም፡ ዘብ
ዕለ፡ በተስፋ፡ ወተባረከ፡ እምእግ
ዚአብሔር፡ ብፁዕ፡ ብፁዓን፤ ወበ
ካቲ፡ ተዓቂቦ፡ ትመንኖ፡ ነገሮሙ፡ ወ
ትገድፋ፡ ምክሮሙ፤ ትቀንጽ፡ በአ
እጋረ፡ ጸሎት፡ ወትሠርር፡ በአክና
ፈ፡ አሚን፡ ላዕለ፡ ንጉሥነ፡ ወትዕይን
ቱ። ለእለ፡ ኢወፅኡ፡ እምአንቀ
ጸ፡ ሕጋ፡ ትሰፍሕ፡ ወተሐቅብ፡ ከመ፡
ደርሆ፡ ኀበ፡ እጕላቲሃ፡ ከመ፡ ኢየሐ
ውጾሙ፡ አርዌ፡ ሰባሪ፡ ዘሰበረ፡ ል
ብ፡ ይሁዳ፡ በበትረ፡ ወርቅ፡ አመ፡
ጊዜ፡ ሤጦ፡ ለእግዚእነ። ወባሕቱ፡
ኢፈጸመ፡ ተስፋሁ፡ ወኢርእየ፡ ረባሐ፡
ሤጠ፡ ርደሁ፡ ለክርስቶስ። እስመ፡

in fenestras nostras, & relinquere facit eos
modò has modò illas epulas Regũ, qui pedibus
conculcant aurum tanquam lapides, & vestes
Attalicas atque holosericas spernunt tanquam 10
folia campi. Et transduxit eos qui ab utro-
que latere erant, sicut transit navis per me-
diũ ventorum in superficie maris, ut non reti-
neat eam profunditas abyssi, neque avertant
procellæ, quo minus perveniat ad nos in chari-
tate & mutua dilectione. Quoniam 11
tenetur lege amoris, sicut uxor amat vi-
rum virginitatis suæ magis quàm virum
cælibem, plenum indignatione & con-
tentione. Quoniam Christus caput
membrorum [suorum] conjunxit nos cum
illa dicens : *Erunt duo in carnem u-*
nam. Atque istud accipiendum est
de anima cum fide. Propterea ec- 12
ce dilexit paupertatem nostram qui
non habemus argentum album, nec ve-
stes purpureas. Quoniam audivit illa
Regem suum dicentem: *Beati pauperes*
spiritu: Præterea dixit: *Ne dimittat mari-*
tus uxorem suam nisi ob fornicationem. Et
Apostolus quoque dixit: *ne separetur u-*
xor à marito suo, si vero separata fuerit, ma-
neat innupta. Et discindant faciem ejus,
donec veniat procus ejus mœchus, ange-
lus Gehennæ [ut] ducat eam, quæ amavit
amasium suum plenum impuritate &
spurcitia.

Illi autem Reges urserunt eam & dixe- 13
runt : *O Filia agedum, accipe à nobis aurũ &*
argentum & vestes multas. Nos præstantio-
res sumus tibi marito tuo paupere, & opibus
Mundi destituto. At illa bonæ famæ & for-
mæ fœmina nata ex stirpe *Sara*, sprettricis
gloriæ *Abimelecei* ait: *Præstat mihi maritus*
meus filius Abrahami, qui dives est in spe &
benedictus fuit à Deo Beato beatorum [i.e.
beatissimo]. Sic ergo, sibi cavens, sprevit
sermonem eorum & detrectavit consili-
um illorum. Exultat pedibus orationis, 14
& evolat alis fidei super Regem nostrum
& [super] castra ejus : eos [videlicet]
qui non excesserunt è porta Legis [religio-
nis] suæ. Tegit & fovet sicut gallina pul-
los suos, ne invadat eos serpens vastator,
qui confregit cor Judæ virgâ auri, cum
venderet Dominum nostrum. Verun-
tamen non implevit spem suam, neque
vidit lucrum pretii, quô quasi fœnerari
voluit Christum. Quoniam impletum
fuit

ተፈጸመ፡ቦቱ፡ ዘይቤ፡ ነቢይ፡ ኃጥእ፡
አስተጋብአ፡ ወርቀ፡ ወነሥእዎ፡ ጻድ
ቃን፡ ወኢኀደገ፡ ስመ፡ ለስሙ ። ዘ
ኮነ፡ ይሁዳ፡ ተሐንቀ፡ ወሞተ፡ በግ
ብት፡ ወነሥእዎ፡ ኃጥአን፡ ወአኮ፡ ጻ
ድቃን፡ ከመ፡ ተብህለ፡ አሜን።

15 ክፍል፡ ፪፡

ወለስምየ፡ ዘመሠረታ፡ ንዋይ፡
ወጠፈሩ፡ መስቀል፡ በእንተ፡ ዘአር
ኃወት፡ ኆኅዊሁ፡ እስከ፡ ቦኡ፡ ው
ስቴቱ፡ ሰብአ፡ ባቢሎን፡ ርኩሳን፡ በ
እንተዝ፡ አዶንርክዋ፡ እመተበኵ
ር፡ ከመ፡ ትትኀባእ፡ በውሣጤ፡ ቀለ
ም ። ከመ፡ ይትኀብኡ፡ ሕሡማን፡ ገ
ጽ፡ በማእከለ፡ ሰብእ፡ ወልብስ፡
16 ወእማኅኒ፡ ዘተርፈት፡ ዝኒ፡ በእን
ተ፡ ሕፀፅየ፡ እስመ፡ የሀገተኒ፡ ኀፍ
ረት። ማዕዱስ፡ ከመ፡ እፌኑ፡ ክታ
በ፡ ኀቤክሙ፡ እመ ኢአከለኩ፡ እጹ
ር፡ ክታበ፡ እምእደ፡ ካልአን፡ ለአቅ
ርቦ፡ ኀበ፡ ፩፡ ዘይንእስ፡ እምወዓልያ
ኒክሙ፡ ወባሕቱ፡ ፍ.የ፡ አብሐተኒ፡
ፋቅርክሙ፡ ኃጥእተ፡ ሚን፡ ወቅ.የ
ሚ፡ ከመ፡ እአዝዝ፡ ለዛቲ፡ ክርታስ፡ ህ
የንቴየ፡ ከመ፡ ትስዐም፡ መንጦላዕተ፡
አፍአ፡ ወውሣጤ፡ እስከ፡ ትወርድ፡
ኀበ፡ ገጸ፡ ሰኰና፡ እግዚእየ፡ ሀገ
ፄ፡ ሕግ፡ ትዕርግ፡ ዓዲ፡ ኀበ፡ ደብረ፡
አብራኪ፡ ዘይሰግድ፡ ለአምላኩ፡
መስቀላዊ፡ እስመ፡ ተምህረ፡ እምኔ
ሁ፡ እንዘ፡ ትብል፡ እግዚአብሔር፡
ይዕቀብክሙ፡ እስከ፡ ትብሉ፡ የአክ
ለኒ። ወ.የግኒ፡ ጸላእትክሙ፡፡
17 እፎ፡ ሀሉክሙ፡፡ ወአንሰ፡ ሀሎኩ፡
እስከ፡ ይእዜ፡ በዝየ፡ እንበለ፡ እ
ሠኒ፡ እምኖላዌ፡ አሕርው፡ ወባሕቱ፡
እትፌሣሕ፡ በእንተ፡ ዘሰማዕኩ፡
ደኅናክሙ፡ እስከ፡ ይእዜ፡ ባሕቱ፡ ቱ
ሱሕ፡ በኀዘን፡ በእንተ፡ ወለትክሙ፡
ዘትመስለ፡ ኪያክሙ፡ ዘሐወጻ፡ ዕደ፡
ነኪር፡ በእንተዝ፡ እግዚአብሔር፡
ደናዝዝክሙ፡ አሜን፡፡

18 ክፍል፡ ፫

ምክንያተ፡ ፈነወትየሰ፡ በእንተ፡
ዘሰማዕኩ፡ ሶበ፡ አገበሩክሙ፡ ኃ
ጥኣን፡ ጽድቅ፡ ወትንሣኤ፡ ከመ፡ ት
ስዐሩ፡ ሕገ፡ ፈጣሪ፡ ወትንስቱ፡ ቀኖና፡

fuit in eo quod dixit Propheta: *Peccator collegit pecuniam, & acceperunt illam juſti, & non reliquit famam nomini ſuo.* Judas ille ſuſpendio vitam finivit, & mortuus eſt ſubito, & acceperunt pecuniam ejus impii, non juſti, ſicut dictum eſt. Amen. L. III. c. 10. N. CXI.

Pars ſecunda.

Et nominis mei fundamentum [ſunt] Opes: firmamentum verò crux, quia reſeravit portas ſuas, ut intrare poſſent Babylonii impuri. Propterea tardavi [epiſtolam] quo minus inſtar primitiarum prodiret, ſed occultaretur in penetralibus calami ſcriptorii. Sicuti occultant ſe deformes facie inter homines & [tegunt ſe] veſtibus. Et ſalutatio mea quoque retromanſit, propter tenuitatem meam, quia circumdat me pudor. Multò maximè quòd ego mittam epiſtolam ad vos cum [prorſus] indignus ſim, qui portem epiſtolam alterius ad tradendum illam alii cuidam, qui minimus eſt è famulis veſtris. Veruntamen [ecce] ſubegit me amor veſtri ab omni fraude & vindictæ ſtudio vacui, ut juberem hanc chartam loco mei oſculari velum exterius, & interius, donec deſcendat ad ipſam plantam pedis Domini mei, depoſitarii juris & æqui; mox rurſus aſcendat ad clivum genuum ejus, quibus [poſitis] adorat Deum ſuum crucifixum; à quo [nempe] didicit, ut dicat: (e) *Dominus cuſtodiat vos donec dicatis:* Sufficit mihi. *Et ſubjiciat* [vobis] *hoſtes veſtros.*

Quomodo valetis? Ego autem fui hucuſque hoc in loco non melior paſtore porcorum. Attamen lætor ideò quòd cognovi proſperam valetudinem veſtram usque in hunc diem. At mixtus ſum triſtitiâ propter filiam veſtram [Æthiopiam] quæ ſimilis eſt vobis, quam viſitavit vir alienigena. Propterea Dominus ſoletur vos. Amen.

Pars tertia.

Cauſa verò miſſionis meæ [eſt] quòd audiverim coëgiſſe vos homines improbos [ſine ſpe] reſurrectionis, ut abrogaretis legẽ Creatoris; & deſtrueretis Canones (f)

(e) Hîc demum poſt prolixum & tædioſum exordium, Epiſtolæ genuinum initium Æthiopico more ſeſe prodit. (f) Qui jubent Sabbato feriari. Videlicet Canone 66. p. 309. adde quæ congeſſimus N. IX. & X. hujus libri.

N. CXI. ሐዋርያት፡፡ እመሰ፡ ኢኮነ፡ ከመዝ፡
እምኢነበቡ፡ እንዘ፡ ይብሉ ፡፡ ስ
ዐርዋ፡ ለሰንበት፤ ለምንት፡ ትሰም
ዕዎሙ፡ ለእሉ፡ አብዳን ፡፡ ቦኑ፡ ርኅ
ቡ፡ ደቂቅክሙ፡ ወትዕይንቲክሙ፡
ከመ፡ ትግበሩ፡ ዘንተ፤ ስፍን፡ ዘመን፡
ጉንደዮት፡ ምስለ፡ ነገሥታት፡ ጻድቃ
ን፡ ወብሩሃን፡ እንዘ፡ ይለብሱ፡ ኪ
ዳሃ፡ ምስለ፡ ሜላተ፡ አሚን፡ ዮር
ዳኖሳዊ፡ እለ፡ አብርህዋ፡ ለኢትዮ
ጵያ፡ እስከ፡ አንሥኡ፡ ሙታነ፡ ዘኢ
ይትኌለቍ፡፡ ወዓዲ፡ ለመንግሥትኒ፡
ዘሖረት፡ ኀበ፡ ቤተ፡ ካልኣን፡ አግ
ብእዋ፡ በጸሎቶሙ፡ ውስተ፡ እደዊ
ሆሙ፡ ለነገሥት፡ እለ፡ ነበሩ፡ በተ
ሰደ፡ ወበስኢለ፡ ፍተታት፡ እስከ፡
አንበሩ፡ አክሊለ፡ ዲበ፡ ርእሶሙ፡ ዘ
ትትረአይ፡ ይእዜ፡ በላዕሌክሙ፡፡
ወበእንተዝ፡ ተማሐሉ፡ ወተካየ
1.Reg.22. ዱ፡ ከመ፡ ዳዊት፡ ወአብያታር፡ ከ
24. መ፡ ይኩኖሙ፡ አሐደ፡ መሥንቀተ፡
ወርስተ፤ ባሕቱ፡ ይእዜሰ፡ ኢንሬ
ኢ፡ እስመ፡ ፈለሰ፡ ኵሉ፡ ቃለ፡፡ ዝኒ፡
ኢኮነ፡ ሐሰተ፡ እስመ፡ ገብሩ፡ ብዙ
ኀ፡ መንክራተ፡ ዘይትረአይ፡ እስከ፡
ይእዜ፡ ወይትነበብ፤ ዘንተ፡ ዘገብ
ሩ፡ በስዒረ፡ ሰንበትኑ፡ አው፡ በሀ
ቢሮታ፡፡ በነሢተ፡ ሕግኑ፡ አው፡ በገ
ቢር፡፡ አንሰ፡ ይመስለኒ፡ ስምዕየ፡
ክርስቶስ፡ በሀቢበ፡ ሕግ፡ ደእ
ሙ፡፡ ወበእንተዝ፡ እመሰ፡ ት
ሁበኒ፡ ሬትዐ፡ ፈታሔ፡ ዘኢይትሜ
የጥ፡ በንዋይ፡ ወይፈርሃ፡ ለዕለተ
ፍትሕ፡ ዘትሰይድ፡ ወትመትር፡ በ
ሰይፈ፡ ኢገቢእ፡ እምበአሕኮ፡ ፍጡ
ነ፡ ከመ፡ እስምዖሙ፡ ወእትፌትሖ
ሙ፡ በጽድቅ፡ እመ፡ ያመጽኡ፡ ሊ
Joh. 9.16. ተ፡ ስምዐ፡ እምወንጌል፡ ዘይሔስ
ዉ፡ ላዕሌሁ፡ ከመ፡ አኃዊሆሙ፡ እ
ለ፡ነበቡ፡ ላዕለ፡ እግዚእነ፡ ብሂለ፤ ይ
ስዕር፡ ሕገነ፡ ወሰንበተነ፡ ወበእንተ
ዝ፡ ሰቀልዎ፡ ወእሙንቱኒ፡ ይብሉ፡
ይእዜ፡ ንስዐራ፡ ለሰንበት፡ ዘአም
ጽአት፡ ስቅለተ፡ ላዕሌሁ፤ ተመሲ
ሎሙ፡ ዘይቀንኡ፡ ሎቱ ፡፡ እመ
ሰ፡ ነሀሉ፡ ወንክሕድ፡ ንስምዮ፡

Apostolorum. Si enim res ita se non habeteret, utique non sic loquerentur dicendo: Abrogate Sabbatum. Quare autem auscultatis istis stultis? Num fortè famem passi sunt liberi vestri aut exercitus vestri, ut faciatis hoc? (g) Quanto tempore perduravit [Æthiopia in statu hoc] cum Regibus sanctis atque illuminatis viris, qui induerunt eam purpura Fidei Jordanicæ [Baptismo] qui illuminaverunt Æthiopiam, ita ut etiam mortuos resuscitarent innu-
meros. Adhæc regnum quoque 19
quod transierat in domum alienigenarum, (h) reduxerunt precibus suis in potestatem Regum, qui tunc versabantur in exilio, mendicando panem; ita ut reponerent coronam in caput eorum, quæ nunc fulget in capite vestro. Propterea juraverunt, & pacti sunt inter se, sicut David & Abjathar, ut esset sibi idem
victus eademque hæreditas. Verùm 20
[id] nunc non videmus; quoniam prætèrita sunt ista omnia. Id utique mendacium non est, quòd fecerint multa miracula, quæ cernuntur & leguntur usque in hanc diem. Ista autem quæ præstiterunt, *an per abrogationem vel per feriationem Sabbati fecerunt? An tollendo legem vel observando eam?* Ut quidem mihi videtur, (testor Christum)
servando legem potius. Propterea 21
si dederis mihi sincerum judicem, qui non corrumpitur divitiis [pecuniâ], sed potius timet diem extremi judicii (quod expellit & cædit gladio sine regressu) utique veniam citissimè, ut audiam eos, & justâ sententiâ victoriam obtineam, si proferre mihi possint testimonium ex Evangelio, cujus autoritatem illi [tamen] elevant, instar fratrum suorum [Judæorum] qui locuti sunt contra Dominum nostrum, dicendo: *Dissolvit legem nostram, & Sabbatum nostrum, & propterea*
crucifixerunt eum. Sed illi quoque 22
nunc dicunt: *Abrogabimus Sabbatum, cujus violationis prætextu ille crucifixus fuit.* Tanquam præ se ferrent, quòd zelo [singulari] ducerentur. Si igitur transgredi & abnegare velimus fidem veram, audia-

(g) Scilicet: An non agri satis coli possunt, nisi etiam die Sabbati opus ruri fiat? id enim Æthiopes eousque omiserant. (h) Familiam Zagæam procul dubio intelligit, in quam à familia Salomonæa transierat Imperium Æthiopicum.

ለዮሐንስ፡ ዘይቤ፡ ዘብህለው፡ አይ
ሁድ፡ አኮ፡ ዘይስዕር፡ ሰንበተ፡ ባሕ
ቲቶ፡፡ ዓዲ፡ አባሁ፡ ይሬስዮ፡ ለእ
ግዚአብሔር፡ ወያዔሪ፡ ርእሶ፡ ምስ
ለ፡ እግዚአብሔር፡፡ ወበእንተ
23 ዝ፡ ሰቀልዎ፡፡ ይደልዉ፡ ክሒደ፡ አ
ብ፡ በሞተ፡ ወልድ፡ ሐሰ፡ ይኩን፡
ከመዝ፡፡ አእምር፡ ከመ፡ ኢይት
መጠዉ፡ ለሲኖዶስ፡ እስመ፡ ይጸ
ልእዎሙ፡ ለጸሐፍቲሃ፡ አማልክተ፡
ብርሃን፡ እንዘ፡ ያስምኩ፡ በሊቃ
ውንት፡ እለ፡ ይመልኡ፡ ወያሐጽጹ፡፡
አነሂ፡ አነምክ፡ በእለ፡ ወሀበኒ፡ ፈ
ጣሪየ፡ እንዘ፡ ይብል፡ ዘኪያክሙ፡
ሰምዐ፡ ኪያየ፡ ሰምዐ፡፡ በዝኒ፡ ኢ
ይትቃወምዎሙ፡ ከመ፡ ኢይበሉኒ፡ ኅ
ፉረ፡ ንገድፍ፡ ክልኤነ፡ ንባበ፡ አገ
ብርቲሁ፡ ዘቀዳሚ፡ ወዘደኃሪ፡ መ
ዋትያን፡ ንግባእ፡ ኀበ፡ ወንጌል፡
እስትንፋስ፡ መለኮት፡ ወሶበ፡ ሞኡ
24 ኒ፡ በዝንቱ፡ አመጠውኩ፡ ክሳድየ፡፡ ወ
ባሕቱ፡ ሶስመ፡ ተፈጸመ፡ ዘይቤ፡
መንሱትሰ፡ ኢይረክበክሙ፡ ዘእን
በለ፡ እምሰብእ፡፡ ወበእንተዝ፡
ኢትስምዕዎሙ፡ እግዚእየ፡ ለእለ፡
ይሜህሩ፡ በጽሚት፡፡ ዝኒ፡ ዘጸ
ሐፍኩ፡ አኮ፡ ከዊንየ፡ ጠቢበ፡ ሰ
ስመ፡ ላዕላዕ፡ ልሳን፡ አነ፡፡ ባሕቱ፡
ሰማዕኩ፡ ዘይቤ፡ እስመ፡ መንፈሰ፡
ነቢያት፡ ይትኤዘዝ፡ ለነቢያት፡ ወ
እግዚእነሂ፡ ይቤ፡ ኢታስተሐቅሩ፡
አሐደ፡ እምእሉ፡ ንኡሳን፡ እስመ፡
መላእክቲሆሙ፡ ወትረ፡ ይሬእዩ፡ ገጾ፡
አቡየ፡፡ በእንተዝ፡ ፈተውኩ፡ ቀዊ
መ፡ ምስለ፡ እሉ፡ እንዘ፡ ትሰምዑኒ፡፡

25 ክፍል፡ ፬፡

ወበእንተኒ፡ እለ፡ ይነብቡ፡ ላዕለ፡
ክርስቶስ፡ ወይብልዎ፡ ክልኤ፡ ጠባ
ይዕ፡ ወክልኤ፡ ፈቃድ፡ ሶበ፡ አስጠሞ
ሙ፡ ቀላየ፡ እበድ፡ ወአጽለሞሙ፡
ዑረተ፡ ዝንጓጔ፡ በእንተ፡ ዘይቤላ፡
ለማርታ፡ ወለማርያምኒ፡ አይቴ፡ ቀ
በርክምዎ፡ ለአልዓዛር፡ እንበይነ
26 ዝ፡ ሰመይዎ፡ ትሑተ፡፡ እሉሰ፡ ቆ
ላፋን፡ ይረውጹ፡ በአፍራስ፡ ቀለም፡
እንበለ፡ ልጓም፡ ወኢይሬእዩ፡ ገበባ
ተ፡ ወስጥቃታተ፡ ዘሀሉ፡ በምድረ፡
መጻሕፍት፡ እስከ፡ ትትነበረ፡ ወ
ተሐጕሉ፡፡ እመሰ፡ ትሰምዐ
ኒ፡ አዘትትቃወመኒ፡ በዝንቱ፡፡

audiamus Johannem, qui refert quid L. II. c. 10.
oppoſuerint illi Judæi, non tantùm quòd N. C. I.
abrogare voluerit Sabbatum, ſed etiã quòd Joh. 5. 18.
dixerit: *Patrem ſuum eſſe Deum, & æqualem ſe faceret Deo.* Propter hoc eſt quòd crucifixerunt eum. Sed obſecro! *Oportebitne nos nunc etiam abnegare Patrem, eò quòd filius* [ob hæc verba] *mortuus eſt.* Procul abſit à nobis, ut faciamus hoc. Novi quòd nõ recipiant ſacros canones, quia oderunt autores eorum Numina Lucis: & ſequuntur Seniores [Doctores] qui augent & minuunt [res pro lubitu]. Ego verò inſiſtam illis [Apoſtolis] quos dedit mihi creator meus inquiens: *Qui vos audit* Luc. 10. 16.
me audit. In hoc verò non [diu] repugnabo illis, ne dicant mihi impudenter: *Seponamus uterque noſtrum ſermonem ſervorum ejus,* [Apoſtolorum] *& primum & poſtremum, utpote hominum mortalium; & convertamus nos ad Evangelium, ſpiramentum divinitatis.* Utique ſi me vicerint in hoc, tradam collum meum. Verùm nunc impleta eſt ſcriptura, quæ dicit: *Tentatio autem vos non apprehendit,* 1. Cor. 10.
niſi humana. Propterea noli audire eos 13.
Domine mi! qui docent in obſcuro. Hoc autem ſcribo, non quod me ſapientem prædicem, quoniam balbus ſum lingua. Verùm audivi dicentem [quendam] quòd ſpiritus Prophetarum obtemperat Prophetis. Et Dominus noſter quoque dixit: *Ne contemnatis unum ex illis puſillis,* Matth. 18.
quoniam angeli eorum ſemper vident faciem 10.
Patris mei. Propterea deſidero ſtare cum illis modò audiatis me.

Pars quarta.

Quod verò attinet ad id quod prædicant de Chriſto & dicunt: *quòd habeat duas naturas & duas voluntates,* in eo ſubmergit eos abyſſus ſtultitiæ, & obtenebrat eos cœcitas nugarum. Ideò quod dixit Marthæ atque Mariæ: *Quonam ſe-* Joh. 11. 34
pelivistis Lazarum? Propterea vocaverunt eum humiliatum. (i) Iſti verò *incircumciſi* currunt in equis calami ſine freno (k), & non vident foveas neque foſſas quæ ſunt in terrâ librorum, donec crura frangant & pereant. Si verò audiveris me, ô tu qui repugnas mihi in hoc.

Audi

(i) Scil. in ſtatu exinanitionis propter naturam humanam. (k) Hoc eſt: inconſiderate ſcribunt.

L.III.c.10. ስምዐ፡ እንከሰ፡ ወአውፅእ፡ እ
N. CXI. ምእዘኒከ፡ ጸብረ፡ ገዐኒ፡ ከመ፡ ተ
ብህለ፤ አርኅብ፡ አፉከ፡ ወእመልኦ፡
ለከ፤ ሶበሰ፡ ኮኑ፡ ይሬእዩ፡ ኢይ
ይረቅቅ፡ ወይርሕቅ፡ እምአገረ፡ ሥ
ጋ፡ ወነፍስ፤ እምሰምዑ፡
ዘይቤሎሙ፡ ለአርድኢሁ፡ ቀ
ዊዮ፡ በገሊላ፡ ዘትርሕቅ፡ እም
Ib. v.14. ቢታንያ፡ ምሕዋረ፡ አሐቲ፡ ዕለት፡
አው፡ ይበዝኅ፡ አልዐዛር፡ ሞተ፤ መት
ለወ፡ ዝንቱ፤ አንሰ፡ እትፌሣሕ፡ እስ
መ፡ ኢሀሎኩ፡ ህየ፡ ከመ፡ ትእመኑ። ና
vers. 33. ሁ፡ ተጠየቅ፡ ከመ፡ የአምር፡ ኵሉ፡
ዘየአምር፡ አቡሁ። ወዘይቤ፡ አ
ይቴ፡ ቀበርክምዎ፡ ዝኒ፡ በእንተ፡ አ
Luc. 11. 15. ይሁድ፡ እስመ፡ ይብልዎ፡ በብዔል፡
ዝቡል፡ ያወፅኦሙ፡ ለአጋንንት፡ ሶ
በሰ፡ አርትዐ፡ ሐዊረ፡ ኀበ፡ መቃብ
ር፡ እንበለ፡ መራሕ፡ እምብህሉ፡ ው
እቱ፡ ቀተሉ፡ በምትሐት። በምን
ትኑ፡ አእመረ፡ እንዘ፡ ሀሎ፡ በገሊላ፡
በእንተዝ፡ ገደፈ፡ አእምሮ።

ክፍል፤ ፭፤

አንሰ፡ አነክር፡ በእንተ፡ ዘይቤለ
ኒ፡ ፩ እምደቂቀ፡ ለዮን፡ ለባሴ፡ ሰፋ
ድል፤ ቦኑ፡ ትሰምዮ፡ ለክርስቶስ፡ መ
ለኮተ። ወእቤ፡ እወ፡ እሰምዮ።
ይቤለኒ፡ በእንተ፡ ምንት፡ ታወፅአ፡
እምሰብእናሁ፡ ወእቤሎ፡ በእንተ፡
Matth. 17. 1. ዘወፅአ፡ እመኅቱም፡ ማሕፀን። በደብ
ረ፡ ታቦር፤ አርአየ፡ ለአርድኢሁ፡ ሥ
ነ፡ መለኮቱ። ወድኅረኒ፡ ወፅአ፡ እ
ምኅቱም፡ መቃብር፡ ወቦአ፡ ውስተ፡
ዐፀው፡ ኆኃው። ዝንተ፡ ዘይገብር፡
ሰብእናኑ፡ አው፡ መለኮት። ውእቱ
ኒ፡ አገብአኒ፡ እንዘ፡ ይብል፤ ኢ
በርሀኑ፡ ገጹ፡ ለሙሴ፤ ኢወፅአኑ፡ ጴ
Exod. 34. 29. ጥሮስ፡ እምነ፡ ቤት፡ ዝጉሕ፡ ትሰም
Act. 12. 19. ዮሙኑ፡ መለኮተ። አነሂ፡ ተሠጠ
ውክዎ፡ ዘይቤ። አኮኑ፡ ሶበ፡ ይቤ
ልዎ፡ ሕዝብ። ገልብብ፡ ለነ፡ ገጸ
ከ፡ ወኢይቤልዎ፡ አባለከ፤ ውእቱ
ኒ፡ የጸልሎ፡ በንስቲት፡ ብልባሌ፡ ተ
ሀውቀኑ፡ ከመ፡ ኢወረደ፡ ዲበ፡ ቀር
c. 9. 29. ነቡ፡ አው፡ መልዕልተ፡ ርእሱ፤ ወለእ
ግዚእነሰ፡ ይቤ፡ ሉቃስ። አብርሀ፡ ገ
ጹ፡ ከመ፡ ጸሐይ፡ ወለብሱኒ፡ ኮኑ፡
ከመ፡ መብረቅ። ዝኒ፡ በእንተ፡ ሰ
ማዕያን። ውእቱሰ፡ ፈጣሬሁ፡ ለጸ
ሐይ፡ ሐሰ፡ ሉቱ፤ ይትመሰሉ፤ ግዱ፡
ስምዖ፡ ለዝኩ፡ ረድእ፡ ዘይቤ፡ ጴጥ

Audi me igitur! & exime ex auribus tuis
lutum impuritatis sicut scriptum est. *Di-*
lata os tuum & implebo illud tibi. Ar- 27
modò viderent, quàm subtilis res sit, &
quàm remota à sensu corporis & animæ;
utique intelligerent id quod dixit disci-
pulis suis, cum existeret adhuc in Gali-
læa, quæ distat à Bethania itinere unius
diei vel amplius: *Lazarus mortuus est.* Et
consequenter: *Ego autem gaudeo*
[propter vos] *quoniam non eram ibi, ut cre-*
datis. Ecce clarum est, quòd sciat omnia
quæ scit Pater ejus. Quòd verò dixit: 28
quônam sepelivistis eum? id factum est
propter Judæos, quoniam dicebant ei:
Per Beel Zebub ejicit dæmonia Si rectà per-
rexisset ad sepulchrum, ita ut illum nemo
duceret, fortasse dixissent: *Ipse interfecit*
eum per magicam artem, quomodo alias sci-
re potuisset [sepulchrum] *existens in Gali-*
læa. Propterea dissimulavit cognitio-
nem.

Pars quinta

Ego autem obstupeo ideò quod mihi 29
dicat aliquis *ex Filiis Leonis* (l) vestitus
secundinis (m). *Tribuisnè Christo divinita-*
tem? & dixi: *Maxime attribuo illi.* Di-
xit mihi: *Quare humanitatem illi detrahis?*
Et dixi illi: *Ideò quod egressus est ex clauso*
utero. In monte Tabor ostendit disci-
pulis suis pulchritudinem divinitatis suæ.
Postea etiam exivit ex obsignato sepul-
chro: & introivit per clausas portas. *Istud*
quod fecit, humanitasnè fuit an divinitas?
Ipse autem respondit mihi dicens: *An* 30
non splenduit facies Moysis? An non exiit
Petrus etiam è domo clausa? attribuisnè &
illis propterea divinitatem? Ego rursus re-
spondi illi qui hoc dixit: Nonne cum dice-
rent ei populus: *Obvela nobis faciem tuam,*
non dixerunt ei *corpus tuum.* Ipse quoq;
obnubilavit eā parvo velamento. Liquet
igitur quòd non descenderit super palpe-
bras ejus, nec super caput ejus. Et de Do- 31
mino nostro ait Lucas; *Splenduit facies e-*
jus instar Solis, & vestitus ejus factus est in-
star fulguris. Et istud factū est propter te-
stes [præsentes]. Ipse autem creator Solis
absit ut comparetur cum illo. Præte-
rea audi illum discipulum, qui dixit: *Pe-*
trus

(l) Scil. sectatoribus *Leonis Magni Papæ*, quem Romana Ecclesia Sanctum prædicat, Alexandrini verò damnant. (m) Fœdissimum & injuriosum hoc est opprobrium.

ርስስ፡ ሶበ፡ ወፅአ፡ መሰሎ፡ ሕልም፡
ዘየሐልም ። ወሶበ፡ ኀደጎ፡ መልአ
ክ፡ በአፍአ፡ ገብአ፡ ለቡ ። ናሁ፡ ተ
ጠየቀ፡ ከመ፡ አውፅአ፡ መልአክ፡ እ
ግዚእነ ። እንበይነዝ፡ ተኀፍረ፡ ዝ
ኩ፡ ቈላፍ፡ ወኀጥአ፡ ተሠጥዎ
ትየ ።

ክፍል ፮ ።

32 እመሰ፡ ትትሀከዩ፡ ሰሚዖትየ፡ እ
ስም፡ እትኋነን፡ ምስለ፡ እሉ፡ በእ
ንተ፡ ዘይብሉ፡ ነሢአሙ፡ ቃለ፡ እ
ምጳውሎስ፡ ዘይቤ፡ ወልድኒ፡ ይገ
ንእ ለዘ፡ አግዘየ፡ ሎቱ፡ ኵሎ፡ በእ
ንተ፡ ትስብእቱ ። ፍትሑ፡ ሰአልኩ
ኒ፡ ዘንተ፡ ዘይቤ፡ በእንተ፡ ዘተ
ለአኮ፡ ለአቡሁ፡ ቀዳሚ፡ ወይመጽእ
ሂ፡ ዳግመ ። ዓዲ፡ ለአቡሁ፡ ለ
አግብርቲሁ፡ ትትሕተ፡ እስከ፡ ሐ
ጸበ፡ እገሪ ። ወይቤሎሙ፡ ተሰናአ
33 ሎሙ፡ ለአግብርቲሁ፡ ይቤ፡ አንሰ፡ አ
ሐውር፡ ኀበ፡ አብ፡ የዐብየኒ ። ና
ሁ፡ እምይእዜሰ፡ ተመዋዕኩ፡ አ
ስሕት፡ ምስለ፡ ስሑታን፡ ወእርተ
ፍ፡ መርገሞሙ፡ ወአወርድ፡ ውስ
ተ፡ ገሀነም፡ ምስለ፡ ሌዎን፡ ወነ
ሕቱ፡ ሐሰ፡ ሊተ፡ እበሉ፡ ለአምላ
ክየ፡ ይትለአክ፡ መኑ፡ እረክብ፡ ማ
እምረ፡ ብሂሉ፡ እንበሌክሙ ። ነ
ሕቱ፡ ስምዑኒ፡ በአፍቅሮ፡ እንዘ፡ አ
ወፅአሙ፡ ለእሉ፡ እምአብ፡ ወአግ
34 ንዮሙ፡ ለወልድ ። አአንተ፡ ዘትት
ፋትሐኒ፡ አስተሐይጽ፡ ወለቡ፡ ዘእ
ብለከ፡ ረሲ፡ ልበከ፡ መጽሔተ ።
ወሶበ፡ ክሕድዎ፡ አይሁድ፡ ስብሔ
ቶ ። ሀሎ፡ አቡየ፡ ዘይሴብሐኒ ።
ነቢይኒ፡ ይቤ፡ ሰብሕዎ፡ ለእግዚአብሔ
35 ር፡ ኵልክሙ፡ አሕዛብ ። አስተሐይ
ጽ፡ በዝንቱ፡ ተመስሎተ፡ አብ፡ ም
ስለ፡ ሕዝብ ። ዓዲ፡ አመጽእ፡ ለ
ክ፡ ስምዐ፡ ዘሰምዑ፡ አጽራሪሁ ።
ይቤ፡ አባ፡ ሰብሖ፡ ለወልድከ፡ ወመ
ጽአ፡ አቡሁ፡ እንዘ፡ ይብል፡ ሰባሕ
ኩከኒ፡ ወዓዲ፡ እሴብሐከ፡ ካዕበ ።
ሶበሰ፡ ነቢይ፡ ሠረዐ፡ ስብሐተ፡ ላዕ
ለ፡ ሕዝብ፡ ያቀርብዎ፡ ለአክብሮተ፡
ፈጣሪ፡ ልዑል፡ አብኒ፡ ይቤ፡ ሰባሕ
36 ኩከ፡ ቀዲሙ፡ ወዓዲ፡ እሴብሐከ፡
ለዝሉፉ ። እሠልስ፡ ስምዐ፡ ለፍጻ
ሜ፡ ብሂለ፡ እንዘ፡ እቀውም፡ በአንቀ
ጸ፡ ኒቆዲሞስ፡ ምስለ፡ ጴጥሮስ፡ ዶ
ኅረ፡ መጠወ፡ ሥጋሁ፡ ይቤ፡ አባ፡ ሰ
ብሐኒ፡ በስብሐትየ፡ ዘሀሎ፡ ኀቤከ፡
እምቅድመ፡ ይትፈጠር፡ ዓለም፡ እስ

trus autem, cùm egressus esset, visum ei fuit quasi somnium quod somniaverit. L.III.c.10. N. CXI. Et *cùm reliquisset eum angelus foras, rediit ad se.* d. c. 12. 9. Ecce certum est, quòd eum eduxerit angelus Domini nostri. Propter hoc pudefactus fuit ille *incircumcisus*, neque potuit [quicquam] respondere mihi.

Pars sexta.

Sitaque non detrectaveritis audiro me, in judicium descendam cum illis qui utuntur verbis Pauli, dicentis: *Filius subjectus est ei qui subjecit illi* [omnia.] 1. Cor. 15. 27. Et hoc quoque dici propter humanitatem ejus. Judicate [quæso] inter nos istud quod dicit, quod inservierit Patri suo prius & veniet rursus; quanto magis patri suo, cùm & infra famulos suos se humiliaverit, ita ut etiã pedes illorũ laverit. Et cũ valediceret famulis suis, dixit: *Ego eo ad Patrẽ qui major me est.* Joh. 13. 5. c. 14. 28. Ecce nunc victus sum. Erro cũ errantibus, & particeps sum maledictionis eorum. Ergo descensurus sum in infernũ cum *Leone* [Papa]. Verùm procul absit à me ut dicam: *quòd Deus meus famulatus fuerit.* Quem reperire potero meliorem expositorem quàm vos ipsos. Veruntamen audite me benevolè quòd eximam illos à Patre, & subjiciam eos Filio. Tu qui litigas mecum, probè considera, & intellige quæ dico tibi. Fac cor tuum tanquam speculum. Cùm Judæi illi negarent glorificationem, ait: *Est Pater meus qui glorificat me.* Joh. 8. 54. Propheta etiam ait: *Glorificate Dominum omnes gentes.* Ps. 117. Considera quæso in hoc assimilationem Patris cum gentibus. Præterea afferam tibi testimonium, quod audiverunt inimici ejus [Judæi]. *Pater* inquit, *glorifica filium tuum.* Joh. 17. 1. Et venit Pater ejus dicens: *Glorificavi te, & iterum glorificabo te* (n). Joh. 12. 28. Tanquam Propheta aliquis injungeret glorificationem populo, quam exhiberent ad prædicandum creatorem celsissimum. Ita pater quoque dixit: *Glorificavi te antea, & porro glorificabo te in æternum.* Tertium addam testimonium pro conclusione disputationis, stans quasi in porta Nicodemi cum Petro. Postquam tradidit corpus suum dixit: *Pater! glorifica me gloriâ meâ quæ fuit apud te antequam crearetur mundus,* Joh. 17. 5. ita ut diceret;

(n) Dicta biblica & hìc & alibi secundum sensum Æthiopicæ Linguæ ut plurimum reddidimus.

L.III.c.10. N. CXI. ክ፡ ሶበ፡ ይብል፡ ኵሉ፡ ዘዚአከ፡
ዚአየ፡ውእቱ። በዛቲስ፡ ገጽ፡ ይ
መስል፡ ዘተዋቀሶ፡ ለአብ፡ ከመ፡ ይ
ትዋቀሱ፡ ነገሥት፡ በአውኅዶተ፡ ጸ
ባሕት፡ ወጋዳ። ኦዘንጉዕ፡ ለቡና፡
ናሁ፡ በአፍቅሮትከ፡ ንጸሬ፡ አፍአ፡
ቀለም፡ አምጻእከ፡ ወአውረድከ፡
ለአብ፡ መስለ፡ ሕዝብ፡ ይሰብሖ፡
ለወልዱ። እንከሰ፡ ተሀውቀ፡ ይን
እስ፡ ሰባሒ፡ እምተሰባሒ። ትብ
ሉኑ፡ ከመዝ፡ ኦንሁሠ፡ ቀለም፡ ይ
ንእስ፡ አብ፡ እምወልድ፡ ሐሰ፡ ሉ
ቱ። አንሰ፡ ይእዜ፡ እሴብሖሙ፡
ወአአኵቶሙ፡ በተዋሕዶ፡ ወበዕሪ
ና፡ለ፫አስማት፡ዘይሠለሱ፡በአካላ
ት፡ወይትወሐዱ፡በመለኮት። አአ
ምር፡ አንሰ፡ ለእመ፡ ረከብከ፡ ለዘ
ቲ፡ ቃል፡ ከመ፡ ትክሕዶ፡ ወተዐብ
ዮ፡ ለወልድ፡ እምነ፡ አብ። ለቡ፡
ዘእብለከ፡ ከመ፡ ኢትሖር፡ በአፍ
አ፡ ቀለም፡ እንበለ፡ ታስተሐይጽ፡
ውሣጤሁ፡ ለዓይነ፡ማእምራን፡እ
ንበይነ፡ ሠንዮትከ፡እምሐጕል።

ክፍል፡፯፡

ኦዘትፈቅድ፡ ትሕንጽ፡ መቃብሪ
ከ፡ በውስተ፡ ገሀነም፡ነሢአከ፡ሐ
ጺነ፡እምነ፡ኬንያ፡ክርስቶስ፡በእን
ተ፡ ዘይቤ፡ አምላክየ። ወእምነ፡
ጳውሎስ፡እብነ፡ ከመ፡ ትዕፁ፡መ
ቃብሪከ፡ አርአያ፡ ዘዐፀዉ፡ አይ
ሁድ፡ ዘኢያንኰርኵራ፡ መልአክ፡
Joh.20.17. ንፋሒ፡ ቀርን፡ በእንተ፡ ዘይቤ፡ አ
ምላኩ፡ ለክርስቶስ። ትፈቅዱኑ፡ ት
ጸውዐኒ፡ ከመ፡ አንኰርኵር፡ለከ፡
ወአዕርገከ፡ እምሐጕልከ፡ ዘኢይ
ትረከብ፡ ፍጻሜሁ። ባሕቱ፡ ኢት
ፈቅድ፡ለድኂን፡በእንተ፡ ጸሊኦተከ፡
ጸዊዓየ። አንሰ፡ኢየኀድግ፡ሶበ፡ ጸላ
እከኒ፡እስመ፡ ብየ፡ ቀኖና፡ ዘይቤ፡
አፍቅር፡ቢጸከ፡ ከመ፡ ነፍስከ። ና
ሁ፡ አስተዳሉ፡ ሐብለ፡ መስሐብ
ከ፡ ለዓረግ፡ ኀበ፡ ሕይወት። ስማዕ፡
ይእዜኒ፡ከዊነከ፡ ጠቢበ፡ እንዘ፡ ት
ነብር፡በአንቀጸ፡፲ወ፯፡ ዘጢሞቴዎ
ስ፡ ስምዖ፡ ለጳውሎስ፡ ዘይቤ፡ በ
1.Tim.6. 15. እንተ፡ ክርስቶስ፡ ዘያስተርኢ፡ በዐ
ድሜሁ፡ ዘባሕቲቱ፡ ኀያል፡ ወብ
ፁዕ፡ ንጉሠ፡ ነገሥት፡ ወአምላከ፡ አ
ማልክት፡ወእግዚአ፡ አጋእዝት፡ ዘብ
ቱ፡ ብርሃን፡ እምቅድመ፡ ዓለም፡ ሀ
ለው። ዘሎቱ፡ ክብር፡ ወስብሐት።
አእምር፡ወስማዕ፡ይእዜ፡እመሰ፡ኮ

Omnia quæ tua sunt, mea sunt. In hoc autē 37
loco videtur quasi contendere eum patre,
quemadmodum contendunt Reges
propter imminutionem vectigalium aut
munerum. O stupide intellectu! Ecce,
dum diligis aspectum externum scripturæ,
adduxisti & descendere fecisti patrem,
[ut] cum populo æqualiter glorificet
filium suum. Jam utique certum est,
inferiorem esse glorificantem glorificato.
Dicesné sic, ô sectator coloris externi!
Estné inferior Pater filio? Absit ab eo. 38
Ego autem nunc glorifico & celebro
in unitate, & æqualitate illa tria nomina,
quæ trina sunt personis, & unum sunt divinitate.
Scio ego, si intellexeris
hunc sermonem, quòd eum negaturus
sis, & majorem dices filium Patre. Cape
id quod dico tibi, ne incedas per exteriora
literæ, non considerando interiora
sensus, oculo peritiorum; quo serveris
ab interitu.

Pars Septima. 39

O Tu! qui vis ædificare sepulchrum
tuum in Gehenna, sumens asciam ab
opifice Christo, ideò quod dixit: *Deus
meus:* & à Paulo saxum, ut claudas sepulchrum
tuum (sicuti [sepulchrum Christi]
clauserunt Judæi) quod non devolvet Angelus
Cornicen. Ideò quòd dixit: *Deus
Christi.* Visne vocare me, ut devolvam
tibi [lapidem], & ascendere faciam
te ab interitu nunquam finituro. At
[tu] non vis salvari, quia detrectas vocare
me. Ego autem non cessabo, 40
quamvis odio habeas me; etenim habeo
Canonem (o) qui dicit: *Dilige proximum
tuum sicut teipsum.* Ecce præparo
funem, ut extraham te, [ex inferno]
ut ascendere possis ad vitam. Audi nunc
si fueris sapiens, & subsiste in *porta XVII.*
(p) *epistolæ ad Timotheum.* Audi Paulum
quid dicat de Christo: *Qui apparebit
in tempore constituto, qui solus potens est
& beatus. Rex Regum [& Deus Deorum]
(q) & Dominus Dominorum in quo est lux
ante mundum existens, cui sit honor & gloria.*
Scito & audito nunc; Si Chri- 41
stus

(o) Canonem allegat anonymus, nempe *secundum ex statutis* vulgò *Apostolorum*; supra pag. 315. cùm aliàs toties extet in scriptura. (p) Sectiones, quas loco capitum Æthiopes habent, *Portas* vocant. (q) In nullis variantibus lectionibus, nec in alia versione hæc verba reperiuntur.

ፉ፡ክርስቶስ፡ዕዘነ፡ ለስሙ፡ አም
ላክ፡አማልክት፡እንበሰ፡ይትረከብ፡
አብ፡እንበለ፡እበሉ፡ምስለ፡ትሑ
ታን፡ አማልክት፡ እንዘ፡ ያመልኮ፡ ለ
ክርስቶስ ፨ ባሕቱ፡ ሐሰ፡ ሉቱ፡ በ
እንተዝ ፨ ሶበ፡ አገበርከኒ፡ በእበ
ድከ፡እስመ፡ ፅበብከኒ፡ ገረመ፡ አወ
ርድ፡ ኀበ፡ ገሃነም፡ ምስሌከ፡ እፎ፡
ያመልኮ፡ አብ፡ ለወልዱ፡ወልድኒ፡ ለአ
42 ቡሁ፨ አአምር፡ ተሠጥዎተከ፡ወ
ትብል፡ ኢይቤኑ፡ነቢይ፡ አምላከ፡ አ
ማልክት፡ እግዚአብሔር፡ነበበ፡ወጸ
ውዓ፡ ለምድር፡፡ ስማዕ፡ ካዕበ፡ለ
እመሰ፡ ኢገደፍከኒ፡ ወአነሂ፡ ኢይገ
ድፈከ፡ እስከ፡እወዲ፡ እብነ፡ ማኅ
ረፅ፡ ዲበ፡ክሳድከ፡ለአስጥሞ፡፡ ሀ
ለወኑ፡ ለአብ፡ ዘይነብብ፡ ቦቱ፡ ካለ
አ፡ ቃለ፡ እንበለ፡ክርስቶስ፡፡ እመ
ሰ፡ ነባቢ፡ወጸዋኢ፡ኮነ፡ አምላክ፡ ና
ሁ፡ ረዳእከኒ፡ ወኮንከኒ፡ ኀይለ፡ ከ
መ፡ ይኩን፡ ጽድቀ፡ነገርየ፨ እምይእ
ዜሰ፡ አጽንን፡ ክሳደከ፡ ለጾዊረ፡ማ
ኅረጽ፡እስመ፡ብከ፡ቀኖና፡እምኀበ፡
ፈጣሪ፡ ዘይቤ፡ ይኄይስ፡ ይስቅሉ፡ በ
ክሳዱ፡ማኅረጸ፡አድግ፡ወያስጥምዎ፡
እምያስሕቶሙ፡ለንኡሳን፡፡ እትመ
43 የጥ፡ ዓዲ፡ ኀበ፡ ስሕተትከ፡ በእን
ተ፡ዘይቤ፡ ነቢይ፡ እግዚአብሔር፡ ነገ
ሠ፡ስብሐቲሁ፡ ለብሰ፡ ንጉሥየኒ፡ወ
አምላኪየኒ ፨ ወበዝንቱ፡ ትፈቅ
ድ፡ታግብኦ፡ ለክርስቶስ፡ ኀበ፡ አቅር
ቦ፡ ጸባሕት፡ወጋዳ፡ምስለ፡ሕዝብ፨
በእንተዝ፡ ስምዐኒ፡ ዘእብለከ፡ ዘ
አንበርኩ፡ ቀዲሙ፡ ኀይለ፡ቃለ፡ ቅድ
መ፡ ገጽከ፡ ዘትቤ፡ ንጉሠ፡ ነገሥት፡
ወእግዚአ፡ አጋእዝት፡ እመሰ፡ ይቤ፡
ጳውሎስ፡ዘትትማካሕ፡ ቦቱ፡ ከመ
ዝ፡ ናሁ፡ አምጻእከ፡ ላዕለ፡ እግዚአ
ብሔር፡ አብ፡ ሉቱ፡ስብሐት፡ ቀንየ
ተ፡ ወስዕረተ፡ ክመ፡ ትሑታን፡ ነገ
ሥት፡ ይትኤዘዙ፡ ለዘ፡ የዐቢ፡ እስ
መ፡ ሰመዮ፡ ንጉሠ፡ ነገሥት፡ አንተሰ፡
44 ኢትትዌከፍ፡ ለቃልየ፡ እንተ፡ ታስም
ክ፡ በነቢይ፡ እንከሰ፡ ቁም፡ ቀኒተከ፡ወ
ተወለተው፡ አምጽእ፡ ለከ፡ነቢየ፡ ዘይ
ጸብእከ፡ ዘነበበ፡ እንዘ፡ ይብል፡ ለኢ
የሩሳሌም፡ ናሁ፡ ይመጽእ፡ ንጉሥኪ፡
እንዘ፡ ይጼእን፡ ዲበ፡ አድግ፡፡ ተሀ
ውቀኬ፡ እንከሰ፡ መንግሥቱ፡ ዘቀዳ
ሚ፡ወዘደኃሪ፡፡ አብሰ፡ ኢተጽእነ፡
ባሕቱ፡ ወረደ፡ ኀበ፡ ዮርዳኖስ፡ከመ፡
ያጤይቅ፡መንግሥቶ፡ ወነበበ፡እንዘ፡
ይብል፡ ዝንቱ፡ውእቱ፡ወልድየ፡ ዘአ
ፈቀርኩ፡ወሉቱ፡ስምዕዎ፡፡ ዮሐንስኒ፡
ዘሰሐበ፡ቃለ፡ እምቅድመ፡ዓለም፡

ſtus cum effectu nomen haber *Dei Deo-* L.III.c.10
rum, utique cenſendus eſt Pater (nolo id N.CXI.
dicere) inter inferiores Deos, ipſe quaſi
colens Chriſtum. At abſit ab eo hoc;
Sed tu coëgiſti me ſtultitiâ tuâ, ut locu-
tus fuerim blaſphemè, [ut] deſcendam
tecum in infernum. *Quomodo ut Deum*
[ſuperiorem] venerabitur Pater Filium ſu-
um: aut Filius Patrem ſuum? Novi
reſponſionem tuam, ais enim: Nonne
dixit Propheta: *Deus Deorum, Dominus* Pſ. 49.1.
omnipotens locutus eſt, & vocavit terram.
Audi rurſus, niſi me averſeris, nec viciſ-
ſim ego averſabor te, donec imponam
lapidem molarem in collum tuum ad
ſubmergendum te. Eſtné patri aliud
verbum per quod loquatur præter Chri-
ſtum? Si ergo loquens & vocans Deus
eſt, ecce adjuviſti me & confirmaſti me,
ut ſit verus ſermo meus. Nunc ita-
que inclina verticem tuum ad portan-
dum lapidem molarem, quoniam habes
regulam à Creatore, qui ait: *Præſtat ut ap-* Matt. 18.6.
pendant ad collum ejus molam aſinariam, &
ſubmergant eum potiùs quàm ut ſeducat par-
vulos. Redeo rurſus ad errorem tuũ ſuper
eo quòd dixit Propheta: *Dominus regnavit,* Pſ. 92.1.
gloriam induit Rex meus, & Deus meus. Et
per hoc eò vis reducere Chriſtum, ut of-
ferat tributum & munera cum gentibus.
Propterea audi nunc quod dico tibi, quã
propoſui antea vim verbi ante faciem §. 40.
tuam, quod ait: [de filio] *Rex Regum &*
Dominus Dominorum: Si autem dixit Pau-
lus: *Qui gloriaris in eo.* Ecce ſic prædicas
de Deo Patre (ei ſit gloria) ſubjectionem &
depoſitionem dignitatis, ſicuti inferiores
Reges parent ſuperiori, quoniam vocavit
eum *Regem Regum.* Tu verò non recipis
ſermonem meum, dum inniteris dicto
Prophetæ. Surge igitur cingendo te, §. 41.
defende te tanquam clypeo. Produ-
cam tibi Prophetam, qui dimicabit te-
cum, qui locutus eſt, dicens Hieroſoly-
mæ: *Ecce venit Rex tuus equitans ſuper aſi-* Zach. 9.9.
num. Evidens igitur eſt regnum ejus &
prius & poſterius. Pater enim non equita-
vit; ſed tantùm deſcendit apud Jorda-
nem; ut demonſtraret regnum ejus, &
locutus eſt, dicens: *Hic eſt filius meus di-* Luc. 9.35.
lectus, ipſum audite. Johannes quoque
qui deduxit verbum ante mundum, do-

L.III.c.10. N. CXI. ንበ፡ ክዊኑ፡ ሥጋ፡ ይቤ፡ ዘሰምዐ፡ እ
ምአፈ፡ ፈጣሪሁ፤ አብሰ፡ ኢይኰን
ን፡ አላ፡ ኵሎ፡ ኰነኑ፡ አወፈዮ፡ ለ
Joh.5.22. ወልዱ። እምይእዜሰ፡ እወፅእ፡
እምቤቱ፡ ለአብ፡ እንበለ፡ እጻእ፡ ዘከ
መ፡ ወፅኡ፡ አግብርቲሁ፡ ዳዊት፡ እም
ቤቱ፡ ከመ፡ ይባኡ፡ ውስተ፡ ቤተ፡ ሰሎ
3.Reg.1. ሞን። እስመ፡ ሰምዑ፡ እንዘ፡ ይ
ብል፡ ይኩንክሙ፡ ንጉሠ፡ ሰሎሞን፡
ወልድየ። ወርእዩ፡ ዓዲ፡ እንዘ፡
ያጸንን፡ ክነፊ፡ ለመሲሕና፡ ወልዱ።
በእንተዝ፡ አርትዑ፡ ተለውዎ፡ ወዳዊ
ትሰ፡ ተርፈ፡ በተጽናስ፡ ምስለ፡ አ
ሐቲ፡ ወለት፡ ዘለብሶ፡ እስከ፡......
d. loc. እምስላቅ፡ ዘይትወለድ፡ እምሠሐ
ቅ፤ ወአነሂ፡ አርትዕየ፡ ሐዲገቶ፡ ለአ
ብ፡ እንበለ፡ እኅድጎ፡ እስመ፡ ኢይት
ክሀል፡ ኅዲጎቶ፡ ከመ፡ እፈጽም፡ ት
እዛዘ፡ አብ፡ ብሂለ፡ ዘይቤ፡ ሎቱ፡ ስ
ምዕዎ። ክርስቶስኒ፡ ይቤ፡ ለረድ
Matt.17.5. ኡ፡ አንተሰ፡ ትልወኒ፤ ኢይቤ፡ ትረ
c.19.21. ፋ፡ ምስለ፡ አቡየ። ወምትለው፡
Joh.14.23. ዝንቱ፡ ዘያፈቅረኒ፡ ይዕቀብ፡ ቃልየ፡
ወይትልወኒ፡ ወዘሀቀበ፡ ቃልየ፡ ይቤ፡
አነ፡ ወአብ፡ ንመጽእ፡ ኀቤሁ፡ ወንገ
ብር፡ ምዕራፈ። ናሁ፡ ዘገደፍክዎ፡
ለአብ፡ ረከብክዎ፡ በትልወተ፡ ወ
ልድ፡ ዓዲ፡ ነዓ፡ ትልወኒ፡ ከመ፡ ትብ
ሬህ፡ ጽልመተ፡ ዐይንከ፡ ዘአዕወረ፡ ልዮን፡
በሦክ፡ ስሕተት። ንሣእ፡ ርጢኑ፡
እምኀበ፡ ዘይብል፡ አነ፡ ውእቱ፡ አንቀ
d. c. v. 6. ጽ፡ ወአልቦ፡ ዘይመጽእ፡ ኀበ፡ አብ፡ ዘ
እንበለ፡ እንተ፡ ኀቤየ። ለእመ፡ ኮነ፡
ከመዝ፡ ትብለኑ፡ እረክብ፡ ካልአ፡ አን
ቀጸ። ስማዕ፡ ለእመኒ፡ ከደነከ፡ ሰ
ማይ፡ ወለእመኒ፡ አስጠመተከ፡ ም
ድር፡ ይረክበከ፡ በኀበ፡ ኵሉ፤ እስ
Matth.28. 18. መ፡ ይቤ፡ ለሊሁ፡ ተውህበ፡ ሊተ፡ ስ
ልጣን፡ ሰማያት፡ ወምድር፡ ከመ፡
ይትበዋሕ፡ ባዕለ፡ ቤት፡ ላዕለ፡
ቤቱ።

ክፍል፡ ፰።

ኦሰማዕያን፡ ስምዑ፡ ዘእቤ፡ ክ
መ፡ ትፍትሑ። ሀለዉ፡ ፫፡ ካህና
ት፡ ዘኢይትናጸርዎ፡ ተቃህዎ፡ ወ
ቅንአት፡ እንበለ፡ ፍቅር፡ ወሰላም፡
አሐዱ፡ ይቀውም፡ በየማን፡ ወአሐዱ፡
በጸጋም፡ ወሣልሳዊ፡ ይትከሀን፡
ወትረ፡ እንዘ፡ ያመጽእ፡ እም
ፍሬ፡ ጻማሁ፡ ዘወጽአ፡ እምሐፈ
ገጹ፡ ወያጸግቦሙ፡ ለሕዝብ፡ ወኢ

nec fieret caro, ait: *Qui audivit* [illud] *ex ore creatoris sui*. Pater quidem non judicat [quenquam] sed omne judicium dedit filio suo. Nunc autem egrediar 45
è domo Patris, ne tamen ita exeam, prout exiverunt servi Davidis è domo ejus, ut ingrederentur in domum Salomonis. Cùm audirent illum dicentem: *Esto vobis Rex Salomon filius meus*; simulque viderunt, quòd [David] se demitteret ad permittendam unctionem filii sui. Eam ob rem rectâ perrexerunt ad sequendum eum. David autem remansit in humili statu, cum quadam puella, quæ operuit eū vestibus, ut (r) procul haberet eum ab illusione, quæ nascitur ex risu. Ego quoque rectâ viâ pergo deserendo patrem 46
(ita tamen ut eum non deseram, quoniam non est possibile derelinquere eum;) ut impleam mandatum Patris qui dixit: *Ipsum audite*. Christus quoque dixit discipulo suo: *Tu vero sequere me*. Non dixit: *mane cum patre meo*. Et post hæc: *qui diligit me, servet verbum meum, & sequatur me, & qui servaverit verbum meum*, dixit: *Ego & pater veniemus ad eum & faciemus mansionem*. Ecce nunc reperi patrem quem reliqui; dum sequor filium. Igitur agedum! sequere me, 47
ut illuminetur obscuritas oculi tui, quem excæcavit Leo [Papa] spinis erroris. Recipe medicinam ab eo qui dicit: *Ego sum ostium nemo venit ad Patrem nisi per me*. Cùm igitur res ita se habeat, dicesne? *Reperiam aliud ostium*. Audi! Quamvis te contegat cœlum: & quamvis submergat te terra, repetiet te ubique. Quoniam dixit ipse: *Data est mihi potestas cœli & terræ*; quemadmodum potestatem habet Pater familias super domum suam.

Pars octava.

O Auditores! audite quæ dico, ut ju- 48
dicetis. Fuerunt aliquando tres sacerdotes, qui non affecti fuerunt æmulatione malâ, & invidiâ, sed tantùm amore & concordia. Unus stetit à dextris, & unus à sinistris: & tertius semper exercebat sacerdotium, offerens de fructibus laboris sui, qui proficiscebantur à sudore faciei ejus, & saturabat populum & non dicebat eis: *Afferte vos oblationes ex facultá-*

(r) Lacuna hic est in textu Æthiopico, nos reddidimus prout sensus poscebat.

ይቤሎሙ ፡ አምጽኡ ፡ ቍርባነ ፡ እ
ምንዋይክሙ ፡ ከመ ፡ ትቅረቡ ፡ ወባ
49 ሕቱ ፡ ይቤሎሙ ፡ ኢትትሀከዩ ፡ መጺ
አ ። መሠዋዕተሰ ፡ አነ ፡ እሬዲ ፡ በ
እንቲአክሙ ፡ እምድኅረ ፡ ጕንዱይ ፡
ዘመን ፡ ተንሥአ ፡ ሶቱ ፡ ፩ ፡ ዐለው ፡
ከመ ፡ ይጸልኦ ፡ ወከመ ፡ ይትፋቀር ፡
ምስለ ፡ ዘቆመ ፡ በጸጋሙ ፡ በህድአ
ት ፡ ዘኢይትከሀሉ ፡ ይትከሀን ፡ እ
ስመ ፡ አለቦ ፡ ዘተምህረ ፡ ጸዋትወ ፡
ቅዳሴ ። ወባዲ ፡ አልቦቱ ፡ ፍሬያተ ፡
ለአቅርባ ። እመሰ ፡ ኮነ ፡ ከመዝ ፡ እ
ምነበ ፡ መኑ ፡ ይነሥእ ፡ ተመጥወ ።
ተሀውቀ ፡ ከመ ፡ ይጸልኦ ፡ ለድኂ
ን ፡ ወለጥበብኒ ፡ ዘትቤ ፡ ዘበልዐ ፡ ሥጋ
የ ፡ ቦ ፡ ሕይወተ ፡ ዘለዓለም ።

50 ክፍል ፡ ፱ ፡

ለምንትኑ ፡ የዐርጉ ፡ ቈላፋን ፡ ኢየሩሳ
ሌም ፡ ከመ ፡ ይንሥኡ ፡ መሥዋዕተ ፡
[lege መጽዋተ ፡] ወየአምኁ ፡ መስቀለ ፡
ዘኢይበቍዖሙ ፡ ለድኂን ። አንሰ ፡
አነክር ፡ ለምጻማሆሙ ፡ እስመ ፡ ይቤ
ልዎ ፡ ለክርስቶስ ፡ ሎቱ ፡ ስብሐት ፡
ይደክም ፡ እመለኮት ፡ ወኢይትከሀ
ሎ ፡ ይግበር ፡ ተአምረ ፡ ወመንክረ ፡ ወ
ያንሥእ ፡ ሞተ ። እንዘ ፡ ይብሉ ፡
መለኮት ፡ ይገብር ፡ ግብረ ፡ መለኮት ፡
ወትስብእት ፡ ግብረ ፡ ትስብእት ።
51 ኦሰማዕያን ፡ አስተሐይጹ ፡ ነገረ ፡ እ
ሉ ፡ እስመ ፡ ያንአስዎ ፡ እምነ ፡ ጴጥሮ
ስ ፡ ወጳውሎስ ፡ ወእምካልኣን ፡ አ
ግብርቲሁ ፡ እለ ፡ ገብሩ ፡ በጸውዖ ፡
ስሙ ፡ ተአምራተ ፡ ወመንክራተ ፡ ብዙ
ኃ ፡ እንዘ ፡ ይብሉ ፡ በስሙ ፡ ለኢየሱ
ስ ፡ ክርስቶስ ፡ ተንሥእ ፡ አምዉት ።
ይቀንጽ ፡ በጊዜሃ ፡ ከመ ፡ ኃየል ፡ ዘክ
ዝርወ ፡ ዓፅም ፡ እስከ ፡ ይከውኖሙ ፡
ረድአ ፡ ወመሀረ ፡ ለካልኣን ፡ በስሙ ፡
ለእግዚአነ ። ወለአጋንንትኒ ፡ ከመዝ ፡
ይሰደዱዎሙ ። እንበለሰ ፡ ይቶስሑ ፡
52 ስሞ ፡ ኢይትከሀሉሙ ። እመሰ ፡ ኢ
ይፈቅዱ ፡ ተመጥዎተ ፡ ለዛቲ ፡ ቃል ፡
ምንተ ፡ ይበቍዖሙ ፡ ተመጥዎተ ፡ ሥ
ጋሁ ፡ ለክርስቶስ ፡ ዘአዕረቅዎ ፡ እ
መለኮቱ ፡ ሎቱ ፡ ስብሐት ፡ ዘኢይክ
ል ፡ የሀብ ፡ ትንሣኤ ፡ ወሕይወተ ። አ
ስተማስሎሙ ፡ አንሰ ፡ ለእሉ ፡ በእለ ፡
ያመልኩ ፡ ጣዖተ ፡ ዘኢይክል ፡ የሀብ ፡
ተሰጥዎ ፡ ወትንሣኤ ፡ ወለመሥዋዕ
ቶሙኒ ፡ ርኩስ ፡ በሥጋ ፡ እንስሳ ፡ ዘአ
ልቦ ፡ ተስፋ ። ስምዑኒ ፡ አመክ
53 ርክሙ ፡ አአዝማደ ፡ ጲላጦስ ፡

cultatibus vestris ut ad S. Cœnam accedatis. L.III.c.10 Sed solùm dixit eis: *Ne cunctemini venire;* N. CXI. *oblationes verò ipse dabo pro vobis.* Post longum tempus insurrexit contra eum quidam hæreticus, ut odio persequeretur eum, & ut amicitiam coleret cum eo qui stabat à sinistra tranquillè, qui non poterat sacerdotium obire; quoniam non didicerat rationem celebrandi S. Cœnam: neque etiam habebat fructus quos offerret. Cùm autem res ita se habeat, à quo accipiet aliquid? Constat ergo quòd odio habeat salutem & sapientiam, quæ dixit: *Qui manducaverit carnem meam, habet vitam æternam.* Joh.6.55.

Pars nona.

Quare autem ascendunt *incircumcisi* Hierosolymam, ut accipiant eleemosynam, & osculentur crucem, cùm [tamen] illis non prosit ad salutem. Ego autem miror laborem illorum, quoniam dicunt de Christo (ei sit gloria); deficit in divinitate, neque possibile est ei facere miracula & signa, & resuscitare mortuos, dum dicunt: *Divinitas facit opera divinitatis: & humanitas opera humanitatis.*

O Auditores! Considerate sermones istos. Nam inferiorem faciunt eum Petro & Paulo, & aliis servis ejus, qui fecerunt invocatione nominis ejus signa & miracula multa, dicentes: *In nomine Jesu Christi surge O mortue!* (s) Et exiliebat confestim instar cervi, ille cujus ossa dispersa erant; ita ut fieret eorum discipulus, & doceret alios in nomine Domini nostri. Cacodæmones etiam hoc pacto expulerunt. Nisi autem addidissent nomen ejus, id impossibile fuisset illis. Si verò nolint admittere hunc sermonem; quid juvat eos accipere corpus Christi? dum privant eum divinitate suâ (ei sit gloria); quasi non posset dare resurrectionē & vitā. Ego autem illos comparo iis qui colunt idola, quæ nō possunt dare retributionem, nec resurrectionem; quorum sacrificia sunt impura victimis animalium, sine ulla utilitate. Audite me, ut consulam vobis, O consanguinei Pilati! (t)

(s) Hoc loco mancum & corruptum est MSS. Respicit enim locum Actor. 3. 6. ubi non de mortuo, sed de claudo agitur. (t) Sic vocaverunt *PP. Societatis* (ut supra ex P. Tellezio retulimus) tanquam conterranei essent *Pontii Pilati Romani*, eique sanguine conjuncti.

L. III. c. 10. N. CXI. ኢትዕርጉ፡ ኢየሩሳሌም ፡ ይኄይሰክ
ሙ፡ ሥጋሁ፡ ለጴጥሮስ፡ ዘ፻ዓመቱ፡
ዘሰቀልዎ፡ አኃዊክሙ ፡ ከመ፡ አም
ላኩ፡ ሎቱ ፡ ስብሐት ፤ ዘ፴ዓመ
ቱ ፤ ውእቱሰ፡ ይቤ፡ እምቅድመ ፡
Joh. 8. 58. ይትወለድ፡ አብርሃም ፡ ሀሎኩ፤ መ
ስቀለኒ፡ ኢትኅሥሡ፡ ካልአ፡ እንበ
ለ፡ መስቀለ ፡ለጴጥሮስ፡ ዘተሰቅለ፡
ሮቱ ፡ ቍልቍሊተ ፤ እመሰ፡ ይሠኒ
የክሙ ።

ክፍል ፤ ፲

ናሁ ፡ ትትአነበሱ፡ ላዕሌየ፡ ከ
መ፡ ታውድቁኒ ፡ እንዘ ፡ ትኀድጉ፡ተ
ከልቦትነክሙ፡ ኀበ፡ ተአንስርትየ ።
ኢታፈቅሩኑ፡ሩሥትየ፡እስመ፡ታጽ
ሕቡኒ፡ኵሎ፡ጊዜ፡ሶበ፡ታመጽኡ፡ብ
ሂለ ፡ዘይቤ፡ኅጡአ፡መንታዌ፡ክርስ
ቶስ፤ ስብሐት፡ ለስሙ ፤ወበእንተሰ፡ለ
Marc. 13. 32. ይእቲ፡ዕለት፡ወለኪያሃ፡ሰዓት፡አለ
ቦ፡ዘየአምራ፡ኢመላእክተ፡ሰማይ፡
ወኢወልድ፡ ዘእንበለ ፡ አብ፡ ባሕ
ቲቱ፤ ናሁ፡ እምይእዜሰ፡ አገብአ፡
መስሌከ፡ ኀበ፡ ቤተ፡ አቡየ፡ ታራ፤
ይኄይሰኒ፡ ቍለፈትየ፡ከማከ፡ ወለ
ጣዖታቲሁኒ፡እትገነይ፡ሎሙ፡አስከ፡
እሠውዕ፡ ሥብሓ፡ሕፃናት፡ በከመ፡
ይቤ፡ሰሎሞን፡ነበረ፡ሕዝብ፡እንዘ፡
ይበልዑ፡ ሥብሓ፡ ደቂቆሙ፡ ዘተረ
ፈ፡ሶምሠዋዕ፡ከመ፡አንተ፡ይእዜ።
እመሰ ፡ ኮነ፡ ክርስቶስ፡ኢየአምር፤
መንተኑ፡ዘአእመርዎ፡ነቢያት፡ ወአ
ርዳኢሁ ፤ ጠይቅ ፡እመሰ፡ ትብለኒ፡
Jud. 14. መንትኑ፡ዘአእመሩ፤ ስማዕ፡ዘይቤ፡
ሄኖክ ፤ ይመጽእ፡ እግዚአብሔር ፡
በአእላፊሁ፡ቅዱሳን፤ አስተሐይጽ፡
ርኁቀታ፡ ለዘመን ፡ ቦኑ፡ ኢየአምር፡
ክርስቶስ ፤ መኑ ፡ አንበቦ፡ ለዝንቱ፡
ወከሠተ፡ ሎቱ፡መጽአቶ፤ ሀሎኑ፡እ
ንበሌሁ፡ዘይመጽእ፡ካልእ፤ ሀሎኑ
Gen. 1. 1. ሙሴ፡ ሶበ፡ ያመጽእ፡ዓለመ፡ ይቤ፡
በቀዳሚ፡ ገብረ፡እግዚአብሔር፡ ሰ
ማየ፤ ወምድረ፤ ናሁ፡ አንተሰ፡ ታን
እሶ፡ እምፍጥረቲሁ ፤ ይሠንየከ
Matth. 11. 27. ኑ፡ እበድከ፤ ለቡ፡ ዘይቤ፡ አልቦ፡ዘ
ያአምር፡ ለወልድ፡ ዘእንበለ፡ አብ፡
ወአልቦ፡ ዘያአምር፡ ለአብ፡ ዘእን
በለ፡ወልድ ። ወአመ፡ ይመጽእኒ፡
c. 25. 34. ይቤ፡ንዑ፡ኀቤየ፡ቡሩካኒሁ፡ ለአቡ
የ፡ወኢይቤ፡ሑሩ፡ ኀበ፡ አቡየ፡፡ እ

Nolite ascendere Hierosolymam. Præstat vobis corpus Petri, quem centesimo anno crucifixerunt fratres vestri, (u) sicuti Deum ejus (ei sit laus) trigesimo anno suo. Ille verò dixit: *Antequam nasceretur Abraham, sum ego.* Crucem quoque nolite quærere aliam, præter crucem S. Petri, qui crucifixus fuit inverso corpore; si ita placuerit vobis.

Pars decima.

Ecce instar leonum invaditis me, ut 54
me prosternatis; omittentes naturam
vestram caninam, respiciendo indolem
meam aquilinam. An non amatis senectutem
meam, quoniam urgetis me semper; proferentes
dictum quod ait: *caret geminatione Christus*, (gloria sit nomini ejus). Quod autem spectat ad
diem illum, & horam illam, nemo scit
eam, neque angeli cœli, neque Filius,
nisi solus Pater. Ecce nunc revertor
tecum ad domum Patris mei Thare. (x)
Præstat mihi præputium meum ut tibi, 55
idolis ejus quoque serviam, adeò ut etiam
sacrificem (illis) adipem infantium, sicut
ait Salomon: *Sedit populus edendo adipem liberorum suorum, quæ residua fuit à sacrificio*, sicuti tu nunc (facis). Si verò
Christus nescivit, quid quæso fuit quod
sciverunt Prophetæ & discipuli ejus.
Perpende [quæso] num dices mihi, quid
est quod cognoverunt? Audi quid di-
cit Henoch: *Veniet Dominus cum myria-* 56
dibus Sanctorum. Considera longitudinem temporis, an non noverit Christus?
Quis legit istud, & manifestavit ei adventum ejus? Estne præter illum alius qui venturus est? Nonne Moyses, cum ortum mundi describeret, dixit: *In principio fecit Deus cælum & terram.* Ecce tu facis eum [Christum] minorem creaturis suis. Num placet tibi stultitia tua? Intellige quid dicat: *Nemo est qui novit Filium nisi Pater: & nemo est qui novit Patrē nisi Filius.* Et eum venturus est, dicet: *Venite ad me benedicti patris mei:* Non dixit: *Ite ad patrem meum.* Surgam è 57
somno

(u) Id est *Romani* Nationem itaque & Religionem non distinguunt. (x) Alludit ad patrem Abrahami Gen. 11. 26. incircumcisum & idololatram, ironiâ parùm appositâ.

ትፈሥሑ፡ እምንዋምየ፡ ይእዜ፡ ይ
መስለከኑ፡ ዘኅጣእኩ፡ ለከ፡ ነገረ፡
አዘ፡ተመልኮ፡ ለጳውሎስ፡ ቀታሊ
ከ፡ ነጽሪ፡ እንዘ፡ እሠርር፡ ከመ፡
ንስር፡ ለተጻብእትከ፡ ወአንተኒ፡ አ
ቅም፡ ትዕይንተከ፡ ከመ፡ አንበጣ፡
እመ፡ ትክል፡ ቀዊመ፡ ቅድመ፡ ጽራኅ
የ፡ እምተኀጕል፡ ዳእሙ፡ ቀርበ፡
ኒበ፡ አጽፋርየ፡፡ ስማዕ፡ ዘይቤ፡
ጳውሎስ፡ ምክሐ፡ ትንሣኤ፡ ክ
ርስቶስ፡ ጥበቡ፡ ለአብ፡ ወአእም
58 ሮቱ፡፡ ኢይፈቅድ፡ ተጸልአተከ፡
እሬእዮ፡ ቀኖናሁ፡ ለነቢይ፡ ዘይቤ፡
ተገሐሥ፡ እምእኩይ፡ ወግበር፡ ሠ
ናየ፡ ወአንተኒ፡ ትረፍ፡ በቤተ፡ አ
ብ፡ ምስሌሁ፡ አንሰ፡ ይእዜ፡ ወጻእ
ኩ፡ እንበለ፡ እጻእ፡ እንዘ፡ እጸውር፡
ለክርስቶስ፡ ሎቱ፡ ስብሐት፡ ወለ
መዝገበ፡ አብኒ፡ ጽዒንየ፡ በሐመ
ረ፡ መስቀል፡ ዘይሤኒ፡ እመስቀለ፡ ጴ
ጥሮስ፡ አሐውር፡ ርሑቀ፡ ፍኖተ፡ ኅበ፡
ኢይረክበኒ፡ አብ፡ ዝኒ፡ ጻማ፡ ወድካ
ም፡ ዘይወልዶ፡ ፍርሀት፡ እቀውም፡ ቅ
ድሜሁ፡ በምንትኑ፡ ያአምረኒ፡ ሶበ፡
ክሕድክዋ፡ ጥበቦ፡ ወአእምሮቶ፡ ዝ
ኒ፡ በአብድኒ፡ አበድኩ፡ አንሰ፡ አ
59 ጸውሮ፡ በተዋሕዶ፡ ወለመዝገ
ቢኒ፡ አዐቅባ፡ እስከ፡ ይሜጥወኒ፡ ለ
ሊሁ፡ አሜን፡፡

ታአምሩ፡ በውስተ፡ ምሳሌ፡ እምነ፡
አድግ፡ ፀዓዳ፡ ወንጹሕ፡ ይኄይስ፡ ላ
ህም፡ ዘማዊ፡ ወጸሊም፡፡ ናሁ፡ ፈ
ነውክዋ፡ ለዛቲ፡ ባሕርይ፡ ዘታበርህ፡
ዓይነ፡ ዕውራን፡ ትኩንኒ፡ ህየንተ፡ አ
ምኃ፡፡ ወባሕቱ፡ ኢይርአይዋ፡ አ
ሕርው፡ ከመ፡ ኢይኪድዋ፡ በሰኰና
ሆሙ፡ ርኩስ፡ ከመ፡ ተብህለ፡ ኢት
ደዩ፡ ባሕርየክሙ፡ ቅድመ፡ አሕርው፡፡
አትረፍኩ፡ ነገርየ፡ በእንተ፡ ዘኅጣ
እኩ፡ ክርታስ፡ ወጸሓፌ፡፡ ተዐቀቡ፡
እምሐሳውያን፡ ነቢያት፡ እለ፡ ይመ
ጽኡ፡ ኀቤክሙ፡ በአልባሰ፡ አባግዕ፡
ወአንተ፡ ውስጦሙሰ፡ ተኵላት፡
መሠጥ፡፡ ፡፡

somno meo nunc. Videturne tibi, L.III.c.10. N. CXI.
quòd defuerim tibi in aliqua re? O tu
qui venetaris Paulum, qui [tamen] te
enecat. Aspice me, quomodo volem
instar aquilæ ad pugnandum tecum:
& tu quoque ordina exercitum tuum in-
star locustarum, num possis consistere
coram clamore meo ne intereas: vel
saltem appropinquare ad ungues meos
[aquilinos]. Audi quid Paulus gloria re-
surrectionis (y) dicat: *Christus sapien-* 1.Cor.1.24
tia Patris & scientia ejus. Nolo odio
haberete. Observabo regulam Prophe-
tæ qui dixit: *Diverte à malo & fac bonum.* Ps. 33. 15.
Et tu quoque mane in domo Patris cum
eo. Ego vero nunc egressus sum, tamet-
si non egrediar, gestans Christum (ei sit
gloria) & ad thesaurum Patris, conscen-
dens navem crucis, quæ præstantior est
cruce Petri, proficiscar longinquam
viam, ubi me non reperturus est Pater.
Iste labor & lassitudo, quam parit timor,
cum sterero ante eum, quo pacto agno-
scet me, si negavero *sapientiam & scienti-*
am ejus? Et hîc quoque propter stultitiam
tuam stultus factus sum. Ego autem cre-
dam in unitate, & thesaurum quoque cu-
stodiam, quem dedit mihi ipse, Amen.

Nostis proverbium: *Asino albo &*
casto præstat bos impudicus & niger. Ecce
misi hanc margaritam, quæ illumi-
nat oculos cœcorum, ea sit vice muneris.
(z) Verum enim verò ne videant eam
porci, ne conterant eam pedibus suis im-
mundis, prout dictum est: *Ne mittatis* Matth.7.6.
margaritas vestras ante porcos. Subsistere
feci sermonem meum propterea quòd
destitutus fui charta & scriptore. *Cavete* vers. 15.
vobis à falsis prophetis qui veniunt ad vos in
vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt
hyenæ [lupi] *rapaces.*

(y) Epitheton *S. Pauli*, qui *resurrectionem mortuorum* efficaciter docuit. (z) Epistolam hanc suam intelligit anonymus, & alludit ad morem Orientalium, ubi sine munere coram Regibus comparere non licet.

60 Hæc igitur est epistola illa, an. 1620. scripta, variis rumoribus per Æthiopiã divulgata, quo tempore *Susneus* edicta sua contra *feriationem Sabbati* promulgabat, & disputationes contra *unam in Christo naturam* gliscebant. Incondita satis, multisque locis insulsa, qualem philosophandi imperitus dare potest. Nullum enim quæstionis statum format. Adversariorum mentem non claré proponit, responsiones plerumque ironicè reddit. in tanta causa. Evagatur etiam quoties lubet, & digressiones facit inamœnas, multoties extra oleas. De verbo ad verbum reddidimus

L.III.c.10. mus, sensus libertatem lectori relinquentes. Nam tropos peregrinos & insolitos
N. CXII. loquendi modos exponere nos longius à scopo nostro abduxisset. Loca scripturæ
in margine apposuimus, quamvis aliter sæpe à nostratibus reddantur, ipsique Æthi-
opes aliter ac nos capita, quas portas appellant, distinguere soleant. Autores illius
(non enim unius opus videtur) investigari & puniri non potuerunt.

At *Susneus*, suâ Patrumque injuria graviter accensus, aliô modô vindictam de 61
illis cepit (*ut Tellezius loquitur*) edictum multò atrocius contra observatores sabbati
promulgando. Sed (ut in historia nostra diximus, & mox pluribus audiemus,)
animos suorum magis irritavit. Nam ut PP. Societatis (a) referunt: *Içegus sum-
mus Monachorum Antistes miserat ad Regem, qui eum ab hoc acerbo edicto dehortaren-
tur.* Quibus ille respondit: *Neque à Christo, neque ab Apostolis observatum fuisse* Sabba-
tum: *neque Christianos Ægypti, neque Chaldæos, neque Latinos illud hoc tempore obser-
vare: se verò improbare omnia, quæ Catholica improbet Ecclesia.* Quo responso audi-
to, proruperunt voces nonnullorum seditiosæ; *non tolerandum Regem Æthiopiæ,
qui, assumtâ falsâ peregrinorum Religione, avitam deseruisset.* Secuta mox est gravis
defectio, ut in *Historia nostra* memoravimus.

No. CXII. Oratio Regis Susnei, quam de religione Lusita-
norum ad suos habuit] Cùm *Ionael Prorex Bagemdræ* post promulgatum *de* 1
non observando Sabbato edictum defecisset, & magni motus ex eo timerentur, proce-
res viri atque fœminæ Regem adiverunt, & à *mutatione Religionis* seriò dehortati
sunt. Multi enim ex ipsis aulicis defectori favebant. Rex severitate usus nonnul-
los è complicibus illius comprehensos atque convictos partim morte affecit, partim
l. 4.c.20. in exilium egit, reliquos verò oratione compescere studuit. Nam ut *Tellezius* scribit:
Malum jam eo usque excreverat, ut ipsis remediis [scil. severitate] *magis accenderetur:
& res ad periculosam rebellionem spectaret.*

Orationem igitur habuit Rex ad Duces exercituum, nobiles aulicos, & 2
monachos præcipuos qui aulam sequebantur, indignatione & exprobratione ple-
nissimam, cujus sequens tenor erat. Ex Lusitanico Tellezii (b) Latinè versam hîc
Lectori exhibemus.

Vos estis, qui Imperatorem Jacobum *ad imperium evexistis & rursus, ob malefacta illi
culpæ data, deposuistis, regnum patrueli meo* Za-Denghelo *conferentes. Mox questi
estis, quod* Za-Denghel *Lusitanorum religionem, relictâ avitâ, secutus esset, & propterea
eum occidistis. Paulo post cùm mihi tanquam Imperatori sacramentum dixissetis, atque
imperium mihi commisissetis, rursus revocavistis* Jacobum, *quem modo rejeceratis, utque
me regno spoliaretis, prælium commisistis, cujus victoriam Deus mihi largitus est. Ab illo
tempore usque in hunc diem nemini gravis fui, ignovi potiùs plurimis, omnibus autem mul-
tam gratiam exhibui. Nihilominus quotidie seditiones & rebelliones experior, eo præ-
textu quòd sacra mutaverim; cùm tamen ea non mutaverim, sed tantùm emendaverim.*

Idem dico quòd vos omnes dicitis: Quòd Christus Dominus noster sit verus Deus 3
& verus homo. *Sed etiam dico:* quod non possit esse perfectus Deus, nisi etiam ha-
beat perfectam naturam divinam: neque possit esse perfectus homo, nisi habeat
perfectam naturam humanam. *Quia verò etiam naturali lumini evidentissimum
est*, quòd natura divina realiter distincta sit à natura humana, sequitur duas natu-
ras in Christo esse, sed minimè confusas; in Deo enim nulla est confusio, verùm uni-
tas in una persona verbi æterni. *Istud non est deserere, sed declarare & emendare* [vulgo
Reformare] *religionem. Vlterius dico:* naturam divinam superiorem esse humanâ.

Præterea edixi, ne Sabbatum observaretur. *Stupeo autem dari inter vos qui* 4
*audeant defendere tam magnum errorem, ut velint illud observare. Si enim vosmet
prædicatis Christianos, quare vultis observare* Sabbatum Judæorum? *Hoc est claudicare
3. Reg. 18. 21. in duas partes, sicuti ajebat Propheta* Elias *ad ipsos Iudæos.*

Ista est Religio mea, quam ego non ideo amplector, quòd sit Religio Lusitanorum, neque 5
quod sit Religio Romanorum, sed potius quòd ista sit Religio quam approbaverunt sexcenti

Patres

(a) In lit. ann. 1621. scriptis Tit. Missione di Etiopia p. 224. (b) Lib 4.c.21.p.351.

Patres, qui in Concilio Chalcedonensi condemnaverunt Eutycheten & Dioscorum. L.III.c.10.
Veritas ista fundata est in scriptura, à tempore Apostolorum, qui fuerunt Doctores Mun- N.CXIII.
di [ad nos derivata]. *Tandem persuasum vobis habetote, quod pro ista religione, si necessari-*
um fuerit, mori paratus sim; sed primò mori oportebit eos, qui illi contradicere fuerint ausi.

N°. CXIII. De scripto publico SUSNEI REGIS, quod

1 MANIFESTUM vulgò appellatur] *Susneus* Rex desertâ Alexandrinâ ad
religionem Romanam conversus, scripto publico popularibus suis illud manife-
stare voluit. Extat apud B. Tellezium, nec non in relationibus annuis An. 1624. L. 4. c. 37.
& 1625. (c) sed passim discrepat. Nos Tellezii editionem sequemur; quæ diffe- p. 11.
runt, hoc signo [ ] includemus.

2 Epistola imperatoris SULTAN SAGHEDI perveniat in notitiam universi populi, nostro imperio subjecti.

Audite quæ vobis dicimus & scribimus de causa sanctæ Religionis, *quæ tota vera*
est, nec ullam ambiguitatem habet, nimirum ea quæ est almæ urbis Romæ, sedis S.
Petri, *quem Dominus noster Iesus Christus Principem fecit omnium fidelium, eique man-*
datum dedit ore suo proprio, & verbo sancto. Vnde nullus error prodire potest, dixitq; illi ser-
mone firmo, quod non defectura esset [fides ejus] *usque ad finem mundi.* Tu es Pe- Matth.
trus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævale- 16, 18.
bunt adversus eam; & tibi dabo claves regni cœlorum, & quodcunque ligaveris
super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque solveris super terram, erit so-
3 lutum & in cœlis. *Præterea cùm jam prope esset ut crucifigeretur, pro redemtione*
totius mundi dixit: Simon Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut tri- Luc. 22. 31.
ticum, ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando con-
versus, confirma fratres tuos. *Et post resurrectionem, antequam in carne ascendisset in*
cælum, ter illi dixit? Simon Joannis diligis me plus his? *& respondit*: Pasce agnos me-
os, & oves meas, & agniculos meos. *Respectu omnium virorum dixit:* agnos me-
os; *respectu omnium fæminarum dixit:* oves meas; *& respectu omnium parvulorum*
dixit: agniculos meos. *Istud est mandatum S. Petri super omnes Christianos.*
4 *Venerandus iste* Princeps Apostolorum, *cùm jam exiturus esset ex hoc mundo, abi-*
turus ad Creatorem suum ad recipiendum præmium suum, hæreditario quasi jure reliquit
istud mandatum, & primatum successoribus suis Pontificibus Romanis, *hæredibus sedis*
suæ, quæ durat usque ad hunc diem, & durabit usque ad finem mundi: neque est aut erit,
qui vincat hunc primatum & regimen: neque Muhammedani Africa: neque Turcæ; quia
verbum & mandatum Domini nostri Iesu Christi illam roboravit, dum dixit: Et portæ in-
5 feri non prævalebunt adversus eam. Et sic ortâ inter fideles controversiâ in
concilio primo Nicæno, CCCXVIII. Episcopi Orthodoxi congregati excom-
municaverunt Arium *è sancta Ecclesia, quòd diceret:* filium esse creaturam. *Et in*
concilio secundo centum & quinquaginta Patriarchæ, & Episcopi Constantinopoli congre-
gati, ejecerunt è communione sua Macedonium; *quòd iste dixisset:* Spiritum S. esse
creaturam. *Et in Concilio tertio CC. Episcopi Ephesi congregati excommunicaverunt*
Nestorium, *segregantes eum à Communione fidelium*, quia Christum dividebat in du-
as personas; unam tantùm divinam; & alteram tantùm humanam. *Et in concilio*
quarto sexcenti & triginta Patriarchæ & Episcopi Chalcedone congregati excommuni-
caverunt & ejecerunt rebellem Dioscorum, propterea quòd se conjunxisset cum infidelita-
te Eutychetis, commiscens humanitatem cum divinitate, & faciens unam solam
naturam, *cùm tamen certum sit, quòd in Christo duæ dentur naturæ, divina & huma-*
6 *na. Respectu naturæ divinæ CCCXVIII. Patres Sancti in Symbolo (vulgò* Cre-
do) *posuerunt hæc verba:* Credimus in Dominum nostrum Jesum Christum, uni-
genitum Patris filium, qui fuit cum eo, antequam crearetur mundus: *& respectu*
naturæ humanæ in eodem symbolo posuerunt verba: Et conceptus fuit à Spiritu S. [natus]

(c) Italicè extant Romæ impressæ Ao. 1626. Eas supra quoque allegavimus.

L.III.c.10. N.CXIII.

ex Maria Virgine, *Quòd autem nominaverint hic Spiritum S. id eò factum, quòd for-*
maverit illi corpus, & creaverit illi animam in utero S. Mariæ virginis, consentientibus
Patre, Filio & ipso Spiritu S. Tres personæ, unus solus Deus. *Quòd autem* [in hoc
articulo] *non nominaverit* Patrem & Filium, *id non factum quasi non simul operati sint*
cum Spiritu Sancto. Sed ut intelligeremus, quòd in sanctissima Trinitate præter opera- 7
tiones ad intra etiam dentur operationes ad extra, prout nos docuerunt Sancti Patres. Quan-
tum ad operationes ad extra, *Potentia attribuitur* Patri: Scientia Filio: *& amor* Spi-
ritui S. *Quandoquidem autem incarnatio Filii Dei facta est propter amorem filiorum ho-*
minis, ideò CCL̄XVIII. Patres nominaverunt tantùm Spiritum Sanctum, *quod ista*
esset operatio amoris. Cæterum in virtute, in potentiâ, in creatione rerum Pater, Filius
& Spiritus S. funt unus solus verus Deus. *Dum verò dixerunt ex* S. Maria virgine,
id factum est ratione naturæ humanæ, quæ in momento unita fuit cum æterna persona filit,
qui æqualis est divinitate Patri.

Quòd autem in Christo Domino nostro, qui est una sola persona, sint duæ naturæ, 8
istud scriptum extat in omnibus libris per Spiritum S. scriptis. S. Matthæus *in principio*
Evangelii sui ait: Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham; *idque*
respectu naturæ humanæ; nam respectu naturæ divinæ S. Johannes ait: In principio erat
verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. *Natura divina neque*
tempus habet, neque horam: at natura humana habet ætatem & terminum. Quam 9
vis autem istud in omnibus libris extet, tamen Eutyches *malitiæ magister id negavit, di-*
cens: unam tantum in Christo dari naturam, *& sic humanitatem cum divinitate com-*
miscuit. Rebellem hunc secutus est Dioscorus, *eumque juvit verbis & factis, ita ut etiam*
Flavianum Patriarcham Constantinopolitanum *occidi curaret, eò quòd excommu-*
nicasset, & ab officio deposuisset Eutychetem & Dioscorum, *& reliquos pertinaces hæ-*
reticos, qui ante illum fuerant, videl. Arium, Macedonium, Nestorium, & Sa-
bellium. [Hic hiatus est in Tellezio p. 371.] *Subjecitque capiti omnium Ecclesiarum*
S. Ecclesiæ Romanæ, *ratione imperii sui & primatus, quæ hæreditate adepta est potestatem*
S. Petri Principis Apostolorum.

Itaque Patriarchæ successores Dioscori [Hic confunduntur Patriarchæ Ægypti cum me- 10
tropolitis Æthiopiæ] *qui venerunt Alexandriâ in Æthiopiam, non prædicaverunt fidem ve-*

Invectiva in Metropolitas Æthiopiæ.

ram; docebant enim in Christo non dari nisi unam solam naturam. *Et cùm carerent ve-*
râ fide, incedebant in viis quæ non erant Patriarcharum nec Episcoporum, nec aliorum Ec-
clesiæ præsulum, sed uxores ducebant, & gignebant liberos secundum carnem. Adhuc dan-
tur in nostra patria filii eorum, filiorumque quos genuerunt descendentes. Deprehensi 11
quoque fuerunt in aliis flagitiis, quæ hic manifestare non decorum foret. Vendebant ordi-
nes sacros pecuniâ & lateribus salis. Consecrabant lapides [aræ] *sacratos pro mercede o-*
pum: & dominabantur crudeliter in illos qui ordinandi erant, cogentes eos prius famulari
per annum, vel anni dimidium, convehendo materiem & cæmenta, construendis cœna-
culis & sepiendis hortis, cùm tales sint excommunicati ipsis Apostolorum verbis, qui dicunt: (d)
Qui emerit aut dederit ordines sacros pro mercede pecuniæ, excommunicatus esto,
& habeat partem cum Simone Mago & Juda.

Abbunam Marcum *convicit Imperator* Malac-Saghedus *multorum criminum* 12

Ista non reperiuntur in exemplari Italico.

[carnalium, quæ nec aures audire, nec os proferre potest; similia illis, ob quæ Deus
ignem de cœlo pluere fecit.] *Quam ob causam illum dignitate sua privavit, demtisque*
bonis in insulam Dek *relegavit, ubi mala morte decessit, ventre illius instar tympani intu-*
mescente.

Abbuna Christo-dulus *aluit multas concubinas, contra morem Metropolitarum,* 13
quod omnes norunt qui illo tempore vixerunt; quorum aliqui adhuc vivunt.

Abbuna Petrus *illius successor, copulavit sibi mulierem cujusdam Malaquei, cui no-* 14
men Michael. Re verò cognitâ, mulctam adulterorum, alienas uxores temerantium, sol-
vit. Adsunt adhuc testes, qui istud sciunt, videlicet Iosephus & Marinus, qui non sunt
nostrates, sed extranei & peregrini. Et delicta delictis augens, postquam Jacobus
septem

(d) Procul dubio intelligitur *Canon. Apost.* 29. qui in *Abeelisat* Æthiopum est 28.

septem annos regnasset, totum Æthiopiæ populum excommunicatione propositâ permovit, L.III.c.10.
ut illum regno moverent, eoque in Enaream relegato, in ejus locum Za-Denghelum *substi-* N.CXIII.
tuerent. Mox ut eos induceret ad occidendum istum ipsum Za-Denghelum, *excommu-*
nicationem promulgavit; & ita illum quoque interfecerunt. Neque hoc satis erat, cùm
nos cum Iacobo dimicaremus, ille simul in bellum profectus est, atque in prælio occubuit.
15 *Porro* Abuna Simeon *pluribus adhuc delictis & peccatis constrictus fuit*, [capta
uxore Ægyptii cujusdam nomine Mati, qui postquam multas virgines constupras- Neque ista
set, multas aluit concubinas, cum quarum unâ filium genuit. Ne vero cognosce- in Italico
retur ejus peccatum, eum projecit extra domum suam, ubi à lupis devoratus fuit, exemplari
mater enim non tantum habebat, ut eum aleret, idque notum est toti nationi, & o- reperiun-
16 mnibus consiliariis nostris, quòd ementitum non sit.] *Eo autem tempore, quô Æ-* tur.
lius, [gener Regis] (e) *defecit, cùm potiùs pacem & reconciliationem tentare debuisset,*
(*ut* Metropolitæ & Monachi *facere consueverunt*) *ille potiùs perduellibus se conjunxit, &*
convocatis omnibus Ælii militibus, illis dixit: Quicunque die & tempore prælii peper-
cerit juvenibus, senibus, infantibus, & demum quibuscunque aliis, qui in castris
regiis reperti fuerint, excommunicatus esto. Et quicunque omnes trucidaverit,
nec quemquam vivum reliquerit, quamvis adulterium commiserit, furtum fecerit,
imò decem præcepta omnia transgressus fuerit, absolutionem habeat ex meo ore.
Qui alios occiderit, sanctus erit: & qui à militibus Imperatoris occisus fuerit, pro
martyre habebitur. *Ista dicens, devovit eos quasi Satana, & deduxit in prælium contra*
nos. Deus nobis victoriam largitus est: illum autem in acie consistentem, Nemesis divina
in manus militum detrusit, ubi malâ morte periit.
17 *Sed ut redeamus ad nostrum principale propositum. Quandoquidem* Patriarchæ
Alexandrini, *à tempore Dioscori usque ad præsens, non obedierunt* Pontificibus Roma-
nis, *successoribus S. Petri, cujus sedes fundamentum est Fidei: & quæ caput est S. Ecclesiæ:*
& dixerunt quòd in Christo una tantùm *sit* natura, *cùm tamen sint* duæ, divina & hu-
mana: & *præterea quòd noluerint recipere* Constitutiones & Canones Apostolorum
Domini nostri (f): *& quia converterunt libros omnes pro lubitu suo: & quia nos non*
duxerunt per viam veritatis, propterea illis non amplius obedimus, sunt enim Jacobitæ, *qui*
incedunt per vestigia errorum suorum, & sequuntur tramites Arii, Macedonii, Nesto-
18 rii, Sabellii, Eutychetis & Dioscori. *Sed nos obtemperamus* Pontifici Romano,
qui sedet in cathedra S. Petri Principis venerabilium Apostolorum, neque potest errare in
ulla re ad fidem & bonos mores spectante. Vos autem omnes sequimini in pace istam san-
ctam fidem, quam stabilivit Christus Dominus noster sacro suo sanguine in cruce, qui pas-
sus est pro salute omnium, qui in eum credunt, in secula seculorum Amen.

Compositor hujus edicti fuit Secretarius *Tecla-Selasse*, aliàs *Azaje Tino* dictus; maximus Patrum patronus, qui post aliquod temporis spatium, reductâ religione Alexandrinâ, propterea malè habitus fuit, uti diximus in Hist. nostra Lib. III. 13. 10.

COMMENTARIUS

Ad Lib. III. Cap. XI.

N°. CXIV. De actu solenni, quo Rex obedientiam Ponti-
fici Romano juravit, cum oratione Patriarchæ Lusitanici tunc
1 habita] Solennitas ista celebrata fuit die XI. Febr. Ao. 1626. cum maxima

(e) Historiam ipsam habes in Hist. nostra III. 10, 60. (f) Quomodo vel de quibus *canonibus & constitutionibus Apostolorum* accipiendum hoc sit, ignoro. Æthiopes enim inculaverunt *Pp. Societatis*, quòd illi canonibus Apostolorum stare noluerint, ut diximus supra N. XXX. §. 126. & CXI. §. 23.

L.III.c.11. aulæ pompa. Relationem cum oratione, quam ipse Patriarcha *Alphonsus Mende-*
N.CXIV. *zius* habuit & edidit, ex illius epistola ad Generalem Soc. Jesu Calendis Junii
p. 119. Ao. 1626. datâ, & Romæ Italicè anno 1629. impressâ, Lectori hic Latinè damus.
Sic autem loquitur:

Die XI. Februarii [dicti anni 1626.] *venerunt in cœnaculum regium capacissimum præter* Imperatorem ejusque fratres & filios, decem Proreges *diversarum provinciarum, tunc temporis in aula præsentes:* Schumi [ሹም:] id est: *Præfecti regionum gradus inferioris:* Tribuni militares: Magistratus: & Antistites *monachorum innumeri.*
Paulo post addit: *Comparebant plerique in togis Damascenis, aut aliis vestibus sericis:* 2
nonnulli pileis contecti, nonnulli mitrâ turbinatâ, rubricoloris plerique: alii verò splendebant bysso albo, cingulis largis aureis cincti, variis mirabilis forma uncinis & fibulis in pectore: globi atque capuli acinacum opere calato elaborati eminebant super capita nobilium; quia humi sedebant omnes, quod moris est præsente Imperatore, ubi stare non licet. *Igitur gladii illi erecti repræsentabant quoddam arundinetum auri & argenti. Imperator ipse magnifico apparatu in alto throno sedens, veste argento intextâ indutus, & pallio purpureo uitens, redimitus in fronte fulgente diademate. Ego verò mitratus Pontificali habitu, ab uno latere crucem, ab altero pastorale pedum habens, orationem talem exorsus sum.*

Oratio Patriarchæ. Cum Dominus noster Jesus Christus discipulos suos quondam 3
Matth. 16. interrogasset, (non quod id nesciret, sed ut eos erudiret) *Quem dicerent homines es-*
13. *se Filium hominis?* atque unus hoc, alius aliud ex populi errore, & fortassis etiam respondentium proprio, respondissent, postulavit ab illis, ut ipsi sententiam suam dicerent. Tunc Petrus aliorum responsum non expectans, tanquam ferventior & sapi-
Ib. vers. 16. entior in hæc verba prorupit: Tu es, inquiens, Christus Filius Dei Vivi;
complectens paucis his verbis, quantum de Christo in mortali hac vita compre-
hendi potest; subinnuens, quòd in eo reperiatur *una sola persona divina, & duæ naturæ,* 4
divina videlicet & humana. Una sola persona, inquam; loquitur enim tanquam cum supposito individuo & incommunicabili: divina autem, quia dicit: *Tu es, &c.* tan-
Exod. 3. 14 quam dicere vellet: *Tu es ille,* qui olim Moysi dixisti: *Ego sum, qui sum, & qui est misit me ad vos.* Tu es ille, de quo David dixit: *Tu autem idem ipse es.* Quem locum S. Paulus intelligit de Filio in Epistola ad Hebræos. *Duas naturas* intelligit, quia subjungit: *Christus Filius Dei vivi.* Non enim potest filius Dei vivi non esse Deus, & ejusdem
substantiæ cum Patre. Quemadmodum filii hominum ejusdem naturæ sunt 5
cum patribus suis, secundum dictum Philosophi: *Generatio venit à principio intrinseco vitæ, ad similitudinem ejusdem naturæ:* neque non potest non esse homo, qui *Christus* appellatur; quod nomen in S. Scriptura tribuitur *Regibus, Prophetis & Sacerdotibus,* qui homines sunt: neque filius Dei, si solùm respiciamus naturam divinam, *Christus,* h. e. *unctus* vocari potest; quandoquidem unctio denotat novam gratiam. Et si in Deo dari posset novitas, etiam mutatio in eo dari posset. Potest tamen Deus ungere
Ps. 44. 8. aliquam creaturam, qualis est humanitas Christi, quare dixit Propheta: *Unxit te De-*
us, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Ex quo satis clarum evadit, quòd Deus 6
ungat: & quòd humana natura Christi ea sit, quæ uncta est. Siquidem ille, qui unctus vocatur, consortes habet, supra quos recipit abundantiorem gratiam. Filius autem Dei secundum divinam suam naturam consortem non habet, cùm alius filius naturalis Dei dari non possit. Propterea secundum eandem naturam vocatur unigenitus, qui est in sinu patris. Sed secundum humanam multos habet consortes, &
Joh. 1. 12. multos fratres, i. e. homines; *quibus potestas data est, ut fierent filii Dei.* Inter quos ille, tanquam qui majorem consecutus est hæreditatem gratiæ, primogenitus vocatur se-
Rom. 8. cundum S. Paulum: *Ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Ista omnia S. Petrus
29. comprehendit in paucis his verbis: Tu es Christus Filius Dei. Pro 7
quo etiam haud exiguum retulit præmium. Siquidem cùm adhuc moraretur in hac terra, consecutus est nomen *Beati;* quòd per fidem obscurè in Christo viderit illud,
d. c. 16. 17. quod beati in cœlo clarè vident, dum Christus illi dixit: *Beatus es Simon Bar-Jona;* simulq;

musque testatus est cognitionem istam superare naturam humani intellectus, tan- L.III.c.11.
quam revelatam à Patre; quia inquit: *Caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater me-* N.CXIV.
8 *us qui in cœlis est.* Ut etiam S. Petrus intelligeret sermonem hunc ad se solum directum esse: utque reliqui Apostoli illum, tanquam sibi longè prælatum, eò magis venerarentur; *Et ego*, inquit, *dico tibi, ego* qui non possum negare me ipsum: *ego* qui sum veritas, quæ neque decipere nec decipi potest, *dico tibi*, non Johanni, non Jacobo, neq; alicui alii, sed *tibi Petro*; *quia tu es Petrus*, aut (prout vos habetis in vestro Evangelio) *tu es petra*, (g) *& super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam: & tibi dabo claves regni cœlorum. Et quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solveris super terram, erit solutum & in cœlis.*

9 Non erat hæc traditio quædam Christi, sed promissio in futurum, per quod vellet transferre in Petrum potestatem suam, & substituere illum plenè post mortem suam cum omnibus prærogativis suum *Vicarium*. Propterea illi attribuit nomen *Petra*, ut quemadmodum *Christus est petra* secundum S. Paulum; ita Petrus etiam vo- 1.Cor.10.4
10 caretur *Petra*, ad idem nomen & eandem potestatem exaltatus. Non erat necessaria ista substitutio ante mortem Christi; Ecclesia enim visibilis congregatio est hominum visibilium, quamvis anima istius Ecclesiæ, quæ est Fides, sit invisibilis, & tamen se sensibilem faciat per bona opera. Etenim homines sunt visibiles, quamvis anima illorum sit invisibilis, quæ nihilominus præsentiam suam ostendit per operationes. Cùm igitur Ecclesia visibilis sit, semper necessarium fuit, ut in ea etiam, in quantum est corpus, daretur caput visibile: in quantum est ædificium, fundamentum visibile: in quantum est grex rationalis, pastor visibilis. Dum ergo Christus in terra visibilis fuit, atque cum hominibus conversaretur, ille ipse eorum erat caput, pastor & fundamentum visibile. Idcirco paulò ante mortem suam dicebat patri suo: *Cùm essem cum eis, ego servabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi,* Joh.17.12.
11 *custodivi. Nunc autem ad te venio.* Id verò nihil aliud significat quàm id ipsum quod olim Moyses dixit, antequam moreretur. *Provideat Dominus Deus spirituum omnis* Num.27.
carnis hominem, qui sit super multitudinem hanc, ut possit exire & intrare ante eos: & 15.
12 *educere eos vel introducere; ne sit populus Domini sicut oves absque pastore.* Itaque sicut tunc temporis Josua datus fuit pro pastore visibili in locum Moysis (qui adeo invisibilis factus est, ut ad hunc diem nullus mortalium sciat ne quidem ejus sepulchrum) ita eùm propheticum dictum adimplendum esset: *Percutiam pastorem, &* Zach.13.7.
dispergentur oves; confestim opus erat, ut in ejus locum substitueretur alius pastor, Marc. 14.
qui tempore illo nebuloso & caliginoso in medio ovium perditarum constitutus, eas 27.
colligeret, & in libertatem vindicaret, secundum promissionem ipsi Petro à Domi-
13 no factam: *Et tu aliquando conversus, confirma fratres tuos.* Mortuo Christo, Pe- Luc.22.32.
trus factus est pastor Ecclesiæ; & ut ista dignitas ejus eò magis cognosceretur, confirmavit eam Dominus post suam resurrectionem dicens: *Tu me sequere*, h. e. suffultus pedo pastorali cum eadem autoritate & potestate, quæ mihi data est in cœlo & in Joh.21.19.
terra; mihi quidem naturaliter; tibi autem delegata à me ipso, ordinaria tamen in te tuisque successoribus. Quam ulterius tribus vicibus unâ post aliam illi confirmavit, bis illi dicens: *Pasce agnos meos*; & denuò mox: *Pasce oves meas.* vers.15.17.

14 Quandoquidem autem ego hoc die pro Sanctissimo Domino nostro URBANO, *divina providentia Papa VIII. Successore Petri legitimo*, à potentissimo *Imperatore* SULTAN-SAGHEDO, *& omnibus ordinibus hujus imperii excepturus sum* juramentum conjunctionis & fidelitatis Ecclesiæ istius Æthiopicæ eum *Romana, capite, matre & magistra omnium Ecclesiarum*; alia verba ad exhortandū vos ad istam conjunctionem mihi non occurrerunt, quàm illa, quibus Christus in S. Petro ad unitatem vocavit totam suam Ecclesiam. Quia una sola est Ecclesia, & ideò dicit Chri-
15 stus: *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*, non *Ecclesias*. Neque vos tur- d.c.16.18.

 bet

(g) ኣንተ፡ ኰኵሕ፡ *Tu es Petra, Rupes* habet versio Æthiopica.

L.III. c. 11. bet, quòd interdum in S. Scriptura nominentur Ecclesiæ; ut quando S. Paulus scri-
N.CXIV. bit *Ecclesiis Galatiæ*: Et S. Johannes in Apocalypsi *septem Ecclesiis, quæ sunt in Asia*; &
quòd audiamus nonnunquam *nomen Ecclesiæ Græcæ & Latinæ*; Ecclesiæ *Occidentalis*
& Orientalis. Quoniam, ut bene Tertullianus (h) dicit: *multæ Ecclesiæ una Ecclesia sunt*.
Una intelligitur scilicet *Romana Catholica, & Apostolica*. Nam si non esset una sola,
esset nulla, sicut idem autor dicit: *Deum, si unus non sit, nullum omnino esse*. Pa-
latium Imperatoris propterea non est non unum, quia in illo multa sunt concla-
via, neque propterea non est unum ovile, quia in eo sunt matres multorum agno-
rum: neque propterea non est unum corpus, quòd multa in eo sint membra; sed
unitas ædificii dependet ab una sola petra angulari: ab uno grege, uno pastore, &
uno ovili: uno corpore, & uno capite.

Jam diu est, quòd ædificati fuistis super fundamentum Apostolorum, quia su- 16
Act. 8. 27. xistis lac fidei à S. Matthæo, & ab illo *Eunucho Candaces Reginæ vestræ*, qui baptizatus
fuit à S. Philippo Diacono (i). Verùm quia ex Ægypto & Alexandriâ venerunt non
architecti, sed destructores, lapides sanctuarii dispersi fuerunt per omnia loca.
Olim multo tempore fuistis corpus in Christo, quia uniti fuistis cum Petro & succes-
soribus Petri, tanquam vero capite. At postquam pro capite assumsistis Alexan-
driam, habuistis corpus monstrosum, haud aliter ac illi, qui caput habent sub hume-
ris, aut inter genua, aut in pedibus. Longo tempore fuistis oves gregis Domini, 17
neque ideò, quòd gereretis lanam fuscam, bonus ille Pastor vos rejecit, sicuti nec
Exod. 2. 21 *Moyses Sephoram* suam, quòd esset *Æthiopissa*. Sed quoniam intraverunt inter vos
Hab. 1. 8. tales, quos Propheta vocat *velociores lupis vespertinis*, vestimentis quidem ovium
contectos, sed dictis sacræ Scripturæ & conciliorum perversè adductis, tanquam pel-
libus involutos, (ut loquitur Vincentius Lyrinensis) ut tactu mollioris lanæ non
metuantur morsus dentium, atque isti vos dispersferunt per omnes montes.

Sed ecce dies nunc venit (quandoquidem vos gloriamini de genere *Davidis* 18
Regis per *Menilehecum*, quem annales vestri *Salomone & Saba Reginâ genitum* prædi-
cant, ex quo longo & nunquam interrupto annorum cursu ortos esse volunt Impe-
c. 9. 11. ratores Æthiopiæ) quô impleri potest prophetia Amosi: *In die illa suscitabo taberna-*
culum David quod cecidit, & readificabo aperturas murorum ejus: & ea, quæ corruerant, in-
staurabo, & readificabo illud, sicut in diebus antiquis. Habetis nunc Architectum, 19
qui quamvis rerum multarum ignorans sit, scit tamen illud quod dicit Apostolus: *ut*
1. Cor. 3. 10 *sapiens Architectus fundamentum posui, quod est Christus Jesus*: & id quod Christus po-
suit in locum ejus, dum dixit: *Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Ha- 20
betis Medicum, qui quamvis ipse medicina egeat, scit nihilominus, qualis *resina re-*
Jer. 8. 22. *periatur in Galaad.* Et quamvis non sit sicuti Lucas, Medicus Pauli charissimus, vos
tamen adeò amat, ut intimam sensurus sit afflictionem, si unquam illum dicere opor-
teat: *Curavimus Æthiopiam, & non est sanata.* (k) At rectè sani evadetis, si mem- 21
bra sparsa rursus conjungantur cum capite visibili Ecclesiæ, ut ille, qui est caput invi-
sibile & vita ejus, vobis suppeditet vitam, quæ communicari potest per solam unitio-
Eph. 4. 15. nem, sicut dicit Apostolus: *Crescatis in illo per omnia, qui est caput Christus; ex quo totum*
corpus compactum & connexum per omnem juncturam subministrationis secundum opera-
tionem in mensuram uniuscujusque membri augmentum corporis facit. Habetis pa- 22
Joh. 10. 11. storem, qui, quamvis gloriari non possit: *Ego sum pastor bonus*, non tamen utitur in-
strumentis stulti Pastoris, cùm sit missus ab illo pastore, cui Christus dixit: *Pasce oves*
meas. Et maximam operam dabit ad eum finem, ut vobis ad pastorem animarum
c. 37. 24. vestrarum conversis, impleatur dictum Ezechielis: *Pastor unus erit omnium eorum:*
d. c. 10. 16. Et dictum Salvatoris nostri. *Erit unum ovile & unus Pastor.*

Nemo negare potest, S. Petrum esse fundamentum, caput & pastorem Ecclesiæ; 23
quia

(h) Lib. adversus Hæres. c. 20. (i) Ista ex veteri traditione: postea cum libros Ha-
bessinorum evolveret, meliùs edoctus Mendezius agnovit hanc *Eunuchi & S. Matthæi conversio-*
nem de his nostris Æthiopibus accipiendam non esse, prout nos clarè docuimus supra ex ipsis Pa-
trum relationibus, hoc libro, N. XIII. & seq. (k) De Babylone sic loquitur Jeremias c. 51. 9.

quia reliqui Apostoli illum pro tali agnoverunt. Quamvis enim inter illos (prius- L.III.c.11.
quam Christus illum fecisset Principem) orta fuerit dissensio super prioritate, nihilo- N.CXIV.
minus, quoniam illi datus erat primatus, nulla dabatur exceptio. In primo illo Luc.22.24
Concilio Hierosolymitano, quod congregatum fuit ob successionem Judæ, ille tanquam Act.1.15.
24 Præses exsurgens in medio fratrum, summam negotii tractavit. *In festo Penteco-*
stes, cum multi irriderent Apostolos tanquam ebrios, ille tanquam paterfamiliæ pro c.2.14.
omnibus respondit. *Ananiam* & *Saphiram* morte multavit, ceu universalis Ec- c.5.5.
clesiæ judex, quia post factum Evangelicæ paupertatis votum, fraudaverant de pre-
25 tio agri venditi partem. Condemnavit *Simeonem Magum* tanquam sacrilegum, c.8.20.
(quod genus sacrilegii usque in hunc diem nomen *Simoniæ* ab illo accepit) quam-
vis ibi, ut in plerisq; aliis negotiis præsens fuerit S. Johañes, quem Christus amore sin-
gulari prosecutus est, ausus tamen non fuit subtrahere se à submissione Petri: vel æ-
quiparare Ecclesiam Ephesinam cum Antiochena aut Romana, ubi Petrus sedebat:
multò minus affectabat præ illa titulum Patriarchatus.
26 Petrus autem ceu pastor universalis, non tantùm destinatus erat pro nonaginta
ovibus errantibus de domo Israelis, sed etiam pro perdito gentilismo. Quippe ille
primus erat ad convertendum illum. Primus baptizavit Ethnicum, fundans pri-
mò Fidem gentilium in persona Centurionis Romani, felici principio & testimonio, c.10.48.
quòd fides Romana inter gentiles futura esset, uti prima & antiquissima, ita etiam
27 celeberrima & firmissima, digna illâ laude, quam S. Paulus illi attribuit: *Fides vestra* Rom.1.8.
annunciatur in universo mundo. Ille, cum diversæ sententiæ inter Apostolos & disci-
pulos Hierosolymis nascerentur: *Num Evangelium liberè divulgandum esset Ethnicis?*
tali pacto id faciendum asseruit, ut S. Lucas dicit: *His auditis tacuerunt.* Quemad- Act.11.18.
modum tacere solet discipulus, miles & subjectus, cùm sententiam suam interponit & 15.12.
28 Magister, Dux vel Imperator. Et cùm disputatio Antiochiæ nata esset: *Num*
Ethnici conversi ad circumcisionem adigendi essent? quæstione Hierosolymam delata,
ubi S. Jacobus frater Domini Episcopus erat, is qui dubium decidit, non erat S.
Jacobus, qui tum temporis domi & in sua sede erat: neque S. Paulus tunc ibi præ-
sens, sed S. Petrus, cui primatus in omni loco debebatur. Quamobrem cum sum-
mo judicio devotus S. Bernhardus dixit: *Iacobus, qui videbatur columna, unâ con-*
tentus est Hierosolymâ, Petro universitatem cedens. Cùm ergo frater Domini illi cesse-
rit, quis unquam audebit S. Petri prærogativam in dubium vocare?
29 Ut autem comparationem instituamus Ecclesiæ Romanæ cum reliquis cathe-
dris Patriarchalibus. ECCLESIA HIEROSOLYMITANA tantum abfuit, ut
sese voluerit illi æquiparare (quamvis concilium Constantinopolitanum I. habito
respectu ad antiquitatem illius, eam vocet matrem omnium Ecclesiarum, *quia de* Esa.2.3.
Sion exivit lex, & verbum Domini de Ierusalem) ut etiam illis primis temporibus post-
posita fuerit Ecclesiæ Antiochenæ & Cæsareensi, prout bene colligitur ex concilio
Nicæno & S. Hieronymo. Et S. Leo Magnus Ecclesiæ illi honorem primatus
(l) confirmare noluit eo tempore, cùm à concilio Chalcedonensi illi esset oblatus.
30 Attamen approbavit illum quinta Synodus circa annum DLIII. conferendo si-
mul illi ipsi sedi Hierosolymitanæ dignitatem & jurisdictionem Patriarchatus super
universam Palæstinam, quâ diu caruerat. Nihilominus Episcopi Hierosolymi-
tani semper judicati fuerunt à tribunali Romanorum Pontificum, quemadmodum
judicatus fuit ab *Hormisdâ Iohannes*, in locum S. Eliæ ab Eutychianis constitutus,
quem illi loco moverant: *Sophronius à Theodoro*, qui Stephanum Dorensem Ro-
mam misit ad agendum causam suam Anno 643. Et *Ebremanus à Pasquali* Ao. 1107.
Arnolphus ab illo ipso Anno. 1115.
31 SEDES CONSTANTINOPOLITANA reliquis recentior, favore Impera-
torum sæpius tentavit obtinere primatum super Orientales, uti factum in concilio
Constantinopolitano: & in falsa Synodo contra Chrysostomum: & postea in con-
cilio Chalcedonensi. Nunquam tamen apertè illum prætendit super Ecclesiam Roma-

(l) *L'honor del Primato* extat in impresso; sed *Patriarchato* legendum putaverim.

LIII. c.11. Romanam, ita tamen ut *Pelagius II.* & *Gregorius M.* retunderent audaciam *Johan-*
N.CXIV. *nis* Episcopi illius sedis, qui impudenter sibi arrogabat cognomentum *Oecumenici.*
Semper enim exercuerunt Romani Pontifices jurisdictionem suam super reliquos
Patriarchas. Etenim *Paulus* vexatus à *Macedonio*, & *S. Iohannes Chrysostomus* à *Theo-* 32
philo Alexandrino, Romam appellationem interposuerunt. Neque electio
Anatolii pro legitima habita fuit, donec à *S. Leone* confirmaretur, Ille enim procu-
rante Theodosio Imperatore, Flaviano instigatione scelerati Dioscori occiso, sub-
stitutus fuerat. Papa *Adrianus* confirmavit electionem *Tarasii* intuitu Imperato- 33
ris Constantini & Irenes. *Hormisda* graviter reprehendit *Epiphanium*, quòd
nimis tardè promotionem suam significavisset. *Cœlestinus* & *Sixtus III.* dejece-
runt de illa sede *Nestorium*, *Felicem*, *Acacium*, *Gelasium*, *Euphemium*, *Agapetum*, *An-*
timum, *Vigilium*, *Menam*, *Theodorum*, *Paulum* & *Pyrrhum*. *Gregorius II. Ana-*
stasium electum ab Imperatore Leone Isaurico, in locum Germani Catholici in exi-
lium ejecti, *Nicolaum* & *Photium*, omnes damnatos & excommunicatos.

ANTIOCHENA non minus cessit Romanæ sedi, quia S. Petrus Antiochiam 34
cum Româ permutavit, relinquens ibi Ephodium, & Romam secum portans o-
mnem suam dignitatem & jurisdictionem. Quam ob causam *Iuvenalis Episcopus*
Hierosolymitanus in concilio Ephesino meritò argumentatus est contra *Iohannem An-*
tiochenum (qui se omnibus Patribus & legatis Romani Pontificis protervè oppone-
bat) quòd sedes Antiochena ordinatione Apostolica, & antiqua traditione semper
fuerit judicata & ordinata à sede Romana. *Siricius* reprehendit *Flavianum &*
Evagrium, qui contendebant de illa sede. *S. Leo* conciliavit *Domnum* & *Maxi-* 35
mum, qui circa eandem diffidebant, & defendit Maximum contra ambitionem
Anatolii Constantinopolitani. *Simplicius* approbavit electionem *Stephani minoris*,
Constantinopoli à Zenone Imperatore factam, sed non prius quàm ille jurasset ob-
servare in futurum privilegia sedis Antiochenæ, quæ etiam post tres annos, cum
mortuus esset Stephanus, observata fuerunt, cùm ad electionem Calendionis ven-
tum esset. Ille enim confestim Romam misit, commendans Pontifici suam ele-
ctionem. Tempore *Innocentii II.* circa annum 1136. cùm *Rudolphus* quidam vi
armorum in sedem illam intrusus fuisset, is à Concilio Antiochiæ congregato per
Albericum Episcopum Ostiensem, Legatum Pontificium condemnatus & deposi-
tus fuit.

Sed progrediamur ad SEDEM ALEXANDRINAM, quæ à concilio Nicæ- 36
no, & primo Constantinopolitano (ubi dicitur quòd à *B. Marco discipulo Petri & Evan-*
gelistæ nomini ejus fuerit consecrata) obtinuit secundum locum post Romanam; &
propterea semper se præbuit obedientem, prout decet discipulam erga Magistram:
& si interdum officio suo defuisset, non subduxit manum ferulæ. Siquidem cum
Dionysius Episcopus ita locutus esset de SS. Trinitate, ut videretur in illa distinguere
velle non solum personas, sed etiam essentiam ipsam, à *Dionysio Papâ* citatus fuit, ut
doctrinæ suæ rationem redderet, quod ita egregiè præstitit, ut ab *Athanasio* meritò
commendaretur, qui etiam ipse refugium suum habuit ad Ecclesiam Romanam, &
ad Julium Pontificem, contra calumnias & violentiam Arianorum. Sicut etiam 37
Petrus ad *Damasum*, à quo restitutus fuit, depulso Lucio hæretico, illius sedis inva-
sore. Judicium *Theophili* primò per *Innocentium* declaratum fuit nullum, quia
injustè condemnaverat *S. Iohannem Chrysostomum*, postmodum ille ipse excommu-
nicatus & depositus fuit. *Simplicius* reconciliavit Timotheum, qui primùm fuerat
fautor hæreticorum, & cùm post mortem ejus electus fuisset *Iohannes Oeconomus*,
optimus Catholicus, Imperator Zeno verò illi anteposuisset Petrum Mogum, in-
famem hæreticum, Papa acribus epistolis Imperatorem reprehendit, & cùm causa
appellationis Johannis ob interventum mortis finiri nequivisset, *Felix III.* succes-
sor illam finivit.

Scitis vos ipsi, quòd *Dioscorus* Alexandrinus à *S. Leone Magno* condemnatus fu- 38
erit, id ipsum quamvis hæretici sinistrè interpretentur, nihilominus à S. Gelasio &
mul-

multis conciliis quasi uno ore approbatum fuit hisce verbis: *Vicit Leo de tribu Iuda.* L. III. c. 11.
39 At nunc unde tam subito nata est potestas illa primaria sedis Alexandrinæ? Intel- N. CXIV.
ligo quòd in vestro libro conciliorum reperiatur certus quidam falsus Canon, sub no- Apoc. 5, 5.
mine concilii Nicæni, (m) in quo dicitur; quòd prima cathedrarum & ca
put omnium sit Alexandria, quia est maximè Orientalis. O quàm
pulchra ratio? O lepidum caput, si (ut in proverbio dicitur) modò cerebrum ha-
beret. Quodnam quæso cerebrum unquam affirmavit *Alexandriam esse caput Ec-
clesiarum, quòd sit maximè Orientalis.* Equidem benè scio gemmas atque aromata
Orientalia primum locum habere: de cathedris verò id antea nunquam audivi. Si
verò hoc argumentum valeat, necessarium erit dicere, sedem S. Thomæ Apostoli
in India primatum obtinere super universam Ecclesiam, quia sita est in regionibus,
40 quæ propriè vocantur Orientales. Sed oportebat malos hos Geometras, &
repertores novorum canonum meminisse, quòd licet *Alexandria* Orientalior sit *Ro-
mâ* & *Constantinopoli*, ad occidentem tamen sita est, si comparetur cum Antiochia
& Hierosolyma. Melius dixissent, quòd vera potestas tribuendi Primatum solum-
modo reperiatur apud illum Orientem, de quo dicit Zacharias: *Ecce vir, Oriens no-* c. 6. 12.
men ejus. Qui cum præsentiâ suâ Hierosolymam & regiones vicinas illuminavis-
set, S. Petrum loco sui in Occidentem misit, cui (teste S. Clemente successore ejus
in epist. I.) mandatum fuit, tanquam bono & probato discipulo, ut illuminaret ob-
scurissimam Occidentis partem, tanquam inter omnes maximè strenuus, & qui præ-
ceptum hoc exactè executioni mandare posset.
41 Sed ut cum ratione progrediamur, si (ut dixit S. Cyprianus) *Ecclesia consistit
in Episcopo, & Episcopus in Ecclesia*, clara res est, quòd in Alexandria *Marcus* nunc
exstat in successoribus suis: (modo sint successores Fidei) *Petrus* verò Romæ in suc-
cessoribus suis. Præsidet ergò *Roma Petrus*, & *Marcus Alexandriæ*. Et si Ecclesia
consistit in Episcopo, certum est, quòd altera m prærogativam non habeat ac eam,
quam Episcopus nunc habet: vel olim habuit. Si quis ergò probaverit Marcum
esse caput Ecclesiæ, & non Petrum, tunc illi concedendum est, quòd Alexandria
42 sit caput Ecclesiarum & non Roma. At Dominus immisit spiritum caliginis in
medium Ægypti, ut non intelligant, quòd discipulus non sit super Magistrum, nec
Marcus super Petrum: & quòd doctrina discipuli non possit esse bona, si discordet ab
illa quæ est Magistri. Quo argumento olim usus fuit S. Leo Magnus contra Di-
oscorum in epistola ad illum exaratâ his verbis: *Unum nos oportet sentire & agere; ut*
43 (sicut legimus) *in nobis quoque unum esse cor & anima comprobetur. Cùm enim Bea-
tissimus* Petrus *Apostolicum à Domino acceperit principatum, & Romana Ecclesia in ejus per-
maneat institutis: nefas est credere, quòd S. Marcus discipulus ejus, qui Alexandrinam
Ecclesiam primus gubernavit, aliis regulis traditionum suarum decreta formaverit; cùm
sine dubio de eodem fonte gratiæ unus spiritus fuerit & discipuli & magistri, nec aliud ordi-
natus tradere potuerit, quàm quod ab ordinatore suscepit. Non ergo patimur, ut, cùm unius
nos esse corporis & fidei fateamur, in aliquo discrepemus, & alia Doctoris, alia discipuli in-
stituta videantur.* Hæc S. Leo; cujus monita si Dioscorus non recusasset, nunquam
præcipitatus fuisset in tantum condemnationis barathrum.
44 Quanquam veritas ipsa nunquam testimonio careat, quia in eodem con-
ciliorum vestrorum libro, in quo assuta reperitur falsa illa commenti particula,
etiam reperitur verus Canon concilii Nicæni (n) qui in nonnullis libris
est 36. in aliis 37. & fideliter ex vestra in Linguam Latinam translatus, sic ha-
bet: *Quatuor sunt per totum Orbem præcipuæ sedes, sicut quatuor flumina exeun-
tia de Paradiso, quatuor venti cardinales, quatuor elementa ex quibus homines &
mundus universus constat: sed super omnes est, quæ principatum tenet*, Cathedra S. Petri

(m) De Canonibus istis Nicænis apocryphis supra egimus hoc libro N. XVII. §. 6. & N. XXIX. Pro suppositiis eos hîc agnoscit Alphonsus, & tamen infra §. 44. se in illis fundat, immembr Regulæ Juris: *Instrumentum simpliciter producens pro se, id debet admittere contra se.* Canonistæ ad c. Cum olim 19 Ext. de censib. & alii passim. (n) Vide quæ paulò ante notavimus ad §. 39. & confer Num. XXIX. hujus libri.

L.III. c.11. Romæ, *sicut Apostoli præceperunt. Post illam est cathedra* D. Marci Alexandriæ: *ter-*
N.CXIV. *tio loco cathedra* D. Johannis Evangelistæ: *quarto loco cathedra* Antiochiæ, *quæ est etiam cathedra* S. Petri. *Omnes Episcopi ab his procedunt.* Sic scripto consignatum extat in vestro libro. Jam considerate, an plus fidei mereatur falsarius Glossæ, 45
an verò decretum 318. Patrum? Enimvero concilium Nicænum Ecclesiæ Romanæ hanc prærogativam non primùm dedit, sed tantùm declaravit, quòd eam semper habuerit; siquidem in exemplaribus incorruptis Viginti Canonum, qui contradictione carent, principium Canonis Sexti sic habet: *Ecclesia Romana semper habuit primatum: mos autem antiquus perdurat in Ægypto vel Libya & Pentapoli, ut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem.* Et hoc modo citatur in concilio Chalcedonensi Actione 16.

[Hic est vexatissimus ille Canon, in quo exponendo Doctores Ecclesiæ Romanæ valde æstuant; de eo supra egimus N. 79. §.2. hujus libri. Verba ipsa hæc sunt: Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύῃ καὶ Πενταπόλει, ὥστε τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπίσκοπον πάντων τούτων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν; ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο σύνηθές ἐστιν. *Antiqui mores serventur, qui* [obtinent] *in Ægypto, Libya & Pentapoli, ut Alexandrinus Episcopus horum omnium potestatem habeat, quandoquidem & Episcopo Romano hoc est consuetum.* Glossatores Græci & Orientales omnes, ut verba sonant, non aliter accipiunt, quàm *quòd Episcopo Alexandrino in sua diœcesi idem jus competat ac Romano in diœcesi Romana*; nullâ de primatu mentione factâ.]

Quare concilium Romanum sub Damaso habitum, ubi de dignitate se- 46
An. 382. dum Patriarchalium agitur, meritò sic loquitur: *Prima Petri Apostoli sedes Sancta Romana Ecclesia, non habens maculam neque rugam, neque aliquid ejusmodi. Et sic prælata fuit omnibus aliis Ecclesiis, non quidem per istas constitutiones synodicas, sed per vocem Evangelicam Domini salvatoris nostri primatum obtinuit &c.* Hucusque Concilium Romanum. Vox autem illa Domini, quâ concessus fuit Petro il- 47
liusque Ecclesiæ primatus, bis audita fuit. Primò cùm diceret: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Etenim petra fundamentalis ædificii prima est. Secundò cùm diceret: *Pasce oves meas.* Quippe differentia, quæ est inter Pastorem & oves, est etiam inter cathedram S. Petri & reliquas. Sed diligenter attendere oportet, quòd Petro commendati fuerint & agni & oves, dum Christus bis dixit: *Pasce agnos meos*; & semel tantùm: *Pasce oves meas.* Quia distinctio- 48
ne agnorum & ovium constituit Dominus Petrum caput, tam singulorum fidelium quàm omnium Ecclesiæ Antistitum. Quandoquidem *per agnos intelliguntur fideles*, qui tantummodo curant salutem propriam: *per oves* verò, quæ pariunt, *præsules*, (o) quorum officium est gignere Deo filios prædicatione Evangelii, & ordinatione Sacramentorum, quemadmodum oves illæ, de quibus legitur in Cantico Cantico-
c.4.2. rum: *Omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis.* Eam ob rem S. Petrus non tantùm pastor est uniuscujusque in particulari, i. e. *agnorum*; sed etiam *Pastorum*, i. e. *Ovium*, sive sint simplices *Sacerdotes* & *Parochi*: sive *Episcopi*, *Archiepiscopi*, *Primates* sive *Patriarchæ*. Qui igitur sese eximit pastorali officio & directione Petri, ille negat se esse ovem Christi, & à dextra ad sinistram ejus transit.

Cùm igitur sedes ista prima sit, perpendite quanto jure vos exhorter, ut eam 49
sequi velitis: & relictis rivulis properetis ad ipsum fontem. Quia illa est mater communis, ut osculemini manus aut pedes ejus. Hucusque lac vobis præbuerunt voraces quædam Sirenes, & vera monstra: atque vos lactaverunt, non sicut homines, sed sicut proprios suos fœtus. Imposterum verò tanquam infantes modò nati, prudentes, at sine malitia, curratis ad purum & sincerum lac.

[Tellezius hanc periodum aliter, & (ut mihi videtur) autographo conformem habet
Thren. 3. hoc modo: Hucusque *malæ quædam lamiæ nudaverunt mammam*, & lactaverunt vos
4. uberibus venenatis. Nunc verò ex quo cognoscitis veram & legitimam matrem *quasi*
1.Pet. 2,2. *modo geniti infantes, rationabile sine dolo lac concupiscite.*]

Quid enim rationi convenientius esse poterit, quam ex illa Ecclesia & urbe lac

(o) Aliam expositionem attulit supra Rex Susneus, quam vide N.CXIII. §. 3.

lac sugere, quod nunquam adulteratum fuit fallaciâ erroris nec veneno hæresis infectum. L.III.c.10. N.CXIV.

50 Ecclesia Hierosolymitana primò virgo vocata fuit, quòd semper integram sese servaverit ab omni errore. Verùm gloria ista non diu duravit, sed tantùm usque ad annum centesimum nonagesimum nonum, quando post mortem *S. Simeonis, filii Cleophæ*, qui dicebatur frater Domini, intrusus fuit quidam *Tebuls*, qui secreto seminare tentavit lolium hæreseos. Omnibus quoque notum est, quanto fervore seculo IV. *Hieronymus* contra *Iohannem Episcopum Hierosolymitanum* ejusq; errores scripserit.

51 Ecclesia Antiochena habuit *Paulum Samosatenum*, *Eulalium*, *Eusebium*, *Euphronium*, *Flacillum*, *Stephanum*, *Leontium* & *Petrum Fullonem* (Gnapheum) hæreticos famosos.

52 Constantinopolitana habuit *Nestorium*, *Eusebium Nicomediensem*, *Macedonium*, *Eudoxium*, *Demophilum*, *Photium* & alios; de quibus supra diximus, quòd fuerint condemnati, ne dicamus, quòd etiam ex illa egressus fuerit *Eutyches*.

53 Alexandrina emisit ignem illum Arii, qui totum mundum inflammavit, atque in sinu suo fovit *Heraclam Origenistam*, *Lucium*, *Georgium*, *Dioscorum*, *Petrum Mogum*, *Timotheum Ælurum*, & alias pestes. *Sola urbs Roma nullum unquam produxit hæresiarcham:* Sola sedes Romana nunquam suscepit hæreticum aliquem: neque alibi illum toleravit, sed perquisivit eos ubicunque modo essent, eosque judicavit & condemnavit.

54 Vos igitur nunc de novo exhortor, ut quæratis aliquam matrem; matrem illam, inquam, quæ primùm vos peperit, quæ vos minimùm quadringentos quinquaginta annos, usque ad tempora concilii Chalcedonensis nutrivit: illam, ad quam reverti flagrantissimè desideraverunt multi majorum vestrorum & Imperatorum,

55 tàm temporum antiquorum quàm hodiernorum. Siquidem Anno 1177. Imperator illius temporis (p) per Legatum suum *ab Alexandro III.* petiit homines doctos Ecclesiæ Romanæ. Venerunt ab Imperatore & metropolita vestro Oratores ad concilium Florentinum, unde ab Eugenio IV. ad Imperatorem *Zara-Iacobum* (q) literas reportarunt; quas adhuc apud se extare testatus est Imperator *David* Anno XXIV. seculi præteriti, in epistola quam scripsit *ad Clementem VII.* ad quem etiam misit Legatos, qui eum repererunt Bononiæ, cum ibi coronaret *Carolum V.*

56 Anno 1531. (r) Scripsit quoque *Claudius* ad Romanum Pontificem: (s) Scripsit *Za Denghelus*: (t) scripsit Jacobus, (u) sed non potuerunt obtinere quod tunc desiderabant ob brevitatem vitæ. Vos etiam sæpius scripsistis ad Paulum V. & ad Catholicum Lusitaniæ Regem. (x)

57 Vos ô Catholice & felicissime Imperator id fecistis per manus PP. Societatis Jesu, qui tunc apud vos erant tanquam Magistri & Interpretes, qui Æthiopiam occupaverunt non aliis artibus, quam Romani mundum, i. e. Consilio & patientia

58 sua, sicuti scriptum est in libris Maccabæorum. Ecce venit hora, quòd vos liberare possitis ab obligatione & debito illo, quô obstricti fuerunt Majores vestri erga Reges Lusitaniæ, qui in omnibus suis expeditionibus Indicis pro scopo habuerunt Regnū Æthiopiæ, ejusq; conjunctionem cum Ecclesia Romana, siquidem haud alium acriorem stimulum senserunt, ad expeditionem illam faciendam, quàm famam per Europam sparsam: *in regionibus Orientis dari adhuc aliquem Regem Christianum.* Idcirco ad investigandum illum, jam ab Anno 1486. nuntii multi per terram & fre-

Uuu 2 quen-

(p) Hoc quidem habet Baronius; at dubia nostra vide supra N. XCVI. hujus libri. (q) & tamen hunc damnatum in inferno pronunciavit Rex Susneus; testibus Pp. Societ. supra 3, 97, 1. (r) Hæc de Tzaga-zaabo sunt intelligenda, sed ille Bononiam non venit, ut docuimus Lib. 2. N. 58. & Lib. 3, 97. 4. (s) Non memini me ullam hujus Regis Epistolam ad Pontificem Romanum vidisse. (t) Hujus epistolæ supra extant Num. CIII. §. 11. (u) Istius Regis nulla extat epistola, missam unam sed à Turcis interceptam scribit Vecchietti, ut retulimus supra Lib. 2. 58, 9. (x) Has epistolas retulimus N. CVI. hujus libri.

L.III. c. 11. N. CXV. quentes classes per mare missæ fuerunt. *Venit hora* potentissime Imperator 59
Joh. 4. 23. Sultan-Saghede, *& nunc est*, quâ debitum poscit, ut faciatis subjectos ve-
stros nomini vestro conformes; (*Saghed* enim Latinè exponitur *Adorator*) dum *veri*
Joh. 4. 24. *adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate.* Patrem adorabunt, quia ut bene
dixit S. Cyprianus (y): *non habet Deum pro Patre, qui non habet Ecclesiam pro matre.* Ne-
que habent Ecclesiam pro matre, qui non habent Romanam; quoniam aliæ, si
non sunt filiæ, sunt novercæ & adulterinæ. *In spiritu autem & veritate adorabunt*,
vers. 22. quoniam *salus* non venit amplius *à Iudæis*, sed *à Romanis*. Et quicquid subvertit fi-
dem illorum, alienum est à spiritu, h. e. à Deo, quia *Deus est spiritus:* & alienum à
veritate, quia *Deus* etiam *est veritas*, & *qui manet in veritate, manet in Deo, & Deus
in illo:* qui non amplius descendit de Hermon, neque de Sion; sed de Romanis col-
libus mittit nobis benedictionem & vitam æternam.

Integram dare voluimus Orationem, cujus summam tantùm tradidit Telle- 60
zius. Qua lingua habita fuerit, non legitur, Lusitanicâ procul dubio, quia vix
septem menses in Æthiopia degerat Patriarcha, itaque interprete opus fuit, quod in
re tam ardua satis incommodum videtur.

N°. CXV. Responsio Regis Susnei ad orationem Patriarchæ
per Melca-Christum] Finitâ Patriarchæ oratione, quæ magnâ attentione 1
audita fuit, Rex surgere & respondere jussit *Melcaxum*, cognatum suum, & *primum aulæ
præfectum*, tunc *Samena Proregem*, qui orationem sequentem habuit, sed non conti-
nentem, quia Rex illum sæpius interpellavit, & inspersit ea quæ sibi videbantur
omissa.

pag. 143. [*Italicè* extat *in epistola annua P P. Societatis*, sed planè discrepat ab ea quam *Tellezius edi-*
Lib. 5. c. 3. *dit.* Cum autem *Romæ* impressa fuerit Anno 1628. procul dubio ex protographo Ge-
p. 419. nerali Societatis oblato, quô tempore cuncta adhuc recentia, & bene cognita erant, il-
lam prætulimus, quamvis Tellezii exemplum stylo & moribus Æthiopicis convenien-
tius videretur.]

Non est nobis ignotum, quòd Ecclesia Romana mater & caput sit omnium Eccle- 2
siarum: *neque etiam ignotum mansit majoribus nostris, qui illi sine Fidei maculâ obtempera-
verunt usque ad tempus quarti concilii generalis. Quippe illa fuit quæ in primo Concilio
CCCXVIII. patrum condemnavit* Arium: *in secundo CL. patrum* Macedonium: *in ter-
tio CC. Patrum,* Nestorium: *Neque quisquam aliter dixerit, quòd in quarto concilio Chal-
cedonensi DCXXX. patrum non potuerit per os illorum pronunciare judicium contra* Dio-
scorum & Eutychetem; *quandoquidem Ecclesia semper judicat, & à nemine judicatur.
Sed plerumque accidit, ut homines improbi quærant sectatores errorum suorum, quibus nomen
suum communicent, iisque tanquam instrumentis ad omnem improbitatem utantur. Sic* 3
olim plurimi ad Arium *accesserunt, qui propterea dicti fuerunt* Ariani: *nec non ad*
Macedonium *&* Nestorium, *qui dicti fuerunt* Macedoniani & Nestoriani. *Si-
militer planè fex hominum adhæsit* Eutycheti *&* Dioscoro, *qui appellati fuerunt* Eu-
tychiani *&* Dioscoriani: *postea* Jacobitæ *à quodam* Jacobo, *qui tanquam potu ve-
nenato temperavit errores ab ambobus haustos. Illa ipsa nomina indicant, quòd sint
nomina factionum extra Ecclesiam. Etenim nomen Ecclesia denotat congregatio-
nem & conjunctionem, non verò divisionem, quæ ex nominibus istis sequitur. Ex* 4
his Jacobitis, Eutychianis & Dioscorianis *venerunt in nostras regiones perversi magi-
stri, quibus difficile non fuit majores nostros in hoc Mundi angulo, tantum spatii à* Roma *dis-
sito, habitantes subvertere: atque per manus filiorum nepotumque illorum pestem doctrinæ
suæ disseminare. Verùm enim verò, quantumvis annisi fuerint colore veritatis falso men-
dacium deaurare, seque à Fide Romana separare, non tamen id plenè perficere potuerunt, ut
non, tanquam per umbram, & certa quadam obscura signa autoritatem illius nobis indicave-
rint. Etenim sive fulmen censurarum contra aliquem jacularentur: sive aliquem ab-* 5
solverent, declarando illum absolutum à peccatis, gloriabantur autoritate S. Petri & S. Pauli
Apostolorũ; *ita quamvis una manu destruerent potestatem* Ecclesiæ Romanæ *in S. Petro
funda-*

(y) Lib. de unitate Ecclesiæ.

fundata: alterâ tamen, id minimè cogitantes, eam apud nos ædificabant. Quamobrem illa L. III. c. II.
semper apud nostros antecessores in magna veneratione fuit. N. CXV.

6 *Incrementum verò maximum cœpit adventu* Lusitanorum, (z) *quos Deus magnis & vix credibilibus victoriis inclytos reddidit per prærogativam Fidei immaculatæ. Non excedebant numerum quadringentorum, qui cum* Muhammedanis *comparati (ad quos expellendos vocati fuerant) quasi nihil reputabantur. Nos igitur, quamvis numero longè superiores, prædæ & ludibrio fuimus hostibus, quia veræ fidei inimici eramus. Lusitani verò tam pauci numero, non solùm conservaverunt nobis imperium, quod Muhammedani jam ferè deglutiverant, sed etiam illos represserunt, qui audaciâ magnâ* Æthiopiam *totam pervase-*
7 *rant, eorumque ducem trucidaverant. Nos nihilominus, qui Lusitanorum auxilio victores eramus, victi fuimus, partim perfidiâ contra Deum benedictum: partim invidia erga* Liberatores. *Nam Imperatores nostri obedientiam Romano Pontifici polliciti, non solùm non servaverunt promissionem, sed potiùs æmulorum suasu Lusitanos per totam Æthiopiam dissipaverunt, ne inter se uniti nostrorum hominum gloriam obscurarent. Ex quo consilio secutum est, ut divino & humano auxilio privati, exponeremur incursionibus* Gallæorum, *qui*
8 *primò devastarunt imperium, postea etiam devorarunt. Id, quod vos nunc conspicitis vix est particula gloriæ & finium antiquorum; ut umbra magis, quàm corpus Imperii Æthiopici dici possit. Etenim ex illo tempore perdidimus regna* Dawaroam, Fatagaram, Ganzam, Hadiam, Wegam, Damotam, Schoam, Walekam, Amharam, Ifatam, Gedmam, Gagnam, Angotam, *& alias maximas & opulentas provincias: & id quod nobis restat, vix defendere potuimus ab illorum vexationibus. Quamvis non negare possimus, quòd nos Deum semper propitium habuerimus, ex quo in thronum fuimus evecti; quia semper habuimus inclinationem erga Romanam religionem, quamvis in principio non habuerimus*
9 *satis virium ad producendum istum partum. Quia statim ac aliqui istam nostram propensionem odorati sunt, adeò impediverunt nos, ut expansis vexillis & numerosissimo rebellium exercitu nos aggressi fuerint. Inter quos primus fuit quidam gener* (a) *noster, qui postquam quatuor filios cum filia nostra genuerat, obviam nobis profectus est, ut auferret nobis religionem, regnum & vitam. Hunc secutus est magnus aulæ nostræ præfectus.* (b) *Tertio loco venit rebellis iste,* (c) *qui à Ras-Sela-Christo sub umbra prosperi adventus Dominationis tuæ, nuper admodum debellatus fuit, pariter ac primi duo, quos Deus Dominus noster ad pedes nostros prostravit, & extinxit.*

10 *Sed quod ad nos attinet, amore fidei orthodoxæ nihil curavimus, neque expensas, neque quietem: neque propinquos nostros; & id quidem, cum pauci tantùm & soli* P. P. Societatis Jesu *nobiscum essent, cum quibus decreveramus vivere & mori, in tantâ tamque longa dilatione adventus Patriarchæ. Cùm itaque tanta fuerit Fides & constantia nostra, quæ illo tempore conclusa tenebatur in pectore nostro, quantò majorem oportet illam esse nunc temporis, cùm providentia divina dominationem vestram nobis concesserit pro Patre & Pastore*
11 *nostro? Nos igitur nunc publicè profitemur, non dico ingredi libentissime in maternum* Ecclesiæ Romanæ *sinum, sed potius illuc reverti, veniam petentes tarditatis, quam commiserunt antecessores nostri, simulque promittentes, quòd nunquam nos separare velimus ab*
12 *illa, etiam cum dispendio regni atque vitæ. Confidenter enim dicimus cum Apostolo:* (d) Quis nos separabit ab Ecclesia Romana? tribulatio? an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? Certi sumus quia neque mors, neq; vita, neque Angeli, neque Principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare *à fide & charitate* Ecclesiæ Romanæ, *quæ est à Christo Iesu in Petro, tanquam petra immobili, fundata.*

(z) Cùm auxilio venissent tempore belli *Adelensis* de quo in Hist. nost. Lib. II. 15. 29. (a) Hic fuit *Æliut*; de quo in Hist. nostra Lib. III. c. 10. 50. (b) *Ionael* intelligitur, quem Patriarcha Alphonsus vocat *Maggiordomo è Capitan generale delle militie.* In Epistola Cal. Jun. data. Ao. 1626. p 166. (c) *Cabrael* dictus, quem Ras-Seelaxus vicit. Hist. Æth. III, 15. 82. (d) Apostoli verba ad Rom. 8. 35. sunt: *Quis ergo nos separabit à Charitate Christi?* &c. Et in fine: *poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro*, sed hic applicantur ad Ecclesiam Romanam.

L.III. c.11. N.CXVI. & CXVII. Lib. 5. c. 3.

N°. CXVI. Verba ipsius Regis Susnei, quæ orationi Melcaxi addidit] Vix dicendi finem fecerat Melcaxus, cùm Rex sequentia verba protulit, referente *Tellezio*, Patriarcham sic alloquens: *Ne putes* Vestra Dominatio, *quòd id quòd nunc à me petit, egoque facturus sum, sit res nova; nam jamdiu est, quòd ego hanc obedientiam* suæ Sanctitati *præstiti in manus Patris superioris, qui hic præsens est.*

[Retulit mihi Gregorius meus, quòd Rex Patriarcham planè singulari honore exceperit & habuerit. Non enim tantùm sedere juxta se jussit, quod vix ulli magnatum tribuitur, sed etiam in secunda plurali VOS & VESTRA DOMINATIO compellavit, cùm alios quoscunque, etiam illustrissimos, in singulari TU alloquatur. Nos alibi in versione nostra, Latino more, ut plurimum singulari usi sumus.]

N°. CXVII. Formula juramenti regii] Juramentum Regis, quô 1
abjuravit religionem Alexandrinam, simulque *Dioscorum & Eutychetem* hæreticos declaravit: Romanæ verò Ecclesiæ obedientiam juravit, ex supra dicta *Epistola Patriarchæ Italica*
p. 148. lectori hîc damus. *Tellezius* enim id tantummodò breviter habet, neque mentionem facit Dioscori & Eutychetis, quod tamen abjurationis formula requirere videbatur, cujus tenor sequens fuit:

Nos SULTAN SAGHEDUS Dei gratia IMPERATOR ÆTHIOPIÆ cre- 2
dimus & profitemur, quòd S. Petrus factus fuerit Princeps Apostolorum, & caput totius Ecclesiæ.

[Hîc addit Tellez: pag. 420. b. *E que lhe deu o Principado & Senhorio sobre todo o mondo* i.e *quòd ei dederit Principatum & Dominium super totum mundum.* Quæ verba in Italico exemplari studio omissa videntur.]

Dum illi dictum fuit à Christo Domino nostro: *Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claves regni cælorum: & quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcunque solveris super terram, erit solutum & in cælis.* Et rursus cum illi dictum fuit: *Pasce oves meas.* Porro quòd Ro- 3
manus Pontifex sit verus & legitimus successor S. Petri, & quòd ipse habeat eandem potestatem, autoritatem & primatum super totam Ecclesiam universalem per totum mundum sparsam, & quòd non possit errare in rebus fidei, cum illi in persona Petri promissum fuerit: *Et ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.* Et sic agno- 4
scimus Romanam Ecclesiam pro Matre & Magistra omnium Ecclesiarum, & cum illa omnes errores & hæreses ab illa damnatas, damnamus & anathemate notamus, speciatim omnes & singulos errores *Dioscori & Eutychetis.* Et subjicimus devotè 5
& suppliciter in perpetuum nos, & totum nostrum Imperium Ecclesiæ Romanæ, ad pedes sanctissimi Domini nostri URBANI, divinâ providentiâ PAPÆ OCTAVI. Sic nos Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia. Simul librum Evangeliorum attigit corporaliter ambabus manibus.

N°. CXVIII. De insolita Ras-Seelaxi clausula juramento suo annexa] Postquam in verba *Pontificis Romani* juratum fuisset, Rex voluit, ut etiam 1
homagium præstaretur filio suo *Basilidi*; tanquam indubitato successori suo, & futuro *regni haredi*, idque ab omnibus præstitum; Sed *Ras Seelaxus*, Regis frater uterinus, clausulam nimis insolitam juramento suo addidit, atque in hanc formam juravit; quam Tellezii verbis Lusitanicis hîc cum lectoribus communicabimus.

Eu juro a o Principe por herdeyro de seu pay no Imperio: & de lhe obedecer, como leal vassalo em quanto elle tiver, defender, & favorecer a Santa Fe Catholica; porque fora disto eu hey de ser o primeyro & o major inimigo seu.

Ego juro quòd Principi ceu patris sui in Imperio heredi obedire velim, ut fidelis vasallus, modò ille velit defendere & promovere S. Fidem Catholicam. *Nam extra hoc ego futurus sum primus & maximus ejus inimicus.*

Eandem conditionem adjecerunt omnes *Ras-Selaxo* addicti, tribuni & centu- 2
tiones, qui frequentes aderant. Inter alios *Iustus* Ras-Selaxi filius primogenitus ad Patriarcham accessit, atque juramento suo addidit; *se porro jurare, quòd obediens illi futurus sit in omnibus quæ imperaturus esset, etiam si juberet se fieri vile mancipium*

Eccle-

Eccleſiæ. Tantus fuit fervor omnium in hoc actu ſolenni, ut ipſe Secretarius Status L.III. c. 11.
Tecla-Selaſſé (e) jaceret: *dolere ſe, quòd ſibi non offeratur occaſio pro defenſione Fidei mori-* N. CXIX.
endi. Voti hujus compos factus eſt, cùm ob religionem Romanam acceptam lapida- S.N.93.18.
retur; ut *infra* dicemus N. 136.

N°. CXIX. De alapa in confirmatione à Patriarchâ Ruſtico

1 impactâ.] Diximus in Hiſtoriâ noſtrâ Patriarcham more Romano *Sacramentum confirmationis* per univerſum Regnum exercuiſſe, & fortè *alapam* paulò pinguiorem ruſtico dederat, ex quo tempore malè ſe habere cœpit, idque ille alapæ huic attribuit, ut in hiſtoria noſtra diximus. Solent enim in Confirmatione Epiſcopi leniter ferire genas confirmatorum, atque ſic eos dimittere.

2 Pontificale Romanum, (f) poſtquam docuit: *Epiſcopum in fronte confirmandi Chriſmate crucē exprimere*; addit: *Deinde leviter eum in maxilla cadit*; dicens: *Pax tecū.* Canoniſtæ de hoc ritu ſic loquuntur: (g) *Epiſcopus confirmato levem alapam infligit, ut ſignificetur, Chriſtianum militem paratum eſſe oportere ad injurias pro Chriſti nomine perferendas: atque etiam ex eo memoria ipſi imprimatur acceptæ confirmationis.*

Quæ rationes mihi parùm idoneæ videntur, quia primò datur quoddam velut injuriæ exemplum, ſecundum quod milites Chriſti alias injurias pati diſcant. Si verò priſci hoc indicare voluiſſent, utique tacitam alapam non dediſſent, ſed admonitione idoneâ, & verbis congruis confirmandos docuiſſent. Deinde ſuperfluum planè fuiſſet, poſt tot ſolemnes ritus & orationes: patrini præſentiam: ſignationem Chriſmatis ab ipſo Epiſcopo factam: alapam pro memoriæ adjumento ſuperadde-

3 re. Mihi potius ex antiquiſſimo manumiſſionis ritu profectum videtur, (h) ut hoc pacto confirmati è Satanæ quaſi poteſtate manumiſſi videantur. Cujus moris imago adhuc in aulis Principum obtinet, cùm pueri nobiles gladio cinguntur, & bene alapati, ac inſuper bene poti è famulatu aulico dimittuntur.

[Id vocant wehrhafft machen, ſed, colapho impacto, alia & quidem ſuperiori contraria ratio ſuperadditur *Ne ſcilicet idem ab alio patiantur, ſed injurias potius vindicent.*]

N°. CXX. Regis oratio ad fœminas illuſtres aulæ ſuæ, ſu-

1 per ſuſpendio fœminæ cujusdam nobilis] Cùm *Tecla-Georgius* alter Regis gener, religionis causâ rebellis, captus fuiſſet, qui graviter cum ſorore ſuâ *Adera* in Romana ſacra debacchatus erat, iſta ad ſuſpendium condemnata, maximam commiſerationem in tota aula, apud omnes fœminas illuſtres, quæ illam bene noverant, illiusque familiares fuerant, conciliavit. Inauditum enim in Æthiopia erat, fœminam tantæ nobilitatis infami ſuſpendio puniri. Sed Rex iratus illas inſuper ad ſpectaculum hoc advocavit, atque minacibus his verbis terruit:

2 *Religio Romana non eſt res nova in mundo: neq; nova eſt obligatio Æthiopiæ noſtræ, quâ omnes tenemur illam amplecti. Quia Imperator* Wanag-Saghedus *auxilium à Luſitanis petiit, addito promiſſo, Religionem eorum admittendi, ſi venirent, eorumque auxilio Deus nos liberaret è captivitate Muhammedanorum* Adelæ. *Id quod effectum ſuum habuit; tantummodò pollicitatio noſtra non impleta, ſed ad hunc usque diem dilata fuit à nobis, non tam propter hanc cauſam, ut ſatisfaceremus obligationi avorum noſtrorum, quàm quòd iſtam veram fidem eſſe agnoſcimus. Quapropter ab hoc die in futurum quilibet ſibi caveat. Ii enim qui non maturaverint profiteri, & de toto corde ſequi* Religionem Romanam, *ſed potius erroribus* Dioſcori *adhuc adhærere velint, attentè modò aſpiciant* Tecla Georgium: *& ſecum reputent, eum qui genero ſuo non ignovit, veniam cæteris minime imper-*

3 *titurum.* Deinde ad Reginam & cæteras fœminas illuſtres, quæ magno comitatu in aulam venerant, converſus ait: *Iam ubi de fœmina morte afficiendâ agitur, putâtis Mundum interiturum. Reſtis, quâ pedes Abba Iacobi* [Catholici] *conſtricti fuerunt, bona eſt ad ſuſpendendam iſtam porcam* (præpinguis enim erat) *omnesque illi ſimiles.* Tellez Lib. V. cap. 13..

Quæ

(e) Dicta *Rel. annua Pp. Societatis p.* 149. (f) Tit. *De Confirmandis.* qui primus eſt libri titulus. (g) Paul. Laymann. in *Theolog. morali,* Lib. V. tract. 3. cap. 7. §. 5. (h) De quo videatur Barthius ad Briton. Aremor. p. 406.

L.III.c.11. Quæ Rex hîc de Rege *Wanag-Saghedo* (alias *Davide*) qui ad incitas ab Ade- 4
N.CXXI. lensibus redactus erat, retulit, videlicet quòd promiserit *Religionem Romanam* ample-
cti. De eo apud Johannem Bermudem, qui auxilii petendi causâ in Europam pro-
fectus fuit, disertè nihil reperio: neque quando, quo pacto, aut quâ formâ illud fa-
ctum fuerit.

N°. CXXI. De excommunicationis formula, quâ Patriar- 1
cha Lusitanicus, frementibus aulicis, erga præfectum prætorio usus
est] Tellezius scribit; cum *Præfectus prætorio*, unus è magnatibus Æthiopiæ, mo-
nitoriis Patriarchalibus, quibus prædia quædam monachis restituere jubebatur, obe-
dire noluisset, Patriarcham *excommunicationem* illius publicè proponere decrevisse,
eò quòd publicè in contumacia sua perseveraret; idq; eum consensu Imperatoris, ut
p.446. idem scribit. Factum itaque die Dominica, cùm excommunicandus audivisset 2
Missam, ut sententia excommunicationis ei publicè prælegeretur. Fulmen istud
minimè expectaverat præfectus, neque ei prædictum fuerat; & lis erat de præ-
diis, quæ ad forum Metropolitani jure Æthiopico non spectare sciebat. Igitur
tàm graviter perculsus fuit, ut animo, ceu ictu fulminis vero, deficeret. Quâ for-
mulâ excommunicationis usus fuerit Patriarcha, Tellezius non memorat.
Major, præsuppositis præsupponendis, huic negotio congruere videtur, quæ secun- 3
dum Pontificale Romanum (i) sic habet: *Cum ego N. talem primò, secundò, tertiò,
& quartò ad malitiam convincendam legitimè monuerim*, *ut* tale quid *faciat*, vel non *fa-
ciat*, *ipse verò mandatum hujusmodi contemserit adimplere*; *quia nihil videretur obedien-
tia prodesse humilibus*, *si contemtus contumacibus non obesset*; *idcircò auctoritate Dei o-
mnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*: *& beatorum Apostolorum Petri & Pauli, &
omnium Sanctorum*, *exigente ipsius contumaciâ*, *ipsum excommunico in scriptis*, *& tam
diu ipsum vitandum denuncio*, *donec adimpleverit*, *quod mandatur*; *ut Spiritus ejus in die
judicii salvus fiat.* Verùm ista mihi tam terribilis non videtur, ut reo tantum
terrorem usque ad deliquium animi incutere potuerit. Nam adimpletione man-
datorum statim poterat absolutionem obtinere. Itaque si quid conjicere valeo, ter- 4
tia & quidem *maxima excommunicationis species*, nimirum ipsum *Anathema* graviori-
bus culpis destinatum, Præfecto publicatum fuit; cujus tenor sequens est: (k) *Quia
N. N. Diabolo suadente* (hîc inseritur causa, & excommunicationis fundamentum è
sacra Scriptura) *nullâ excusatione prolatâ*, *nec veniâ postulatâ*, *diabolô cor ejus in-
durante*, *in incepta malitia perseveravit*, *idcircò eum cum universis complicibus fau-
toribusque suis*, *judicio Dei omnipotentis* PATRIS, & FILII, & SPIRITUS SANCTI,
& beati Petri principis Apostolorum: *& omnium Sanctorum*: *nec nõ & mediocritatis nostræ
auctoritate, & potestate ligandi & solvendi in cælo & in terra, nobis divinitus collatâ*, *à pre-
tiosi corporis & sanguinis Domini perceptione*, *& à societate omnium Christianorum separa-
mus*, *& à liminibus sanctæ matris Ecclesiæ in cælo & in terra excludimus*, *&* excommu-
nicatum & anathematizatum esse *decernimus*; & damnatum cum diabolo & angelis
ejus, & omnibus reprobis in ignem æternum *judicamus*; *donec à diaboli laqueis resipi-
scat, & ad emendationem, & pœnitentiam redeat, & Ecclesiæ Dei, quam læsit, satisfaciat*;
tradentes eum Satanæ in interitum carnis, *ut spiritus ejus salvus fiat in die judicii.* Ta-
libus verbis de improviso auditis summum illum virum graviter perculsum fuisse,
minimè mirum.

N°. CXXII. Habessini censent, nullos hodie in mundo da-
Lib.v.c.18. ri magos aut veneficos] Eos sic argumentari *Tellezius* scribit: *Quandoquidem* 1
p.456. *Lusitani credant*, *quòd venefici artibus supernaturalibus & occultis homines occidere pos-
sint*, *exinde sequi duas dari potentias divinas*; *neminem enim nisi Deum solum vitam dare
& auferre posse.* Atque istam sententiam tam profundè infixam esse animis do- 2
ctorum Æthiopiæ, ut cùm maximè exempla antiquitatis in S. Scriptura negare non
possint, tamen respondeant, fieri posse, ut aliis in locis venefici dentur; sed non in
Æthio-

(i) Tit. *Ordo excommunicandi & absolvendi.* (k) Pontifical. Roman dicto tit.

Æthiopiâ, & vociferantes repetere: *hoc asserere, nihil aliud esse quàm duos Deos statue-* L.III. c. 11.
3 *re.* Fuisse aliquem ex optimis illorum literatis, qui aliquando dixerit: *Dolendum* N. cxxiii.
esse istos Patres Societatis, tam doctos viros, versari in tam crasso errore, ut asserant magos, & cxxiv.
& lamias dari in Mundo. Cui respondet Tellezius: *dolendum esse, quod bonus iste literatus Lusitanorum Patrum vicem frustra misertus sit.* Simulque graviter invehitur in mirabilem istam opinionem, quæ hodiernæ experientiæ indubitatæ, & actis judicialibus judicum minimè suspectorum repugnet.

1 N°. CXXIII. De fanatico quodam, qui se ex Paradiso nuncium contra Religionem Romanam missum ferebat] Hominem istum in ipsum Imperatoris palatium penetravisse scribit Tellezius, clamando: *Se* L. v. c. 19.
afferre mandatum à Deo, & *sanctissima virgine* Maria. Interrogatus quodnam vel quale? respondit: *Tres dies sunt, quod de mortuis resuscitatus sum. Fui enim in Paradiso, ex quo Deus me legavit cum his mandatis:* Audi Imperator! ait Deus; *multi jam sunt anni, ex quo toleravi te, expectans resipiscentiam tuam à gravi peccato, quod commisisti, deserendo religionem avorum tuorum. Toto isto tempore* Virgo Maria *in genua procumbens coram filio suo benedicto oravit, ut tibi ignoscere velit. Proinde, nisi emendaveris te*
2 *intra duas hebdomadas, gravem castigationem subibis.* Relatione facta, Rex illi respondere jussit: *quomodo possibile esset, quòd à tribus tantùm diebus è sepulchro resurrexerit, cum tam pinguis & corpore bene constituto appareres.* Respondit: *in Paradiso nihil sibi defuisse, neque similam, neque vinum, neque etiam bellaria & similia.* Quibus auditis longè aliis offis, videlicet alapis atque plagis pastus fuit nuncius iste; & Imperator respondit:

3 Ide & dizey a quem cá vos mandoû, que naõ ouço sua embaixada porque na Fe Romana hey de viver & morrer. Mas pera que o recado chegue logo a o outro mundo, morra logo. Disse pera os Senadores, que estavan presentes: *Morra logo enforcado em huã arbore bem alta.*	*I tu, & renuncia illi, qui te huc misit, quòd nihili faciam illius legationem; quia in Fide Romana victurus & moriturus sum.* Ut *autem nuncium hoc cito perveniat in alterum mundum, extemplo morieris.* Dixit ergo consiliariis præsentibus, *ut statim suspenderetur in arbore satis alta.*

Sed extremum supplicium in gravem fustigationem commutatum fuit, ut in 3. 11. 25.
historia nostra diximus.

N°. CXXIV. De epistolis post Jubilæum Romanum Anno MDCXXV. habitum, à Summo Pontifice in Æthiopiam missis]
1 Diximus in Historia nostra, diplomata *Jubilæi* cum indulgentiis ab *Episcopo, titulo Nicææ, Apollinari d'Almeyda* in Æthiopiam allata, cum epistolis *Summi Pontificis Urbani VIII.* ad Regem, ejusque primogenitum *Basilidem*, & *Patriarcham Alphonsum*. Istæ hîc sequuntur, ex *Tellezio Lib. V. c. 22. p. 466.* verbotenus exscriptæ.

URBANUS PAPA VIII.

Sultano Saghedo Imperatori Æthiopiæ,

Salutem & Apostolicam benedictionem.

2 Charissime in Christo Fili noster! Nili fluminis impetus lætificat hoc tempore civitatem Dei, & ex sitientibus Æthiopiæ campis asportantur ad regiam B. Petri fructus digni conviviis Angelorum. Nihil enim tam pretiosum, aut tam mirandum mittere huc potest parens divitiarum Oceanus: & ferax portentorum Africa, quod Romana Christianitatis mater non posthabeat literis Majestatis tuæ. Eas certe scriptas ad felicis recordationis *Gregorium XV.* nos ipsi legimus, quos licet meritis impares in ejus locum Spiritus Sanctus vocavit, lacrymas præ gaudio cohibere non potuimus, audientes, universum ferè imperium,
3 Æthiopico regnatori subjectum, obtemperare legibus Romani Pontificatus. O te felicem, qui dominator nationum, & triumphator hostium, trophæum crucis

Chriſti potuiſti in arcibus tuarum provinciarum extollere! Plantaſti planè cœlos in
L. III. c. 11. N. cxxiv. regnis iſtis; dum tanti Imperatoris gratia quæritur profeſſione Catholicæ veritatis.
Perge chariſſime Fili noſter, favente Domino, & plaudente Româ in eorum Prin-
cipum ſocietatem, quos tanquam propagatores regni cœleſtis colit plauſibus gene-
ris humani immortalis memoria. Quamvis enim ultra Solis vias, in regiones 4
veteri famæ non bene notas, ſeceſſerit regnum Majeſtatis tuæ, intereſt tamen ſpe-
ctaculo regalium facinorum Senatus Apoſtolicus; qui multas Chriſtianæ Reipubli-
cæ nationes complectens, dat in hoc Orbis theatro multiplices plauſus iis, quibus
& exercuiſti perduellium temeritatem, & inferorum cornua confregiſti. Nos 5
in hoc ſolio *Majeſtatis Omnipotentis Vicarii*, quod ſubmiſſis faſcibus, & flexo genu
Chriſtiani Reges adorant, oculos Apoſtolicæ ſolicitudinis convertimus in Majeſtatē
tuam, tibique commilitones Angelos, & triumphatores exercitus ab altiſſimo re-
gnantium arbitro precamur. Scimus, quid iſtic conetur Infernus. Vidiſti 6
legiones diabolo addictas pugnare contra ſceptrum crucis, quo dextera Majeſtatis
tuæ communitur. Exacuunt, ut gladium, linguam ſuam, cultores perverſorum
dogmatum, & pabula ſalutis conantur inficere venenis impietatis. Sume ſpiritus
dignos Davidico ſtemmate, de quo genitrix Æthiopiæ domus dicitur gloriari.
Cùm conſiſterent adverſus eum ſanctiſſimum Regem caſtra, ille in Deo ſperabat: &
planè experiri potuit, *nomen Domini eſſe turrim David ædificatam cum propugnaculis*,
quam cœleſtis exercitus cuſtodit, & caſtrenſis victoria concelebrat.

Ita prorſus eſt, ut ſcribis, *chariſſime Fili!* peſtes patriæ, & perturbatores populo- 7
rum iſthic, favente Deo, non dominabuntur. Nos quidem tibi, optimo fratri,
regiæ ſoboli, populiſque fidelibus Apoſtolicam benedictionem amantiſſimè imper-
timur, & arma lucis è ſanctuario divinitatis aſſiduè flagitabimus. Jam verò Ponti- 8
ficiis clavibus reſeramus theſauros cæleſtis indulgentiæ, cujus ſalutaribus divitiis vo-
lumus in præſentiâ *Æthiopicam Eccleſiam* ditari. Obnixè autem poſtulabimus à
potentiſſimo *Hiſpaniarum Rege*, ne unquam à te fruſtra peti patiatur Auſtriacæ poten-
tiæ auxilium. Complectimur te brachiis Apoſtolicæ charitatis, *Fili chariſſime!* 9
quem in corde gerimus: quem ſemper Pontificatus noſtri patrocinio decorabimus.
Patriarcham Æthiopiæ, duoſque ſocios Epiſcopos, dum regali pietate veneraberis, &
cæteris exemplum præbueris Sacerdotii colendi: & ſacrorum Antiſtitum ad gre-
gem iſtum paſcendum exacues ſolicitudinem. Deniq; ſi omninò Chriſtiana Fi-
des, quæ regnorum tutela eſt, In Æthiopico Imperio triumphabit, poterimus tibi gra-
tulari obſequium populorum, qui numquam à religioſo Principe deſciſcunt, dum mi-
litant ſub vexillo Crucis. *Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die*
1. Februarii M DC XXVII. Pontificatus noſtri anno quarto.

B. Tellez. Lib. V. c. 23 p. 467.

Epiſtola Papæ ad Patriarcham A. Mendezium.

URBANUS PAPA VIII. 10

Venerabili fratri ALPHONSO Patriarchæ Æthiopiæ:

Venerabilis frater, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Vivit Deus Regum arbiter, & nationum Dominus: regnat
Petrus, cujus auctoritas in Romanis Pontificibus non deficit; & ad omnium jura
regnorum cœleſtem ditionem extendit: triumphat Religio, diſperſiones Iſraelis
congregans, & fores æternitatis generi humano patefaciens. Negotiatio Æ-
thiopiæ, quæ tam diu in viam gentium aberravit, facta eſt hoc tempore theſaurus Ec-
Pſ. 67. 29. cleſiæ: & gaudium cœli. *Manda Deus virtuti tuæ, confirma hoc Deus, quod operatus es*
in populis Æthiopum. Vix dici poteſt, *Venerabilis frater!* quàm uberes Apo-
ſtolicæ conſolationis fructus Roma ceperit ex literis tuis, optatam Æthiopici Re-
gnatoris reconciliationem nuntiantibus. Nos certè in hoc Fidei orthodoxæ 11

ſanctua-

sanctuario, sacris potentissimorum Principum obsequiis culti, complectimur brachiis Pontificiæ charitatis *Sultanum Saghedum*, Romano Sacerdotio remotissima Æthiopiæ regna piè subjicientem. Fœneratus planè est Deo exercituum, qui, cùm dives sit in misericordia, tributum hoc cœlo debitum remunerat divitiis, quibus venales sunt principatus beatitudinis sempiternæ. L.III. c. II. N.CXXIV.

12 Quamvis autem terrena felicitas non semper documentum habeatur divinæ
benevolentiæ, cui identidem libet aurum Fidei igne calamitatum explorare, spera-
mus tamen fore, ut dum ad Evangelicos Petri pedes procident Æthiopes, sensuri
sint in exercituum Catholicorum victoriis, & regiæ stirpis gloriâ misericordem pa-
cati numinis præsentiam. Jam verò in hac Orbis patriâ colitur nationum læ-
tantium plausu nomen *Saghedi imperantis*, & in cœlum tollitur virtus *Sela-Christi*
fratris, quem, si Christianæ pietatis cursum constanter consummaverit, fama poste-
ritatis plaudentis consimilem prædicabit beatissimo illi *Reginæ Candacis Eunucho*, Æ-
thiopiæ Apostolo, & Evangelii præconi, quæ vinum compunctionis sitis Pontificiæ
charitatis diu potavit, ea nunc, benedicente Domino, colligit *Manna* suavitatis ex
13 Æthiopica vinea, cui dari accipimus gloriam *Libani*, & decorem *Carmeli*. Certè
hîc, & fidelium preces, & sacrificia Sacerdotum omnipotentem misericordiam assi-
duè potent filiæ Nili, olim tenebris inferni nigricantes, & nunc super nivem cœli de-
albatæ. Præcipuam verò gloriam flagitabunt *Saghedo Regnatori*, quem charissimum
in Christo Filium nostrum sacro triumphantes gaudio nuncupamus. Effundimus
super illum ejusque provincias Pontificiæ benedictionis thesauros, patefacimus Æ-
thiopiæ ad Romanam Ecclesiam redeunti catarrhactas cœli, effundentis aquas sa-
lutis super sitientem. Porro autem fatebimur aucta esse Pontificatus nostri de-
cora, & gaudia Christianitatis, si Rex & populus Æthiopum per optatos Legatos fue-
rint hîc, & generis humani redemtorem adoraverint: Beatorumque Apostolo-
rum cineres venerabuntur in hoc monte sancto ejus, ex quo tectæ Fidei, & cœlestis
sapientiæ documenta, tamquam ex eodem spiritu, ad cætera mundi membra deri-
vantur.

14 Quod verò attinet ad fraternitatem tuam, & ad *Sacerdotes Societatis Iesu*, venerabilis Frater! triumpharis in benedictione Apostolici Senatus, & plausu Europæ; nec vobis constanter perseverantibus ea perfecti decoris diademata in cœlo deerunt, quæ pollicetur Omnipotens propagatoribus regni cœlestis. Benedicimus sacris vestris laboribus: petimus vobis Angelorum auxilia: pollicemur Pontificiæ autoritatis patrocinium. Dilectus filius, *Societatis vestræ Præpositus Generalis*, qui tuis consignatum monumentis *regale jus jurandum* ad nos detulit, prolixè testari poterit, quâ te laude & charitate prosequamur plantantem cœlos in Æthiopicis agris. Cætera ad cœleste hoc negotium spectantia ex iis literis accipies, quas congregatio Cardinalium fidei propagationem curantium, scribet Fraternitati tuæ; cui iterum peramanter benedicimus. *Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die IV. Martii M. DC. XXVIII. Anno Pontificatus nostri quinto.*

Epistola Papæ ad BASILIDEM filium Imperatoris primogenitum.

15 URBANUS PAPA VIII.

Dilectissime in Christo Fili noster, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Opulentia Nili fluit ad gloriam nominis tui, & filius Æthiopici Imperatoris *adolescis in spem potentissimi Principatus. Intellexisti tamen, Deo docente, te miserrimum fore, nisi fluenta Evangelii è Catholicæ Ecclesiæ fonte potares: nisi* Beatum Petrum in Romano Pontificatu *colens, nuncupareris & esses filius Dei, cujus patrimonium atque opificium est universa cœli, terrarumque compages. Plaudit* in Romana Ecclesia *pius regnantium Sacerdotum, & obsequentium nationum chorus*

L. III. c. II. *Chriſtianis virtutibus ſoboli in Æthiopia imperatura.* *Porro autem gaudet tibi regnum* 16
N. CXXV. *parari, è quo triumphalis pater volens ſceptrum imperii haberi virgam directionis, & fra-*
meam Dei, profligat Synagogas Satanæ. *Domeſtica tanta virtutis imitatione erudi-*
tus, in ea ſtatione excubas, in quam convertuntur oculi cæli & terræ, exigentes à tuo ingenio
conſilia, quæ habeantur lumina Spiritus Sancti, & fulmina cæleſtis ultionis.
Ita eſt, dilectiſſime Fili, *conquieſcere in paterna regia non debes, donec Æthiopia*
univerſa ad pedes Beati Petri *procumbat, & in* Vaticano *inveniat cælum. Doctrina enim*
Pontificum fiet iſthic non modò ſpes ſalutis, ſed etiam anchora tranquillitatis, & tutela
principatus. Complectimur te brachiis Apoſtolicæ dilectionis coronatum ſcuto bonæ vo-
luntatis, dilectiſſime Fili: *cui obſequentes populos, & faventes cælites inter armorum tro-*
phæa, & gaudia felicitatis precamur; tibique paternam benedictionem noſtram intimo cor-
dis affectu impertimur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcato-
ris die XXVIII. Decembris M.DC.XXX. Anno Pontificatus noſtri ſeptimo.

N°. CXXV. Epiſtola Patriarchæ Pontificii ad Suſneum Re- 1
gem ſuper edicto, quod Rex in cauſa religionis inſcio illo pro-
mulgaverat] Tot turbæ atque ſeditiones ſuper Romana Religione oriebantur,
ut Rex edictum promulgaret, quô libertas rituum ſacrorum concedebatur, quate-
nus contra fidem non pugnarent. Id Patriarcha ægre ferens, Epiſtolam ad Regem
dedit ſequentem (l): *Quanquam* Celſitudini tuæ (m) *dixerim, quòd jejunia quartâ*
feriâ loco Sabbati *obſervari:* Miſſæ antiquæ emendatæ, *cum conditionibus à me præfixis,*
dici: Et feſta, *uno* Paſchate *& inde dependentibus exceptis, iiſdem diebus, quibus antea*
conſueverant, celebrari poſſint; ſemper tamen monui Celſitudinem tuam, *ne hujus rei*
promulgationem per præconem in caſtris tuis faceres. Quoniam qui rem proclamat, prout
lubet id facit: & populus, qui auſcultat, dicta pro arbitrio ſuo accipit, & explicat. Id
quod in hoc caſu ita factum eſt. Quanquam enim Celſitudinem tuam, *ea quæ inter* 2
nos decreta erant, minimè negligere voluiſſe ſatis confidam, perlata tamen ad me eſt fa-
ma, per univerſam Æthiopiam ſparſa, quòd juſſu Celſitudinis tuæ *publicè in caſtris pro-*
clamatum fuerit, ut unus quiſque ad Religionem priſtinam, quam majores ſui pro-
feſſi eſſent, rediret; *atque aliquos in caſtris ſuper hac re magnopere lætatos fuiſſe: veros*
autem Catholicos id ægrè admodum, & *multo mærore tuliſſe. Cujus quidem rei modus, cir-*
cumſtantiæque debitæ neglectæ unicè anſam præbuerunt, atque iſtius facti accuratam rationē
Celſitudo tua *Deo aliquando reddet. Interim ut ego & Epiſcopus (cui Spiritus S. regimen*
Eccleſiæ hujus, Chriſti ſanguine redemtæ, ut dicitur in Actis Apoſtolorum, commiſit) omnis
culpæ exſortes ſimus, coram Celſitudine tua *hic proteſtamur, omnem ordinem, qui ju-*
re obſervari debuiſſet, in hac promulgatione prorſus neglectum fuiſſe. Quoniam primò 3
non Celſitudinis tuæ, *ſed noſtro juſſu promulgatio facienda erat; materiam enim purè Ec-*
cleſiaſticam continet. Itaque Celſitudo tua *ſummi Sacerdotis* Azariæ ad Regem Oſiam
2. Par. 26. *dicti memor eſſe debuiſſet:* Non eſt tui officii, *o Oſia!* ut adoleas incenſum Domi-
18. no, ſed Sacerdotum, hoc eſt filiorum Aaron, qui conſecrati ſunt ad hoc miniſteri-
um; egredere de ſanctuario, ne contemſeris, quia non reputabitur tibi hoc in glori-
am à Deo. *Celſitudo tua quoque caſtigationis, quæ paulo poſt hunc Regem manſit, eadem*
operâ recordari poterit. Si verò fortaſſis non ſuffeciſſet, in Eccleſiâ hæc edici, ſed edi- 4
ctū in caſtris promulgari neceſſe fuiſſet, omnino aliquis è Patribus vel diaconis noſtris nomi-
ne noſtro præſto eſſe debuiſſet, ne iſta tanto cum ſcandalo contigiſſent. Siquidem multi pro-
clamationi iſti tunc præſentes teſtantur, prolatum in ea fuiſſe, ut dicantur Miſſæ ſicuti olim;
nulla ratione habitâ emendationis noſtræ: nec reliquorum monitorum ab initio à nobis præ-
miſſorum. Feſtorum *tantùm in genere mentionem factam,* Paſchate reliquiſque feſtis,
quæ inde tempus & locum in Calendario ſortiuntur, non exceptis. Jejunium *denique,*
num feria quarta, an verò Sabbato *obſervare quis vellet, id non relictum fuit libero cujuſ-*
que arbitrio, ſed præciſe injunctum fuit, ut jejunium quartâ & ſexta feria *haberetur.*
Quare conſentaneū eſt, ut nunc fiat quod in principio factū non eſt; ne ſit noviſſimus error 5
pejor

(l) Reperitur apud B. Tellezium L. V. c. 29. p. 481. (m) Utitur Patriarcha compellatione *Alteza*, quæ ſuperiori ſeculo ipſis Luſitanorum Regibus data fuit, cùm nondum *Majeſtatis* prædicatio in uſu eſſet.

pejor priori, utque repetatur proclamatio additis his declarationibus: & P. Diogo de Mat- L.III.c.II.
tos, *quem in locum meum substituo, præsto adsit. Quia verò hoc fieri non debebat sine* N.CXXVI.
consilio Abeto-Faciladis, (n) *per Deum* Celsitudinem tuam *rogo, ostendat illi hanc meam protestationem. Vtrumque verò admoneo, ut petatis illuminationem à Patre luminis, ne forsan oculos in regnum terrenum, quod transit, ita figatis, ut cæleste, quod durat, cum terreno simul amittatis.*

Alphonsus Mendez. Patriarcha.

N°. CXXVI. Responsum Regis ad præcedentem episto-
1 lam] (o) Redditæ nobis sunt literæ *Dominationis tuæ*, ex quibus percepimus quid ad nos scripseris, super iis rebus, quas, ceu fidei non adversantes, ad componendos motus, & deliniendum populum, nobis concessisti. Nimirum *jejunare die Mercurii & non die Sabbati; & dicere Missas antiquas à te emendatas.* Cum adhuc Dancazæ commorarer, omnes qui in castris erant petebant, ut res à te concessas per præconem promulgari curarem. Intermisi id tamen tunc temporis, ne forsan rebelles metu coactum me petitis eorum cessisse sibi persuaderent. Jam verò ubi multùm flexas mentes comperi, proclamari ea, quibus annueras, jussi: & ne minimum
2 quidem, quod his quæ inter nos convenerant adversaretur, constitui. Quòd verò dicis, præcones pro lubitu edicta proclamare, & populum suo arbitrio ea accipere, id profectum est ab hominibus, qui rem, sicuti se habet, minimè compertam habuerunt. Quis enim unquam præconum edicta, quæ jussu regio proclamantur, augere vel imminuere ausit? aut quomodo populus his quæ audivit alium sensum affingere poterit? vel qua ratione aliquis dicere quiret, mutatam religionem, & ægrè id habuisse cordatiores? Cùm probè omnes sciant, ne jota quidem in religione immutatum fuisse. Neque adversarii causam habuerunt lætandi, quoniam perspicuè illis dictum fuit, non dicendas esse *Missas*, nisi quas Patriarcha ordinasset.
3 Sed homines improbi, atque turbarum cupidi, hæc tibi nova significarunt, quæ nunquam contigerunt, sed ab ipsis conficta fuerunt. Nos nihil fecimus præter ea, super quibus te prius consuluimus: neque præcones edictis nostris vel minimum
4 quidpiam addiderunt, aut de iis omiserunt. Quæ cum ita sint, quid est quòd *Osiæ nos meminisse jubeas; & quòd nos cum illo compares?* Leprâ in fronte à Deo puni- 2. Par. 26,
tus fuit, *quòd officio Sacerdotum sibi minimè convenienti se ingessisset, atque thura & sacrificia Deo obtulisset*; quô quidem nos semper abstinuimus, tantummodò jussimus proclamari ea, quibus consensum tuum accommodaveras. 19.
5 Cùm religio Romana in regno nostro cœpisset, *nec precibus Patrum, neque miraculis ab ipsis editis* suffulciebatur, sed quòd eam nostræ doctrinæ conformem; in libris verò nostris erroneos & detortos ab interpretibus sensus deprehenderemus. Statuminavimus eam mandatis atque edictis nostris, non arbitrio populi: nec ad eum deliniendũ, sed quoniã existimabamus, illam veritate maximè niti. Liberè autẽ &
6 proprio instinctu omnia ista fecimus, spernentes visibile, & contra sperantes invisibile regnum. Quid ergo est, *quòd nos oculos in regnũ æternũ, & non in terrenũ breviq; transiturũ, dirigere jubes?* quot è popularibus nostris occubuerunt? quot ditiones ab imperio nostro ob hanc causam avulsæ fuerunt? quæ specialiter referre meritò supersedemus,
7 quoniam tibi omnia nota sunt. Nobis non videtur quidpiam factum esse quod Deum offendat; nam si coacti nomen huic religioni dedissemus, aliquam veri speciem nunc haberet, quòd nos sublato metu illam rursus derelinquere, & aliò nos convertere vellemus: at sicuti eam libero nostro arbitrio amplexati sumus, ita ea, quæ semel comprobavimus, irrita reddere, & exstructa destruere non possumus; adeoque *Dominatio tua* nequissimis & mendacissimis istis obtrectationibus aures præbere imposterum cavebit.

 COM-

(n) Hic est Filius Regis natu maximus cum honoris titulo, q. d. Gallicè *Monseigneur Basilides.* (o) Tellezius eam habet p. 481. b.

L.III.c.12.
N.cxxvii.

COMMENTARIUS

Ad Lib. III. Cap. XII.

N°.CXXVII. Oratio Patriarchæ ad Regem, instante novâ
Religionis mutatione] Post ultimum prælium *Lastense*, cùm Rex tot cædium 1
pertæsus, jam ad restitutionem Religionis Alexandrinæ inclinaret, Patriarcha sequentem orationem ad eum habuit: (p)

Vicisse nos, Domine, *primò existimabam, sed ecce victos nos esse deprehendo. Quanquam enim rebelles nullam aliam ob causam pugnent, quàm ut* Celsitudinem tuam *solio deturbent, verbis tamen* restitutionem Religionis priscæ *prætexunt. Id si obtinuerint, licet disjecti atque dispersi, non victi sed victores erunt. Sicuti itaque sub pugna* 2
initium vota concipiendi tempus fuit: ita jam tempus venit ea adimplendi, quò Deus obligetur ad gratiam suam ulteriùs impertiendam. Quippe præsenti hac victoria præcedentibus omnibus quasi colophonem imponere, & Celsitudinem tuam *ad propagationem sanctæ Religionis suæ (cujus auspiciis eam reportavit) devincire velle videtur. Etenim* Ca- 3
tholici *potissimum exercitus robur fuerunt, eisque revera victoria debetur, eorum enim tam exiguus numerus non est, uti* Celsitudini tuæ *dixerunt. Quòd autem tam pauci appareant, in causa est, quòd omni favore destituantur. At si* tua Celsitudo *eos ad se vocaret, munera publica eis tribueret: & aliquam fiduciam in illis ostenderet, numerus eorum facilè crescerent, atque imperium & religio pariter florerent. Verùm illi aliquo abhinc tempo-* 4
ris spatio valde procul: angues contrà in sinu habiti fuerunt, ut feria sexta hic in quodam hujus aulæ conclavi consilia inierint, non de ritibus, sicuti initio præ se ferebant, tolerandis, sed quomodo ipsis radicibus securis admovenda, & religio Catholica *ex Æthiopia funditus extirpanda esset. Postea publicâ promulgatione libera electio populo & militibus concessa fuit. Compertum verò est, si penes hos stet, utrum* Christus *an* Barnabas *dimittendus sit, quòd istum, ejusdem cum ipsis vitæ generis hominem, prælaturi sint.*

Res Fidei, Domine, *hac ratione non expediuntur. In his si aliquid decernendum* 5
sit, convocandi Episcopi, *ubi eorum copia est, sin minus*, Sacerdotes & Clerici *maturioris judicii. Ne materia quidem Politica cum omnibus communicari solent, sed cum illis tantùm, qui prudentia & rerum experientia pollent. At nunc* Muhammedanos, Gallæos & Gentiles *à mulieribus instigatos, tanquam* Consiliarios vel Censores, *imò vera vel falsa religionis judices conspicimus.* Celsitudo Tua *innumera beneficia, quæ Deus,* 6
postquam fidem Catholicam amplexa est, tibi exhibuit, in animum sibi revocet; quòd Deus omnes, imperium tuum detrectare ausos, (quod quidem malum Æthiopiam semper afflixit & afflicturum est, donec vera fides firmas ibi radices egerit) elapso tempore ad pedes tuas prostraverit, & quòd in ultima hac occasione, ubi ad extrema perventum erat, dextram suam non infirmatam esse testatus sit. Memento quòd non armis, aut metu à Patribus in- 7
ductus, sed vi veritatis Romanæ *convictus, antiqua falsa Religioni valedixeris. Memento quoque me non mea sponte huc venisse, sed postquam pluribus literis* Patriarcham & Episcopum *efflagitasses*, à Pontifice Romano Regeque Lusitaniæ, *fratre vestro & Domino meo, me huc missum esse. Quod autem missionem hanc aliquantisper distulerint, inconstantiam, quam jam experimur, metuerunt, quam etiam præcedentes* Reges Lu-
2.15.19. sitaniæ *experti sunt, dum huc misissent* duos Patriarchas (q) *& cum uno ex his* Christophorum Gamæum, *cum turma militum Lusitanorum, qui imperium hoc ex servitute* Muhammedanorum *acerbè illi dominantium, exemerunt, non ut sibi id servarent, sed ut majoribus tuis restituerent. Neque is unquam animus* Regum Lusitaniæ *fuit, nec* un-

(p) Extat apud Tellezium Lib. V, c. 13. p. 490. b. (q) Iohannem Bermudem, & Andream Oviedum, de quibus latè supra.

unquam amicitiæ suæ, & tantarum impensarum aliam remunerationem expetiverunt, quàm L. III. c. 12.
8 *ut imperium hoc* Ecclesiæ Romanæ *jungeretur, in eaque perseveraret. Hunc in finem* N. Cxxiix.
me, & postea Episcopum *qui hic moratur*, Sua Sanctitas & Sua Majestas *huc miserunt*, & Cxxix.
neque nos inopes, sed multis libris & ornamentis pontificalibus onustos; ne tibi oneri aut sustentatione nostrâ graves essemus. Cernis jam Domine! *quàm justâ ratione illi nitantur, & quoniam ad sumendam debitam satisfactionem nimis procul absunt*, Deus, qui ubique præsens est, id loco eorum agere non intermittet; *Vides labem, quam* insignibus Leonis tui de tribu Juda *inuris: æternam maculam, quam gloriæ & genti tuæ imponis: quantis denique peccatis hâc tuâ* apostasiâ *ansam das. Hæc utique, ut & pœnas quas ideo Deo dabis, ne oculis meis intueri cogar*, jube me hic in conspectu tuo capite truncari.

N°. CXXVIII. Responsum Regis ad præcedentem Oratio-

1 nem] Tellezius scribit: Regem quasi attonitum, & animo prorsus alienatum ad ea L. V. c. 33.
tantùm Patriarchæ respondisse, quæ se maximè feriebant, his verbis: p. 492.

Quomodo dici potest, quod ego non faverim Catholicis? *quibusnam unquam magis favi? At* hæretici *multi sunt. Omnes qui rebellant, religionem prætexunt. Tot myriades nunc occidi; quot mihi occidendi adhuc restant? Cum quanta multitudine mihi pu-*
2 *gnandum adhuc erit? Omnes jam defatigati sunt. Omnes me deserunt. Nihil ampliùs possum. Neque nunc agitur de mutatione aliqua religionis, sed tantùm de ritibus nonnullis; saltem de his solis mecum locuti sunt. Si præterea aliud quid dixerunt, interrogabo eos, neque quicquam statuam, quod non priùs curem tractari cum tua Dominatione.*

N°. CXXIX. Oratio deputatorum Regis ad *Patriarcham Alphonsum Mendezium*, cum Alexandrinam religionē restituere

1 vellet.] Orator fuit *Za-Mariamus*, qui tanquam regis nomine Patriarcham ita allocutus est; ut habet B. Tellez Lib. V, c. 34. p. 493.

Tomamos esta Fè; trabalhamos primeyro por ella com grande cuydado; mas a gente nam folga com ella. Eliós se levantou por odio que tinha contra Raz Sela-Christós, & tomando a voz de defensor da Fé, de primeyro ajuntou & morreo com muyta gente. Cabrael fez o mesmo: Tecla Guerguis lançou o mesmo bando de acudir pela Fè de Alexandria, & morreó com muyta gente. O mesmo fez o anno passado Serça-Christós: Estes villoens com este titulo peleyjam, & he sem numero a gente, que se lhes ajunta: Todos acodem a elles, & me deyxam.	*Amplexi sumus istam Religionem* [Romanam] *Laboravimus primò pro illâ cum maximâ solicitudine, sed populo non placet.* Ælius *rebellavit ex* 3, 10, 54. *odio, quod conceperat contra* Ras-Selaxum, *& assumens titulum* defensoris Fidei, *primus copias contraxit, & cum multis occubuit.* Cabraël *idem* ibid. 89. *fecit.* Tecla-Georgius *idem edictum proposuit pro defensione fidei Alexandrinæ, & mortuus est cum multis hominibus. Idem fecit anno præterito* Serza Christus: *Agrestes hi* [Lastenses] *hoc prætextu pugnant, & innumeri sunt, qui se illis associant. Omnes currunt ad illos, & me deserunt.*
2 A Fe de Roma nam tem mal, mas esta gente nam a entende, querem a de seus antepassados. Deyxarey a os que folgarem com esta Fé, que fiquem nella, assim estiveram nesta terra os Portuguesés desdo tempo do Emperador Asnaf-Segued, & comiam, bebiam & casavam com as filhas dos Amaras; porem a os que nam quizerem esta Fé de Roma, darey a Fé de primeyro.	Fides Romana *nihil mali continet, sed populus iste id non intelligit. Religionem majorum suorum requirunt. Quam permittam illis, quibus ea placuerit, ut in ea permaneant. Sic enim in regno hoc à tempore* Atznaf-Saghedi [Claudii] *Lusitani extiterunt, ederunt, biberunt & junxerunt connubia cum filiabus* Amharensium: *iis autem qui* Fidem Romanam *noluerint, permittam religionem antiquam.*

N°. CXXX. Responsio Patriarchæ ad præcedentem pro-

1 positionem] Audita hac propositione, statim misit Patriarcha *Emanuelem d'Almeyda*, qui Regi responsum referret, quem ille reperit oculis demissis & tristibus, cumque allocutus est sequentibus verbis: (r)

Celsitudo tua Patriarchæ nuntiari jussit, regnum tuum pessum iturum hac religione

(r) B. Tell. Lib. V. c. 34. p. 493.

L. III.c.12. N. cxxxi. & cxxxii. gione [Romana]: & quod propterea illis, qui id desiderarent, permittere velles ritus Majorum suorum; qui autem Romanos præferrent, eos quoque retinerent. Re- 2
spondit igitur Patriarcha: *Ego* Domine *non minus amo* Celsitudinem tuam *quàm Regem Lusitaniæ; & sic paratissimus sum concedere omne id, quod salutare judicatum fuerit imperio tuo, modo non contrarietur puritati Fidei. Quicquid enim est peccatum coram Deo, non potest esse salutare regno; neque id ego concedere possum: neque* Celsitudo tua *petere.* Attamen in hac causa quæ nunc agitur, duo potissimum sunt consideranda. *Pri-* 3
mùm illi, qui nondum S. Religionem [Romanam] receperunt, sicuti agrestes *Lastenses*, eos *Celsitudo tua* hoc tempore dissimulare poterit, permittens illis, ut vivant sicut olim in erroribus patrum suorum: *Secundò* illi qui jam fidem Catholicam receperunt, eamque confessione ac sacrâ communione testati sunt, obstringentes se Sacramento publico ad obediendum in omnibus S. Ecclesiæ Romanæ, istis *Celsitudo tua* dicere non potest: *Permitto vobis rursus fidem patrum & avorum vestrorum.* Nam si hoc fecerit, peccat gravissimè contra Deum, & ego peccaturus essem, si id permitterem aut suaderem. Addo, (si licitum est peregrino in aliena regione de Republica 4
consultare) talem licentiam, ut mihi videtur, si *Celsitudo tua* eam dederit, in manifestum exitium regnorum tuorum cessuram esse. Etenim nihil aliud quàm divisiones & bella civilia excitabit, dum alius se *Romanum*, alius *Alexandrinum* prædicabit. Quid aliud inde secuturum est, quàm extirpare, cædere, occidere? & id quod omnes facilè agnoscent, *Abbuna pro his: Patriarcha pro illis*, & tandem *duo regna* & *duo Reges* erunt.

N°. CXXXI. Proclamatio pro restituenda Religione Alexandrina, voce præconis facta] Hanc in historia nostra verbis La- 1
tinis jam dedimus; eam fidei causa nunc quoque Lusitanicè verbis B. Tellezii hîc damus. L.V.c.34. p.494.

Ouvi, ouvi, primeyro vos demos esta Fe tendo a por boa, mas morreo muyta gente sem conto com Elios [Jonael hîc omissus est, de quo in Hist. Æth. 3, 10. 63] Cabrael, Tecla Guerguis: Serça Christôs, *& agora com estes* Villoens. *Pelo que vos damos a Fe de vossos pays. Entrem em suas Igreyjas os Clerigos de primeyro, metam seus tabotes, digam Missas*, & *alegray vos.*

COMMENTARIUS

AD LIB. III. CAP. XIII.

N°. CXXXII. Epistola Patriarchæ ad Basilidem Regem, Susnei jam defuncti successorem, cùm aulâ atque provincia suâ exire juberetur] Extat apud Tellezium Lib. 6. p. 516:

Daniel Meherata Christos (s) & Denâceos *retulerunt mihi mandatum* Celsi- 1
tudinis tuæ, *ut cum omnibus Patribus in regnum* Tigre *secederem: exposueruntque simul rationes, quibus* tua Celsitudo *ad id permota fuerit. Ego tamen non discedere, imò ne quidem dicere possum, quòd hinc discessurus sim, antequam responsum à* Celsitudine tua *ad ea quæ hic scribo, acceperim.* Domine! *in Æthiopiam non veni meâ sponte, sed missus* 2
sum à Pontifice Romano, capite totius Ecclesiæ, & à Rege Lusitaniæ *fratre tuo, à quo Pater tuus pluribus literis petierat, ut sibi Patriarcham mitteret. Veni ego*; Pater tuus, Tu, & tota Æthiopia *me ceu* Patrem & Pastorem suum *exceperunt, atque* Ecclesiæ Romanæ sacramentum obedientiæ, *me praeunte, dixerunt. Septem annos, sicuti Iacobus, custodiendo gregi Labanis, secundum acceptum à Deo talentum omnibus inservii, prædicando*

(s) Nomen est Æthiopicum significativum ምሕረተ ፡ ክርስቶስ ፡ *Misericordia Christi.*

rando, docendo, Sacramenta administrando, & Ecclesias visitando. Libris impressis hoc jam L.III. c.13.
2 *per universum mundum vulgatum est. Iam me possessione, in quam Deus & vosmet ipsi* N.cxxxii.
me immisistis, deturbare atque in regnum Tigræ ablegare paratis, inde forsitan in Indiam
& Lusitaniam *mihi revertendum erit. Omnium ludibrio exponendus sum, qui dicturi sunt:*
me ob grandia scelera in Æthiopia commissa inde ejectum fuisse, ab illis ipsis, qui me tam im-
pensè ut venirem rogavissent. Et licèt in Indiam non redirem, sed Fremonæ *ad pedes de-*
functi Patriarchæ Dn. Andreæ de Oviedo, *sepulchrum meum invenirem, idem nihilomi-*
4 *nus in* India, Europa *& universo Orbe dicturi sunt, cùm me expulsum audient. Qua-*
re ut toti mundo rationem de me reddere queam, oro & per Deum Celsitudinem tuam *ob-*
testor, ut cum omnibus proceribus tuis causas, ob quas me dejecisti, & in exilium egisti, scripto
consignatas mihi exhibere velis; An ideò, quòd religio quam prædicavi, & doctrina quam
docui, falsa sit? An ideò quòd vita haud integer, neque sceleris purus, scandalum præbuerim?
An vero quòd officio pastorali meo non ex asse satisfecerim, dum vel superbus in verbis, & se-
verus in pœnis: vel extremè remissus & negligens fuerim, aut aliâ aliquâ re peccaverim?
5 *Præterea* Celsitudini tuæ *in memoriam revoco, quòd Pater tuus aliquando à me petiit,*
ut priscos quosdam ritus, qui ante adventum meum in Æthiopia immutati fuerant, restituerem;
tunc omnia, quæ ille designaverat concessi. Et cùm tandem aliorum quoque mentionem in-
jiceret, de quibus in principio non locutus erat, respondi: Me omnia, quæ juri divino non
adversarentur, concessurum esse; unicô tantum, nempe distributione S. Cœnæ Lai-
cis sub utraque specie facienda, exceptô. Quanquam enim hoc jure divino in-
differens sit, istam tamen concessionem *Summo Pontifici Romano, Successori Petri & Vi-*
cario Christi in terra, reservatam esse: Illi me scripturum, & rationes ex utraque parte
stantes, verè & sincerè expositurum tunc promisi; quò ille, ceu dispensator fidelis &
prudens, quem Dominus familiæ suæ præfecit, quæ ex usu fore judicaret, constituere
6 posset. *Quod Patri tuo tunc obtuli,* Celsitudini tuæ *nunc denuò offero & declaro, si*
cum imperio tuo Ecclesia Romana, ceu capiti reliquarum Ecclesiarum *obedire, & fidem*
ejus profiteri volueris, me omnia concessurum, quæ salva conscientia modo supradicto concedi
possunt. Tandem à Celsitudine tua *peto, idque conveniens & necessarium existimo,*
ut omnes Æthiopiæ eruditos, antequam discedam, convoces, quò mecum disputent, atque dubia
sua, quæ in materia religionis occurrunt, coram exponant; de divina misericordia atque bono
eorum ingenio hoc mihi polliceor, me illos ad cognitionem multorum errorum hac in re per-
ducturum; & si in aliquo errare nos credant, veritatem me illis ita demonstraturum, ut con-
fiteri necesse habeant, contra doctrinam cathedræ Petri ne inferni quidem portas prævali-
7 *turas. Hoc ad quietem regni* Celsitudinis tuæ *facere puto, si enim hoc non fiet, plebs*
vilis & iners dicet: eruditos Æthiopiæ non ausos fuisse comparere coram luce Magi-
strorum Ecclesiæ Romanæ, sed quod oculis clausis tenebras exteriores prætulerint.
8 *Neque sufficit excusatio quam prætendunt, excommunicatione impositâ se à disputationibus*
nobiscum instituendis arceri; quoniam non tantam potestatem habet Patriarcha Alexan-
drinus, ut hanc ob rem anathematis fulmen subditis suis intentare queat; sicut ne Papa *qui-*
dem Romanus *id suis injungere valeret, qui sunt omnes Christiani in omnibus mundi par-*
tibus constituti; quoniam hoc in destructionem fidei vergeret, quæ disputationibus erudito-
rum declaratur & illustratur. Adversaretur jussui divino & SS. Apostolorum Petri &
Pauli: Iussui divino, inquam, *quoniam ille discipulos, & per eos totam Ecclesiam sic alloqui-*
tur: Euntes docete omnes gentes, *sive sint Iudæi, sive gentiles, sive hæretici; & alibi:* Matth. 28,
9 Quærite & invenietis, pulsate & aperietur vobis. *Quoniam disputando in veritatem* 19.
inquirimus, & portas ipsius pulsamus. Id foret contra mentem S. Petri, quoniam ille omnes Luc. 11, 9.
Christianos hortatur, ut parati sint ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, 1. Pet. 3, 15.
quæ in vobis est spe. Paulus *verò ad discipulum suum* Timotheum *hæc dicit:* Oportet cap. 3, 2.
Episcopum esse Doctorem. *Et ad Titum scribens, in quo officium Doctoris consistat, de-* cap. 1, 8.
clarat: Ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere.
10 *Deinde si quis est, qui veritati nos obniti cogitat, quare convincere nos non sustinet? Dicere*
autem: trecentos & octodecim patres excommunicationem in eos decrevisse, qui
cum Lusitanis vel Romanis disputarent, *id omni caret fundamento, imò est contra*

L.III. c. 13. *omnem veritatem, quoniam Episcopi* Hosius, Victor & Vicentius, *Legati Patris* S. Sylve-
N. cxxxIII stri, Constantini M. Magistri, *præsides hujus concilii fuere, qui gladium excommunicatio-
nis non contra semetipsos eduxisse, atque visceribus suis immisisse censendi sunt. Quare ad
excommunicationem confugere, nil aliud est quàm velum quærere, quod tamen ignorantiam
quærentis obtegere non potest.* Quòd autem Celsitudo tua *sclopeta* mea relinqui jubet, 11
concedat quæso, ut servi mei ea Fremonam usque ferant. Dehinc remittentur: vel
milites Lusitanos iis instructos per loca periculosiora me comitari jubeat.

Alph. Mendez Patriarcha.

No. CXXXIII. Responsum *Basilidis Regis Habessinorum* ad præcedentem *Patriarchæ* epistolam (t)] 1

Audiat Dominatio tua id quod dicimus & scribimus.

Ecce redditæ sunt nobis literæ tuæ; & omnia in iis contenta percepimus.
Quod *Dominatio tua* dicit, ut tibi scribamus causas, *quare officio, quod Dei & Impera-
toris voluntate tibi collatum erat, demovearis.* Bene scis, quòd quamdiu Impera-
toris Patris nostri potestati subjecti fuimus, nunquam voluntatem ejus transgressi,
nec verbis illi obloeuti simus, sed in omnibus quæ nobis diceret, jussibus ejus obtem-
peraverimus. Nec enim liberum nobis erat dicere, hoc faciam illud omittam; hoc
volo, illud nolo. Neque ullius negotii recordamur, quod nostro solo arbitrio fecis-
semus. Igitur quod ad causam Religionis attinet, consilii hujus participes non 2
fuimus: neque Consiliariis nos adjunximus; neque ab initio quando ædificari cœ-
pit: neque in fine quando destructum fuit. Ast scimus, quod Imperator Domina-
tionem tuam ad se vocaverit: & quod Patres quoque illius voluntate venerint; &
quod ante & post adventum eorum in Æthiopiam Imperator multos labores pertu-
lerit: & continuis ferè bellis conflictatus fuerit, quò res sacras ordinaret; pugnans
modò contra filios suos: modò contra servos suos, quos ipse honoraverat, & ex in-
fima paupertate sustulerat: modò contra subjectos suos tributa sibi pendentes.
Nos quoque, ex quo ad ætatem armis idoneam pervenimus, nunquam bellare ces- 3
savimus, quò Imperatoris patris nostri voluntatem adimpleremus; ita ut nullum
planè laborem nec periculum detrectaremus, sed strenue potius & sine pigritia cun-
cta ejus mandata exequeremur. Post pugnam, quæ initio hujus hyemis in Wai- 4
nadega commissa est, omnes literati castrorum, Monachi, & totus populus, tam
parvi quàm magni, ausi sunt Imperatorem alloqui, non verentes illi dicere: *Quo
usque tandem vexabimur, & quamdiu rebus inutilibus defatigabimur? Quamdiu cum
fratribus & parentibus nostris pugnabimus? dextrâ sinistram, & sinistrâ dextram ma-
num nobismet ipsis amputantes; cùm nullum Religio Romana habeat additamentum: ne-
que differentiam ab ea, quam antea professi sumus, sed omnia eadem sint. Etenim cùm
Romani dicunt*, in Christo dari duas naturas, nimirum divinitatem & humanitatem,
id ipsum etiam nos statim ab initio sciebamus, usque in hodiernum diem. Credimus enim 5
quòd idem Christus Dominus noster sit perfectus Deus & perfectus homo; perfectus ho-
mo in humanitate, & perfectus Deus in sua divinitate. *Quandoquidem verò hæ
illius naturæ non separatim, neque discreta à se invicem extant; (quia divinitas ejus cum car-
ne unita est, neque separatim consistit: & caro ejus conjuncta est cum divinitate, neque per
se subsistit sine divinitate,) propterea non dicimus, quòd sint duo, est enim unum;
quoniam facta est una res ex duabus, ita tamen ut non confunderentur, neque misceren-
tur naturæ in suo esse. Et quia eadem res est, nos utimur nomine unitatis.* (u)

Disceptatio autem super hoc articulo non est res magni momenti: neque 6
ista fuit causa quòd populus noster nobiscum belligeraret, sed potius *quòd illi sanguis*
Joh. 6, 54. *in S. Cœna denegaretur*; cùm tamen ipse Christus in Evangelio suo nobis dixerit: *Nisi
manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam
æternam*

(t) Tellezius Lib. 6. c. 3. p. 518. b. eam habet Lusitanicè. (u) Notet hîc studiosus Lector quæ su-
pra de hac quæstione retulimus cap. 8. hujus Libri N. 88 §. 50. & seqq. ut & N. 94. & seqq. è quibus sen-
tentia *Jacobitarum*, speciatim *Habessinorum de una natura* plene cognosci poterit.

æternam (x). Ercùm ille ipse S. Cœnam instituerer; cùm corpus suum discipulis L.III. c. ij;
suis distribuisset, & ipsemet illud degustasset, (y) non dicebat illis: *Sanguis est in* N.cxxxiii:
mea carne, quam modò vobis dedi; sed: *Accipite, bibite & dividite inter vos;* & fece- Luc.22,17:
runt discipuli sicut eis præceperat & indicaverat, dicendo eis: *Hoc facite in meam com-*
7 *memorationem.* Neq; hoc solum fuit, quod populus ægrè tulit, sed etiam *quòd jeju-*
nium feria quarta infringeretur, neglectis excommunicationibus S. Petri & S. Pauli,
qui in octo Synodis (z) excommunicaverunt eos, qui jejunium hoc negligerent.
Neque ob istud solum, sed quoniam nos *in prima quadragesimæ septimana* quæ *Sancta*
vocatur, edere & bibere videremur; & quòd audirent, nos idem facere in fine qua-
dragesimæ *sexta feria passionis, manè comedendo;* quo tempore illi sine cibo cubitum
8 ibant, usque ad diem Resurrectionis Dominicæ. Similiter, *quòd diebus jejunii*
manè sacram Eucharistiam præberent: & quòd motibus Romanis dispensatio daretur
istis diebus *lac & butyrum comedendi, & aquam bibendi: & quòd omnia festa totius anni*
mutata fuerint, & quòd *tam viri quàm mulieres omnes (a), nullo immundorum habito discri-*
9 *mine, templa intraverint.* Potissima autem causa, ob quam nostrates nos maxi-
mè aversarentur, fuit, *quod adhuc semel baptizarentur,* tanquam antea pagani & pu-
blicani fuissent: cùm tamen disputatio de hoc articulo inter nos & Romanos non adeò
magna sit: & *quod Sacerdotes & Diaconos nostros,* tanquam sacris ordinibus minimè ini-
tiatos habuerint; ita ut *Sacerdotium sacerdotio, diaconatū diaconatu cumularent.* *Arcu-*
las nostras *ligneas (b) cremaverunt, lapideas* verò *denuò sacraverunt,* tanquam antea sa-
10 cræ non fuissent. Inprimis *Monachi* ægre tulerunt, quòd *ritus & leges suæ non*
servarentur, neque liceret illis pro more suo jejunare; & quòd PP. Societatis
eos à se repellerent, neque admitterent ad se secundum morem Monachorum.
11 Ob hæc & alia similia, tam iis qui propè, quàm qui procul erant, exosi eramus,
dixeruntque Imperatori: *Audi consilium nostrum! Aut sine nos abire per Mundum: aut*
nos jube interfici, quoniam indies major moles belli sentitur. Cùm hæc dicerent Im-
peratori, nos illis non accedebamus. Ille verò causam tam urgentem audiens,
atque audaciam & proterviam eorum perspiciens, facilè sensit eos neque deliniri
neque puniri posse; ideoque illis dixit: *Capite vosmet ipsi consilium, quod vobis opti-*
mum visum fuerit. Inierunt ergo consilium redeundi ad prisca sacra, & ritus
suos antiquos. Propterea Imperator id ipsum indulsit, atque edicto promulga-
12 vit. Cùm autem *Dominatio tua* ista omnia sciat, quare peris ut causas tibi expo-
namus, ob quas ab officio depositus fueris, quod Deus & Imperator tibi commise-
rint. Ille ipse Imperator, qui *Dominationem tuam* vocavit, atque mandatum dedit,
hæc omnia fecit. Nunc, quoniam *Metropolita Alexandrinus* jam in itinere est,
(quod non putabamus) & dicit: *Non possum cum Patribus & Patriarchâ in eadem re-*
gione commorari: & ordinationes sacerdotum peragere; ideò *Dominationem tuam* Fre-
monam secedere, ibique manere jussimus.
13 Quod autem dicis: *Si Æthiopiæ populus Ecclesiæ Romanæ obedire velit, se in omnib⁹,*
quæ fidei non adversantur, dispensaturum; ad eam rem tempus jam tum præterla-
psum est. Quomodo denuò ad id redire possunt, quod deseruerunt, & à quo ab-
horruerunt, postquam rursus gustum legis antiquæ habuerunt? *Potestné homo* Joh.3,4:
secunda vice nasci cum sit senex? Numquid potest in ventrem matris suæ, ex quo egressus
14 *est, iteratò introire.* Porro dicit Dominatio tua: *ut ante discessum tuum omnes vi-*
ros doctos Æthiopiæ, ad disputationem super rebus fidei habendam, convocem. Sed & hoc
quoque in principio resedit. Itane hoc negotium argumentis confectum fuit?
Nonne ad vim conversi sumus, adimendo aliis prædia sua: alios comprehendendo,
eosq; variis pœnis & castigationibus afficiendo, quòd nos sequi nollent. Multos è

deser-

(x) *In vobis* habet textus, at versu seq. extat *vita æterna.* (y) *Depoys de elle mesmo o provar.* habetur Lusitanicè. (z) Sic quidem extat in Lusitanico. ast ego non dubito intelligi *octo libros variorum Canonum*, quos illi vocabulo *Synodus* comprehendunt, & *Novo Testamento* annumerant, ut documus in Hist. nostra Lib. III. c. 4. 27. (a) Menstruatas enim à templis arcent, præsertim vestibus malè tectas, ut apud pauperes Æthiopissas moris. (b) Æth. ታቦት ፡ Lusit. *Pedra d' Ara.* *Petra Ara,* aliàs *Lapis sacratus*, seu *Altare portatile*; de cujus consecratione agitur in Pontificali Romano.

L.III.c.13. desertis, ubi herbas comedebant, vi protraximus, ut eos collocaremus ubi esse
N.cxxxiii. nolebant. Ne illi quidem exempti erant, qui in speluncas refugerant; quomodo 15
eos denuò vexare poterimus disputationibus ultra afflictiones, quas in deserto & exilio toleraverunt? Talis justitiæ species nec coram Deo, nec coram hominibus valitura esset. Quod comitatum Lusitanorum spectat, ille concedi non potest. Eligemus tamen, & dabimus hominem fidum, qui multis famulis stipatus, *dominationem tuam* cum omni sua supellectile securè conducat.

16 Epistola ista omnium maximè momentosa est, continet enim veras dissidii gentis Æthiopum cum Patribus Societatis causas, à Rege ipso expositas, & ex actis Pp. Societatis à Patre provinciali B. Tellezio memoratas. Eas hîc velut in compendium redigemus. Primò Rex tractat controversiam de duabus naturis remotivè, quòd non tam momentosa, nec causa pugnarum fuerit, sed potius

1. *Privatio* calicis *in S. Cœna.*
2. *Translatio jejunii* à feria quarta *in septimam.*
3. *Initium* quadragesimæ *decem diebus tardius in Romanâ Ecclesiâ.*
4. *Quod* feria sexta hebdomadis sanctæ *ante vesperam comederint.*
5. *Quod in diebus jejuniorum* Eucharistiâ manè *usi fuerint.*
6. *Quod dispensationem dederint* lacticinia edendi, & aquam bibendi *in diebus jejuniorum.*
7. *Quod* Calendarium *mutatum fuerit.*
8. *Quod* mundi & immundi *viri & fœmina*, [i.e. pollutæ vel menstruatæ] in templa admissæ *fuerint.*
9. *Quod* rebaptizaverint *Habessinos.*
10. *Quod* ordinaverint de novo *Sacerdotes & Diaconos.*
11. *Quod* arculas Eucharisticas [lapides sacratos Canonistis] *Habessinorum aboleverint: vel de novo sacraverint. sup. §. 9. b.*
12. *Quod ritus & leges* Monachorum *spreverint.*

17 Deinde narrat sacrorum causam violenter tractatam: aliis prædia adempta: alios è desertis & speluncis retractos, qui Romana sacra acceptare nollent. Quomodo vel cujus jussu vis ista facta fuerit, neque in Tellezio, neque in aliis Patrum Societatis relationibus reperio; & tamen vera à Rege ad Patriarcham scribi nullus dubitandi locus est.

Judicium de his unicuique liberum erit. At de jejuniis regulam vulgarem non agnoscere videntur Habessini, quæ talis est. *Dissonantia jejunii non tollit consonantiam fidei.*

ADDITIO.

18 Operæ pretium videtur, addere hîc epistolas Regis Basilidis & Patriarchæ Alphonsi Mendezii, sub discessum istius, desperata reconciliatione, scriptas; alteras Æthiopica simplicitate: alteras indignatione & exprobrationibus repletas, quarum exempla lectoribus hîc damus.

Epistola Imperatoris Sultan Saghedi (c) perveniat ad Patriarcham, Episcopum, Patrem Jacobum, (d) & reliquos Patres.

Audi id quod tibi dicimus & scribimus. 19

Ecce Asma-Georgius, Tacâ-Christus, & Melca-Christus *referri curaverunt nobis res multas quas ipsis dixistis; multasque rationes quas dedistis, cùm jussu nostro nunciatum vobis esset, illique vobis significavissent:* Revertimini in terram vestram ex qua egressi estis. *Primò dixistis:* Nos non venimus nostrâ sponte, sed missi, post multas Epistolas ad nos vocandos scriptas. *An non nostis, quòd jam tum in pri-* 20
mis

(c) Extat apud Tellezium Lib. VI. c. 14. p. 565. (d) P. Diego de Mattos intelligi puto.

mis noſtris epiſtolis multas cauſas vobis expoſuerimus, propter quas vos conſtrinximus ad L.III. c. 13.
emigrandum in veſtras regiones? quare petitis, ut eas ſcribamus adhuc una vice? An non N. cxxxIII.
noſtis, quæ contigerunt inter vos & inter populum Æthiopiæ: & acres contentiones quæ ſemper inter vos fuerunt, dum veſtra ſacra, veſtros ritus atque religionem vituperavêrunt? adeò ut niſi Dei potentia ſupernè, & favor Imperatoris infernè vos protexiſſent, non dico quòd viginti duos annos, ſed ne unum quidem, imò ne dimidium anni vobis hic vivere datum fuiſſet. Non neceſſarium eſt ſcribere nunc vobis, quanta vis hominum propter hanc cauſam occidioni data fuerit. Quantos labores, quantasq; inſectationes Imperator veſtri cauſa perpeſſus fuerit; quia iſta cuncta vos ipſi optimè cognita habetis.

21 *Verùm enim verò Imperator videns & cognoſcens, quod negotium iſtud religionis nullo modo conſiſtere poſſet, ille ipſe ſicuti id primo inchoaverat, ita rurſus mutavit; revertens ad doctrinam fundamentalem Patrum ſuorum, quæ eſt* Petra Fidei Alexandrinæ, *eamque ſtabilivit edicto publico, ne unquam rurſus commoveretur à generatione in genera-*
22 *tionem (e). Quod attinet ad bonam hiſtoriam fortiſſimorum Luſitanorum, quam nobis in memoriam revocare voluiſtis, qui tempore Imperatoris* Atznaf-Saghedi [Claudii] *in* 1. 6, 19.
Æthiopiam defendendæ Religionis causâ venerunt, optimè novimus quòd boni finis causâ venerint: & quòd illo anno, quo illi intraverunt, ſimul pax influxerit inſtar fluminis, neque populus contra populum inſurrexerit. Illi enim neque concionabantur, neque docebant, ut deſtruerent religionem antiquam traditam à Patribus & Apoſtolis: neque unquam cogebant ut obſervaret alia ſacra quàm iſta noſtra, quæ tunc publice obtinebant, ſed potiùs pro illa defendenda, & è manu prædatoris & latronis, ducis nimirũ Muhammedici exer-
23 *citus liberanda, pugnabant. Digni utique ſunt multâ laude. Receperunt etiam ſua præmia à Regibus noſtris, ita ut plantarent vineas ſuas, & colerent agros, in regione ubi nihil prorſus, ne quidem pedem ſoli hæreditate acceperant. Quicquid autem reliquerunt, id filiis eorum manſit, qui adhuc hodie vivunt, pæne illis conceſſo, atque à patribus ſuis ſibi relicto. Neque quiſquam eſt qui illis dicat;* Quid vobis hîc rei eſt: vel quid facitis hîc? *Omnes enim norunt, quod propter bonum publicum venerint.*

24 *Quòd autem* tua Dominatio *dicit:* Reſervavimus nobis abſolutionem ab excommunicatione, quâ excommunicavimus gentem Æthiopiæ, à qua nemo illam abſolvere poteſt niſi nos ipſi &c: *Reſponſio facillima eſt. Quum cœpiſſent* [Patres Societatis] *docere fidem in Æthiopia; Quæritur,* quo pacto permoverint homines ad ſuſcipiendam illam? *Fortaſſis* excomunicationibus, aut oſtentatione alicujus miraculi? *Minimè; neq; uno neq; altero: ſed vis mandati regii homines eò adegit. Ille verò ipſe vincula, quæ injecerat, rurſus ſolvit: & vos optimè noſtis, quòd nemo veſtram doctrinam ſua ſponte receperit.*

25 *Porro quòd* tua Dominatio *dicit:* Æthiopia eſt noſtra ſponſa. *Sciendum, quod nuſpiam ſcriptum aut decretum ſit, quod fœmina ſubjecta eſſe debeat marito ſolummodo voluntate Patris ſui, aut matris vel cognatorum, niſi & ipſa in matrimonium conſenſerit. Propterea ſciat* tua Dominatio, *quod Æthiopia non ſit vera tua ſponſa. Etenim modo diximus:* quòd nemo tuam religionem ſponte ſua ſuſceperit.

26 *Quod ad* votum *attinet, multis hic diſtinctionibus opus eſt. Sunt enim aliqui, qui* votum concipiunt relinquendi bona ſua, *& tamen monachi fieri nolint: alii, qui* virginitatem ſervare velint: *alii depoſita virginitate voveant,* quod caſtitatem cuſtodire velint propter amorem Dei &c. *Omnes iſti ad complenda vota ſua omnem vim in poteſtate ſua poſitam habent; & ſi illa non implent, peccant; habent enim potentiam & aſſenſum voluntatis ſuæ in poteſtate ſua, qua regere poſſunt inſtinctum animalem, id eſt carnem. Ita ſe habent vota. Quid ſibi vult* tua Dominatio, *dum dicit:* Voto obſtrictus ſum ne deſeram Æthiopiam? *Tua Dominatio non deſerit Æthiopiam, ſed illa deſerit te; neque* tua Dominatio *fugit ab illa, ſed illa fugit à te, quemadmodum meticuloſus fugit è prælio.*

27 *Quod ad* tuam Dominationem *attinet, nos teſtari poſſumus coram Deo, quòd multum amaveris Æthiopiam; ſed quod illa te minimè dilexerit, ſed potiùs multis acerbitatibus affecerit. Decretum itaque iſtius noſtræ epiſtolæ hoc eſt:* Eant modò omnes in fu-

(e) Sic loquuntur Æthiopes, pro in perpetuum.

L. III. c. 13. am patriam salvi & incolumes, atque etiam in itinere sine ulla molestia. *Deum* 28
N. cxxxiii. *enim testem invocamus, quòd nos non in culpa simus omnium illorum malorum quibus affecti
fuistis. Quia Imperator Pater noster vos primo vocavit, & ille ipse vos rursus ablegavit.
Nos autem neque primo vos vocavimus, neque nunc amandavimus. Potius vos hucusque defendimus, atque vestri causâ cum Schagnensibus pugnavimus, qui vestras res prædati fuerant, & quicquid receptum fuit, vobis remisimus. Imposterum autem ab omni culpa liberi erimus, si vel res vestræ perdantur: vel homines vos aggrediantur; quia mandatum dedimus Za-mariamo, & omnibus præfectis* Serawæ & Hamazenæ, *ut vos comitentur, atque illæsos Matzuam deducant, ubi navem emere, & in vestras terras proficisci poteritis. Adhac præfecto Turcarum* Matzuæ *Arabicè scripsimus, ut vos bene suscipiat, & in pace dimittat.*

Præterea audivimus, quòd desideraveritis proficisci per Regnum Dancalæ *ad portum* 29
Baylurensem. *Sed nemo unquam illâ viâ venit præter Patriarcham. Nam omnes Lusitani & Patres, à primo illorum introitu usque ad hoc tempus, semper venerunt per* Matzuam. *Portus enim* Baylurensis *subjectus est* Regulo Dancalensi, *& non Turcis.*

Verùm enim verò vanum nunc est rationibus & effugiis uti, quò minùs proficiscamini, 30
quandoquidem res omnis nunc acta & peracta est.

Etenim tale consilium vobis minimè profuturum esset, si moras necteretis; inde enim secutura esset vestra perditio, & multi motus. Quare resistitis & dicitis: Non proficiscemur? *Num vobis injuriam aliquam fecimus? aut bona vestra, quævè aliàs in hac regione acquisivistis, abstulimus? Istud minimè procedet. Eant modo, neq; quicquam regerant, aut ullam exceptionem afferant. Atque iste finis est nostræ epistolæ, nostrique sermonis.*

RESPONSUM PATRIARCHÆ, 31
cùm jam ex Æthiopia excessisset, & in Turcarum manu versaretur, ut iram liberè effundere posset, cujus exemplum sequens est:

Epistola Patriarchæ Æthiopiæ injustè captivi, è sua Ecclesia ejecti, & à sponsa sua vi separati, perveniat ad IMPERATOREM SULTAN-SAGHEDUM BASILIDEM, cum agnitione fidei Catholicæ, Apostolicæ & Romanæ, in qua sola datur via veræ pacis.

Zierus attulit nobis epistolam à *Celsitudine tua*, cum essemus in itinere jam per *Johannem Akayum* traditi, & *Matzuam* abducti, ubi hospitium reperimus, quale
nobis antea imaginati fueramus. Etenim *Turcæ*, in principio nos lacte bonorum 32
verborum pascentes, mox fel avaritiæ suæ nobis gustandum præbuerunt, spoliando nos & auferendo quicquid attuleramus, quod quidem parum admodum erat. Equidem jacturam rerum nostrarum non multùm curabamus; id tantùm urebat nos, quod pertentaremur, & publicè spoliaremur ab alienigenis. At si verum dicere velimus, non alienigenæ, sed nostrates & domestici ipsi nos spoliaverunt, *sicuti*
Gen. 9, 25 *Noë quondam ægerrimè tulit, quòd nudus visus fuerit à Filio suo Cham, patre Canaan.* Ete- 33
nim Turcæ pudore suffusi ob mala quæ nobis fecerunt, & ob exiguum illud quod apud nos repeterant, excusant se dicentes: *se fecisse istud permotos duabus epistolis quas è castris regiis acceperint, quibus jussi fuerint Patriarcham & Patres primò deprædari, tanquam onustos omni auro Æthiopico, deinde illos tanquam hostes suos occidere.* Verùm opprobrio usi, discinxerunt & exuerunt Patriarcham, nihil tamen apud eum repererunt quàm crucem in pectore, duos annulos & calicem unum, quo Missam dicebat. Apud Patres non tantum repererunt ac illis sufficiebat ad emenda alimenta, ut ipsi Turcæ fatentur, dicentes: *Esse singularem Dei gratiam, quòd cognoverint paupertatem nostram, & copiam mendaciorum, odiique gentis Æthiopicæ.*

Celsitudo tua in epistola scribit: *Imperator Pater noster vos vocavit, & ille ipse* 34
etiam vos amandavit; nos enim vos primò neque vocavimus neque nunc vos ablegavimus.

Quo-

Quomodo hoc Celsitudo tua dicere potest? quando enim amandavit nos Impera- L.III.c.15.
tor Pater tuus? Vivusné adhuc an mortuus? Certè dum vivus esset amavit atque N.cxxxIII.
æstimavit nos valdè, insigni liberalitate semper nos afficiens: & antequam morere-
tur apprimè nos commendavit *Celsitudini tuæ:* nec non *Reginæ tuæ Matri*; ut & *Fra-
tribus* atque *Sororibus* tuis, *ne ullâ injuria afficerent Patriarcham aut Patres*, etiam ju-
ramentô super hac re à *Celsitudine tua* acceptô. Mortuus, sanè contrarium illius, quod
vivus jusserat, injungere non potuit; utique non scimus, quòd cum Celsitudine tua
35 locutus fuerit, *sicuti Samuel cum Saulo locutus est post mortem suam.* Si autem *Celsitudo* 1. Reg. 28.
tua fatetur, quòd ille nos vocaverit, Tu autem pro filio & successore te geras, utiq; 15.
dicere non potes, quòd nos nõ vocaveris; quandoquidem ut filius obligatus eras ob-
sequi voluntati patris tui: ut successor verò satisfacere obligationi illius, à quo regnũ
acceperas. *Si Celsitudo tua* nos non è regno amandavit, unde venerunt tot ministri
regii unus post alium, qui nos excedere juberent è *Gojama, Dembea, & Tigra?* cujus
fuerunt tot epistolæ catervatim missæ ad Proreges & Proceres Tigræ? ut conjunctis
36 viribus ad expellendos nos concurrerent. Fortassis jam resurrexerat Imperator *Sul-
tan-Saghedus Susneus*, à quo ista proficiscerentur? O si ille resurgeret, & parumper
tantùm exspatiaretur per Æthiopiam, & consideraret Dancazæ in cœnaculo suo,
atque de throno suo regio interrogaret, *ubi Patriarcha & Patres essent*, quos adeò
amaverit? ubi Jacobus & Justus, aliique pueri, quos semper in conspectu suo habuerit?
nemo autem illi responderet, partim quòd alii jam terrâ suâ pulsi: partim sub ea con-
diti essent, plancturus sine dubio foret eodem modo ac *Rachel plorans filios suos, & no-* Jer. 31. 15.
37 *luit consolari, quia non sunt.* Si videret & audiret fœminas illas, ex quibus ille
filios genuerat, nunc parere alios è Filio suo: & quòd Basilides quotidie dedecus
illud patraret, quod Absolon una sola vice patravit, ingrediens ad concubinas pa-
tris sui: & quòd cum uxoribus fratrum suorum, quæ æque sunt sorores illius, ean-
dem turpitudinem committeret, quam Amnon filius Davidis olim committebat
cum sorore sua Thamar.

[Tales atroces criminationes inter infensos, odio gliscente, facilè finguntur, quibus ni-
mis faciles aures Patriarcha præbuisse videtur. B. Tellezius distinctè & cum circum- L.IV.c.25.
stantiis refert: *Susneũ, Patrem Basilidis, suasu & doctrina Pp. Societatis omnes suas pellices,* p. 356.
retentâ solâ prima uxore, dimisisse; Id factum An. 1622. mortuus est An. 1632. Quis ergo
credat Basilidem pellices patris, jam ferè exoletas, amavisse? cum tot juvenes suppete-
rent, si libidinem suam explere voluisset; nullatenus enim eandem politicam rationem
ac Absolon habebat? Et quomodo uxores fratrum adamaret, cui copia tot aliarum
erat? Huc accedit, quòd Gregorius Æthiops, qui Regem hunc intimè noverat,
& simul cum Pp. Societatis exilium ab eo perpessus fuerat, de ingenio & moribus ejus
crebrò interrogatus, nihil tale unquam narraverit. Modò periodus ista non pror-
sus spuria sit. Quippe à prudentia Patriarchæ alienum videtur, talia nihil ad rem fa-
cientia admiscere, & crimina Regi in faciem objicere, cùm adhuc in Matzua (ibi enim
scripta est epistola) subsisteret, ubi Rex pronis Turcis, de illo aut de sociis in Æthio-
pia relictis, ultionem capere potuisset.]

Sine dubio eum pro filio suo habiturus non esset, si sciret, quòd libros, in quibus
legerat atque oraverat: nec non sacras imagines, quibus se commendaverat, pu-
blicè per præconem, sonantibus tubis atque tympanis, comburi curaverit. Certè è
memoria hominum cremari jussisset nomen istius, qui talia fieri præcepisset atque
consensisset.
38 Si verò *Celsitudo tua* ideò à patre suo nos ejectos dicere velit, quòd illo adhuc
vivo edictum de mutanda religione promulgatum fuerit. Notoria res est, quòd
ille nunquam aliud quid, quàm libertatem conscientiæ animo intenderit, ut cuique
liberum foret sequi religionem quam vellet: & id nobis sæpius dixit, & illo ipso die
promulgationis nobis ultimò id significari curavit per aulæ præfectum Za-marjam,
& per alios è proceribus. Quòd si edictum aliter promulgatum fuit, id accidit
eò, quod Pater tuus tunc magis mortuus quàm vivus esset, cùm ediceretur: & jam
omnis potestas in manu tua, vel in manu illorum sita erat, quibus eam vendideras, ut

face-

L.III.c.13. facerent omne malum; sicuti Scriptura de Achabo dicit. Qui tuo gladio & no-
N.cxxxiii. mine abutuntur, ad perficienda mala omnia, quæ modò concupiscunt. Ad- 39
2.Reg.21, hæc notórium est, quòd Pater tuus non reversus fuerit ad fundamentum majorum
25. suorum, uti scribis in epistola tua: neque ad errores Alexandrinos; sed potiùs mor-
tuus est in sancta Fide Romana, testatus usque ad ultimum suspirium, quòd in ea so-
la sit verum sacerdotium & salus. Neque enim unquam opinatus est, ex quo veri-
tatis cognitionem habuit, quòd Alexandriæ existeret petra Fidei, ut tu ais in tua
epistola. Bene enim noverat quòd in Ecclesia Dei non detur plus unâ petrâ, in qua
sit ædificata. *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est,* 40
quòd est (f) *Petrus*, ejusque sedes Romana, à qua dum Alexandria divulsa est, non
mansit ædificata in petra, sed in luto & arena Nili. Idem accidit Æthiopiæ
postquam Romam deseruit, seque ad cœnum voraginosum Alexandriæ contulit;
quod neque Imperator Pater tuus, nec quisquam mortalium ita firmare potuit, ut
§. 21. non moveretur à generatione in generationem, ut in epistola tua narras. Lutum
enim & arena sua natura debilia & mobilia sunt; nec unquam ita stabiliri possunt ut
non moveantur. Quilibet enim ventus vel aqua ea disjicit, simulque destruit om-
ne id quod superædificatum fuerit.

Sin minus, dicat mihi *Celsitudo tua*, ubi mansit petra illa electa, petra angula- 41
ris & fundamentum Religionis tuæ? Ubi est columna illa ignea, Sol ille diurnus, &
stella nocturna? Apostolicus ille & venerabilis Vir, magnus ille Doctor, quem tibi
in Abbunam [Metropolitam] assumsisti, cùm nos in Tigram ablegasses? Quas quæ-
so conciones ille habuit? Quo libro, quibusvé cerimoniis usus est, eum sacros ordi-
nes impertiretur? Velum æterni pudoris operire deberet faciem universi popu- 42
li Æthiopici, (modò pudor locum habeat apud eum) quotiescunque recordatur,
quòd pro suo Pontifice elegerit adolescentulum, nullis ordinibus præditum, idque
sine examine, & sine testimoniis: & qui ampliùs anno integro, dum phantasma Me-
tropolitæ gessit, Missam non dixit, neque etiam dicere potuit; etenim altare ejus
mensa: & Tabacum thus ejus erat. Dies atque noctes insumebat in comessationibus &
ebrietatibus: in cubilibus & impudicitiis; adeò ut etiam ipsius populares venirent, &
demonstrare parati essent, quòd mercator & caupo Enarcensis esset. Veniebant
fœminæ, quæ eum maritum suum compellabant: Mariti eum accusabant corrupta-
rum uxorum: Patres, ob abductas filias: Juvenes, ob ablatas amicas; *& vos inflati*
1.Cor.5.2. *estis*, ut Paulus loquitur *ad Corinthios* in causa simili; *& non magis luctum habuistis,*
neque lacrymas sanguinis fudistis. Si autem Fides Alexandrina, quam Celsitudo tua 43
amplexa est, pro petra viva, & electa haberi debet, cur *Celsitudo tua* metuit eam pro-
bare acumine disputationum? quas nos toties petivimus, antequam in Tigram ejecti
essemus, volentes disputare cum vestris doctoribus, Monachis, aliisque viris doctis,
ut illis errores suos ostenderemus. Verùm illi non ausi sunt nobiscum congredi,
neque id *Celsitudo tua* permittere voluit, nimirum quòd certus esses omnes succubi-
turos.

Quod autem Celsitudo tua dicit: *multos homines religionis causa periisse*; Istud est 44
in eundem lapidem crebrò impingere, & tamen illum non observare. Notorium
enim est, religionem Romanam multas victorias patri tuo peperisse, quamdiu illam
coluit, usque ad ultimam in *Waynadega* obtentam: & quòd motus fuerint omni tem-
pore quô ille regnavit, antequam modò dictam religionem recepisset: quòd etiam
rebelliones in Æthiopia fuerint ultra centum annos, temporibus *Zadengheli*, *Iacobi*,
Malac-Saghedi, *Adamantis*, *Atznaf-Saghedi*, & *Wanag-Saghedi*. Neque etiam bella
quæ orta sunt post receptam à Patre tuo Religionem Romanam, istam pro causa
habuere. Nihil dicam de antiquis. Quæ post meum adventum nata sunt, fue- 45
runt *Tecla-Georgii*, *Melca-Christi*, & *Sereza Christi*. *Tecla-Georgius* rebellavit instinctu
uxoris suæ, tuæ videlicet sororis. *Lastenses* Melca-Christum in Regem elege-
runt, ut liberarent se à violentiâ, quam illis intulerat maritus alterius tuæ sororis. *Ser-*
tza-Chri-

(f) Desumta sunt hæc verba ex Epist. 1.Cor.3.11. sed ibi pro S. *Petro* habetur *Christus Iesus*.

ca-Christus rebellis factus est propter boves Damotensium & Gafatensium a se ab- L.III.c.13.
46 actos. Omnes autem ex malo consilio quorundam, quos Celsitudo tua novit, post- N.cxxxiii.
quam rebelles facti sunt prætextu religionis usi fuerunt, ut gentem turbidam col-
ligerent; quæ sicuti fidem non servat Deo, ita nec suo Regi, qui vices Dei in terra
gerit. Nam si *Melca-Christus* propter religionem rebellavit, quare non destitit à
rebellione: & quare sequaces ejus eum postea non deseruerunt, cùm jam duo anni
sint ex quo Fidei Romanæ ædificium destruxistis; atque omnem lapidem movistis,
ut extenderetis & stabiliretis errores Alexandrinos? Rebellio ista nunquam vires
cœpit tempore patris tui, nisi postquàm nonnulli castrensium inceperant nutare in
Fide Romana.

47 Num fortassis *Gallai* etiam bellum movent propter Fidem Romanam? Ast
omnes sciunt, illorum religionem esse occidere & latrocinari. Isti præteritâ hyeme
invaserunt *Ambaram*: destruxerunt oppidum *Tedbaba-Mariam*: trucidarunt ultra
mille & quingentos homines: & refoderunt ossa quinque Regum, quæ ibi condita
erant. Alii deprædati sunt totam *Gojamam* imperii tui ocellum: alii invaserunt *Ti-
gram*, & pervenerunt interdum *Syren* usque, dicentes: *Quamdiu floruerit Fides Roma-
na se fuisse invalidos, & quasi frenatos: nunc autem restitutâ Alexandrinâ se fortiores fa-*
48 *ctos esse leonibus.* Ipsum cœlum & aer pugnant contra Æthiopiam, ex quo de-
seruit Fidem Romanam. Ipso enim Septembris die, quo scripsisti epistolam tuam,
ut extruderent nos è domo nostra Fremonensi: & misisti in hunc finem Consiliari-
um Decam, Deus pestem immisit in domum tuam, quæ Dancalæ est, ita ut in
hunc diem usque non potueris in eam reverti. *In Dembea* & *Wegara* præter ma-
gnam famem tanta vis fuit contagii, quanta post hominũ memoriã non fuit. Nihil-
ominus cor Æthiopum adeò induratum est, ut neque vincatur divinâ beneficen-
tiâ: neque superetur illius plagis.

49 Porro scribit Celsitudo tua: *Non meministis omnium quæ contigerunt inter vos &
populum Æthiopiæ: & gravis contentionis, quæ semper inter vos fuit, dum abhorrerent à
vestris ritibus & institutis?* Bene scimus omnia quæ contigerunt, sed scimus
etiam quòd contentio non provenerit à melioribus, nec sapientioribus, sed à pessi-
mis & ignorantissimis. Scimus etiam veram fidem Christi habuisse habituram-
que semper contradictiones. Statim enim ac ille in templo comparuerat, sanctus Si-
meon de eo prædixit: *Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum,* Luc. 2, 34.
& in signum, cui contradicetur. Et de tota ejus lege dicebant Judæi Romani Sancto
Paulo: *de secta hac notum est nobis, quia ubique ei contradicitur,* prout legimus capite ulti-
50 mo Actorum Apostolicorum. Denique quod caput est, etiam hoc scimus, quòd Act. 28, 22.
origo & vis omnis contradictionis & oppositionis debeatur domui matris tuæ, ejusq;
filiorum & filiarum: & quòd ibi universalis officina fuerit omnis malignitatis, & for-
nax unde egressus est ignis, qui combussit cedros Libani, hoc est, Ecclesias Dei.
Neque etiam contentio, quæ inter Æthiopes & nos vertit, solos ritus spectabat, sed
ipsa præcepta Dei, ejusque sacra. Quia ritus omnes, quos primò sua sponte omise-
rant, & mox à nobis repetebant, illis concessimus; habentes facultatem dispensandi;
veluti *Missas antiquas dicere*, sed à nobis emendatas; *feriâ quartâ jejunare*; *Festa se-
cundum Calendarium antiquum* celebrate, & similia.

51 Verùm enim verò causa omnis contentionis, quam mutatio religionis secuta
est, in eo consistebat, quòd nos *circumcisionem* permittere nollemus: neque etiam *ob-
servationem Sabbati*: quòd etiam nollemus connivere in *polygamia* Regum: nec ma-
ritis, *dimittere uxores*: neque uxoribus, *deserere maritos*: aliasque similes causas, quæ
nullam admittunt dispensationem; quandoquidem Antistites Ecclesiæ sub Deo
sunt, & non supra illum: nec possunt mutare ejus præcepta & sacramenta.

52 Ast quâ pennâ, quové atramento scripta est falsitas ista, quæ in Celsitudinis tuæ
epistola imputatur Lusitanis, qui tempore Atznaf-Saghedi in Æthiopiam vene-
runt: atque regnum, quod Celsitudo tua hodie possidet è manu Muhamedanorum
liberaverunt? dum dicitur: *quòd hoc fecerint, ut populus Æthiopiæ conservaret Fidem*

L.III.c.13. *Alexandrinum, quâ priùs utebatur:* Quis enim est qui nesciat, cum Imperator 53
N.cxxxiii Wanag-Saghedus (g) Lusitanos advocari curavisset, quòd illis promiserit tertiam partem sui regni? & quod simul cum universa gente sua Religionem Romanam admittere voluerit. At cùm Lusitani illo ipso anno, quo mortuus est *Wanag-Saghedus*, in regnum intravissent, & *Gragnum* (h) occidissent; simulque cum illius morte Muhammedanos omnes ejecissent, neque filius ejus *Atznaf-Saghedus*; neque vidua ejus Regina *Sablo-Wangela* promissis stare voluerunt. Quod si Lu- 54
sitani ideo venerunt, ut genti Æthiopicæ priscam suam religionem conservarent, quare secum adduxerunt Patriarcham Johannem Bermudem? Itané Patriarcha iste Romanus procuraturus erat sacra Alexandrina; suorum oblitus? Itané Christophorus Gamæus gloriosus Christi martyr sanguinem suum in campis Ofla effudit, ut Æthiopes priscam suam Fidem Alexandrinam retinerent? Cuinam talia deliria in mentem venire possunt? Quod Celsitudo tua porro addit: *Lusitanos istos præ-* 55
mia sua à Regibus reportasse, ita ut vineas plantarent, & agros colerent, quos utique hæreditate à majoribus suis non acceperint; & quod eos filiis suis reliquerint, qui adhuc hodie pane illis concesso victitent; ita ut nemo illis dicat, unde possidetis? vel quid agitis hic? id planè falsum est. Nam præmium, quod Atznaf-Saghedus Lusitanis illis dederat, aliud non fuit, quàm dispergere eos per diversas regiones, consiliô invidorum, qui eos conjunctos videre formidabant, ita ut nullibi radices egerint, cùm aliquoties hinc illinc transferrentur. Nec admodum diu est, quòd Lusitani nonnulli, qui prædium cum multis bonis in Dara [provincia] emerant, ejecti inde fuerint, Gallæis & Muhammedanis in locum eorum constitutis. Ubi est 56
tertia pars totius Æthiopiæ, panis iste pactitius, de quo Lusitani eorumque filii sustentare se debebant? Non solùm multi reperiuntur, qui in tota vita sua ne quidem pedem terræ obtinuerunt, in regione quam patres eorum sanguine suo liberaverant: imò omnes illi, ne quidem post mortem palmum terræ occupant, quô corpora sua tegant: multi enim à canibus & lupis devorati fuerunt, quia Celsitudo tua illis ademerat Ecclesias, quas sumtibus suis ædificaverant, easque peregrinis concesserat. Ubi nunc est honor ille, quem veteres [Habessini] Lusitanis tanquam liberatoribus suis exhibebant, descendentes de mulis & equis, si forte alicubi obviam venirent. Nonne nunc ad tantam paupertatem redacti sunt, ut jumenta oneraria è Dembea in 57
Tigram, & è Tigra in Dembeam sequi cogantur: nudi, pedibusque intectis, salem humeris suis bajulent, dum matres & uxores eorum coriis bubulis: filii autem pellibus ovium & captarum erudis vestiti incedunt; facti omnes opprobrium hominum & abjectio plebis. Etjam diu omnes extincti fuissent, nisi Rex Lusitaniæ, verus Dominus & Pater eorum, eos juvisset eleemosynis, quas illis quotannis mittit. Quia Imperatores Æthiopiæ neque agnoscunt neque recordantur officiorum ab illorum parentibus præstitorum; imò de illis eleemósynis multis in locis exiguntur vectigalia, contra morem, pacta, privilegia & juramenta Imperatorum antiquorum.

Quòd autem Celsitudo tua ait: *quòd Lusitani illi neque concionati fuerint, neque* 58
docuerint, ut abrogaretur religio antiqua, id fundamento caret; quia Patriarcha *Andreas* [Ovedus] docuit, & publicè disputavit coram Regibus *Atznaf-Saghedo* & *Adamas-Saghedo*; librosque multos composuit sparsitque, tanquam Fidei sementem, cujus fructum nos cepimus; & illo tempore plura erant certamina & contradictiones quàm nunc. Quia tunc omnes aures suas obturabant, & tantùm pauci quidam credebant, qui ad vitam æternam prædestinati erant. Postea verò oves fermè omnes convertebantur ad Episcopum & Pastorem animarum suarum.

Quæ cum ita sint, quomodo dicit Celsitudo tua, *quòd nemo sanctam nostram Reli-* 59
gionem sponte suâ admiserit? Si nemo volens eam suscepit, sequitur quòd omnes vi & metu coacti illam coluerint. Primus qui eam admisit, Imperator Pater tuus fuit. Quis quæso æneo huic pectori vim fecit? Quis quæso cordi huic adamantino vim intulit?

for-

(g) Hic est *David*, aliàs *[illegible]-Denghel* dictus *Claudii* pater. (h) Lusitanis *Granho*: nobis *Gragnus*, Adelensium Dux.

fortaſſis Patres eum breviariis ſuis: aut Patriarcha pedo ſuo paſtorali? Minimè; ſola vis veritatis, quæ omnia vincit, illum ſubegit. Quis coëgit aut terruit Ras Sela-Christum? qui ſemper fuit hujus imperii robur, terror Gallæorum, nec non rebellium reliquorumque hoſtium. L. III. c. 13. N. cxxxiii.

60 Si Celſitudo tua de ſe fatetur, *quòd fidem Romanam metu ſuſceperit*, memor ſit, quòd exceptio metus non conveniat Regi aut Regi novo, eique juveni. A quo autem metuit? à patre né an à populo ſuo? Si verò populares religionem non lubentes ſuſceperunt, quî potuit Celſitudo tua ab illis ſibi timere? Neque etiam oportebat metuere ſibi ab Imperatore Patre tuo; cùm tamen ille in nullius unquam filiorum ſuorum necem duxerit, multò minùs in Celſitudinem tuam, quam ſuper omnes amabat; cui etiam tanquam ſucceſſori imperii ſacramentum dici curavit, cùm nobis tanquam Patriarchæ jurarent. Si verò Celſitudo tua timorem erga illum habuit, quem vocamus reverentialem, ſciat quòd talis metus nullam vim inferat, nec voluntatem liberam conſtringat; ſed potius liberat & auget, iſtum enim filii debent

61 parentibus ſuis, & homines Deo. Neque etiam Celſitudo tua ſuſcepit fidem hanc, juravitque quòd in illa vivere & mori vellet ſolummodò ante oculos & aures Imperatoris patris tui; quia etiam Sereæ in choro Eccleſiæ, coram ſancto crucifixo, præſentibus *Ras-Sela-Chriſto*, *Keba-Chriſto*, & quinque Patribus illud renovaviſti. In regione Agaworum idem juramentum bis confirmaviſti, cùm rebellaret Sertza-Chriſtus, advocans ſimul *Patrem Franciſcum Marqueſium*, ut præſens eſſet. Quo tempore & Celſitudo tua ipſa juravit, & omnes tuos magnates per aliam imaginem ſancti Crucifixi jurare feciſti, quòd nunquam deficere vellent à ſancta Fide Romana, neque ab Imperatore Patre tuo. Idem juramentum bis præſtitiſti coram Patre Jacobo; primò cùm Laſtam verſus pergeres: deinde cum in Wainadegam proficiſcereris, præliaturus cum rebelle Melca-Chriſto, quo tempore Deus tibi victoriam largitus eſt, quia adhuc addictus eras Fidei Romanæ.

62 Si vero reliqui fidem non volentes receperunt, quare tantum fervorem tantumque gaudium oſtentaverunt? Nonne, cùm conciones haberemus, implebantur templa, & multitudo hominum ſe invicem quaſi ſuffocabat? Nonne innumeri erant, qui quotidiè manibus noſtris accipiebant panem angelorum, cùm viſitaremus Eccleſias? nonné dies erant, in quibus ſignum Spiritus Sancti capiti & animabus mille hominum imponeremus; ita ut ſæpe dies deficeret ad finiendum: & vires ad

63 continuandum. Si nemo prorſus noſtram ſanctam Fidem ſua ſponte recepit, quare *Za-Hawarjât* propter eam publicè flagellis cæſus fuit? Quare *Johannes* tantum temporis captivus detinetur catenis vinctus in utraque manu? Quare Conſiliarius *Tinus* aulam deſeruit? Quare *Walda Chriſtus* domum ſuam & liberos ſuos? Quare *Walata Guerguiſa* ſpoliata fuit omnibus ſuis bonis? Quare tot clerici & monachi paſſim occulti hærent in domibus Catholicorum, in ſpeluncis & deſertis? Multi venerunt ut nos ſequerentur, atque è ſua patria exirent; adeò ut ſi tranſitus liber, & ſatis navium daretur, maxima pars optimorum Æthiopum omnis generis nobiſcum

64 emigratura eſſet. Cur adhuc hodie tot famuli ſalvi ſuperſunt, qui erant domeſtici patris tui, tuique ipſius? Quare pœnitentiam egerunt, atque miſerunt petitum abſolutionem infirmitatis ſuæ, plurimi eorum qui à nobis defecerant, coacti metu pœnarum, quas illis infligi juſſiſti?

Quòd ſi Pater tuus nonnullos vi gladii coegit ad acceptandam Fidem Romanam, id eò factum, quòd veritas, quam cognoverat & ſecutus fuerat, illum ad id obſtringeret. Tu verò multò majorem vim infers illis, qui jam veritatem cognoverunt & amplexati ſunt, ut eam rurſus relinquant, & tu opere ipſo dicis id quod Roboamus filius Salomonis dicebat verbis: *Pater meus impoſuit vobis grave jugum: ego autem addam ſuper illud. Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos ſcorpionibus.* 3. Reg. 12, 11.

65 At pater tuus operabatur ceu ſapiens & ceu filius ſapientiæ, quia ſapiens Paulus de Regibus loquens dicit: *Non enim ſine cauſa gladium portat, Dei enim miniſter eſt, vindex* Rom. 13, 4.

L.III. c.13. *in iram ei, qui male agit.* Et sapientia Patris dicit in Evangelio de illis qui nolebant
N.cxxxiii. accurrere ad cœnam, quamvis invitati, *compelle eos intrare.* Itaque si Pater tu-
Luc.14.23. us coëgit aliquos venire ad convivium veræ Fidei vi gladii, quem Deus illi in manum
dedit, in eo observavit mandatum Christi, (i) & ostendit, quòd illum sine causa non
portaret, & quòd esset minister Dei. Sed neque ex hoc sequitur quòd illi, qui re- 66
ligionem hanc susceperunt, id fecerint contra suam voluntatem. Nam Regum
pœnæ, quando justè & ad satisfaciendum justitiæ infliguntur, voluntatem hominum
non cogunt, sed adjuvant tantùm, eamque dirigunt ad faciendum bonum, ad quod
erant obligati.

Eodem modo se res habet cum excommunicationibus, quas Ecclesiarum Præ- 67
sules in causis licitis & honestis imponunt; qualem ego imposui populo Æthiopiæ,
ad vivendum & moriendum in fide Romana, adhibitâ reservatione in tali casu debita.
At Celsitudo tua dicit *responsionem hic facillimam esse; ex hac ratione quòd mandatum Re-*
gis populum obligaverit ad recipiendam hanc fidem: & quòd ille ipse vincula, quæ impo-
suerit, rursus resolverit. Quid quæso hoc est? negatne tua Celsitudo quòd ego
pronunciaverim talem excommunicationem & reservationem? vel si hoc negat,
negat etiam quòd Sol existat in ipso meridie? Etenim tua Celsitudo totaque Æthio-
pia præsens erat, cùm ego proferrem talem excommunicationem & reservatio-
nem. Quid deinde porro, si Celsitudo tua concedit, quòd ego talem excom- 68
municationem prodiderim, judicatne quòd ego populum Æthiopiæ non ligave-
rim? si hoc facit, negat potestatem clavium, quam Christus S. Petro ejusque Ec-
clesiæ dedit. Idque Celsitudo tua ita in corde suo sentit, quòd istis catenis vincta
teneatur, ut etiam, antequam me in Tigram in exilium mitteret, Denasium Ga-
brielem e Gojama accerseret, atque per illum me obtestaretur, *ut se ab excommuni-*
catione absolverem; quod ego quidem facere nolui, quia, quamdiu Celsitudo tua ca-
tenis peccati constricta est, ego non possum demere catenas excommunicationis,
2. Cor. 13. quæ medicinales sunt; quippe facultas Ecclesiæ *in ædificationem* tendit, *& non in*
10. *destructionem.* Eandem absolutionem à me petiit Imperator pater tuus per Ja- 69
cobum, sed à me idem responsum retulit. Eandem absolutionem Fremonæ à
me peti curavit Ras-Za-Christus, & Wezaro-Wangelawita, (†) per famulum
quendam suum Za-Johannes dictum.

Aderat utique mandatum regium, nos id fatemur; sed quod ad causas Fidei 70
attinet, istud præceptum non est; neque etiam præcedit mandatum Ecclesiæ, sed il-
Luc.22.38. lud sequitur. Quoniam Ecclesia duos gladios habet, sicuti S. Petrus dicit: *Ecce duo*
gladii hic. Unus istorum consistit in ore sacerdotum, atque iste est gladius anceps
excommunicationis: alter consistit in manu Regum, atque ista est potestas pœna-
rum corporalium, atque ipsa mors. Hunc gladium in causa religionis illos e-
vaginare decet, eumque stringere secundum verba & nutum Sacerdotum. (k) Isti
enim sunt, qui revera ligant & solvunt; quia illis & non Regibus Christus dixit:
Matth.16. *Quæcunque ligaveritis super terram, erunt ligata & in cœlis.*
18. Itane spernit Celsitudo tua, quòd diximus *Æthiopiam sponsam nostram esse*; 71
§.25. & causam reddis, *quòd non receperit Fidem liberâ sua voluntate*; *fœminam enim legibus*
matrimonii adstrictam non esse, solummodò ob voluntatem patris, matris, aut cognatorum
suorum, nisi & ipsa voluntatem contrahendi matrimonii habuerit. Verùm enim verò
cùm jam ostenderim, Æthiopiam recepisse Religionem Romanam suâ sponte, unde
sequitur, dictum istud carere fundamento. Imò quamvis Æthiopia non recepisset
fidem lubens: aut eam planè non recepisset, nihilominus obligata erat eam recipe-
re, nec propterea minus erat nostra sponsa. Quia magna differentia est inter 72
matrimonium carnale, & spirituale. Carnale enim non omnes homines obligat, ut
1.Cor.VII. illud ineant, nisi qui voluerit, sicuti S. Paulus ait: *qui matrimonio jungit virginem suam,*
38. *bene facit, & qui non jungit, melius facit.* At matrimonium spirituale obligat omnes,
quoniam omnes animæ obligatæ sunt, ut accipiant Deum pro sponso suo; & si cum
non

(i) Allegatum hic desideratur. (k) Hic rursus desideratur allegatum. (†) Vid. inf. §. 91. m.

non accepten, propterea liberæ non manent sed adulteræ. Eadem ratione L.III.c.13,
omnes homines præcepto divino obligati sunt ad recipiendos pastores, quos Deus N.cxxxiii
73 illis dat, ut regant eos loco sui. Cùm enim Christus ordinaret Apostolos suos
in Pastores totius mundi, dixit eis: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos*; indicans, Joh.20.21.
quemadmodum homines obligati erant ad recipiendum illum pro suo Pastore, ex
mandato Patris sui, ita etiam erant obligati recipere & Episcopos, & eorum succes-
sores, cùm sit ita ab illo mandatum. Quòd si eos non recipiant, subjecti sunt damna-
tioni. Igitur cùm Deus Sanctum Petrum Romam mitteret, ut esset caput uni-
versale totius Ecclesiæ, non liberum reliquit singulorum è Romanis voluntati, ut
illum pro Papa haberent, si vellent, verùm obligationẽ imposuit illis, ut eum accipere
& velle debeant: neq; etiam, cùm ipse S. Petrus Marcum discipulũ suum Alexandriã
mitteret, in voluntate Alexandrinorum reliquit, num illum recipere vellent an non.
74 Neque Christus, cùm discipulos suos tanquam Episcopos mitteret per universum
mundum, dixit: *ut illos pro Episcopis acciperet qui vellet, qui verò nollet, à peccato immu-
nis maneret*; sed potius illis dixit: *Ite, docete omnes gentes, qui crediderit & baptizatus* Marc. 16.
fuerit, salvus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur. Non dixit: *qui non volue-* 16.
rit credere, liber erit à peccato; Sed: *qui non crediderit condemnabitur.* Pari ratio-
ne: *qui non receperit, aut foras ejecerit Patriarcham, quem Christus Æthiopiæ sponsum
constituit per os Pontificis Romani, Vicarii sui in terra, ille committit peccatum adulterii spi-
ritualis, & patietur condemnationem suam, habebitque partem cum adulteris.* Quid
ergo est quod Celsitudo tua dicit: *Æthiopiam non esse meam sponsam.* §. 25.
75 Quòd autem nos diximus: *Nos voto constrictos esse, ne egrediamur ex Æthiopia* §. 26.
& quòd Æthiopia voto obstricta sit, ne nos dimittat; Celsitudo tua respondet: *Materiam
votorum multas admittere distinctiones.* Ita quidem est, sed quamvis tuæ Celsitudinis
viri docti aliquas in sua epistola exposuerint, scopum tamen non attigerunt, qui ta-
lis est. *Interdum materia voti tantùm est consilium*; & tunc nemo obligatur ad im-
plendum illud: neque peccat, si illud non impleat; si verò votum ex illo concipiat,
tunc obligatus manet, & omnis obligatio tantùm nascitur ex voluntate & consensu;
huc ergo pertinent exempla à Celsitudine tua allegata, videlicet votum vovere de-
76 serendi mundi: & in monachatum se conferendi, & ita porro. Etenim in illis om-
nibus non datur obligatio ad implendum, nisi post votum factum. Aliàs, si ma-
teria voti est res præcepti, sive naturalis, sive divini, utique homo ad id observandum
obligatus est, quamvis nullo voto teneatur; si verò etiam id ipsum voverit, magis ob-
ligatus manet: quia dupliciter obstrictus est, & præcepto & voto; & nisi id fecerit,
excusare se non potest, quòd cùm votum voveret, non habuerit voluntatem id faci-
endi, eum enim oportebat illam habere. Tale est votum quod vovit gens
Æthiopiæ ad sequendum Religionem Romanam, jam ergo dici nequit, quòd vo-
tum fecerit contra suam voluntatem; nam licet id non fecisset, tenebatur tamen ex
præcepto divino eam sequi, & habere talem voluntatem,
77 Præter istum alii duo modi sunt votorum, contractuum & promissorum. Pri-
mò cùm votum, promissum, vel pactum fit solummodo inter duas personas, sicu-
ti Jacob vovit: *quòd Deo solvere vellet decimas*; & David *ædificare templum.* Vicis- Gen. 28.
sim promissio, quam Deus Jacobo fecit, quòd vellet illum conducere & custodire: & 22.
Davidi continuare regnum. Talis est contractus matrimonii inter Adamum & 2. Reg. 7.
Evam; qualis in hodiernum usque diem inter posteros ejus viros atque fœminas Gen. 2.
contrahitur. Alter modus votorum & contractuum est: cùm unus cum multis
contrahit; ut cùm Deus cum Abrahamo pactus est, *quòd vellet multiplicare semen ejus* Gen. 22. 17
sicuti stellas cæli & sicuti arenam maris, si se circumcideret; & votum quod Abraha- Gen. 17.
78 mus fecit, se omnesque suos descendentes circumcidendi. Talis erat contra-
ctus, quem Rex *Wanag-Saghedus* totumque ejus Imperium fecerunt cum *Iohanne III,
Lusitaniæ Rege*, & cum Lusitanis; *quòd vellent recipere Religionem Romanam, & cedere
tertiam partem regni sui, si illis auxilia mitterent contra Muhammedanos.* Cùm
votum aut contractus fit primo modo inter duas tantùm personas, necessarium est

 ut

L.III c.13. ut ambæ expresè consentiant, & una acceptet obligationem alterius: at in secundo
N.cxxxIII modo necessarium non est ad inferendam obligationem, ut omnes & singuli expressum præbeant consensum, sed sufficit voluntas & consensus patrum, Procerum atque Primatum. Ita per consensum quem Abraham præbuit, legi circumcisionis obligati fuerunt omnes ejus posteri, nec quisquam eorum dicere poterat: *Nos non eramus præsentes, cùm votum illud & pactum contraheretur*, sic quoad Æthiopiam, *ut reciperet fidem Romanam, & tertiam partem suarum terrarum concederet Lusitanis*, necessarium non erat, ut omnes Æthiopes in individuo consentireut, sed sufficiebat, quòd Rex Wanag-Segued consensum suum præberet, atque ex hac conventione bonum commune ad reliquos omnes resultaret. Quamobrem Imperator Pater 80
tuus caput Æthiopiæ, tua Celsitudo, proceres omnes, multi Monachi atque Clerici, voventes se obedire velle Ecclesiæ Romanæ, maximè obligati fuerunt; etiamsi nonnulli deessent vel resisterent, non tamen minùs obligati erant. Et nos vicissim votum, quod in ordinatione nostra concepimus, eundi, vivendi & moriendi in Æthiopia, nos quoque obligavit, quia id voluntariè fecimus propter amorem erga Deum, & obedientiam erga nostros superiores.

Ad hoc respondet Celsitudo tua, *quòd nos non deseramus Æthiopiam sed Æthi-* 81
§. 26. *opia nos deserat.* Fateor rem ita se habere, & quòd Celsitudo tua hoc ipso nos absolvat, illam verò condemnet. Sicuti S. Augustinus & cæteri Theologi condemnant peccatores, & absolvunt Deum, dicentes: *Deum nunquam destituere hominem, nisi prius homo destituat ipsum* Deum. Verùm simul sciat tua Celsitudo, quòd si homo deserat pastorem quem Deus illi dedit, quòd non deserat solum hominem sed ipsum Deum; quemadmodum dixit Samueli, cum populus Israeliticus illum asper-
1.Reg 8.7. naretur. *Non te abjecerunt sed me, ne regnem super eos.* Si verò Celsitudo tua 82
putet, quòd Æthiopia innocens sit ab omni peccato, ideò quòd deserat nos: nec velit servare votum & juramentum præstitum, *quòd nos semper velit habere pro suo Patriarcha & pastore*; utique etiam necesse habet credere, quòd omnes qui voluerint confugere ad rebelles, neque Celsitudinem tuam pro suo Rege & Domino agnoscere, liberi sint ab omni peccato; neque necesse habeant observare votum & juramentum quod præstiterunt, *quòd velint Te habere pro suo Imperatore post mortem Patris tui*; quia Celsitudo tua illos non deserit, sed potius illi deserunt tuam Celsitudinem.

Ultra ista omnia Celsitudo tua hanc nobis proponit quæstionem: *Quare re-* 83
§. 30. *pugnatis, & dicitis non proficiscemur?* Putabam ego me causas sufficientes dixisse Celsitudini tuæ; nempe nos ab Æthiopia ipsa vocatos: à superioribus nostris missos: adhæc voto & juramento ad id obstrictos. Quandoquidem vero Celsitudo tua nos rursus interrogat, sufficit responsio quam S. Chrysostomus dedit, cùm referret: *S. Paulum reversum fuisse Lystram, & Iconium*, atque in alias civitates, in quibus malè
Act.13.21. habitus fuerat, prout legimus in Actis Apostolorum, subjungens: *Nunquam legimus* 84
Apostolos diu substitisse in urbibus, in quibus benè excepti & habiti fuerant: neque etiam quòd ex illis egressi in eas rursus rediissent, sed tantùm in illas civitates, ex quibus fuerant expulsi. Ita & nos, præter omnes rationes supradictas, nos censebamus obligatos ad tentandum omnia, ne egrederemur ex Æthiopia, videntes quàm malam gratiam nobis redderent pro tot tantisque bonis officiis, quæ illis præstitimus.

Magnas autem Celsitudini tuæ agimus gratias, quòd testis noster sis coram 85
Deo & hominibus, *quòd nos amaverimus Æthiopiam; verùm quòd illa nos non amaverit, nobisque multas acerbitates intulerit.* Etiam Deus testis noster est, quòd amaverimus Æthiopiam. Minimè vero propter fructus aut opes Æthiopiæ, sed potius propter ejus salvationem. Semper enim in ea viximus in magna paupertate & incommodis, quæ toleravimus hilari animo, quòd desideraremus salutem ejus, & quod videremus tot animas, atque tot homines tam bonæ indolis & ingenii, ut vix scirent differentiam inter manum sinistram & dextram: & quod ambularent tanquam oves errantes sine pastore, tempore nebuloso & tempestuoso, cupientes illas in veram viam deducere, & adunare, ut esset *unum ovile & unus pastor.*

Cel-

86 Celſitudo tua ait: *Nos defendimus vos in hunc usque diem, & veſtri causa pugnavi-* L.III c.13.
mus cum Shagnenſibus, qui veſtras res prædati fuerant, ita ut etiam vobis mitteremus N.cxxxiii.
quæ recuperari poterant. Iſta ſcilicet defenſio ex eo conſtat, quòd Celſitudo tua
noſtras bombardas nobis abſtulerit, cùm nos in Tigram relegaret, easque dederit
ſuis militibus. Nempe non putabat, noſtrates nos illis bene defenſuros: & quòd
non voluerit, ut Luſitani nos comitarentur in illa via, uti petieramus: & quod juſ-
ſerit militem quendam Luſitanum apud Lamalmonum [montem] retrogredi, quem
87 tamen ex India adduxeramus, atque nobiſcum ſemper habueramus. Quam ve-
ro pugnam commiſit Celſitudo tua cum Shagnenſibus ob deprædationem noſtrarũ
rerum? Bene quidem ſcimus quod magna pugna fuerit, ſed quod tota ob mille veſtes
peracta fuerit, quas pagani ſolvere cogebantur; ad nos autem ne filum quidem perve-
nit. Verum quid opus erat cum Shagnenſibus pugnare, ſiquidem principalis prædo
Paulus, nempe filius ille benedictus ſororis Celſitudinis tuæ tam prope erat? Quî di-
cere poteſt Celſitudo tua, *quòd nobis miſerit id quod recuperaverint?* quare non potius
dicit *quòd nobis miſerit id quod ſibi nulli uſui eſſet.* Quare, cùm Shagnenſes nobis abſtu-
lerint ultra quadringentas uncias auri, videlicet in ornamentis Eccleſiæ: veſtibus
Pontificalibus: & ſimilibus rebus, Celſitudo tua nihil nobis remiſit, quam exiguas
quasdam reculas quæ vix quinque uncias valebant; quas nos accepimus, tantùm
88 ne videremur inciviles eſſe. Accidit enim *hic Leoni de tribu Juda,(l)* quod accidit Le-
oni ſylveſtri, qui devorat ovem aut juvencum, & Domino illius ſolummodò relin-
quit aures & ungues. Ubi manſerunt mitræ Pontificales? Ubi amictus, ſtolæ,
tunicellæ, dalmaticæ, frontalia ſerica omnium colorum? Ubi peripetaſmata, albæ,
pallia, cathedræ, culcitræ, vela, mappæ, linteamina, ſuperpellicea, denique om-
ne inſtrumentum ſacerdotale omnis generis? Ubi atramentarium illud deaura-
tum, atque reliqua ſupellex affabrè elaborata, quam reliquimus in domo Raphae-
lis? Sed Eſaias Celſitudinem tuam labore reſpondendi exſolvit his verbis: *Rapina* Eſa. 3, 14.
pauperis in domo tua eſt. Hem, quantus honor contigit vobis ô veſtimenta no-
ſtra! quia à paupere Patriarcha tranſiiſtis in humeros Regis opulenti atque poten-
tis: & pallium Patris à Shagnenſibus vi ablatum, ab humeris Imperatoris poſtea trans-
latum fuit in humeros Ducis, & Principis magnatum Æthiopiæ; & ita ornamen-
tum factum eſt duorum tanti imperii virorum, quod prius pauperis cujusdam religio-
ſi tegumentum contra frigus erat.
89 Pergit Celſitudo tua in hac materia dicens: *Num vobis abſtulimus res veſtras,*
aut bona quæ acquiſiviſtis in noſtra regione? Si Celſitudo tua nunquã abſtulit res noſtras,
quis in fiſcum retulit omnia bona noſtra: & ſervos Patrum in Gorgora repertos?
quos redimere oportebat quindecim unciis auri, quas Luſitani promittebant, & Pa-
ter Ludovicus ſolvit; de quibus Celſitudo tua partem cepit: pars verò diſtributa
90 fuit inter Damum & Za-Mariamum. Quod attinet ad bona, quæ Celſitudo tua
dicit, *quòd acquiſiverimus in ſuâ regione*; Melior pars eorum, quæ latrones Shagnen-
ſes rapuerant, ad Celſitudinem tuam pervenit, & ad modò dictos prædones, &
ad Turcas Matzuenſes, qui reſiduas omnes minutias prorſus excuſſerunt. Eos te-
ſtes advocamus, & rogamus ut declarent, num inter omnes illas res quas viderunt,
& in manibus ſuis habuerunt, quidquam repertum fuerit acquiſitum in Æthiopia?
Omne enim, quod apud nos repertum nobisque ereptum fuit, ex Luſitania & In-
91 dia allatum eſt. Etenim in Æthiopia, & ex Æthiopia nihil unquam retulimus,
niſi aliqua alimenta, pro victu noſtrorum domeſticorum; quicquid ſuperfuit, cum
maxima parte bonorum ex India quotannis nobis allatorum, inſumſimus in elee-
moſynas: in pretioſa donaria, quæ Imperatori & caſtrenſibus frequenter danda
erant: nec non in ſtructuras templorum & domus, quæ omnes in manibus fratrum
& ſororum Celſitudinis tuæ remanſerunt. Illi enim hæredes Patriarchæ & Patrum
univerſales facti ſunt, neutiquam Monachi aut Clerici, ad quos pertinuiſſent [ſtructu-
ræ illæ] ſi mutatio iſta ex vero zelo religionis profecta fuiſſet. Quis retinuit do-
mos,

(l) Alludit hic ad inſignia regia.

L.III.c.13. mos, quas exstruximus in *Debsan* & in *Amba-Marjam?* *Abeto-Claudius* fratet tuus.
N.cxxxIII Quis retinuit domum & templum *Nebessa?* *Helena* sororis tuæ filia, quæ toties maritos mutavit. Quis retinuit *Ligne-Negusam?* Soror tua *Walata Nagest*. Quis *Kollelam*, & novissimè *Mai-guaguam?* Domina (m) *Wangelawita* soror tua quæ sem-
Marc. 6. per procuravit perditionem Fidei Patriarchæ & Patrum, sicut *Herodias caput Iohannis*
25. *Baptistæ*. Ego autem manum meam extollo ad Deum altissimum, sic uti Abra- 92
Gen. 14. ham; quòd neque in meo vestitu, neque in meo comitatu abstulerim ne hilum qui-
22. dem acquisitorum in Æthiopia bonorum, ita ut neque illa neque quisquam ex illa dicere possit: *Ego ditavi Patriarcham*. Qui nunc se ditiorem existimat quam quisquam alius in Æthiopia; quandoquidem egressus sum spoliatus ab illa, & dependens solummodo à Deo, & gratiâ Regis Lusitaniæ, qui in omnibus similis est Deo; quia in nulla patte Mundi manum suam claudit, sed undique spargit radios liberalitatis suæ.

§. 18. Ptæter ista omnia Celsitudo tua dicit: *In posterum liberi erimus ab omni culpa, si* 93
Matth.27. *vos res vestras amiseritis*. Ita & nos sentimus, quia sicuti Pilatus innocens mansit ob
24. mortem Christi, quia lavit manus suas coram toto populo, dicens: *Innocens ego sum à sanguine hujus justi*; eodem modo Celsitudo tua innocens est à rapina nostrorum bonorum, dum dicit: *In posterum liberi sumus ab omni culpa, si res vestras amiseritis*.

Porro nobis scribit Celsitudo tua, *ut venientes Matzuam emamus navem, & sic* 94
proficiscamur in patriam nostram. Si tam facilè esset navem emere Matzuæ, quàm facile est parare sibi scaphã ex typha in Metzrahha (n) aut naviculam aliquã pro quinq; lateribus salis (o), illicò impleremus voluntatẽ Celsitudinis tuæ. Interim non omittemus implere illam, impendentes scilicet multas illas uncias auri Enareensis, quas Celsitudo tua nobis pendere jussit in subsidium navigationis nostræ. Et quamvis iter maritimum sit valdè longum, non tamen deerit nobis commeatus nauticus de mille illis sarcinis alimentorum, & quingentis bubus, quos toties nobis promisit.

Sic per totum Mundum ambulantes, tam mari quàm terrâ prædicabimus ce- 95
lebres victorias, quas Celsitudo tua reportavit de Lusitanis, solo æquans munimenta
§. 91. m. *Nebessa, Kollela, Serca* & *Mai-guagua*. Simul etiam narrabimus, quòd Æthiopia pro Imperatore habeat Alexandrum M qui de seipso dicebat, *quòd minùs æquo animo laturus esset, si quis in Mundo foret, qui se vinceret donativis quàm armis*: & quòd habeat alium Titum Imperatorem Romanum, *qui necessarium esse* dicebat, *ne quis tristis à facie Imperatoris discederet*. Si verò diem sine beneficio alicui exhibito transmisisset, amicis suis cum magno affectu dicebat: *O amici, perdidi hunc diem*. Profe- 96
ctò nullum majus dedecus, nec major turpitudo contingere potest homini qui nomen Regis gerit, quàm si Patriarchæ, Episcopo & Patribus, qui illi semper præstò fuerunt & inservierunt, auferat omne id quod Pater ejus illis tribuit: & quòd in sesqui anno, quô eos in regno suo habuit, ne quidem granum unum Tesi (p) dederit, & tandem eos ejecerit famelicos atque mendicos. Recordetur Celsitudo 97
tua, quòd Pater tuus, cum primò pauper miles esset, fugitivus per terras alienas, tandem ad imperium pervenerit magnitudine consilii sui, fortitudine brachũ sui, & liberalitate manuum suarum. Quippe *qui dare nescit, nescit regnare*. Si Celsitudo tua censet, quod nos, tanquam homines honoratiores obstricti simus præmia dare illis, qui nos in itinere decem vel viginti dierum comitati sunt: atque hoc pacto expedit eos quibus gratiam exhibere vult: & propterea misit Tecla-Selusum, qui nos ex Dembea in Tigram comitaretur: & Asma-Georgium, suumque dile-
§. 87. ctum Paulum; & jam scribit in sua epistola, quòd mittat Za-Mariamum Proregem Tigræ, omnesque primotes Serawæ & Hamazenæ, ut nos deducant & comitentur Matzuam usque; quare non censet dedecus suum esse, quod releget è regno suo Legatos Pontificis Romani, & Regis Lusitaniæ? famelicos, nudos, atque rapinis vexatos.

(m) ወዘሮ፡ *Wezarò* Amharicè, *Regiarum fœminarum titulus*: Lusitani scribunt *Oziero*. Cæterum loca hic nominata *Residentiæ* fuerunt *Pp. Societatis* ab ipsis exstructæ; de quibus vide Histor. nostram III, 11, 10. (n) Insula est lacus Tzanici, ubi ex *typha* crassissima *lintres* fieri possunt, ut diximus in Hist. nostrâ I 8, 12. (o) De his vide Hist. nostram, I, 7, 9. (p) Frumenti minutissimi genus, de quo egimus in Historia nostra I, 9, 2.

xatos. Sicuti Hanon Rex Ammonitarum quondam fecit, qui è regno ſuo ejecit III. c. 13.
Legatos Regis Davidis; de quo Scriptura dicit: *raſit dimidiam partem barbæ eorum* N. cxxxiii.
98 *& præſcidit veſtes eorum medias uſque ad nates, & dimiſit eos.* Cùm igitur David i- 2. Sam. 10.
gnominiam hanc Legatis ſuis illatam tam graviter tulerit, an non putat Celſitudo tua 4.
quod Rex Luſitaniæ pariter indignaturus ſit, ſuos tam indignè habitos fuiſſe.

Concludit Celſitudo tua dicens: *Decretum epiſtolæ noſtræ hoc eſt: abeant omnes in regionem ſuam incolumes per viam pacis.* Quæ via pacis eſt hæc? quomodo in pace abire poſſumus à Celſitudine tua capti, percuſſi, & inſtar canum habiti? dum nos tradidit Turcis, ut noſtra nobis auferrent: noſque captivos abducerent. Pro ſolo tranſitu hîc Matzuæ præfecto Turcico, ejuſque officialibus ultra ſexcentos nummos (q) dare coacti fuimus. Præfectus [Baſcha] verò Suaquenſis, qui major eſt illo, multò plùs petet: & magnam gratiam illis debebimus, ſi nobis vitam non adimant; quod illis ex Æthiopia per literas mandatum fuit. §. 27.

99 Abimus igitur, cùm aliter facere non poſſimus. Sicuti autem mater oblivisci non poteſt filii viſcerum ſuorum: neque virgo faſciæ ſuæ pectoralis; ita & nos nunquam oblivisci poterimus multorum liberorum, quos in Chriſto genuimus: quos etiam ſcimus, ſi oculos & corda eruere nobiſque impertiri poſſent, id facturos.

100 Neque diu neque noctu intermittemus procurare remedium animarum illarum: & orabimus Patrem luminis, ut illuminare velit intellectum Celſitudinis tuæ, ut cognoſcat veritatem, & roboret cor ejus, ut eam ſequatur; ne aliquando ejiciatur in tenebras exteriores, & annumeretur Regibus illis, qui perſecutores extiterunt Fidei Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ. Datum in Matzua (r) die 19 Junii Anno M.DCXXXIV.

Alphonſus Patriarcha Æthiopiæ.

101 Integram dare voluimus epiſtolā hanc, quamvis prolixam, & ironicis exprobrationibus atque ſarcaſmis contra Baſilidem Æthiopiæ Regem, ejuſq; propinquos regios refertam. Etenim pulverem iracundiæ de animo: quàm ingratitudinis de pedibus ſuis excutere maluit Patriarcha. Multa tamen continet ad hiſtoriā illius temporis pertinentia; ſimul ut intelligatur, *quàm cautè tractanda ſit ſacrorum cauſa: neque congruum remedium Evangelii propagandi eſſe vim & metum: pœnas atque mulctas,* quas Suſneus contra obſervatores Sabbati, & tranſgreſſores jejunii Romani, &c. (ſinentibus Pp. Societatis) adhibuit. De reliquis omnibus prudenti lectori judicium atque arbitrium integrum relinquimus.

1 N°. CXXXIV. De remedio quod PP. Societatis, imminente exilio, expetiverunt, ſcilicet auxilium militare Luſitanorum] Patriarcha cum Patribus Soc. Fremonam relegatus, ubi diu morari non poterat, illicò decrevit homines nónnullos in Indiam præmittere, qui Superiores ſuos, & Proregem Indiæ de ſtatu Religionis in Æthiopia edocerent; & de remedio, L. 6. c. 8. p.
2 quod tantis malis dari poſſet, agerent. Iſtud erat (*referente* Tellezio) *qualquer* 545. 6.
ſocorro de Portuguezes i. e. *qualecunque auxilium Luſitanorum,* Id ab initio ſtatim lib. 4 c. 4. p.
neceſſarium fuiſſe ait, ſimulque exempla literarum Regis Æthiopiæ producit, qui- 322.
bus auxiliares copias petiit

pera introduzir & conſervar a Fé entre aquellos perfidos hereges; & eſte foy ſempre o parecer, que os noſſos Religioſos formaram d' aquellas couſas tocantes a Religiam Catholica a qual nam podia ſer de dura em Ethiopia, ſem ter authoridade de armas

ad introducendam & conſervandam Fidem inter illos perfidos hæreticos; & iſtud ſemper fuit judicium noſtrorum Religioſorum de rebus ad Catholicam Religionem ſpectantibus, quæ non diu duratura erat in Æthiopia ſine autoritate armorum.

(q) Dabos eſt in textu; moneta mihi ignota. (r) Inſula Maris rubri, juxta portum Habeſſinicum Arkiko, de qua in Hiſt. noſtrâ. 1, 2, 8.

L. II. c. 13. N. cxxxiv. L. 6. c. 16. p. 578. b.

Idem postea refert, quòd supra dictus P. Emanuel d' Almeyda Proregi Indiæ 3
plurimas rationes ob oculos posuerit, ut auxilium ab eo impetraret.

O que se pedia era somente hũa armada de dous pataxos, & até dez ou douze fustas: & nella quatro cento Soldados; & isto somente por hum inverno, em que os navios haviam de estar em estaleyro.	*Id quod petebatur erat solummodo classis duarum navium actuariarum, & decem vel duodecim levium biremium, quadringentis militibus instructa; atque istud tantum pro una hyeme, quâ naves in navali aliàs otiosæ starent.*

Pergit scribendo: *Paucos istos milites sufficientes fore ad expugnandam* Suaque- 4
nam *&* Matzuam *insulas parvas, neque muro neque vallo cinctas, ut & ad expugnandum*
fortalitium Arkiko, *tam infirmum, ut supra dictum, & si præsidium tantummodo cen-*
tum & quinquaginta militum in eo relinqueretur, Æthiopiam totam terrore impleri posse:
accessuros Lusitanis Æthiopiæ, & alios multos Catholicos, qui refrenaturi essent impetum,
quô Basilides Fidem Catholicam persequebatur. Addebat etiam *utilitatem temporalem;* 5
quia [ut Tellezius bene loquitur] *ista semper maximè promovet consilia. Siquidem præter*
maritimas prædas, etiam vectigalium Maris rubri Lusitanos dominos futuros; Matzuam
enim singulis mensibus reddere mille Patacas (1). *Modo relinquerentur in illis portubus*
duæ vel tres naves bellicæ, una actuaria & duæ triremes, posse dominium maris illius obti-
neri; Turcas enim hodie neque triremes neque liburnicas ibi ullas habere: Arabes autem
actuariis navigiis Mare illud navigare; denique magnam gloriam Lusitanicæ nationi hac
expeditione accessuram.

Pergit Tellezius: *Consiliarios Indiæ optimè quidem penetrasse rationum vim,* 6
quas Patres attulerint, sed non putasse tantum negotium executioni dari posse, partim pro-
pter multos hostes, quos Lusitan: tunc temporis habebant: partim ob inopiam pecuniæ, re-
rum gerendarum nervum. Addiderant alii *metum Turcarum; qui licet tunc temporis*
nullas copias in Mari rubro haberent, possent tamen facilè ex Ægypto, & ipsa Constantinopoli
illis portubus succurrere, & facilè Matzuam & Arkikum *recuperare, cum magno famæ*
Lusitanicæ & rerum Indicarum detrimento. Responderunt Patres: *Lucrum ex tali* 7
expeditione capiendum æquaturum expensas, Turcas autem minimè metuendos. Cùm
enim jacturã regni Yemen (2) *cum portubus*, Moccha, Gidda & Camarania, *veris auriri-*
vis (nam quadraginta hominum millia ex reditibus harum regionum & urbium aluerant,
præter pecuniam Constantinopolin missam) patienter tolerassent, illos nullo modo laboratu-
ros, ut mercaturam Matzuæ tantis impensis redimerent. Nam qui tantos ictus quietè fer-
re potuissent, non curaturos punctionem aciculæ? Prorex, auditis utrorumque rationi-
bus, medium eligere voluit; nimirum *devastationem insularum Suaquenæ & Matzuæ,*
nullo præsidio Arkiki relicto. Verùm Patres id dissuaserunt; id enim Lusitanis &
Christianis in Æthiopia magis nociturum.

Cùm igitur in India nihil efficerent, miserunt *P. Hieronymum Lupum* in Euro- 8
pam, qui post multos errores mense Decembri Ao. 1636. in Lusitaniam pervenit,
quæ illo tempore Regi Hispaniæ parebat. Igitur *Mantuam Carpentanorum* [Madrit]
ablegatus, cùm nihil aliud quàm bona verba retulisset, inde *Romam* profectus est. Ibi
jussu Pontificis congregatio Cardinalium habita fuit; sed nec ab illa aliud reporta-
vit, *quàm desiderium juvandi, multasque laudes atque magnam benedictionum copiam,*
ut Tellezius loquitur. *Cum quibus laudibus & benedictione Suæ Sanctitatis, quam li-* 9
beraliter ei impertivit, videns in aula Romanâ nihil amplius exspectandum esse, in Hispa-
niam reverti statuit; ubi aliud nihil obtinuit, quàm literas ad Proregem Indiæ, cui nego-
tium illud multùm commendabatur, ut si occasio permitteret, operam daret, ut Patribus au-
xilium ferretur. Cum quibus literis Ao. 1640. rursus in Indiam profectus est, sine ullo alio
remedio, quàm quod dicitur:

Una salus victis nullam sperare salutem.

Cùm tamen, (ut Tellezio videtur) *ista occasio fuisset impendendi pretiosissimas Hi-* 10
spaniæ gemmas, & aperiendi sacratissimum thesaurum ærarii Romani. Hucusque Telle-
zius Lib. 6. cap. 18. cujus dicta ubique Latinè verbotenus expressimus.

COM-

(1) Respondet ferè hæc moneta nostris *Taleris imperialibus.* (2) اليمن *Alieman* Arabicè i. e. *Arabia felix.*

COMMENTARIUS

Ad Lib. III. Cap. XIV.

N°. CXXXV. Petrus Heyling Lubecensis, Germanorum
1 primus in Habessiniam penetravit.] De insigni hoc viro primò referemus, quæ in parvo tractatu Anglicè *Londini Ao. 1679* impresso (u) reperiuntur, collecta ex manuscripta historia Latina [mihi incognita] Joh. Michaelis Wansleben *a Learned Papist :* ut ibi vocatur : Deinde judicium nostrum, & quæ de illius viri vita & moribus comperta nobis sunt, superaddemus. Summa illius libelli sequens est:

2 *Illo ipso tempore* [Ao. 1634.] *Cairi degebat quidam* Petrus Heyling Lubecensis, *Augustanæ Confessioni addictus ; qui, ut eò securiùs inter Romano-Catholicos viveret,* Petrum Nolingum Hollandum *semet appellavit* (x). *Vir iste (ut à fide dignis relatum) cum decem aliis religionis suæ juvenibus, ad æmulationem diligentiæ Romanorum, consilium cepit disseminandi doctrinam Christianam secundum principia suæ Confessionis per universum orbem; utque distributionem laborum suorum eò melius ordinarent, diversas Orbis provincias inter se diviserunt, & unusquisque ex illis pollicitus est, partem illam, quæ for-*
3 *te sibi eventura esset, curare* (y). *Hoc ergo consilio profectus erat* Cairum, *quia Ægyptus & Æthiopia illi sorte obvenerant. Vir erat, (ut autor meus ipse fatetur) insignis prudentiæ: bene versatus in historiis: expertus in Medicina, & in variis linguis nempe* Græca, Hebraica, Arabica & Æthiopica *nemini secundus. Cairo VII dierum itinere* Siyutum, *urbē superioris Ægypti profectus est, sed illinc discedere cogebatur impulsu* Agath-angeli [Capucini]. *Ne igitur tales insultus rursus pati cogeretur,* Armenium Æthiopiæ Metropolitam *recens electum, in provinciam ejus sequi decrevit. In hunc finem, ut Præsulum Coptorum gratiam iniret, non tantùm* (ut quidem autor meus dicit) *publicè professus est religionem eorum, sed etiam privatim passus est sese circumcidi, atque hac ratione à Patriarcha Alexandrino literas systaticas ad* Imperatorem Æthiopiæ, *simulque licentiam* Armenium *in itinere suo comitandi obtinuit. Is Cairo discessit Ao. 1637.* (z)

4 *At mihi* [sic loquitur Wanslebius] *consideratis omnibus circumstantiis,* Heylingus *minimè opus habuisse videtur mediis tam abjectis & detestabilibus, ad finem suum consequendum. Quin potiùs magnis suis virtutibus & egregiis dotibus* Armenio *sese commendavit, qui, ut defectum eruditionis eò meliùs tegeret, auxilio & societate tanti viri indigebat, adeoque privatim causam habebat obtinendi Patriarchæ gratiam, pro illius protectione & adjunctione.*

5 Heylingus *igitur favore istius Metropolitæ in* Habessiniam *appulsus, habitationem suam in templo quodam haud procul aulâ statuit; & cùm res suas in novo hoc hospitio ordinasset, Medicinam exercere, simulque adolescentes* Græcam & Hebræam *linguam docere cœpit, ob quam rem brevi clarus factus est, ut præcipui Nobilium pro singulari beneficio haberent, si filios suos sub ejus inspectione educare possent; ita ut facilè insignem thesaurum colligere potuerit, si munera omnia sibi oblata accipere, & coacervare voluisset. Verùm ille dona omnia magno animo vel recusavit, vel si accipere cogeretur, superfluum inter pauperes liberaliter distribuit, postquā sibi modicè admodum de victu & amictu prospexerat. claro documento* (ut Wanslebius notat) *magna abstinentiæ, sive abnegationis sui ipsius.*

6 *Egregia istæ virtutes sub tegmine privata vita diu latere non potuerunt, sed cum fa-*

(u) Tit. *A brief account of the Rebellions and bloodshed in the Empire of Æthiopia &c.* Brevis relatio de rebellionibus & cruentis bellis in Æthiopia. (x) Quæ hæc est ratio ? Eratne *Heylingus* pro hæretico notus ? Vel suntne omnes *Hollandi* Catholici ? (y) Relatio ista mihi parum verisimilis videtur, Vidi enim literas nonnullas istorum juvenum, quæ nihil tale continebant. (z) Numerus iste mendosus est, Possideo epistolam ejus Cairo die 30. Septembr. Ao. 1634. scriptam, in qua dicit, quòd octiduo post cum Metropolita Copto in Æthiopiam profecturus esset.

L.III.c.14. *ma earum passim erumperet, etiam ad Imperatoris aures pervenit, tantamque æstimationem*
N.cxxxv. *in aula illi conciliavit, ut facto etiam in publicis negotiis experimento, ille per gradus brevi*
pervenerit ad summam Imperii dignitatem; *in quo officio tam prudenter se*
gessit, ut Dominus ejus eum cogeret accipere familiam & reditus, præcipuæ nobilitatis
viro convenientes, cum amœna habitatione in loco qui Ganeta-Christos (a) dicebatur,
ipsa Regis filia (ut communiter & certò affirmatur) in matrimonium illi destinata.

Heylingus *se Principis gratiâ validè suffultum sentiens, in memoriam illi revocabat* 7
deplorabiles turbas, quibus regnum ejus tam crebrò fuerat involutum, speciatim tempore
Parentis ejus, & clarè docebat horrendos illos motus à Jesuitis & Pontificiis emissariis
originem unicè habuisse: eosque in similibus proditoriis attentatis firmiter adhuc persistere,
(b) proinde sibi caveret à subitaneo accessu aliorum, iisdem mandatis instructorum. Monitum istud apud Æthiopiæ Monarcham ejusque Consiliarios in tantum valuit, ut sanctionem pœnalem contra omnes Europæos, cujuscunque ditionis vel religionis fuerint, promulgaret; ne quis colore albus Regnum ingrederetur sub pœna mortis.

[Sequitur hic relatio de Capucinis quibusdam, qui vigore hujus decreti Ao. 1638. deprehensi, & catenis vincti: Denique cùm *Dioscorum* beatum prædicare, & S. *Leonem* contrà damnare nollent, condemnati & lapidibus obruti fuerint. Quâ de re in
3.8.20. historia nostra satis dictum. Sed ad scopum revertamur.]

Heylingus *successu temporis opulentus, & dives factus, multos Habessinorum ritus* 8
publicè improbare cœpit, speciatim damnans adorationem Sanctorum, & ipsius Mariæ virginis, tanquam repugnantem veræ Religioni & S. Scripturæ. Quamobrem privatim interdixerat discipulis suis, ne uterentur formulis consuetis precum ad eam directis, id quod magnam illi invidiam & malevolentiam apud Nobiles conflavit. Habessini enim omnes maximo cultu Mariam virginem prosequuntur. Ut igitur indignationem suam testarentur, filios suos ab inspectione ejus amoverunt. Deinde, hoc argumento potissimum usi, Imperatori suaserunt, ut eum non tantùm aulâ, sed etiam regnis suis exire juberet, qui primò eum benevolè admonuit, ut saltem sileret, & connivendo permitteret dogmata ista, si ipse iisdem non assentiretur, sed frustra. *Igitur Rex jussit eum ad tempus excedere ditionibus* 9
suis, sic enim eum tumultum popularem commodissimè evitaturum. Ita magnus iste vir lubens deseruit Æthiopiam, simulque magnam dignitatem, quam in ea regione per XII. annos possederat, moderatione solitâ retentâ, opibusque quas acquisiverat secum ablatis. Eæ enim relinquebantur illi in signum favoris regii. Igitur comitatu quodam stipatus ad insulam Suaquenam feliciter appulit, sed ibi in manus Bassæ Turcici incidit, qui explendæ avaritiæ suæ, eum divitiis & vitâ simul privavit. Hucusque Wanslebius.

Quam relationem si quis ad normam veritatis historicæ examinare velit, plu- 10
ra falsa quàm vera in ea reperiet. Nos eam ideò verbotenus versam cum lectoribus communicare voluimus, ut summæ saltem rei veritas, quam nos ex fida Gregorii re-
L.3.c.14. latione in *Historia nostra* memoriæ prodidimus, sibi constaret. Certum enim est ex epistolis ejus tam ad amicos Lubecenses, quàm ad Hugonem Grotium, quòd *Ao. 1634.* cum Metropolitâ, tunc in Æthiopiam tendente, profectus: à Rege benè exceptus: & usque ad *annum 1647.* ubi Gregorius eum adhuc in Æthiopia vidit,
honorificè habitus fuerit. Fama etiam constans est, quòd ex Æthiopia rursus 11
exierit, quando verò, & quomodo planè non constat. De obitu ejus *Ao. 1652.* Habessini tunc Romæ degentes prorsùs nihil sciverunt; Gregorius enim illo tempore eum adhuc vivere putabat, & literas à me ad ipsum in Æthiopiam deferendas se-
cum sumebat. Vera etiam sunt omnia, quæ de eruditione, modestia, aliisque 12
virtutibus ejus prædicantur. Sed objecto: estné credibile *quòd Copterum Religionem professus, se privatim circumcidi passus fuerit?* quod tamen Æthiopes à peregrinis Armeniis, Maronitis & Græcis minimè exigunt: & Wanslebius ipse pro fal-
so agnoscit, ob rationes supra allegatas. Vanum etiam est, quòd *pueros Habessi-* 13
nos Græcè atque Hebraicè docuerit, cùm librorum & typographiæ defectu nullus harum lingua-

(a) ገነተ፡ክርስቶስ፡ *i.e. Paradisus Christi.* (b) Sic loquitur Wanslebius doctus Papista, ut eum vocant Angli.

linguarum usus apud Habessinos esse possit; nec ullis ad discendas illas linguas ad- L. III. c. 14.
miniculis sint instructi. Quin Latinâ potius erudiendi fuissent, quâ faciliùs cum N. cxxxv.
Europæis conversari potuissent. Quomodo autem ille, quem Armenius Metro-
polita eruditionis causâ, tanquam auxiliatorem & monitorem officii sui sibi adjun-
14 xerat, Ludi magistrum in Æthiopia agere voluerit? Neque verisimile mihi vi-
detur, illum ad summam dignitatem Æthiopiæ evectum (quæ, qualisvè fuerit non dici-
tur) tunc primùm doctrinam *de invocatione sanctorum* impugnare voluisse, atq; hanc
ob causam Nobiles ab institutione ejus filios suos amovisse; quàm pulchrè enim qua-
15 drat ad tantam dignitatem informatio puerorum? Denique mandatum contra ho-
mines albos, ut simpliciter & stultè hîc proponitur, non tunc temporis primùm, quò
ille magnus factus est, sed statim post Patrum Societatis excessum Anno 1632. pro-
mulgatum fuit; non contra omnes albos, sic enim & Coptitæ, Armenii & Græci
exclusi fuissent, sed contra Francos tantùm i. e. Latinæ religionis ex Europa homi-
nes. Estné probabile, Heylingum voluisse omnes Europæos, & inter eos etiam suæ
religionis homines excludere? quibus tamen & ille pro stabilienda doctrina sua, &
docendos Æthiopum liberos, (dum ille Cancellarii scilicet munere fungeretur)
opus habebat: quique regno, in quo ille florebat, ad varias belli pacisque artes di-
scendas maximè necessarii erant. Deinde XII. tantùm annos Heylingum in Æthi-
opia vixisse scribit, cum XVII, vel XVIII. annos numerare oporteat, si Anno 1652.
adhuc vixit.

16 Post discessum *Heylingi* pergit Wanslebius & refert fabulam, quam etiam Tel-
lezius habet, (c) quasi *Æthiopia Rex Basilides in Arabiam miserit, accersitum doctores Mu-
hammedanos.* Quæ ne umbram quidem veritatis, aut speciem levissimam sanæ ra-
tionis habent, pellere Pp. Societatis regno, ideò quòd Alexandrinam religionem
quodammodo immutare, partim etiam emendare voluerint: & vocare in regnum eos,
qui illam planè abolere & destruere nitantur: *Heylingum* relegare, quòd B. Mariæ
Virginis Sanctorumque cultum impugnaret: & *Doctores Muhammedanos* advocare,
qui omnem honorem illis penitus derogent. Cautius mentiri oportet, qui viris cor-
datis imponere velint. Sed jam de hac fabula in Historia nostra satis disseruimus
Lib. III. c. 14. §. 34. Nunc ad priora redeamus.

17 Petrus Heyling aliàs Hösling Lubecensis, patre gemario sub initium hujus se-
culi natus, præclaro ingenio præditus fuit. Literis Latinis & liberalibus artibus
eruditus, brevi profecit. Erat ei præter docilitatem ingenii bona indoles, ad om-
nes virtutes prona. Magistris usus est, qui sinceræ pietati impensè dediti erant, ut
propterea novæ Enthusiastarum sectæ suspecti haberentur. Pietatis enim studiosi hoc
seculo improborum obtrectationibus obnoxii sunt. Illi *Thomam de Kempis, Taule-
rum, Arndium*, aliosque Theologiæ practicæ Doctores Heylingo commendave-
rant; quorum doctrinas animo penitus imbibit, ut post hæc *de amore Dei, imitatione
Christi, rerum divinarum contemplatione, & abnegatione sui ipsius* crebros sermones se-
18 reret. Igitur bonis moribus à pueritia imbutus, tantam de se probitatis fiduciam
viris quibusdam primariis præbuit, ut adhuc admodum juveni filios suos educan-
dos comitterent, quorum aliquos circa annum 1628. in Galliam conduxit, ubi ultra
tres annos commoratus est. *Lutetiæ Parisiorum* in celeberrimi viri *Hugonis Grotii*,
eo tempore Oratoris Suecici, notitiam pervenit, ejusque favorem virtutibus suis
19 meruit. Dehinc in *Italiam* iter fecit, atque consilium cepit in *Ægyptum*, & *Æthiopiam*
proficiscendi. In Malta navem conscendit, & feliciter Alexandriam navigavit.
Cum itaque Gallicæ & Italicæ linguæ satis peritus, adhæc comis atque facundus esset,
benevolentiam hominum sibi facilè conciliavit; at Ecclesiasticorum, inprimis missio-
nariorum odium atque insidias expertus est. Etenim cognitâ ejus patriâ & religione,
verebantur, ne Orientalium animos ab se alienaret: Latinæ verò religionis homi-
nes hæresi inficeret. Quos ille vitæ innocentiâ & sermonum sanctitate ac pruden-
20 tiâ facilè superavit. Enimvero dogmata controversa modestissimè tractavit,

(c) Lib. 6. c. 37. & 38. Sed vide Proœm. l. 57.

L. III. c. 14. quibus rebus Coptitis valdè charus factus, ab illis defensus, & paupere monasterio in
N. cxxxv. deserto Macarii receptus, ibique magna vitæ austeritate exercitus fuit. Illic Arabicæ
linguæ operam dedit, atque in ea tantum profecit, ut sine interprete cum illis gen-
tibus conversari posset. Tandem cùm Legatus Æthiopicus, accersitum prisco 20
more Metropolitam, advenisset, cum isto, commendante Jacobitarum Patriarcha,
profectus est, sub initium Octobris Anni 1634. ut ex epistola ejus ad amicos Lube-
§. 3. lit. z. censes supra allegata constat. Quam verò ad Hug. Grotium die 20. Augusti ejus-
dem anni dedit, inter alia sequentis est argumenti:

Quæ de Æthiopiæ ac Abissinorum *imperio ad te perscripsi, planè confirmantur.* 21
Imperatore enim Catholico Romano [Susneo] *ante biennium defuncto, filius ipsius,* Basi-
lius [Basilides] *nomine, imperare cæpit; primaque imperii die decretum fuit, ut omnes in-
colæ Catholico-Romani spatio decem dierum Abissinorum provinciis egrederentur:* (d) *in-
digenæ vero Abissini ad pristinam religionem redirent. Prima legatio, quam Imperator
Abissinorū ante biennium ferè ad Ecclesiam Alexandrinam* ob electionem Archiepisco-
pi *ordinaverat, ob infidelitatem Legatorum irrita facta est. Secundùm legatos misit, qui
ante duos ferè menses Ægyptum sunt ingressi. Antiquâ igitur consuetudine ac lege, per Æ-
gyptiorum vel Coptitarum Patriarcham Alexandrinum,* Archiepiscopus Habessinorum
est electus, cum quo, primò (si voluerit Deus) tempore in Æthiopiam concessurus sum.

Referam nunc, quo pactô primam istius viri cognitionem nactus fuerim. No- 22
verant *Habessini Romæ commorantes*, Petrum Heylingum fuisse Germanum, & mo-
nuerant Gregorium in Germaniam proficiscentem, ne quid de ejus prosperi-
tate, & honorificâ in Æthiopia fortuna narraret. Tunc temporis Gregorius 23
nondum sciebat, quòd Italorum *Alemanni* vel *Tedeschi* iidem essent ac Latinorū *Ger-
mani.* Igitur inter deambulandum semel atque iterum me interrogabat: *num isti
populi planè iidem essent?* affirmabam, & tandem causam istius repetitæ interroga-
tionis sciscitabar; abnuebat aliquoties, eoque curiositatem meam magis accende-
bat; tandem aliquando, cum bono & hilari esset animo, velut per confidentiam
mihi aperiebat, quæ in Historia mea de Heylingo retuli, rogans, ne ea, se in Euro-
pa adhuc existente, divulgarem.

Narravit quoque mihi, quod in Historia mea dicere omisi: *Quòd Evangelium* 24
*S. Johannis feliciter in linguam Amharicam transtulerit, ita ut Habessini illud cum ma-
gna voluptate legerent.* Posteà ex Ægypto ad me scripsit, narratum sibi à populari-
bus, illum opibus valdè ditatum ab Arabibus latrocinantibus in itinere occisum fuis-
se. Certiora de hujus viri rebus in Æthiopia gestis, ejusque excessu tempus nos do-
cebit.

N°. CXXXVI. De morte Secretarii Status, seu Cancellarii
Regii *Tecla-Selassè*, vulgo አዛዠ: ጢኖ: *Azaje Tino* dicti] Iste 1
Tecla-Selaçans communiter *Azaje Tino*, ob pusillam corporis formam dictus fuit. (e).
Præcipuum propagandæ religionis Romanæ instrumentum, & edictorum regiorum
pro religione Romana compositor. Ideò ferale monachorum Æthiopum odium
perpessus est; nam ut Tellezius loquitur: *Durissimum flagellum Monachorum Schisma-
ticorum erat, præcipuus amicorum Susnai.* Cum eo corruit potentia ejus; rectè
monente Tellezio: *frequentissimum esse, ut cum morte Principum cadant etiam ejus
amici.* [Validos] Sed jam exciderat Principis gratia in senectute Susnei. Maxi-
mus fautor Patrum fuit, quos vocavit *Apostolos Æthiopiæ*, obviam profectus adve-
Tell. p. 610 a. nientibus prior equo descendit, illisque descendentibus stapedem tenuit. Audita
bonorum suorum confiscatione, voluntarius exul factus, per sex annos varia regna,
quasi devotus peregrinus [pellegrino] peragravit, inter Romano-Catholicos oc-
cultatus, tandem verò deprehensus, & in castra deductus, quindecim diebus minis
ac promissis tentatus, ut ad priscam rediret religionem, sed contraria sententia pe-
nitus

(d) Ista Heylingus confusè audivit, at veræ circumstantiæ in Historia nostra leguntur. (e) B. Tel-
lez. l. 6. c. 27.

nitus animo insederat. Cùm obtemperare nollet, ad mortem condemnatus, atq; L.III.c.14.
magno castrensium concursu lapidatus fuit. N.cxxxvi.
3 Causa tanti odii erat, quòd meminissent omnia illa atrocia edicta, & sæva Re-
gis rescripta, quibus Sabbati, priscorumque Alexandrinorum rituum observatores
ad necem condemnabantur, & trucidabantur, ab illo conscripta & composita
fuisse. Cùm aliquando Patres Societatis inviserent domum ejus, totamque
4 ejus familiam & incolas loci iteratò baptizarent; *Hodie*, inquit, *huic domui salus facta* Luc. 19, 9.
est, verbis illius parvi Zachæi usus (f). Igitur hoc viro primario, & reliquis Pa-
tribus fugatis vel occisis, cùm planè nullus Pater Societatis in Habessinia ampliùs re-
periretur, *Patriarcha Alphonsus Mendezius*, alios sive Patres sive nuncios in Æthiopi-
am mittere tentavit ut quamvis nihil efficerent, tamen nova ex illo regno refer-
rent. Missus itaque fuit *Ao 1640.* Pater *Damianus Calaça* cum multis muneribus ad
Bassam Suaquensem; sed introitus illi planè fuit negatus, ita ut cum muneribus levi-
5 densibus in Indiam redire coactus fuerit. Rursus anno sequente tres Patres *Mat-
zuam* destinati fuerunt; sed audito, Regem Æthiopiæ Bassæ Suaquensi magna dona
misisse, ne Patres intromitteret, simul duos *Patres Capucinos* & Habessinos Catho-
6 licos Matzua ejectos fuisse, iter suum prosecuti non sunt. *Anno 1642.* Patriarcha
misit *Antonium d' Andrade*, cujus supra in proœmio mentionem fecimus, sperans, quia n. 13. §. 11.
in Æthiopia natus erat, Bassam illi aditum concessurum, verùm nihil
obtinuit. *Ao. 1634.* iter suscepit alius Pater, *Antonius d' Almeyda*,
sed etiam frustra.

(f) *Epist. annua 1624. & 1625. p. 21.*

FINIS LIBRI TERTII.

COMMENTARIUS
AD
HISTORIÆ ÆTHIOPICÆ
LIBRUM IV. CAP. I.
De Rebus privatis & Oeconomicis.

1 N°. I. DE literis Æthiopicis]. Diximus in Historia nostra,
Æthiopicas literas cum Samaritanis magis quàm cum He-
braicis hodiernis convenire. Quæ cùm ab amicis nostris
legerentur, fuerunt qui putarent, eas commodiùs ab He-
braicis derivari posse, ut ex Hebr. ב, inverso, fieret በ:
& sic በ: deflecti posse ex ב Hebr. &c. Alii ex Græcis derivare maluerunt,
2 verùm ita, ut si volupe fuerit, Æthiopicas à Runicis (†) vel si malis Indicis detorquere
possis. Nos illis conciliandis tempus perdere nolumus, cum res meræ conjecturæ
sit, donec aliquando autorem & inventorem Æthiopicarum literarum cognosca-
3 mus. Interim mea mihi placet opinio; utique unam & alteram Samaritanam &
nomine & formâ ipsa dare possum, videlicet ዐ: *Ain* & ተ: *Tavvi*, adhæc nomina ple-
raque cum Hebræis communia Alf, Bet, Geml; ut reliqua taceam. Deinde sin-
gulari-

(†) Antiquæ literæ Gothicæ sic vocantur.

L.IV.c.I. Num. II. gularitas literarum, & vocum interstinctio cum Samaritanis, & paucis aliis linguis convenit. Simile quid doceant illi, qui ex aliis characteribus derivationem fa- 4
ciliorem jactant, & sententiam nostram rejiciunt. Fuit, qui ad me scriberet: *Samaritanorum literas, etsi ex variis Alphabetis congestas, Habessinicis originem non magis dedisse videri, quàm Malabaricas aut Philippinas.* Sed is per me poterit abundare suo sensu.

N°. II. Cadmum literas Phoenicum Græcis tradidisse] Phoenices quidem non ipsi fuerunt inventores literarum suarum; sed *Assyrii*, vel 1
potius *Hebræi*; ut apud Eusebium (g) legitur:

Εἰσὶ δὲ οἳ Σύρους γράμματα ἐπινοῆσαι λέγουσι πρώτους. Σύροι δ' ἂν εἶεν καὶ Ἑβραῖοι.	*Sunt qui primos Syros literas excogitasse dicunt: Syri autem sunt etiam Hebræi.*

A Phoenicibus tamen literæ in Græciam à Cadmo delatæ fuerunt, levi aliquâ du- 2
ctuum mutatione; & fortè priscis temporibus similiores fuerunt, progressu temporis sensim mutationem passæ, sicuti Latinis per universam Europam, & Arabicis per Asiam & Africam accidisse videmus. Græcas autem literas nec recentiores nec antiquiores Cadmo fuisse contra *Iosephum* & *Tzetzem* clarè docet *Bochartus*, (h) qui sententiam suam plurimis autoritatibus stabilivit.

Nec audiendus est *A. Kircherus*, qui Ægyptiacam linguam unà cum literis à 3
Cadmo in Græciam primum transportatam: & Græcos ab Ægyptiis per literas numerandi rationem accepisse scribit. Quam ob rem à viris doctis merito refellitur; ut supra indicavimus. Lib. 3. 77. 7.

(g) Lib. 10. præparat. Evangelica. (h) Lib. 1. de coloniis Phoenicum. cap. 20.

COMMENTARIUS

Ad Lib. IV. Cap. II.

N°. III. De vocabulario Æthiopico ሰውሰው፡ *Sausau* i. e. *Scala* dicto] Specimen hujus libri dedimus hoc capite in Historia nostra, atque 1
de eo fusiùs disseruimus supra Lib. I. N. 109. hujus Commentarii. Ubi gemmarum nomina exposuimus. Pauca reliqua ex Gregorii manuscriptis schedis damus:

ፐግ፡ ፀዐደ፡ እብን፡ ዘውእቱ፡ ሞር ሞሬ፡ ኢጲሞስሂ፡ ከማሁ ፡፡	ፐግ፡ *est lapis albus*, i. e. *Marmor. Epemis similiter.* Ineptè. 2
ኢጲሞድሮር፡ እብን፡ በረድ፡ ውእቱ፡ ዘሀሎ፡ በኢትዮጵያ፡ እስመ፡ ይከ ውን፡ ጽላት፡ ዘይትነበር፡ ላዕለ፡ መን በር፡ ቦ፡ ዘብረ፡ ፀዐደ፡ ወቦ፡ ዘቀ ይሕ፡ ዘብረ፡ ባለቅሂ፡ ለሊሁ፡ ው እቱ ፡፡	Epemedr. *Christallus est, qui datur in Æthiopia. Quoniam est tabula, quæ ponitur in mensa* [sacra]. *Alius est coloris albi: alius coloris rubri.* ባለቅ፡ *Marmor quoque idem est.*

Omnia imperitissimè, quia Græcum est ἐπωμὶς ποδήρ, Vestimenti genus quod aliàs rectiùs scribunt ኢጲሞደ፡ ጲዶር፡ ut est in Organo:

Pergit Gregorius:

Job. 28. 19. እብን፡ ተንበር፡ ዘኢትዮጵያ፡ ዘይቤ፡ ኢዮብ፡ ዘብረ፡ ይርከብ፡ ዘውእቱ፡ Giulo; እስመ፡ ይመስል፡ ብጫ፡ ሰምዕ፡ በከመ፡ ሰማዕኩ፡ እምበጥሪ፡ ያርክ ፡፡	*Lapis* ተንበር፡ Topazius Æthiopiæ ut *Iobus ait: Color ejus flavus est*, [*Ital.* Giallo] *quoniam similis est flava cera, sicut audivi ex Patriarcha.* 3

Nimi-

4 Nimirum *Alphonſo Mendezio*, qui ſcilicet explicare poterat Æthiopibus nomina L.IV. c.2.
gemmarum in Sacris literis reperta. Certè parum auxilii ex tali vocabulario quis Num. IV.
hauſerit, ubi *veſtes* pro *gemmis* exponuntur. De quibus conſule Lexicon noſtrum
ſecundi laboris ad editionem jam paratum.

1 **N°. IV. De ſyſtemate Mundi & aſtrorum motu.]** Talium
ignorantiſſimi ſunt, non modò Habeſſini, ſed & omnes alii populi illiterati, Aſtronomiæ rudes. At non ſolùm inter Habeſſinos, verùm etiam apud noſtrum vulgus audiuntur tales abſurdæ ſententiæ, quales in Hiſtoria noſtra narravimus, ſi inter ſe liberè de his rebus loquantur. De quibus egregiè *Robertus Hookius*, *Secretarius Regiæ in Anglia Societatis meritiſſimus*, Anglicè ſic loquitur: (*i*)

2 *For to one, that hath been converſant only with illiterate perſons: Or ſuch as
underſtand not the Principles of Aſtronomy and Geometry: and have had no true notion
of the vaſtneſſe of the univerſe, and the exceeding minuteneſſ of the* Globe of the
Earth *in compariſon therewith. Who have confined their imaginations & fancies on-
ly within the compaſſ and pale of their own walk and proſpect. Who can ſcarſe ima-
gine that the Earth is globous, but rather (like ſom of old) imagine it to bee a round
plain, covered wi h the Sky as with a Hemiſphere: and the* Sun, Moon *&* Stars *to be
holes through it, by which the ligth of heaven comes down. That ſuppoſe themſelves in the
center of this plain & that the Sky doth touch that plain round the edges, ſupported in
part by the mountains: that ſuppoſe the Sun as big as a Sieve: and the Moon as a*
3 *Chedder cheeſe, and hardly a Mile of. That wonder, why the Sun, Moon and Stars do
not fall down like Hailſtones: and that will be martyr'd rather then grant, that there
may be* Antipodes; *beleeving it abſolutely impoſſible, ſince they muſt neceſſarily fall
down into the Abyſſ bellow them. For how can they goe with their feet towards ours,
and their heads downwards, without making their brains addle. To one, I ſay, thus
prejudiced with theſe and a thouſand other fancies, and opinions more ridiculous and*
4 *abſurd to knowing men &c.* Egregia & jucunda verba, quorum ſenſus & ſumma
eſt: *Qui nihil amplius credunt, quàm quod palpant & vident; qui ſibi imaginari non
poſſunt, terram globoſam eſſe: qui* Solem cribro *non majorē, aut* lunam caſeo Hollandico, *vix milliari a terra diſtantem: qui mirantur, quòd* Sol, Luna & Stellæ *non decidant inſtar grandinis: qui potiùs martyrium ſubire, quàm* Antipodes *credere velint, quos nempe decidere oporteat in abyſſum, quæ ſub illis eſt; & qui ejuſcemodi plures abſurdas & ridiculas opiniones animo concipiunt, quis quæſo talibus perſuadere poterit motum terræ.* Imò dixerim ego, *quis cum talibus loqui ſaltem auſus fuerit de motu terræ.*

5 Tanta omnipotentiæ divinæ in conſtitutione Univerſi miracula, cur Deus
O.M. neque in deſcriptione creationis: neque aliis multis occaſionibus in S. Scriptura manifeſtaverit, ſed intacta & occulta planè reliquerit, ſecundum ſenſus hominum externos, & mentem vulgi locutus; quamvis ex principiis mathematicis in-
6 fallibilibus aliter ſeſe habere deprehendantur, mirum nemini videri debet; quia non
datum fuit verbum Dei privatim Mathematicis & Aſtronomis, qui ſtupenda iſta Creatoris opificia ſine ullo ſcandalo percepiſſent & credidiſſent; ſed generi humano, cujus multò maxima pars conſtat hominibus rudibus atque inertibus; qui decipi ſeſe putaſſent, ſi tam incredibilia, atque à ſenſu communi tam remota de vero mun-
7 di ſyſtemate, & terræ motu prædicari audiviſſent. Nam plus negotii habuiſſent Pro-
phetæ & Apoſtoli in naturalibus iſtis tradendis & perſuadendis, quàm in ipſis divinitatis myſteriis. Etenim divina, captum omnem humanum ſuperantia, nec ulla ratione comprehenſibilia, non niſi per fidem credi poſſe omnes agnoſcunt; idq; ob ſolā patefactionē divinam, qua certior alia in toto mundo non datur, quàm quæ in S. Scriptura reperitur. At naturalia credere, quilibet pro captu ſenſuum ſuorum in ſuo arbitrio poſitum eſſe putat. Igitur homines terrena inſolita audientes, ſi falli ſe pu-

Bbbb taſſent,

(i) In tractatu *de motione terræ*, cui titulus: *An attempt to prove the motion of the Earth*, *London* 1674.

L. IV. c. 2. Num. IV. tassent, multo magis cœlestibus fidem detraxissent, ut maximè Christi dictum ad
Joh. 3. 12. Nicodemum huc applicari possit: *Si terrena dixi vobis & non creditis, quomodo si di-
xero vobis cœlestia credetis.*

Mundana itaque reliquit Deus hominibus eruditis per causas & effectus scru- 8
tanda, Mathematicarum scientiarum peritis tantùm credibilia, imo infallibilia:
cœlestia verò tantùm per fidem credenda patefecit; ut dum agnoscimus hebetudi-
nem ingenii humani in naturalibus, multò minus rationi nostræ tribuamus in super-
naturalibus; suspirantes quotidie, ut perveniamus ad eum perfectionis statum, ubi
non tantum arcana naturæ finita, sed & divinitatis mysteria infinita, perpetua animi
felicitate contemplemur, nec unquam satis miremur.

Scio plerosque Theologorum à doctrina hac, de quiete solis & motu terræ, 9
valdè abhorrere, tanquam verbis S. Scripturæ contrariâ. Qui si reputaverint, Spi-
ritum S. se captui humano accomodare, & sermone humano etiam in rebus divinis,
ipsam Dei essentiam spectantibus, uti voluisse; dum Deo brachia, manus, iram atq;
affectus tribuit, quod ἀνθρωποπαθῶς ita dictum ajunt; non tamen propterea aut corpo-
reitatem Deo tribuendam: aut S. Scripturam ideò falsitatis arguendam esse. Imò 10
Scriptura nonnunquam phrasibus vulgaribus, & more loquendi vulgato utitur;
quamvis id minimè opus esset, aut æquè facilè aliter loqui potuisset, ut cum Gen. 11.
5. dicitur: *Descendit autem Dominus, ut videret civitatem & turrim* &c. Et vers. 7.
Venite igitur, descendamus &c. Quo loco rectè *Augustinus ait* de Civit. Dei Lib. XVI.
c. 5. *Deus semper ubique est totus, nec loco movetur*; & cap. 6. *Nec sic loquitur Angelis
Deus, quomodo nos invicem loquimur nobis* &c. *Sed ineffabili suo modô; nobis autem
hoc indicatur nostro modo.* Et qua st. super Genesin Lib. 1. N. 39. *More quippe humano
Deus in scripturis ad homines loquitur.* Ipse Servator noster in Oratione Dominica:
Pater noster, qui es in cœlis, ait; cùm non tantùm in cœlis sed etiam in terra sit, quæ
cœlo communiter opponitur. *Non esse novum*, tradit Guilb. Genebrardus (k) ex 11
Augustino Lib. II. contr. epist. Parmeniani: *Scripturam loqui ex aliorum sensu & opi-*
Luc. 2. 36. *nione, non rei veritate.* Hoc pacto Lucam locutum putant de *Cainane* nonnulli
Theologi, quasi secundum versionem LXX. Interpretum, tunc communiter rece-
ptam, nomen hoc, quod in Hebraico textu non repetitur, inseruisset. Nam *sacros
scriptores multa dicere juxta sententiam vulgò receptam, non juxta rei veritatem.* Ad
quæ verba Matth. Polus allegat *Usserium Episcopum Armacanum in dissertatione de Cai-
nane.* Addit ex aliis autoribus: *Maluit Lucas in re non magni momenti, quaque ad fi-
dem nihil pertinet, piâ συγκαταβάσει errantes sequi, quàm intempestivo dissensu scrupulum
injicere: aut etiam Evangelii sui αὐθεντίαν in discrimen adducere apud infirmos,
vel pertinaces, quibus persuasum erat hos interpretes fuisse ἀναμαρτήτους.* Qua-
lia fusè habet *Fridericus Spanhemius* in dubiis suis Evangelicis, eaque in
materia subjecta refellit (l). Verum ista cum magno salis grano accipienda 12
sunt, ne extendantur ad res Fidei vel morum, aut alias res divinas, quæ S. Scriptura
pro vero doctrinæ suæ objecto habet; quod de Physicis dici nequit. Nam diversis-
sima ratio est rerum naturalium, quæ neque Fidem salvificam: neque hominum
salutem aut mores tangunt; in illis enim Spiritus Sanctus captui hominum communi
sese accommodare, eaq; in medio relinquere voluit. Etenim sicuti in operationibus
divinis rationem nostram transcendentibus ἀνθρωποπαθῶς: ita in naturalibus ἀνθρωποφανῶς
loqui voluit, ne simplici plebeculæ aut infirmioribus intempestivè scrupulus mo-
veretur. Præsertim cùm multò minus periculum erroris sit, de naturalibus appa-
Gen. 1. 16. renter, quàm de Deo corporaliter loqui. Veluti cum dicitur: *Fecitque Deus duo lu-
minaria magna*, Solem nimirum & Lunam. Hæc apparenter *magna* vocatur, & so-
li æquiparatur, cùm revera sit omnium minima. Nec alibi in Scriptura declara-
tur, quanta revera sit. Sed *nobis hoc indicatur nostro modo*, ut cũ Augustino loquamur.

Hermannus Giffenius in Parodoxo Philosopho enervato (m) vehementissimè invehitur 13
in

(k) Lib. I. Chron. ad annum Mundi 1659. (l) Part. III. Dub. XXIII. §. VII. pag. 143. (m) Groningæ impressus est libellus Ao. 1673.

in Antagonistam suum Eberhardum Swelingium Bremensem, qui motum terræ as- L. IV. c. 1.
seruerat. Quæstionem secundam, si cum responsionibus ejus accomodes ad ea N. V. VI.
quæ de Deo ἀνθρωποπαθῶς in sacra Scriptura dicuntur, oportebit te asserere corporei- & VII.
tatem in Deo: eadem enim hoc casu stringunt argumenta, si stringunt, ac in altero
14 de motu terræ. Cùm in Anglia essem, sermo fortè incidebat de hac materia apud illustrem *Rob. Boylium* virum pium, cordatum & inprimis Matheseos peritissimum; qui ad dubium, ex verbis S. Scripturæ allatum, respondebat: *Tametsi ea, quæ de Solis motu, & terræ quiete incidenter in S. Scriptura dicuntur, peculiari tractatione disertis verbis reperirentur, quamlibet tamen aliam expositionem, & novam aliquam figuram quærendam esse, quam sensum proprium veritati Mathematicæ adversum admittendum.* Hæc ille.

15 Enim verò Theologos, qui hanc sententiam impugnare volunt, decet priùs Mathematicorum argumenta benè cognita habere, ita ut ipsi de iis judicare possint, num falsa vel vera sint. Si prius, non opus habent recurrere ad autoritatem S. Scripturæ ad refellendam opinionem in se erroneam: si posterius, ipsi conciliationem meliorem nostrâ tenebuntur afferre.

N°. V. De Antipodibus à veteribus quibusdam non creditis] Mirum non est simpliciores Habessinos Antichthones non credere, cùm nonnulli Philosophi, veluti *Plutarchus* (n) & quidam ex S. Patribus eosdem negaverint; videlicet *Lactantius Institut. divin.* Lib 3, c. 23. quem sequitur *Augustinus Lib. 16.* de Civit. Dei c. 9. qui *talem fabulam nulla ratione credendam putavit*, (sic loquitur) periculosas sequelas sibi exinde imaginatus; quales & illi procul dubio metuunt, qui terram, in viam Solis collocatā, moveri negant. *Theophilus Antioch.* Lib. 2. *ad Autolicum.*

1 N°. VI. De Carminibus Æthiopum] De *Prosodia Æthiopum* multis agere non est hujus loci; ad Grāmaticam enim spectat, in cujus secundâ editione ex professo tractabitur. Hîc tantum paucis dicemus, *genus quinarium* apud Æthiopes esse communissimum, sed syllabis rhythmicis inconcinnum, ut ex Odis L. 3. cap. 3 N. 19, 20. & seqq. nec non alibi in hoc nostro Opere editis videre est.

2 Alterum genus vocatur ሰማኒ፡ ቀንር፡ undecim versibus rhythmicis constans, sed sæpius dissonantibus, quia consonans sexti ordinis muta, e.g. syllabæ *às, as, es, ès, is, ōs, ûs*, rhythmum minimè rhythmicum nobis repræsentant. Alia genera sunt መወድስ፡ & ሠላሴ፡ planè hypermetra, quoniam eorum metra & pedes observari vix possunt. Denique genus habent, quod *Sapphico* quodammodo respondet. Nec non aliud, solis ternionibus rhythmicis constans, de quibus plura in Prosodia Grāmaticæ nostræ supra allegatæ dicemus.

1 N°. VII. De ænigmatibus apud Æthiopes usitatis] Ænigma unum atque alterum hîc solummodo proponemus, reliqua in tempus commodius differentes.

1. ፫ ልደታት፡ እለ፡ ኢኮኑ፡ አሐደ፡
ወረብዐሙ፡ ይትዐደ፡ ለልማደ፡፡
Tres Nativitates [dantur] *quæ non sunt unius generis,*
Quarta verò transscendit communem modum.

2. ሶበ፡ ይነቅ፡ ዶርሆ፡ በ፩ጊዜ፡
ኵሉ፡ ፍጥረት፡ ዘሰምዖ፡ ኅቡረ፡ ማእዜ ፨
Cum cantaret aliquando gallus,
Quando audivit eum universa creatura simul?

3. ሕያው፡ ይወልድ፡ ምውተ፡ | *Vivum parit mortuum,*
ወምውት፡ ይወልድ፡ ሕያወ፡፡ | *& mortuum parit vivum.*

4. ምድር፡ እንተ፡ ፀሐየ፡ ኢርእየት፡ | *Terra quæ Solem non vidit*
ዘእንበለ፡ አሐቲ፡ ዕለት ፨ | *Nisi unico tantùm die.*

(n) In libro de facie in orbe lunæ, & alii plures.

L. IV. c. 2. N. VIII.

5. መቃብር፡ የሐውር፡
ምውት፡ ይትናገር፡
በከርሠ፡ ቀላያት፡ ይፌክር።

Sepulchrum ambulat,
Mortuus loquitur,
& in medio abyssi concionatur.

Adhuc unum reperis in Procemio N. XIII. §. 38.

N°. VIII. Proverbia Æthiopica.] Pleraque à Theodoro Petræo primùm edita fuere. Reperiuntur post Prophetam Jonam *Æthiopicè & Latinè editum Lugduni Batav. Ao. 1660.*

1. ለእመ፡ ሖርከ፡ ብሔረ፡ ባዕድ፡ ኢትኩን፡ ከማከ፡
ኩን፡ ከማሆሙ።

Quum profectus fueris in regionem alienam, ne sis sicut tu, esto sicuti illi.

Hoc est:

Si fueris Romæ, Romano vivito more:
Si fueris alibi, vivito sicut ibi.

2. በ፩ፍቁር፡ ይሰሐብ፡ ካልኡ።
Vno amico attrahitur alter.

3. በኂሩቱ፡ ለኖላዊ፡ ይኄርው፡ መርዔት።
Per bonitatem pastoris bonus redditur grex.

4. ዘርእየ፡ ከይሴ፡ ፈርሀ፡ እምኔ፡ ልሕጽ።
Sive, ut Gregorius mihi protulit:
ከይሴ፡ ዘኬደ፡ ልሕጸ፡ ይፈርሀ።
Qui vidit, vel qui conculcavit serpentem, timet sibi à cortice. h. e. Piscator ictus sapit.

5. ፍጡነ፡ ዘየአምን፡ ፍጡነ፡ ይክሕድ።
Qui citò credit, citò negat. i. e. Citò revocat id quod dixit.

6. እምኔ፡ ፍቁር፡ አብድ፡ ይኄይስ፡ ጸላኢ፡ ጠቢብ፡
Amico stulto melior est adversarius sapiens.

7. ይበውእኑ፡ አንበሳ፡ ውስተ፡ ግበ፡ ቍንጽል፡ አው፡ ቍንጽል፡ ኀበ፡
አንበሳ።
Intrabitne leo in foveam vulpis? aut vulpes ad leonem.

Sir. 9. 15.

8. ፍቁር፡ አማናዊ፡ ይትአመር፡ (vel ይትሀወቅ፡) በጊዜ፡ ሀፀባ።
Amicus fidelis cognoscitur tempore duro, seu calamitatis. h. e. Amicus certus in re incerta cernitur.

9. ወይን፡ ዘብሉይ፡ ሀርክ፡ ዘቀዲሙ።
Vinum annotinum, amicus vetus.

10. በሑረተ፡ ጊሜ፡ ኢይሰማዕ፡ ድምፅ፡ ወበነገረ፡ ጠቢብ፡ ኢይትረከ
ብ፡ ድኅፀ።
In progressu nebulæ non auditur sonitus: & in sermone prudentis non invenitur lubricitas.

11. በእንተ፡ ፀብእ፡ ኢትትማከር፡ ምስለ፡ ፈራሂ።
በእንተ፡ ምጽዋት፡ ኢትትማከር፡ ምስለ፡ ደንጻዊ።
በእንተ፡ ተግባር፡ ኢትትማከር፡ ምስለ፡ ሀካይ።
በእንተ፡ ንጽሕ፡ ኢትትማከር፡ ምስለ፡ ዘማዊ።
De bello noli consultare cum meticuloso.
De eleemosyna noli deliberare cum avaro.
De opere [faciendo] *ne consultes cum pigro,*
De castitate ne tractes cum scortatore.

Consilium

12. ምክረ፡ አረጋዊ፡ ፀብአ፡ ወሬዛ። L.IV.c.2. N. VIII.
Consilium senis, bellum juvenis. Vel:
ምክር፡ ምስለ፡ አረጋዊ፡ ፀብእ፡ ምስለ፡ ወሬዛ።
Consilium cum sene, bellum cum juvene [agitato].

13. እንዘ፡ ነዳይ፡ ዕቡይ፡ እንዘ፡ አረጋዊ፡ ዘማዊ፡ እንዘ፡ ብዑል፡ ይንዳዊ።
Quando pauper est superbus : Senex scortator (o):dives avarus. [omnia pessimè se habent]. Eccles. 25. 3. 4.

14. ኀጺን፡ ጽኑዕ፡ [scil. ውእቱ፡] እሳት፡ ይመውኦ፤
እሳት፡ ጽኑዕ፡ ማይ፡ ይመውኦ፤
ማይ፡ ጽኑዕ፡ ፀሐይ፡ ይመውኦ፤
ፀሐይ፡ ጽኑዕ፡ ደመና፡ ይመውኦ፤
ደመና፡ ጽኑዕ፡ ነፋስ፡ ይመውኦ፤
ነፋስ፡ ጽኑዕ፡ ምድር፡ ይመውኦ፤
ምድር፡ ጽኑዕ፡ ወልደ፡ አዳም፡ ይመውኦ፤
ወልደ፡ አዳም፡ ጽኑዕ፡ ሐዘን፡ ይመውኦ፤
ሐዘን፡ ጽኑዕ፡ ወይን፡ ይመውኦ፤
ወይን፡ ጽኑዕ፡ ንዋም፡ ይመውኦ፤
እምኵሎሙ፡ ትጸንዕ፡ ብእሲት።
Ferrum forte est, at ignis vincit illud.
Ignis fortis est, at aqua vincit illum.
Aqua fortis est, at Sol vincit eam.
Sol fortis est, at nubes vincit eum.
Nubes fortis est, at terra vincit eam.
Terra fortis est, at homo vincit eam.
Homo fortis est, at mæror vincit eum.
Mæror fortis est, at vinum vincit eum.
Vinum forte est, at somnus vincit illud.
Sed omnibus fortior est fœmina.

Sic ludunt in vocabulo *fortis*, & *vincendi* significatione, qua ratione facilè circulus victoriarum etiam contra fœminas reperiri posset.

15. ዘይቄቊ፡ ለርእሱ፡ ይዘግብ፡ ለባዕድ።
Qui parcus est sibi ipsi, congregat thesaurum alii.

16. ወልድ፡ ዘኢተገሠጸ፡ ፈረስ፡ ዘኢተረየጸ፡ ይከውን፡ አንድባሬ።
Puer incastigatus : equus cursu non edoctus, erit plane rudis.

Hucusque Theodorus Petræus. Sequuntur alia quædam proverbia.

17. እምንጉሥ፡ አብድ፡ ይኄይስ፡ ገብር፡ ጠቢብ።
Præ Rege stulto præstat servus sapiens. (p)

18. ሰብእ፡ እለ፡ ያፈቅሩ፡ ሀኬተ፡ በወርኃ፡ ዘርእ፡ ይርኅቡ፡ በማእረር፡ ወይመውቱ፡ በንሳር።
Homines qui amant otium tempore sementis, esurient tempore messis, & morientur in inopia. (q)

19. ኀበ፡ ሀሎ፡ ትዕቢት፡ ሀለወ፡ ኅሳር፤
Ubi est superbia, ibi est contemtus (r) [hominum] Vel:

10. ትዕቢት፡ አቡሁ፡ ወወልዱ፡ ኅሳር።
Superbia est Pater, & filius ignominia, i. e. Superbia gignit contemtum.

Bbbb 3 N. IX. De

(o) Desumtum est hoc adagium ex Eccles. 25, 3.4. Πτωχὸν ὑπερήφανον, καὶ πλούσιον ψεύστην. Γέροντα μοιχὸν *Pauperem superbum & divitem mendacem. Senem adulterum &c.* (p) Repertus in MS. Colb. col. 57. supra allegato. (q) Ibid. col. 68. (r) Enc. 27. Jun. 3.5.

L.IV.c.2. N. IX. X. & XI. 1,15,31. Pr. 13.24.

N°. IX. De ſtudiis Æthiopum] Æthiopes Gramatica carere in 1
Hiſtoria noſtra diximus. Gregorius vocabula technica hujus artis ignorabat, ideo nihil cum illo in lingua Latina agere poteram; nam *declinationes*, *Conjugationes*, *Caſus & ſimilia*, quid ſibi vellent, impensè mirabatur. Cùm poſt longam deſcriptionem illorum uſum ex me didiciſſet, manibus comploſis, tanquam cognito magno quodam arcano, exclamabat ſuum ስብሐት፡ ለእግዚአብሔር፡ *Laus Deo.* Sunt 2
adhuc penes me ſchedæ ejus, in quibus laborabat vocabula artis Æthiopicè exprimere, ex. gr. *Polyſyllabum* exponebat ዘብዙኃን፡ cui multæ *Syl la-ba*, & ita porro. Ex hac re cognovi, quamvis pueri noſtri in Scholis trivialibus nimis diu in lingua Latina hæreant, illos tamen artem Gramaticam diſcere, & vocabula artis iſtius intelligere, ut deinde de aliis linguis cum illis agi poſſit.

Pictura imperitiſſimi ſunt Habeſſini, imagines *B. Mariæ Virginis & Sanctorum* 3
Apoſtolorum, quos in libris eorum depictos vidi, tam informes ſunt, ut pueri noſtri pejùs vix facere poſſint. Quam ob cauſam tantopere æſtimatus fuit quidam *Zacharias pictor Gallus*, quem Luſitani adduxerant. Is (referente Gregorio) *S. Georgium* draconem lanceâ interficientem depinxerat, magno Regis & aulicorum applauſu. Ejus etiam mentionem fecit *P. Hieron. Lupus*, cujus verba *Thevenotius* Gallicè reddidit (s) *quòd* Zacharias Vermeil *dives factus fuerit in Æthiopia, nunquam tamen permiſſionem obtinere potuerit, ex ea rurſus in patriam revertendi.*

Lib. 3. c. 6. §. 89. *Muſicam* eorum, ut diximus, Pp. Societatis minimè laudant, & *in annua Epiſtola* (t) ſcribunt: *quòd quidem inſtrumenta pulſent, & vociferentur quantum poſſint, nullo tamen modo auribus auditorum ſeſe accomodent.* Et quòd *à prima pueritia ſtudiis non aſſueſcant, adeoque adultiores ægrè ad illa compelli poſſint. Hinc fieri, ut impatientes ſint, & minimè ſedentarii ad labores ſtudiorum.* Id PP. Societatis in dictis literis pigritiam 4
p. 68. vocant.

Idem Romæ expertus ſum, ubi miſeri illi, quamvis pauperrimi, ad deſcri- 5
benda Manuſcripta Æthiopica etiam pro oblata bona pecuniæ ſumma induci non potuerunt, & ipſe Gregorius de iis querebatur: አልቦሙ፡ ትዕግሥት፡ inquiens, *Non habent patientiam. Additionem* vide in fine hujus capitis.

N°. X. De epiſtolis Æthiopum] *Epiſtolas* privati in Æthiopia ra- 1
rò ſcribunt; nulli enim ibi ſunt nec *tabellarii* nec *hemerodromi*: multo minùs *veredarii* ſtatis locis poſiti, qui propterea *Poſta* à nobis vocantur. Quamobrem, ſi quis epiſtolam ſcribere velit, à Scriba urbis eam ſibi confici curat. Haud ſecus ac in Gallia, *Les Secretaires des pauvres*, i. e. *Secretarii pauperum*, *Lutetiæ Pariſiorum in pergula cœmeterii Innocentium*, pauperibus epiſtolas pro mercede ſcribere ſolent; quæ major eſt, ſi eas velint habere *du haut ſtyle*, ſtylo ſcilicet *alto & gravi*, qualem miſelli illi deproperare poſſunt.

Mirati ſunt Habeſſini Romæ degentes, quòd Gregorius tot epiſtolas ad me 2
ſcriberet, quæ ſuo tempore lucem videbunt. Sed nec ipſi Regum *Secretarii* (ut vocant) ſolertia magnâ pollent, eximio ſtylo epiſtolas exarandi; uti ex *Epiſtolis* regiis ad Pontificem Romanum & Reges Luſitaniæ exaratis, & à nobis ſupra Lib. 3. c. 10. N. CV. & ſeqq propoſitis, liquet.

N°. XI. Quod Habeſſini præcipuum ornamentum in Exordiis epiſtolarum ſuarum ponant] Id ſupra docuimus L. 2. cap. 1. N. 13. 1
& exemplis in opere noſtro demonſtravimus. Sed non Habeſſini tantùm, verùm etiam reliqui Orientales populi in exornandis epiſtolarum ſuarum exordiis omnem operam impendunt, uti videre eſt ex epiſtolis Turcarum & Perſarum ad Imperatorem noſtrum, nec non Ruthenorum autocratoris. A quo tali modo ſcriptam epiſtolam Legatus illius, Mineſius ad Clementem Papam X. An. 1673. attulit, quæ alibi edita reperitur.

(s) In relatione alibi allegata p. 5. (t) *De Annis 1624. & 1625. p. 70.*

ADDI-

ADDITIO

L.IV.c.2. Num. XI.

de literis Æthiopicis quomodo ad linguam Arabicam & Coptam accomodentur.

2 Dedimus in Gramatica nostra exemplum Arabici textus Æthiopicis literis scripti, quod hic repetere promisimus in Historia nostra. Pergemus ergo in continuatione fabulæ de profectione Salomonis in tapete per aerem in regnum formicarum, quam Arabes habent; ut in Gramatica pag. 4. diximus hoc pacto: 4.2.47.

3 ወካናት፡ መርሐ፡ ለትረን፡ ሽህረን፤	وكانت مزح لترين شخرين ورجوعهم
ወርዘዐሀም፡ ሽህረን፡ ካንሎ፡ አር	شخرين * وكان له اربع وزراء * وزير
ብዓ፡ ወዘሬ፤ ወዚር፡ መንለ፡ እንስ፡	من الانس اسمه اصاف * وزير من
እስሙ፡ አሳፍ፤፤ ወዚር፡ መንለ፡	الجن اسمه دمرياط * وزير من الطيور
ዝን፡ እስሙ፡ ደመርያጥ፤፤ ወዚር፡	اسمه العقاب * وزير من الوحوش
መንጥዩር፡ እስሙ፡ እለዐቃብ፤፤ ወ	اسمه اسد ☼ Hoc est:
ዚር፡ መንለ፡ ውሑሽ፡ እስሙ፡ አ	
ሲድ፤፤	

Et fuit profectio duorum mensium, & reversio [etiam] *duorum mensium. Et erant ei* [Salomoni] *quatuor Vezirii,* [Consiliarii seu Cancellarii]: *Consiliarius hominum, cui nomen* Asaph: *Consiliarius dæmonum, cui nomen* Demeriât: *& consiliarius avium, cui nomen* Ekâb [aquila]: *& consiliarius bestiarum, cui nomen* Asad [Leo].

Hæc sufficiant pro scopo nostro, ex quo Arabismi periti satis intelligent, vulgarem Arabicam linguam esse, non literalem, quâ hîc Æthiopicis characteribus putida fabula exprimitur.

4 Sed dabimus aliud exemplum sanctius, ut cognoscant lectores, quomodo lingua Copta Æthiopicis elementis exprimatur, nempe Orationem Dominicam, quam ob defectum typorum Coptorum Latinis literis exprimemus.

ብዮት፡ አት፡ ኽን፡ ኒፋዊ፤
Beniôt at chên niphawi.

1. ማራፍ፡ ደው፡ ሁው፡ አንዠ፡ በክራን፤፤
Marâf dowu huwu andha becran.

2. ማራስዒ፡ አንዠ፡ ደክ፡ ማዶር፤፤
Marasì andha dec mador.

3. ባደሕ፡ ኗክ፡ ማራስ፡ ሸቢ፡ አም፡ አብራዲ፤
Badah nkc marâs ìhobi am abradi
ኻን፡ እድቤ፡ ናምቢ፡ ዠምቢ፡ ካቢ፤፤
chan idbe nambì dhambi cabi.

4. ባኖይክ፡ አንደራስዲ፡ ማራፍ፡ ናን፡ አፉው፤፤
Banôik andarasdì maraf nan afuwu,

5. ካኒአደሮን፡ ናናወል፡ አሚብራዲሆን፡
Caniadaron nanawol amibradihon,
አንደንኮ፡ አወል፡ አንኒያዶን፡ አንደን፡ አሮብ፤
andanco awôl annijadaon andan arob.

6. እወ፡ አምባር፡ አንደን፡ አኾን፡ አቢራስሞስ፤
Ewo ambar andan achon abirasmos,

7. አላ፡ ንሕማን፡ አወል፡ ኅቢ፡ ባትሆ፤፤
Alla nehmân awol habì bat-ho.

Istæ sunt septem Orationis Dominicæ petitiones, de quarum rectâ pronunciatione aliquam multa lectoribus dicere possemus, sed ad finem festinandum nobis est.

COM-

L. IV. c. 3. 4 N. XII. & XIII.

COMMENTARIUS

Ad Lib. IV. Cap. III.

N°. XII. De nominibus propriis Æthiopum] Nomina Habessinorum nativa, h. e. quæ non à peregrinis derivata sunt, significativa esse in historia nostra docuimus, quæ res viros doctos, *Scaligerum*, *Ludovicum de Dieu*, *Hottingerum*, & alios fefellit, ut supra L. 3. c. 3. N 25. hujus commentarii ostendimus Præter ea quæ in Historia nostra hoc loco attulimus, multò plura alia occurrunt, ellipticè plerumque intelligenda, veluti በእደ፡ ማርያም፡ *Baeda-Marianus*; nomen Regis Æthiopiæ, q. d. *Per manum Mariæ* datus vel acceptus: 1

ተክለ፡ ሥሉስ፡ *Planta Trini.* 2

ተክለ፡ ሐዋርያት፡ *Planta Apostolorum.*

Nomina fœminarum cum affixo fœminino reperiuntur, quæ me diu suspensum tenuere; ut:

ማርያም፡ ሥና፡ *Mariam-Senà*, i. e. Maria [est] pulchritudo ejus.

ማርያም፡ ሞገሳ፡ *Mariam-Mogheça*, i. e. *Maria gratia ejus*, sic melius quàm simplex *Mogheça.* Uxor Naodi Regis.

እግዚእ፡ ክብራ፡ *Dominus gloria ejus.*

መስቀል፡ ክብራ፡ *Crux gloria ejus.*

ማርያም፡ ክብራ፡ *Maria gloria ejus.*

Quædam peregrina etiam corrumpunt, ut de *Naodo* diximus (u). Nonnullis notiorem formam induerunt; ut አቡ፡ ሊዴስ፡ *Abu-Lides* pro *Hippolytus*, ex Ἀποκάλυψις አቡ፡ ቀለምሲስ፡ Abu Kalamsis fecerunt. Tanquam esset cognomentum Johannis Evangelistæ. 3

COMMENTARIUS

Ad Lib. IV. Cap. IV.

N°. XIII. Pecudes multarum antiquarum gentium solas opes fuisse & nonnullarum adhuc esse] Id affirmat *Servius ad Virgil. Eclog. 1. versu 33.* 1

Nec spes libertatis erat, nec cura peculi. *Omne patrimonium*, inquit, *apud majores peculium dicebatur, à pecoribus, in quibus universa eorum substantia constabat, unde etiam pecunia dicta fuit à peculio.* Hæc Servius. *Columella* in præf. l. 6. *In rusticatione antiquissima est ratio pascendi, eademque quæstuosissima. Propter quod nomina* Pecuniæ *&* Peculii, *à pecoribus tracta videntur; quoniam ea solum veteres possederunt, & adhuc apud quasdam gentes unum hoc reperitur divitiarum genus.* Quæ verissima sunt apud Habessinos nostros, peculiariter apud *Beklenses*; de quibus egimus in Hist. nostra Lib I. c. 10. §. 8.

Porro diximus in Historia nostra, quo pacto Habessini in labro patulo *butyrum* cogant. Arabes in utre id facere solent, in quo lac tamdiu quatiunt & motitant, donec butyrum fiat; idque vocant ابل vel مخض Gol. Lex. in voce ابل p. 47. 2

(u) In Hist. nostra IV, 32. lit. l. & supra Lib. I, 52, 8.

N. XIV.

1 N°. XIV. De modo molendi apud Æthiopes] Nullas alias L.IV. c.4
quàm manuarias molas Habessini habent, ubi super catillo metam manu versant:& N. XIV.
sic grana in illo posita conterunt; labore difficillimo, veteribus satis noto. Ideò
servi contumaces in pistrinum detrudebantur, quæ erat pars domus, aliàs *moletri-
na* dicta, in qua secundum Catonem pinsebant, h. e. pilis tundebant, vel etiam me-
tâ terebant farra, & sic farinam conficiebant. Certam autem quantitatem frumen-
ti intra certum tempus molere tenebantur servi, nisi graviter vapulare vellent.
2 De significatione vocabulorum *metæ* & *catilli*, mirum omninò est, (nisi libra-
rii menda sit) quòd *Paulus ICtus, in L. Cum de. 18. §. 5. ff.* de instruct. vel instrum: leg.
dicat: *Est autem meta inferior pars molæ, catillus superior*; quod planè contra est. Per
incogitantiam vocabula hæc invertisse videtur, cum illum latere non potuerit,
quòd *meta sit figura quædam conica* ex qualibet materia. Prout metæ in hippodromis
3 depictæ vel exsculptæ ostendunt. *Catillus* autem est diminutivum à *Catinus*,
quod est vas in modum disci excavatum. Talia autem erant saxa molitoria, quæ
continerent grana imposita, dum metâ contererentur. *Grapaldus, Hadrian. Iunio teste,*
in voce *Metâ*, hoc primùm observavit, ut & *Scaliger ad Manilium*, nec non *Salmasius*
4 *in Exercit: Plinianis p. 659.* a. Interim prava harum vocum acceptio in omnia varia-
rum linguarum Lexica, etiam præstantissima, & versiones insignes (x) irrepsit, ut
inversâ significatione, meta pro inferiori, & catillus pro superiori parte molæ acci-
piatur. Græci metam *ὄνον* *Asinum* vocant.
5 Dum hæc tracto, *μύλος ὀνικὸς mola asinaria* in mentem mihi venit, quæ mirè Matt.18.6.
torquet Interpretes, ut videre est in *Matth. Poli Synopsi* ad hunc locum. Neque
enim ædificium, neque machinam aliquam denotare potest, quæ *asini ope* circum-
agatur. Primò enim incertum est, tales olim in Palæstina datas fuisse: deinde non
nisi præposterè diceretur, talem vel etiam minorem *trusatilem molam hominis collo ap-
pendere*. Res enim minores appendimus majoribus, non vice versa. tam incon-
6 grua locutio Evangelistæ non est imputanda. Synecdochen ergo faciunt aliqui,
& accipiunt pro *saxo molæ asinariæ*; quodnam verò vel quale, rursus in ambiguo est.
Non enim quadrat in nostros lapides molares, quibus quidem hominem alligaveris;
sed non dixeris, quòd hominis collo appendi possit, nec opus est tantâ ad hominem
submergendum mole. Ad antiquitatem ergo recurrendum est, ubi communissi-
mus molendi modus erat, *super catino lapideo versare metam lapideam*, atque ita gra-
7 na frumenti conterere; ut supra docuimus. Hic rursus peccant illi, qui Inferio-
rem molæ lapidem immobilem intelligunt, cùm superior intelligendus sit. Etenim
per *hypallagen*, sive transpositionem vocabulorum in Sacris frequentissimam, diffi-
cultas omnis resolvi, & textus planè clarus reddi potest, ita ut *μύλος ὀνικὸς* [Lapis]
molaris asinarius dicatur pro *ὄνος μυλωνικὸς*, *asinus molaris*. Proinde quem Marcus
generaliter vocat *λίθον μυλικὸν lapidem molarem*: illum Matthæus specialiter designat c.9.42.
ὄνον μυλικὸν metam molarem vocando: ubi epitheton *μυλικὸς*, additu necessarium est
propter æquivocationem vocabuli *ὄνος*. Sic enim secundum doctissimos Lexico-
graphos *superior molæ pars* appellatur. Aliàs *κάλλιον Polluci: τὸ ἄνω τῆς μύλης Hesychio.*
8 Appellatio Græca facta est ad imitationem vocis Hebraicæ רכב (y) quæ *jumen-
tum* quodvis, & inter cætera etiam *Asinum* denotat, ut ויעקר דויד את כל הרכב. *Et
9 subnervavit David omnes jugales curruum*, i.e. *jumenta, quæ currus trahebant*. Hinc
per metaphoram sic vocatur Meta *molæ lapis superior*, Chald. רִכְבָא Deut. 24. 6. quia
agitatur quasi & circumrotatur in catino, instar jumenti. לא יחבל רחים ורכב *Non pi-
gnori accipi & catillum & metam.* Rectè vulgata: *Non accipies* loco pignoris, inferio-
rem & superiorem molam. LXX. interpretes Ἐπιμύλιον. פלח רכב *κλάσμα ἐπιμυλίου.*
10 *Fragmen metæ.* Jud. 9, 53.
In versione interlineari ineptissimè redditur *Currus*. Itaque eodem sensu quò
Meta molendaria Hebræis dicitur רכב *Iumentum*: Græcis vocata fuit ὄνος *Asinus*.

(x) *Interlin. Ar. Montani Deut. 24. 6.* (y) Exemplum aliud dedimus, de *Κόσμῳ Mundo*
ab ארמה dicto; supra I, 107, a.

L.IV.c.4. Quin & Talmudistis *Meta* חמור *Asinus* vocatur; ut חמור של רחים של יד Asinus
N.xv.xvi. [meta] molæ manuariæ. Imperitè Clariss. Buxtorfius: (z) *Lignum, cui molæ ma-*
&xvii. *nuaria sunt infixa.*

N°. XV. De officiis quibusdam domesticis Habessinorum]

Diximus in *Historia nostra* panificia & rem molariam fœminarum Æthiopiæ officium esse; viros verò vestes lavare. Incidebat fortè sermo de hac re apud *Christophorum Bronkorstium Ernesti Sax. Ducis concionatorem aulicum* virum piissimum & prudentissimum piæ mem. in cujus ædibus *Gregorius* merendâ excipiebatur. Is audito, in Europa loturam vestium fœminis incumbere; *sanè valde commodum hoc esse viris* ajebat, reticens: *pelles & coria, quibus plerique pro vestibus lineis utuntur, fustibus non smegmate in Patria sua mundari*; & Bronkorstii uxorem facetè interrogabat: *Liceretne sibi uxorem Germanicam in Æthiopiam ducere, quò se illo labore sublevaret.* Cùm affirmaret, rursus interrogavit: *Num etiam constans mansura esset in hoc officio, si videret mulieres regionis suæ aliter facere?* cùm itidem affirmaret; *Se valde dubitare* dicebat, uxorem enim dicturam: I

Si fueris Romæ Romano vivito more.

Deinde conterraneas suas uxori suæ peregrinæ id minimè concessuras, ne novo labore contra se viris malum exemplum daret. Sic procatio in risum fuit resoluta.

N°. XVI. De more Habessinorum post epulas bibendi & confabulandi, eorumque potu]

Habessinos inter prandendum nihil bibere I
L.3.c.32. & parum loqui *B. Tellez.* testatur, dicens: *Apud antiquos Hebræos & Romanos olim idem in usu fuisse.* Allegat in hunc finem *Virgilium Æneid. L. 1. versu 727.*

Postquam prima quies epulis, mensæque remota.
Crateras magnos statuunt, & vina coronant.
Fit strepitus tectis, vocemque per ampla volutant
Atria - - - - - -

Et versu 752.

Nec non & vario noctem sermone trahebat.

Communissimus eorum potus est hydromeli (ut in hist. nostra hoc loco diximus) quod valdè laudat Tellezius, salubrius id esse prædicans vino. Fieri ex quinque vel sex partibus aquæ, cum una parte mellis commixtæ, addito manipulo hordei tosti, ut fermentare possit; atque ita quinque vel sex diebus ad potum idoneum esse. Quamvis autem non adeò forte sit, Habessinos tamen se tantâ illius copiâ ingurgitare, ut eosdem exinde sentiant effectus ac vini in Europa. ጸጅ: absolutè Habessini vocant, sed si à vino distinguere velint የወይን: ጸጅ: *Vinum*, & የመዓር: ጸጅ: *Hydromeli* Amharicè appellant. 2

N°. XVII. De cerevisia Habessinorum]

Habessinorum potum I ex hordeo vel frumento, quem illi ጸላ: *Tzala* vocant, propriè *zythum* vocaveris, quia lupulo caret, apud Ægyptios olim usitatissimum. Ejus inventor *Osiris* fuisse
lib. I. p.m. scribitur à *Diodoro* quem inter alia reperisse scribit:
17.

Τὸ ἐκ τῆς κριθῆς κατασκευαζόμενον πόμα λειπόμενον οὐ πολὺ τῆς περὶ τὸν οἶνον εὐωδίας τε καὶ δυνάμεως.	*Ex hordeo præparatum potum, non multò inferiorem vino fragrantiâ & virtute.*

Idem alibi repetit paulo inferius (a) ubi *Dionyso* h.e. *Baccho* inventio zythi attribuitur. Invenerunt & alii populi, sed diversâ præparatione; ideò Strabo bene scribit: 2

Τὸ δὲ ζῦθος ἴδιον μὲν σκευάζεται παρ' ἐκείνοις, κοινὸν δ' ἐστὶ πολλοῖς, καὶ παρ' ἑκάστοις δ' αἱ σκευασίαι διάφοροι.	*Zythum equidem peculiari modo præparatur apud illos,* [Ægyptios] *commune tamen est multis,* [aliis populis] *sed singulis sunt præparationes diversæ.*

Plinius

(z) In Lex. Chald. p. 788. (a) L. 3. p. 107. & L. 4. p. 211.

Plinius L. 14. c. 22. ait: *Est & Occidentis populis sua ebrietas, fruge madida, pluribus modis per Gallias, Hispaniasque; nominibus aliis, sed ratione eâdem. Hispania jam & vetustatem ferre ea genera docuerunt. Ægyptus quoque è fruge sibi potus similes excogitavit.* Idem dicit: *Celiam* [vel Cæriam quod idem est] *in Hispania, cerevisiam in Gallia vocari.* L.IV. c.2. N. IX. X. & XI. L.22. c.25.

3 De *Celia* aliquando Boxhornium Professorem Leydensem disserentem audivi; qui pro Germanico vocabulo ähl vel öhl id habebat. Quia dicimus Rostocker Ehl. *Ale.* [lege *Anglicè* âhl.] *C.* autem sive *K.* ab articulo *Hæc* remansisse, ut cùm Romani dicerent HÆC-ÆLIA, alios originis ignaros, *C* sequenti voci annexuisse, ut CÆLIA hinc prodiret, cùm ÆLIA dicendum fuisset.

4 *Cerevisia* vocabulum satis etiam antiquum est; habet id *Plinius loco modò citato:* & *Vlpianus*, (c) varia potus genera distinguens, sic loquitur: *Sub nomine vini* Zythum, *quod in quibusdam provinciis ex tritico vel* (ex) *hordeo, vel* (ex) *pane* [*lege* panico] *conficitur, non continebitur. Simili modo nec Camum* [Curmi alii legunt] *nec cerevisia continebitur, nec hydromeli.*

1 **N°. XVIII. De vestitu Æthiopum]** Habessinis plerisque, si Magnates & viros Principes excipias, ut Tellezius scribit, pauper & tenuis est vestitus. *Plebeji* femoralibus tantùm sunt induti: & panno aliquo humeris tecti, quô noctu pro tegumento, vel linteis, quibus carent, utuntur. *Nobiles* femoralia, seu *braccas* ad talos usque demissas, gestare in Historia nostra diximus. Ubi monendum est, *braccas* quidem propriè non esse, quia pedes non tegunt; de quo vocabulo, utpote minus intellecto operæ pretium erit parumper disserere.

2 *Femoralia* sive *feminalia* Romanis etiam fuerunt usitata. De *Augusto* Suetonius: *hyeme feminalibus & tibialibus muniebatur.* cap. 27. Braccas *barbarum tegmen* Tacitus vocat. (d) Apud Gallos in præcipuo usu erant, unde *Gallia braccata.* Etiam nostri Germani illis usi sunt, ita, ut tibialia separata non haberent, sed braccis pedes, tibias & femora simul induerent, quales adhuc visuntur in Helvetia, Suevia &

3 extra Germaniam in nonnullis Sueciæ locis. Illæ Germanis, vicinisque nostris olim Chaussen (e) dictæ, Hollandis kaussen/ ex quo, solita mutatione ä au in o, factum primò Chossen/ Gallis *Chausses*, deinde nobis Hosen. Cùm verò summoperè incommodum esset, si quis pedes vel tibias curare vel lavare vellet, braccas totas simul exuere, igitur commodius visum, eas in duas partes dissecare. Hinc factum, quòd Galli, superiorem ab inferiori parte distinguentes, dicant: *haut de chausses*, & *bas de*

4 *chausses*, nunc *Bas* simpliciter; quorum, illud *femoralia*, hoc *tibialia* denotat. Apud Germanos superior pars tantùm retinuit appellationem Hosen / inferiores partes, quia integræ non erant, vocatæ fuerunt Strümpffe i. e. *particulæ*, nam ein Strümpff *partem aliquam abruptam* nobis significat. Fœminæ tantùm rusticæ in Thuringia, quia femoralibus non utuntur, vocabulum antiquum Hosen pro *tibialibus* suis retinuerunt: & sic Kaussen Hollandis adhuc *tibialia* sunt, antiquo vocabulo Broeck pro feminalibus retento.

5 Sed redeamus ad pauperem vestitum Habessinorum, de quo sæpe queritur *Alvarezius* & *Tellezius*, quòd etiam Sacerdotes & fœminæ vix panno aliquo brevi verenda operiant. Verùm id per totam Africam frequens est; Missionariorum, præsertim Italorum & Hispanorum, scandalum maximum. Sic enim *Pp Societatis* (f) *scribunt: In illâ regione puellæ, priusquam nubant, prorsus nudæ incedunt; igitur primam rem, quam ab illis petii* (ait Pater Societatis) *fuit, ut mandarent illas vestiri &c.* Tanta vis est consuetudinis, ut pudor, aliis hominibus tam naturalis, ibi cesset.

(c) *L. Si quis vinum legaverit. ff. de tritico, vino vel oleo legato.* (d) L.2. Histor. c. 20. 2.
(e) Quia aspiratio aspera ch ab initio vocis apud Helvetios adhuc obtinet, apud nos verò nunc non occurrit & insolita pronunciatu est. Idcircò pro χριστὸς *Christus* communiter dicimus *Kristus.* (f) *In relationibus annuis de an.* 1626. & 1628. titulo *Guinea lib. 4. c. 2. p.* 225.

L. IV. c. 7. N. XIX. & XX.

COMMENTARIUS.

Ad Lib IV. Cap. VII.

N°. XIX. De Armeniis] Armenii Habeſſinorum amici ſunt, & ejus- 1
dem religionis conſortes; Putant ſe cum Coptitis ſolos hodie Catholicam & Apo-
ſtolicam conſtituere Eccleſiam, reliquas omnes à recta veritatis via defeciſſe. Illis
2. 57. 2. jam dudum mercandi cauſâ liber introitus & exitus in Habaſſia conceſſus fuit. Pri-
mus Habeſſinorum Legatus *Matthæus* natione Armenius fuit, ut ſupra diximus. Ipſi 2
PP. Societatis (g) ſcribunt; *quòd Socii eorum in regnum intrare volentes, coacti fuerint habitu Armeniorum uti, quòd iſti nationi liberrimus detur ingreſſus.*

N°. XX. De pondere monetarum in Æthiopia] Valde no- 1
tabile eſt, quòd pondus monetarum hodiernum cum antiquo adhuc conveniat.
ወቄት : (*Oqueas* Luſitani vocant) *unciam auream Æthiopicam* valere *decem Patacas Luſitanicas*; (h) Gregorius referebat: & pondere æquare imperialem noſtrum Ger-
manicum, *qui octo drachmas* i.e. *unciam* continet. Quamobrem *Taleri* noſtri non 2
male *unciales* à nonnullis vocantur, & veterum *drachma aurea* (cujus generis duas à
Criſpino Conſtantini filio ſignatas poſſideo) exacte drachmam noſtram repræſentat.
Aliàs apud Æthiopes occurrit nomen ድርሀም : Arabicè درهم *Dirhim*, quod 3
Æthiopes pro *ducato aureo* vulgò *Hungarico* accipiunt, à drachma (ut videtur) deri-
4. 7. 5. vatum. Præterea diximus in Habeſſinia magis valere permutationem, quàm 4
emtionem & venditionem, quòd ære ſignato careant. Scribunt autem *PP. Societatis in relationibus annuis*: (i) *In Tigra permutationem ſale foſſili plurimum valere, & poſſe mancipium unum decem vel quindecim lateribus talis ſalis permutari.*

(g) *In addit. ad relat. Æth. c. 1. p. 270. b.* (h) Oportet ergo aurum vilius eſſe, vel multo minoris reſpectu argenti æſtimari quàm apud nos. (i) *de anno hujus ſeculi VII. & VIII.*

FINIS COMMENTARII ÆTHIOPICI.

Sequuntur nunc Indices varii pro faciliore & commodiore hujus operis uſu, ſummo ſtudio congeſti.

I. Index rerum & verborum, & nominum appellativorum.
II. Index nominum propriorum, tam perſonarum quam locorum.
III. Index Sanctorum pro faſtis ſacris.
IV. Index vocabulorum Græcorum, & nonnullorum Copticorum.
V. Index vocum Hebraicarum aliarumque Orientalium.
VI. Index vocum Æthiopicarum & Amharicarum.
VII. Index vocabulorum vernacularum linguarum Europæ.

INDEX

INDEX PRIMUS RERUM ET VERBORUM NOMINUMQUE APPELLATIVORUM.

Prior numerus *Librum:* Secundus *Numerum:* Tertius *Paragraphum* istius numeri denotat.

EQuidem in supremo cujusque folii margine *tres numeros*, videlicet *Libri* & *Capitis* Historiæ nostræ, nec non *Commentarii* posuimus. Sed caput in hoc Indice allegare non necessarium putavimus. Igitur *numeri duo priores* in summitate foliorum: *paragraphi* verò in interiore textus margine sunt quærendi. Si post numerum principalem nullus paragraphus ponatur, tunc materia quærenda statim in primo reperietur. Librô, Numerô, & paragraphô autem semel allegatis, sequentes numeri singulares principalis numeri paragraphos significant. Paginæ non allegantur, nisi cùm ex notis in fine cujusque paginæ aliquid citatur, additâ literâ notis præfixâ.

Literæ initiales.

A. *Abba.*	Lit. vel L. *litera Notæ in fine paginæ.*
An. Cal. *Annotationes Calendarii.*	pag. vel p. *pagina.*
Can. *Canones.*	p. tot. *per totum numerum.*
Conf *Confer cum alia voce.*	Præf. *Præfatio.*
Ibid. *vel* Ib. *Ibidem in eodem.*	Pro vel Pr. *Prœmium.*
I. A. Ind. app. *Index appellativorum.*	R. *Rex* vel *Rabbi.*
I. Æ. Index Æth *Index Æthiopicus.*	S. *Sanctus.*
I. G. Ind. Græ. *Index Græcus.*	seqq. *sequentes paragraphi.*
I. H Ind. Hebr. *Index Hebraicus.*	Stat. *Statuta* seu *Præcepta* vel *Constitutiones Apostolorum.*
I. P. Ind. propr. *Index nom. propriorum.*	S. loc. *suo loco.*
I. S. Ind. Sanct. *Index Sanctorum.*	Vid. vel V. *Vide.*
I. V. Ind Ver. *Index Vernacularum.*	

A.

Anno

Astra-

B.

Taurele-

Cæna

D.

 Digi-

E.

Telle-

F.

G.

Gramma-

K.

Cum pleraque hujus literæ vocabula Græca sint, in Indice Græco sunt quærenda.

L.

N.

Oecume-

P.

Q.

R.

Traga-

INDEX SECUN-

INDEX SECUNDUS NOMINUM PROPRIORUM

Tam

PERSONARUM, QUAM REGIONUM, URBIUM ET INSULARUM.

Prior numerus *Librum*: Secundus *Numerum Commentarii*: Tertius *Paragraphum* istius numeri denotat.

Cætera ut in Indice primo.

A.

De

D.

DIOSCO-

E.

F.

Circum-

K.

L.

ejus

N.

Pely-

SET-

INDEX TERTIUS SANCTORUM

SECUNDUM FASTOS SACROS ÆTHIOPUM.

Numeri significant dies mensium Æthiopicos, paucis diebus a nostris distantes.

A. vel Ab. i. e. Abba. S. Sanctus. Mart. Martyr.

Septem

INDEX QUARTUS

Vocabulorum Græcorum, & nonnullorum

Copticorum, tam appellativorum, quam propriorum.

Asterisco notata ab autore in hoc opere declarantur, vel prorsus novè exponuntur. Cætera habes ab initio Indicis a pelletici ...

Copticis vocabulis præmissa est lit. [k

INDEX QUIN-

INDEX QUINTUS ORIENTALIS.

Cujus prima Pars Hebraica, Chaldaica atque Syriaca : secunda Arabica vocabula, seorsim continet.

Allegata ita se habent, ac in præcedentibus Indicibus.

Hebraismi periti voces quaslibet sub suis radicibus reperient: ac simul loca Scripturæ cognoscent, quæ ex Æthiopismo lucem accipiunt.

Asteriscorum eadem est ratio ac in Indice Græco.

א

אבד Non tantum *periit*: Sed & *stultus fuit*, significat. ab Æthiopico አብደ፡ 1. 106. 9. Jer. 4. 9.

אבוח Exterminium, ab inusitato אבח: Ex Arabismo derivandum putat Autor cum Castello Ezech. 21. 15. ib. §. 10.

* אדום *Edom* hinc ים אדום *Mare Edom*, sive *Edomæum*. Aliàs ים סוף בארץ אדום *Mare Suph* [dictum] *ad terram* Edom. 1. 26. 2. 1. Reg. 9. 26 Sed Græci pessimè per appellativum *Rubrum* suà lingua reddiderunt; rubrum enim non est.

* אדם non tantùm *Rubuit*; sed & *Formosus elegans fuit*, olim significavit, ut Æthiopicè አደመ፡ atque sic explicari potest locus Thren. 4. 7. de *margaritis*. 1. 105. 4.

* אדם *Adam* Protoplastus, q. d. *Formosus* ab excellenti pulchritudine ita dictus. 1. 107.

* אדמה Κόσμος, *Mundus*, *Terra*, q. d. *formosa*, etiam ab *ornatu* & *formositate* sic dicta. 1. 107. 2.

אולם *Vestibulum* templi Hierosolymitani. 3. 49 5.

אזוב non est *Hyssopus* sed *Mentha* 1. 106. 12. 1. Reg. 4. 32.

אטון Ib. 13. *Thus suffitus*. Prov. 7 16.

* אי negativa ኢ፡ *Non* Hebræis antiquitus usitata, ut אי כבוד *I-cabod*. 1. Sam. 4. 21. *Non gloria*. אי נקי *Non innocens*. Job. 22. 30. In Æthiopismo remansit. 1. 106. 8.

Denotat & *Insulam*, ut אי כלי. *I-tali*. hinc *Italia* *Insula caprarum* Phœnicibus, primis nautis, dicta 1. 30. 11. idque Bochartus ante me observavit.

* איל *Aries castratus* seu *Vervex* 4. Reg. 3. 4. exponendum.

אלוף Alluph *Bos*. אלופים & אלפים *Boves* 1. 77. 9. Hinc petenda Etymologia *Elephanti*. Ibid. 14.

אליה *Cauda arietum Orientalium pinguissima & ponderosissima*. 1. 76. 1. & seq. Exod 29. 22.

* אמר unde האמיר Deut. 26. 17 & 18. *Asseveravit*. *Serio affirmavit*. ab æthiopico አመረ፡ *Indicavit*. *Ostendit*. 1. 106. 15.

אסף *collegit rem aliquam humi jacentem*. 1. 96. 97. Num. 11. 32.

ארבה *Locusta*. 1. 96. 78. Earum species *mundæ comestibiles* recensentur. Lev. 11. 21. ib.

* ארה *Carpsit Decerpsit*. 1. 106. 15. Cum emphasi accipiendum, ut æthiop. አረየ፡ *Decerptum collegit*. Psal. 80. 13. Cant. 5. 1.

ארון *Arca* 1. 106. 15. ex præcedente æthiopica significatione derivat L. de Dieu.

ב

בהמה *Animal mutum*. 1. 85. 6. ab Æthiopico በሀመ፡ *Mutus fuit*. 1. 106. 16.

בהמות Behemoth *Hippopotamus* est, non Elephantus. 1. 85. 5. & seq. Job 40. 10.

* בלס hinc בולס Amos 7. 14. *Ficus legens*, *arbores putans*. Ab æthiop. በለስ፡ *Ficus* 1. 106. 16.

* בני ענק sive ענקים *Filii Enak*, *Enakides* homines proceri; ridiculè *torquati*. 1. 22. 22. Deut. 2. 10.

בר יוכני *Bar-juchne*. Avis Talmudica nimium fabulosa. 1. 92.

ברחא Chal. hircus. Hinc יברוח *Mandragora*, ob hircinum odorem. 1. 72. 5.

ברע à ברך distinguendum. 1. 101. 3. illud significat *genus tantum flectere* v. ברע. Jud. 7. 5. 6:

בת יענה *Struthiocameli fœmella*. 1. 89. 3. Michæ. 1. 8.

ג

* גבא commodè reddi potest *Cisterna* à ገብአ፡ *Collegit* 1. 106. 17. Esa. 30. 14.

גזם *Locusta* species. 18.

* גמדים *Gammadim* Ezech. 27. 11. Non sunt *Pygmæi* 1. 22. 26. fortè sunt גמלים. *Gamales* Phœnices robustissimi. גם מדים *etiam Medi* Symmachus legit. 27. rejicitur derivatio à גמד *Gomed*. *Cubitus*. §. 25.

ד

דביר *Adytum* templi Hierosolymitan. 3. 49 5.

* דוד *Propinquus sanguine junctus*, in specie *patruelis*. 1. 72. 19. hinc sequens vox.

* דוראים. 1. 72. antiqua dialecto דודים *Pa-*

PARS ALTERA

INDICIS ORIENTALIS

Vocabulorum Arabicorum, & nonnullorum Persicorum,

quæ lit. P. indicantur.

INDEX SEXTUS
VOCABULORUM ÆTHIOPICORUM ET NONNULLORUM AMHARICORUM.

INDEX SEPTIMUS

VOCABULORUM VERNACULORUM DIVERSARUM LINGUARUM EUROPÆ.

Linguarum denotatio.

[A] Anglicè.	[H] Hispanicè.
[B] Belgicè.	[I] Italicè.
[G] Gallicè.	[L] Lusitanicè.
[P] Polonicè.	[S] Suecicè

F I N I S.

Typographus Lectori S.

Quandoquidem in corrigendis typorum mendis, *hortante & spectante Dn. Autore*, summa diligentia ab illius amanuensi *Joh. Theodoro Schultzio* Jur. Studioso adhibita fuit, nulla putamus remansisse sphalmata, quæ studiosus Lector non ipse corrigere possit. Ne tamen videamur ἀναμαρτητοι, præsertim in peregrinis, ideò quæ reperiri potuerunt, hîc proferre voluimus.

Primo in Tabula Capitum.

Lib I. c. 3. num. 28. lege: At *de* sacris Scriptoribus. num. 43. l. De *Venetorum* Billa-bova. n. 65. *Qui* laudatur à Vossio. n. 66. l. Albuquerquium. n. 72. l. Mandragoram. n. 84. l. *a* Bocharto. num. 86. l. חגין & חגים n. 92. l. Condora.

Ante num. 93. insere: Ad lib. I. c. XIII. *Dein* Lib. II. c. 9. n. 37. convocaverunt.

Secundo in Proœmio.

Proœm I. §. 42. lege: *P. Petrus Pays*, & *P. Alphonsus*. ibid. §. 51. versu 7. pro ኢዚብር: fac ኢዚብ: ibid. pag. 17. lit. x. fac: *Lib. 1. n. 23.* pro 33. pag. 37. §. 33. vers. 14. l. *Libris Arabicis edendis operam dedit.*

Denique in Commentario ipso.

Pag. 54. v. 2. l. διαμύρτων.
p. 64. §. 39. v. 1. fac: *Cæsareensem.*
p. 65. §. 2. v. 3. pro 7. pone §. 5.
p. 66. §. 7. v. 11. l. اوريطا.
p. 68. lit. a. fac *N. LXV.*
p. 71. §. 15. v. 12. l. *Anaös.*
p. 107. §. 4. v. 11. l. *celeberrimo.*
Pag. 110. §. 2. v. 3. l. *præsertim*
Ibid §. 13. v. 3. l. *ut* pro *nr.*
p. 112. v. 2. l. העבים. & v. 5. adde. רוב
p. 121. §. 6. v. 2. l. *gnaros.*
p. 124. §. 12. v. 5. l. *Gregorium.*
p. 127. v. 6. ponatur *comma* ante *sed.*
p. 128. N. 64. §. 2. v. 7. fac: *cre-scentia.*
p. 133. §. 6. v. 3. l. *quod* pro *qua.*
p. 136. §. 18 v. 6. l. ?? & v. 7. לאיהט
p. 139. §. 3. v. 7. l. *pependerunt.*
p. 143. §. 19. v. l. 2. *Forster.*
p. 165. §. 13. v. 2. pro *Unca* l. *Ynca.*
p. 211. corr. seq. num. pag. 212. 213.
p. 291. §. 5. l. *Batazun.*
p. 382. §. 3. v. 3. pro feria *quinta* cor. *sexta.*
p. 404. lit. g. pro XVI. fac. XIV.
p. 427. lit. q. post S. *Felicitatis* adde *filii.*
p. 428. N. 3. v. 2. pro XXXVIII. fac. [illegible] I.
p. 430. N. IX. v. 1. pro 15. fac. 5.
p. 451. N. 86. §. 2. in Fin. l. *præcedebat.*
p. 493. N. 110. v. 5. l. *superstitiosis.*
Ibid. §. 3. v. 2. l. ፈረቀቅስ:
p. 500. v. 1. l. *eximie.*
p. 567. *marginalem numerum & caput* corrige.
tandem corrige pagin. post. 628.

FINIS TOTIVS OPERIS.